PSALMI DAVIDICI AD HEBRAICAM VERITATEM CASTIGATI: ET IUXTA SENSUM QUEM LITERALEM DICUNT

enarrati, per Reuerendissimum dominum, dominum Thomam de Vio Caietanum Cardinalē Sancti Xisti: cum textu uulgatę editionis, & indicibus opportunis. Nuper in lucem editi.

M. D. XXX.

Seueriore summi pontificis censura & Veneti senatus decreto cautū est ne quis intra decēniū hoc opus typis excudere uel ab aliis excusum uendere pręsumat: ut sequēti pagina liquet.

CLEMENS PAPA. VII.

Dilecte fili salutē & apostolicā beñ. Honestis votis libenter annuimus, eaq; fauoribus prosequimur opportunis. Cum itaq; sicut nuper nobis exponi fecisti tu cōmentaria seu expositiones super psalmos, necnon super euangelia & epistolas pauli, ac illas quas canonicas vocant per dilectum filium nostrum thomam tituli sancti xisti. S.R.E. præsbyterū cardinalem edita, non absq; maximis expensis imprimi facias. Nos dānis & iacturis quibus si hmōi cōmentaria per alios medio tēpore imprimerentē affici posses occurrere volentes. Motu ꝓprio & ex certa scientia nostra volumus & tibi concedimus, vt hmōi cōmentaria tam romæ & venetiis q̄ in quibusuis aliis ciuitatibus terris & locis, vsq; ad decēnium a data præsentium cōputandum imprimere & imprimi facere libere & licite valeas, tam tu q̄ cōsanguinei tui & pro te agentes. Necnō quibusuis aliis mercatoribus, librorū impressoribus & aliis personis etiā cuiuscunq; dignitatis, status gradus, ordinis & cōditionis existentibus, sub excōmunicationis latæ sententiæ pœna, & in terris nostris etiā perditionis dictorū librorū contra præsentiū tenorem impressorū, ac mille ducatorū auri de camera, ꝑto vna fabricæ principis apłorum de vrbe, & alia partibus tibi applicandis pœnis, necnon dānis & interesse quæ ꝑpterea patereris: ne durante hmōi decennio dicta cōmentaria seu expositiones etiā in quacunq; forma, & in quibuscūq; caracteribus absq; speciali licentia tua imprimere seu imprimi facere, aut vendere vel alias de illis disponere quoquo mō præsumant inhibemus. Hortantes nihilominus dilectum filium nobilē virum modernū & pro tēpore existentem ducem venetiarū, gubernatori vero ac senatori & barisello almæ vrbis, curiæq; causarum cameræ apostolicæ auditori ac oībus aliis & singulis terrarū. S.R.E. gubernatoribus, potestatibus, officialibus & executoribus. Necnon tam venetiis q̄ in aliis etiā italiæ germaniæ & franciæ partibus existentibus præsentibus & futuris quorūuis archiepiscoporū & episcoporum vicariis in spūalibus generalibus quos duxeris tu ac agentes tui duxerint per te vel illos seu alios eligendos sub excōmunicationis pœna ipso facto per ipsos incurrenda mandamus, quatenus tibi ac ipsis in p̄missis & circa præmissa assistentes non p̄mittant vos aut aliquē vestrum supprædictis aut aliquo præmissorū impediri, aut quouis mō turbari & dānificari, inuocato etiā ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, & alia faciendo & exequendo in p̄missis & circa ea necessaria & opportuna. Volentes etiā præsentium trāsum ptis manu notarii publici subscriptis & sigillo alicuius prælati seu personæ in dignitate ecclesiastica cōstitutę munitis plenam vbiq; fidem perinde ac ipsis originalibus adhiberi, tam in iudicio q̄ extra. Non obstantibus cōstitutionibus & ordinationibus apłicis cæterisq; cōtrariis quibuscūq;. Datū romæ apud sanctum petrū sub annulo piscatoris. Die. viii. Augusti. M.D.XXX. pontificatus nři anno septimo.

A tergo Blosius.

Dilecto filio Lucantonio Iunctæ bibliopolæ Florentino Venetiis cōmoranti.

Andreas griti dei gratia dux venetiarū &c. Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis notū esse volumus, q̄ heri in consilio nostro rogatorū lecta fuit supplicatio tenoris infrascripti. Hauēdose el fidel seruitor di. V. sublimita lucantonio gionta affaticato cō summa vigilantia in ogni tēpo di stampare opere noue & degne ad vtile & cōmodo de studenti & gloria di. V. sublimita. hora etiā non cessando da tali fatiche, ha hauuto dal Reuerēdissimo Cardinal Caietano tre opere noue per sua. R.S. cōposte: vez expositione sopra psalmi, sopra euangelii, & sopra epistole di. S. Paulo viste & approbate dalli excellētissimi signori capi del illustrissimo cōseglio de. X. qual voria imprimere. Et per che come ben. V. sublimita intende non saria cōueniente che delle fatiche sue altri ne cogliessi el frutto, per tanto humilmēte supplica vostra illustrissima signoria se degni cōcederli, che altri che lui supplicante o sui agenti nel dñio di quella, per anni dieci almanco non possino stāpare o in altri loci stampati vendere ditte opere sotto quelle graue pene parera a. V. sublimita imponerli come in similibus e consueta. Et alla gratia di quella humilmente si ricomanda. Et subinde capta fuit pars infrascripta: vez q̄ suprascripto supplicanti cōcedatur quātum petit pro annis decē proxime futuris, sub pœna cōtrafacientibus amissionis omnium librorū applicandorū arsenatui nostro. Quare autoritate p̄fati consilii, vobis & vnicuiq; vestrum ad quos præsentium literarū executio spectat mandamus vt suprascriptam partem & quātum in ea continetur obseruetis obseruariq; inuiolabiliter faciatis. Dat. in nostro ducali palatio Die. xxiii. octobris, indictione. iiii. M.D.XXX.

Denunciata fuerunt hęc omnia excusoribus bibliopolisq; venetiis per publicum nuncium, Decimoquinto Kalen. Decembris. M. D. XXX.

57 De liberatione dauidis/latentis in ſpelunca a facie ſaul.
58 De liberatione dauidis ab vltima ſaulis perſecutione.
59 De liberatione dauidis ab obſidione domi.
60 De recurſu dauidis ad deum, pro populo derelicto a deo in idumęa.
61 De meſia rege immortali.
62 De dauidis profugi a ſaule/exhortatione ad ſuum populum ad expectandum deum.
63 De religione ſancta dauidis in deſerto profugi a facie ſaulis, cum fructu.
64 De recurſu dauidis ad deum, ob timorem occultatum machinationum ſaulis contra ipſum.
65 De debito cultu in ſion deo/ob beneficia tam ſpiritualia q̃ corporalia.
66 De mundo inuitato ad cultũ dei a populo veteris teſti/ab exemplo diuinorũ operũ erga ipſos.
67 De aduentu meſiæ, ad miſerendum/illuminandum & benedicendum mundo.
68 De efficacia diuina circa debellationem inimicorum & fœlicitatem populi iſrael.
69 De paſſione meſiæ.
70 De recurſu dauidis ad deum in perſecutione ab abſalon.
71 De ſpe dauidis in deo in perſecutione ab abſalon.
72 De regno meſię.
73 De prouidentia diuina circa pręſentem proſperitatem iniquorum & afflictionem iuſtorum.
74 De excidio hieroſolymitano per babylonios.
75 De aduentu meſiæ.
76 De proſtratione exercitus ſennacherib.
77 De afflictione populi iſrael priuati diuino cultu, cum ſpe reditus ad illum.
78 De doctrina populi iſrael ab exemplo vitando fratrum & patrum &c̃.
79 De vaſtatione hieruſalem & pollutione templi &c̃. ſub antiocho.
80 De reuerſione petita/ex captiuitate babylonica.
81 De inuitatione ad cantandum deo in feſto tubarum, ad commemorandum diuina pcępta &c̃.
82 De repręhenſione & monitione iudicum populi dei, ex futuro diuino iudicio vl'i per meſiam.
83 De recurſu ad deũ, contra decẽ nationes cõfœderatas ad delendũ populũ iſrael tẽpore dauidis.
84 De templo dei amabili atq; deſiderabili.
85 De aduentu meſię.
86 De recurſu dauidis ad deum in perſecutione ab abſalon.
87 De aduentu meſiæ.
88 De aduentu meſiæ.
89 De promiſſione facta dauidi de meſia.
90 De miſeria humanę vitę reparanda per meſiam.
91 De aduentu meſiæ.
92 De bonitate tam cultus diuini q̃ doctrinę diuinę in diebus feſtis.
93 De aduentu meſiæ.
94 De retributione repoſita impiis/& ſpecialiter negãtibus diuinam prouidẽtiã in futuro iudicio.
95 De monitione iudęorum, vt nõ obdurent corda ſua quacunq; die audierint vocem dei.
96 De aduentu meſię.
97 De aduentu meſiæ.
98 De aduentu meſiæ.
99 De regno dei in veteri teſtamento/ab egreſſu populi de ægypto.
100 De inuitatione omnium ad laudandum deum in templo ſuo.
101 De diſpoſitione perſonæ ac familię regis dauidis.
102 De aduentu meſiæ.
103 De laude dei ob beneficia dauidi/populo & vniuerſis collata.
104 De laude dei ob beneficia vniuerſorum operum eius.
105 De laude dei ob beneficia collata a tempore abrahę vſq; ad terram promiſſionis poſſeſſam.
106 De laude dei ob beneficia venię &c̃. ab egreſſu ægypti vſq; ad tempus dauidis.
107 De laude dei/ob prouidentiam eius ſuccurrendo neceſſitatibus &c̃.
108 De victoria obtinenda contra idumęos & ammonitas.
109 De meſię paſſione &c̃.
110 De intermedio tempore meſiæ ſedentis ad dexteram dei.
111 De magnis dei operibus prius in ſtatu patrum/& poſt in congregatione populi iſrael.
112 De beatitudine timentium deum, & miſericordium/iuſtorum ac miſeratorum.
113 De excellentia diuini dominii/prouidentis oĩbus etiam quæ videntur fortuita & caſualia.
114 De miraculis in egreſſu ex ægypto.

¶ Breuissimus explanationis psalmorum index.

¶ Eorum quę ſemel pro ſemper annotata ſunt/index.

CLEMENTI·VII·PONT·MAX·
THOMAS DE VIO CAIETANVS CAR DINALIS SANCTI XISTI FELICITATEM.

INter omnes ſacræ ſcripturæ libros beatiſſime pater, pſalmi quũ maxime familiares cuiq; ætati eccleſiæ fuerint & eſſe nõ deſinant, mirum ꝙ minus cogniti ac minus intellecti perſeuerant. Et alios quidem ſacrę legis libros interdum legimus, alios quotidie, ſed tamen certo diei tempore inter ſacrificii ſolẽnia audimus: a pſalmis uero nulla oĩno diei hora (ut nocturnas nunc pſalmodias taceamus) eximitur. Ad hæc, noui & ueteris teſtamenti myſteria, multi multis cõmentariis aperuerũt: ſolus pſalterii ſenſus quem lr̃alem uocant, nulli eſt adhuc peruius, ſed abſtruſus: quũ fere omnes qui cõmentarios in illud ediderunt, myſticos tantum ſenſus attulerint. & tamen literalis, quo crebrius pſalmi leguntur in eccleſia uel cantantur, eo deberet eſſe lucidior & apertior. Hinc factum eſt ut ad literam interpretandi non minus arduum q̄ neceſſarium & optatum munus ſim aggreſſus: quod tandẽ poſt triennii labores non uulgares abſolui. Qua quidem in re non ita mihi arrogo, ut putem rei magnitudini ſatisfactum: ſed uideor mihi, uiam aliis aperuiſſe: & euſq; progreſſus eſſe, ut poſteris animum addiderim, ut quod ego minus potui ipſi ſuppleant & pficiant. quod eo libentius facturos puto, ꝙ uniuerſum non ſint opus aggreſſuri: quo forte poterant deterreri. Tibi autem pater. B. hæc in primis cõmentaria debẽtur: qui & principio ut eadem cuderem, & dulci poſtea colloquio uti de ſucceſſu bene ſperarem incitaſti. Accipe itaq; illã (qualiacunq; ſunt) cum textu ad hebraicam ueritatem caſtigato: & iudicii tui limam apoſtolicus magiſter ac cenſor exerce. Fœlix uale.

Liber psalmorum ad verbum ex hebreo versorum: per Thomam de Vio Caietanum/ sancti Xisti cardinalem ad literam accuratissi/me enarratus.

Diuinoꝝ psalmoꝝ librū iuxta lr̄alē sensū quū icepissē exponere, cōperi nullū apud nos hr̄i textū talē q̄lis ē ī sua origie: ligua. s. hebręa. Et pp̄ea assūpta illa q̄ noīe bt̄i hieronymi circūfert̄ iterp̄tatiōe iuxta hebraicā veritatē/ & collata cū ea q̄ circūfert̄ noīe. 70. iterp̄tū/ & cū q̄ttuor alijs modernis iterp̄tationib⁹ ex hebręo imediate, adhibui duos ligua hebręā sciētes (alteꝝ hebręū/ magi/strū ligue illi⁹, alteꝝ chr̄ianū) cū plurib⁹ vocabularijs ligue illi⁹: & corā me (exigēte significatiōes dictionū hebręaꝝ ī ligua nr̄a latina vel vulgari/ & eli/gēte signatiōnē q̄ magis q̄drare cōtextui visa ē) feci p̄ singula verba vocitā bt̄i hiero. iterp̄tationē reduci ad rn̄dēdū hebręo textui de verbo ad verbum. Et sic cōflata est noua isthęc interp̄tatio psalmoꝝ de verbo ad verbū cōso/nās textui hebręo. quam exponere studui s̄m sensum tantummō literalē. Fuit aūt tāti laboris necessitas: q̄a nisi textus adsit talis q̄lis ē ī sua origine, iā nō textus exponit̄/ nisi diuinādo: sed exponit̄ textus vt itellꝰs ē ab illo iterp̄te. ℭ Testor ego ꝙ inter hos labores dicebat̄ mihi ab iterp̄tib⁹. dictio hebraica sonat hoc/ sed nō appet sēsus nisi mutet̄ ī hoc alteꝝ. Re/spōdebā ego auditis oībus significationibus, nō sit vobis curę si sensus nō apparet: q̄a nō est vestri officij exponere/ sed iterp̄tari. iterp̄tamini mihi sicut iacet, & reliquatis expositorib⁹ curā itelligēdi: traducite tex/tū vt iacet in hebręo/ & eūdē relinquatis nobis & hebręis curā itelligēdi textū sic obscuꝝ: si ego nō itellexe/ro/ alius itelliget. Sicq̄ curaui vt de verbo ad verbū textū hr̄em psalterij q̄lē hn̄t hebręi. vtinā assecut⁹ sim.

ℭ Sobrie āt itellige de v̄bo ad v̄bū: q̄a ī noīb⁹ nomē q̄dē noī redditū ē, sed nō gen⁹ gn̄i aut casus casui: q̄a ipo/ē ē hęc efficere seruata cōgruitate grāmaticę. & tāto ipossibili⁹ quāto hebręi carēt gn̄e neutro. Veꝝ q̄a frequētissimus ē ī hoc psalterio vsus casus dt̄i, curaui vt ī margine annotaret̄ ī casu dt̄o dictio q̄ ītra textū mutata ē ī alteꝝ casū/ ob seruādā cōstructionē verbi. Nūerus āt redditus ē nūero: nisi ꝙ qn̄ deus verus ī plu/rali nūero significat̄ (.s. dij aut dn̄i) iterp̄tatū ē ī nūero singulari. & ī margine ānotauim⁹ ī nūero plurali: vt & mysteriū nō lateat/ & erroris occasio ī ligua latina nō det̄. Qn̄ āt nomē dei tetragrāmatō ī textu hr̄, ī textu iterp̄tatū ē deus aut dn̄s: sed vel ī margine dictiōe tetragrāmatō vl' nota q̄ternarij nūeri iterlineari designa/bit̄: vt mysteriū palā fit. Et lȝ hebręi carēāt noīe tā cōparatiuo q̄ suplatiuo & circūloquāt̄ illa: q̄a tn̄ nos hē/m⁹ illa, si q̄n̄q̄ cōparatiuū aut suplatiuū ī hoc textu hēbitur/ nobis clari⁹ redditū credim⁹ verbū verbo: quū nec mutatio cōstructiōis iteruenjat. ℭ In verbis quoq̄ verbū verbo redditū ē/ & nūerus nūero/ & p̄sona p̄/sonę/ & modus mō/ & tp̄s tpi. nisi ī gerūdijs terminatis ī o qn̄ hn̄t subm̄ & p̄dicatū/ hoc ē p̄sonā agētē & pa/tiētē: q̄a latin⁹ s̄mo caret tali cōstructiōe. Et pp̄ea cōsulto mutatio facta ē ī pticipiū p̄n̄s casus abl̄ri. Verbi gr̄a. ī cōuertēdo dn̄s captiuitatē sion/ iterp̄tatū ē cōuertēte dn̄o captiuitatē sion. sic. n. fuat̄ et cōsignificatio tp̄is eiusdē p̄ pticipiū tp̄is p̄n̄tis, & cōgruitas cōstructiōis. ¶ Et q̄a apud hebręos modi verboꝝ sūt tn̄ tres (idicatiu⁹/ ipatiu⁹ & ifinitiu⁹) iō nullū verbū ineīt ī h̄ psalterio optatiui aut subiūctiui modi. Quia quoq̄ apud hebręos nullū ē tp̄s ptn̄ nisi ptn̄ p̄fectū idicatiui modi, iō nullū verbū pt̄i tp̄is hic hr̄ nisi pt̄i p̄fecti idicatiui. Et q̄a apd̄ hebręos nullū ē p̄n̄s tp̄s nisi ipatiui modi (& hoc ī secūda tn̄ p̄sona) & īfinitiui/ & loco p̄n̄tis idicatiui pticipiū p̄n̄tis tp̄is, iō nullū verbū p̄n̄tis tp̄is hic inenit̄ nisi impatiui ī secūda p̄sona & īfini/tiui modi. Et si q̄n̄q̄ inen:es iūctū verbū substātiuū p̄n̄tis tp̄is (sum/ es/ est, sumus/ estis/ sūt) scito nō eē posita ab iterp̄tib⁹ vt p̄n̄tia, sed vt ptes itegrātes ptn̄ p̄fectū: verbi gr̄a/ p̄secutus est/ cōsolatus sum/ & sic de alijs. et q̄n̄q̄ ex vi nescio cuius aduerbij significari in tertia persona praesentis/ est. Et q̄a carent supinis & partici/pijs futuri temporis, ideo nihil horum hic inuenitur. Et si quandoq̄ offendes in participio futurum pas/siuum (puta timendus) scito illud respondere non participio sed nomini verbali hebręo.

Quę omnia si prudens lector consideraueris, scies primo omnem exceptis aduerbijs dictionem cōsigni/ficantem tempus extra haec sex (p̄teritum perfectum indicatiui/ futurum indicatiui/ pręsens imperatiui in secunda persona/ p̄sens infinitiui/ & participium tam p̄n̄tis q̄ p̄teriti tēporis) ex officina esse interpretum. Scies secūdo cōsulum eē apud reliq̄s iterp̄tatiōes q̄d ī textu hebręo hēat̄ ī ptō & q̄d ī futuro/ q̄d idicatiue & q̄d aliter: dū iterpretū arbitrio multa mutata sūt: & iterp̄tatiōes nō mōstrāt q̄ ex q̄bus mutata sūt/ & q̄ imu/tata relicta sūt. Desinēs tertio mirari mutilā hanc interp̄tationē: & hebraicę lingue paup̄tati id tribues,

Cupies ꝑinde mecũ vniuersi testi veteris iterptationẽ sic mutilã hẽre.& vtinã talis habita fuisset a priscis pr̃ibus:qm̃ iam hẽremus expositũ textũ ipsum sacrę scripturę,& non textũ confectũ interp̃tũ arbitrio.

Siste tñ pedẽ hic:& scito cũ vniuersa hac diligẽtia duo supesse q̃ nulla vna iterp̃tatio põt supplere. Alterũ ẽ ęquocatio dictionũ. Sũt.n.oẽs fere dictiões hebraicę ęquocę. Quo fit vt text⁹ hebrę⁹ retineat suã ęquocationẽ:q̃libet ãt iterp̃tatio restricta sit ad vnã sign̄ationẽ. Si tñ vera ęquocatio credẽda ẽ.nã rõnabili⁹ ẽ ꝙ nõ ꝑꝑ ęquocationẽ sed ꝑꝑ extẽsionẽ cõtigat tã varia sign̄atio iterp̃tata i hebraica ligua:quẽadmodũ i latia ligua videm⁹ extẽsis noĩb⁹ freq̃nter vocabula trãsferri ad alia significãda. Alteꝝ ẽ freq̃ns iarticulatio casuũ. apd̃ hebręos siq̃dẽ noia oia sũt idecliabilia. Et lꝫ cõsueuerit articlos ꝑpõere d̃signãtes cui⁹ cas⁹ sint ibi noia, nõ paucis tñ vicib⁹ vtũẽ noĩb⁹ sine aliq̃ articulo. Quo fit vt apd̃ hebręos lꝫ restẽt libera:i q̃libet ãt iterp̃tatiõe hñẽ determiata ad certũ casũ. ¶ Ex his.n.duob⁹ cõtigit tãta iterp̃tũ varietas irrep̄hẽsibilis:qa i rei vitate dictio hebraica capax ẽ illi⁹ & alteri⁹ sign̄atiõis, & idetermiata ẽ ad hãc & illã cõstructionẽ. Crediderĩ ego ligue hebrę pauptatẽ tãtã obtigisse ex ipi⁹ antiq̃tate. Cõe.n.quũ sit oĩb⁹ artib⁹ hr̃e pricipia ipfecta, par ẽ vt pria sermõis ars ip̃fecta fuerit. ¶ Hęc de hebręa ligua dixi exps lraꝝ hebręaꝝ:vt cognoscaẽ ab oĩb⁹ q̃ñ tñ nobis deest puri textus hebręi i testi veteris scripturis,& deẽ opa ad hñdũ textũ purum. Hęc de litera.

Circa sensum aũt lralem duo (ambo rõni cõsentanea:alteꝝ circa rem, alteꝝ circa modũ) seruare oportet. ¶ Circa rẽ q̃dẽ ꝙ q̃libet psalm⁹ hẽt vnicã materiã,& nõ saltat de genere in genus. q̃uis multis ad vnũ & idẽ vtaẽ locis:a cãis,ab effectibus,a cõtrariis,ab euẽtib⁹,a cõcomitãtibus,a circũstantiis,& id genus reliq̃s. Exigit siq̃dẽ materię subiectę vnitatẽ ipsa vni⁹ cãtici rõ. ꝓbat cõis vsus scribẽtiũ:exposcitq̃ diuina sapiẽtia,disponẽs oĩa suauiter:ac ꝑ hoc mouẽs ꝓphetã ad scribẽdũ, put hoĩ congruit scribere vnũ canticũ. qd̃ est seruare vnitatẽ materię in vno eodẽq̃ cãtico. ¶ Circa modũ vero, meminisse decet:ꝙ quẽadmodũ hõ docilis nõ parẽ exigit certitudinẽ in oĩbus (sed in mathematicis certitudinẽ demonstratã,in naturalibus certitudinẽ ex frequẽtib⁹ naturę opib⁹ cõsurgẽtẽ,in moralib⁹ vero ex cõgruẽtib⁹ rectę rõni) ita docilis nullus exiget hic euidẽtẽ,oĩmodã certitudinẽ:sed admittet certitudinẽ ex cõtextu priũ cõsurgẽtem.

Quibus fratris,q̃ttuor viis materia psalmi ingrẽda ẽ. Prĩo ex titulo psalmi q̃ñ titulus materiã sign̄at psalmi. Et hęc via sufficeret si oẽs psalmi,tales hr̃ent titulos. ¶ Scd̃o ex autoritate sacrę scripturę i nouo testõ. Verbi gr̃a.dñs matth.22.dicẽs pharisęis ꝙ dauid vocat mesiã dñm,dixit dñs dño meo sede a dextris meis, aꝑuit ꝙ psalm⁹ ille ad lram loq̃ẽ de chro. & ꝑpea clara ẽ idem materia psalmi illi⁹.& sic de siĩlibus. ¶ Tertio ex regula ap̃lica,q̃ vsi sunt pricipes ap̃loꝝ petr⁹ & paulus. Petrus.n.act.2.afferẽs verba psalmi.16.& ꝓbãs ꝙ nõ de seipõ dauid sed de mesia illa dixit,vtiẽ hac rõne.s.qa verba illa nõ verificanẽ de ipso dauide. & hinc (supposito ꝙ erat ꝓpha,& ꝓmissus erat ei mesias &c̃.) ifert ꝙ verba illa ad lram dicit de chro. Et rursus ibidẽ afferẽs psalmũ.110.dixit dñs dño meo,eadẽ rõne (qa.s.nõ verificaẽ de dauide) ifert dictũ de chro. Paulus quoq̃ act.13.ꝓbat verba psal.16.dicta a dauide de mesia eadẽ rõne:qa.s.nõ verificãẽ de ipso dauide. Quo fit vt ex hoꝝ ap̃loꝝ vsu regulã didicerim⁹:ꝙ p̃s q̃libet dauidis ea de ipõ dicẽs q̃ de eo nõ verificanẽ,sed de chro,itelligẽdus sit ad lram de mesia. Et per locũ ab opposito,q̃libet dauidis p̃s in prima ꝑsona ea dicẽs de ipso q̃ de ipsomet verificanẽ,intelligẽdus est ad lram de ipso dauide. ¶ Quarto colligendo materiã ex cõtextu psalmi. Vbi.n.q̃libet aliaꝝ dictaꝝ viaꝝ deerit,hac ingrere oportet materiã psalmi. ¶ Quocirca ꝑ has vias sensum lralẽ inuestigaui,& exposui vtcũq̃. Suppleant q̃so alii defectũ meũ. ¶ Interlineare quoq̃ non tam glosam q̃ cõtinuationis notulã apponere decreui:ne adeo horridus offeraẽ lectorib⁹ textus purus tã mutilus.

EXequẽdo itaq̃ iterũ,añ oĩa declarãdũ occurrit psalmos dispsos fuisse & collectos sine ordĩe. Clare siq̃dẽ hoc cõiiciẽ ex notula appẽsa psalmo.72. (de⁹ iudiciũ tuũ regi da) dicẽte.finitę sunt oronẽs dauidis filii isai. Ex eo.n.ꝙ multi psalmi dauidis post illũ inueniũtur, clare appet sine ordine iunctos esse. ¶ Et si fiat vis in vocabulo orones,nõ minus idẽ appet.nã post illũ psalmũ inueniẽ psalmus.86.inscriptus oro dauid. Sufficiens itaq̃ testimoniũ inordinatę collectionis ꝓhibet notula illa.

Deinde declarandum occurrit ꝙ titulus huius operis nullus est. Dominus luc.24.appellauit psalmos,dicens.omnia quę sunt scripta in lege moysi & ꝓphetis & psalmis de me. Petrus apostolus act.1.appellauit librum psalmorum,dicens.scriptum est in libro psalmorum.

Nullo aũt extãte titulo,null⁹ hic appere põt autor libri psalmoꝝ. Propter qd̃ certãt doctores an dauid fuerit autor libri psalmoꝝ.& adhuc sub iudice lis ẽ. Deã ãt notula appẽdix psalmi.72.iscripti salomoni,testaẽ dauidẽ eẽ autorẽ libri psalmoꝝ. Dicẽdo.n.finitę sunt orones dauid filii isai,testaẽ primo dauidis eẽ oẽs psalmos quoꝝ vltim⁹ erat ille,deus iudiciũ tuũ regi da. Testaẽ scd̃o psalmũ illũ q̃uis salomoni iscriptũ eẽ dauidis. Testaẽ tertio psalmũ illũ fuisse vltimũ psalmoꝝ. Nã si nõ fuisset vltim⁹ psalmoꝝ oĩum,sed psalmoꝝ aliquoꝝ quos fecisset dauid,fuisset appẽsa hęc notula alicui psalmo iscripto dauidi,& nõ inscripto alteri. Ita ꝙ ex hoc ꝙ appẽdix est psalmi iscripti alteri (.s.salomoni) hr̃ ꝙ p̃s ille erat vltim⁹ psalmoꝝ. ¶ Et cõfirmaẽ hoc ex eo ꝙ si aliquoꝝ tñ psalmoꝝ finẽ denotaret, pari rõne in aliquo psalmoꝝ iscriptoꝝ asaph,debuisset appẽdi finiti sunt psalmi asaph. Quũ aũt nulla finis iueniaẽ notula nisi ista dauidis,signũ est ꝙ psalm⁹ iste vltim⁹ psalmoꝝ fuerit,& dauid autor libri psalmoꝝ. ¶ Et cõfirmaẽ adhuc:qa si alicui psalmo iscripto alteri inuẽta fuisset ꝑposita hmõi iscriptio,icipiũt orones dauid filii isai, vnanimes asseuerassem⁹ dauidẽ autorẽ libri psalmoꝝ. Pari ergo rõne idẽ asserendũ vr̃ ex hoc ꝙ iueniẽ in calce.neq̃.n.maior ẽ autoritas tituli i pricipio q̃ in fine. Immo ex hac notula titulus libri cõfici põt.s.icipiũt orones dauid filii isai. Vbi oronis nomen

men nõ vt distinguit cõtra psalmũ seu canticũ/sed vt cõe orõnib⁹ ꝓprie dictis & cãticis sumi;testat ipse psalmus cui appẽsa est hęc notula:qm̃ cõstat ipsum canticũ eẽ sicut & alios psalmos, & nõ eẽ inscriptũ orõnis noie;aut stylũ orõnis hre plusq̃ alios psalmos.℣ Accedit ad hęc,ꝙ psalmi multi sine titulo ꝓbãtur eẽ dauidis:vt patet de psalmo.2.act.4.ca.& de psalmo.95.ad hebr.4.℄ Ex dictis quoq; apparet rñsio ad argumentũ in cõtrariũ ex noiatis aliis in titulis psalmoꝝ.Ex eo.n. ꝙ sepedicta notula psalmũ inscriptũ salomoni(qui vnus inter decẽ autores psalmoꝝ cõputatur)testat esse dauidis,clare patet eadẽ rõne psalmos aliis inscriptos dauidis quoq; esse.nã si salomonẽ non saluant autorẽ,qũo alios saluabunt?

℄ Superest tñ magnũ argumẽtũ ex autoritate.2.parali.29. Vbi clare narrant duo autores psalmoꝝ:dauid.s.& asaph.p̃cepitq; ezechias & principes leuitis vt laudarẽt dominũ sermonib⁹ dauid & asaph videntis.℣ Sed cõciliari cũ añdicta cõclusione põt,distinguẽdo inter materiã psalmi & psalmũ ipm:& intelligendo ꝙ multoꝝ psalmoꝝ materias ministrabãt dauidi asaph & filii core & alii ꝓphetæ,dauid aũt formabat eas sub forma cãtici.Ipse.n.egregius psaltes in arte hac pitus,nõ solũ reuelata sibi sed ẽt reuelata aliis,in psalmos redigebat.& ꝓpea illoꝝ qbus facta fuit reuelatio noibus iscripti sunt.Et sic cõsonãt scripturę attribuẽtes asaph & dauidi.℣ Rõni aũt cõsentanea appet hęc cõciliatio,ex eo ꝙ in eodẽ.29.c.scribit de ezechia.cõstituit quoq; leuitas ĩ domo dñi cũ cymbalis & psalteriis & citharis ꝫm dispõnẽ dauid regis & gad videtis & nathan ꝓphetę:siqdẽ dñi p̃ceptũ fuit ꝑ manũ ꝓphetaꝝ eius. Hinc.n.ht ꝙ dispõ ordinis in solẽnitate diuini cultus statuta a rege dauide,fuit reuelata ꝓphetis.ita ꝙ ꝓphetę suggerebãt regi & rex statuebat.Sĩli siqdẽ mõ intelligendũ est de multis psalmis,ꝙ illi suggerebãt materias,& dauid cõdebat psalmos.Et sicut dispõ solẽnitatis cultus dauidi regi vt autori attribuit,ita liber psalmoꝝ eidẽ attribuit.℣ Cũ his tñ oĩbus stat ꝙ aliqs psalmus ẽt ꝫm formã in hoc libro cõtineatur qui non sit editus a dauide:vt forte est psalmus.90.(dñe refugium)inscriptus moysi.hoc enim non tollit quin dauid sit autor libri psalmoꝝ:modicum siquidem pro nihilo habetur.

ORdo in quolibet psalmo seruãdus hic erit.Primũ titulus cũ psalmi materia:deinde sũmariũ psalmi:postea personę loquentes.& demũ in partes duas(.s.propositiuã materię & executiuã)quilibet distinguetur psalmus. Animaduerti siquidem cõsueuisse autorem psalmorum,in principio cuiusq; psalmi proponere materiam illius velut argumentum totius psalmi.

℄ VVLGATA ÆDITIO. ℄ Psalmus primus.

BEatus uir qui non abiit in consilio impiorum:& in uia peccatorum non stetit,& in cathedra pestilentię non sedit.
Sed in lege dñi uoluntas eius:& in lege eius meditabit die ac nocte.
Et erit tanq̃ lignum quod plantatum est secus decursus aquaꝝ:quod fructum suum dabit in tempore suo.
Et foliũ eius non defluet:& oĩa quęcunq; faciet prosperabuntur.
Non sic impii,non sic:sed tanq̃ puluis quem proiicit uentus a facie terrę.
Ideo non resurgunt impii in iudicio:neq; peccatores in cõcilio iustorum.
Quoniam nouit dominus uiam iustorum:& iter impiorum peribit.

℄ IVXTA HEBRÆVM. .I.

1 Propheta. BEatitudines [sunt] uiri qui non ambulauit in consilio impiorũ:& in uia peccatorum non stetit,& in sede derisorum non sedit.
2 Sed in doctrina domini [4] uolũtas eius:& in doctrina eius meditabitur die ac nocte.
3 Et erit tanq̃ arbor plantata super riuos aquarum.quę fructum suum dabit in tempore suo:& frons eius non arescet,& omne quod faciet proficiet.
4 Non sic impii:sed uere tanq̃ gluma, ꝙ [quam] propellet ipsam uentus.
5 Propterea non permanebunt impii in iudicio:& peccatores in congregatione iustorũ.
6 Quoniam noscens [est] dominus [4] uiam iustorum:& uia impiorum peribit.

4 Nomen dei q̃tuor literarum (grece tetragrãmaton)hoc signo 4 inter linear denotabit.

TItulus nullus est.Materia psalmi(vt ex decursu colligit psalmi)est btitudo iustoꝝ inocẽtũ. Testat enĩ primus versiculus ꝙ de inocẽtibus tractat:nõ infantibus,sed illis q ĩ lege dñi meditant.& eorũ prosperitatẽ prosequit ꝓgressus psalmi. Et apte initiũ canticoꝝ inchoat a btitudine supremoꝝ iustoꝝ.

℄ SVMMARIVM EST.

℄ Viri declinantis a malo.& adhęrentis legi dñi,beatitudo est:ꝙ ipse quidem hic erit tanq̃ arbor plan

tata secus riuos aquarũ &c̃.impii vero tanq̃ gluma propulsa a vento.in futura autem vita congregatis iustis/succẽbent impii in iudicio:quia p̃destinauit dñs iustos,impii autẽ ex seipsis peribunt.

¶ Persona loquens propheta est.

BEATITVDINES. Diuidit psalmus in partes duas:ppositiuã materię,& executiuã/ibi & erit. ¶ Circa istam aduerte q̃ dictio p̃ria pluralis nũeri ẽ ita q̃ caret singulari:sicut apud nos nuptię & nũdinę. Vñ sequit q̃ põt itelligi p plurale singulare.s.btitudo/q̃ hic hr in spe & in p̃ria hẽbit in re.& pñt intelligi multę btitudines:altera in p̃nti vita/altera in futura. Et ẽ sensus.btitudines sũt viri seu btitudo est viri,nõ cuiuscũq; sed q nõ ambulauit &c̃. ¶ Intendit ergo ppheta in hac prima pte psalmi ppõnere inocẽtiũ iustoꝝ & p̃miũ(dicẽdo btitudines)& meritũ/i subsequẽtib⁹ trib⁹ negatiõib⁹ spectãtib⁹ ad primã iustitię ptẽ q̃ est declinare a malo,& duab⁹ affirmatiõib⁹ spectãtib⁹ ad alterã iustitię ptẽ/q̃ ẽ facere bonũ. Uiri. Non excludit mulierẽ,sed hominẽ a pfectiori sexu(in quo tõnis mentisq; vis p̃cipue viget)significat:vt viri noie intelligas hoiem ſm illam partẽ in qua spes est ęternę beatitudinis:hoc est ſm mentẽ. Et sic nec mulier excludit/nec homo ſm partẽ sensitiuã:sed ſm mentẽ beatus in spe pponitur/futurus etiam ſm hanc partem primo beatus in re.

Qui non ambulauit in consilio ipioꝝ. Impii pprie dicuntur oẽs qui affectu vel opere cõtrariant coelesti patri vel patrię.nam quũ pietas sit quę p̃ri ac patrię cultum officiũq; exhibet,impietas pietati cõtraria/affectu quidẽ solos ex intẽtione tendẽtes cõtra coelestẽ patrẽ aut patriã afficit:ope vero oẽs existentes in peccato mortali cõprẽhendit:vtpote inimicos dei. ¶ Ambulare in cõsilio impioꝝ/est adhęrere & operari ſm impioꝝ consilia abducentia a coelesti patre aut patria.

Et in via peccatoꝝ non stetit. Peccatorũ noie intellige oẽs declinantes a rectitudine legis/siue diuinę siue naturalis siue scriptę.peccatũ.n.cõissime sumptũ in declinatione a rectitudine consistit.vñ & in naturalibus/monstra dicunt peccata naturę:& in artificialibus/errores dicunt peccata artis.Quo fit vt in moralibus(de q̃bus loq̃mur)peccatores dicant qui a rectitudine legis declinant. Via itaq; peccatoꝝ/mos cõsuetudoq; eoꝝ est:ac per hoc stare in via eoꝝ/est hominẽ assuescere moribus peccatoꝝ.

Et in sede derisoꝝ nõ sedit. Appellatiõe derisoꝝ itellige eos q ex intẽtione vel ope irridẽt bona opa/bñ opantes/imitatores chr̃i/& alia hmõi. In quoꝝ numero sunt p̃hi deridẽtes eos q sperant btitudinẽ coelestis p̃rię.Sũt & illi q post hãc vitã dicent de sc̃tis vt hr sap.5.hi sunt quos aliq̃n habuim⁹ in derisum,nos insensati vitã illoꝝ estimabam⁹ insaniã & finẽ illoꝝ sine honore. Sũt & illi q estimauerũt lusum esse vitã nostrã:vt dr sap.15.Nec lõge sunt ii a q̃b⁹ deridet iusti simplicitas:vt dr iob.12. ¶ Et q̃a derisores despiciẽdo & i risum seu ludũ ducẽdo ea q̃ sunt diuinę grę/inficiũt humanũ gen⁹ peste ifidelitatis & auersionis a bono,iõ merito sedes derisoꝝ appellata ẽ ab effectu cathedra pestilẽtię. Sedes derisoꝝ,autoritas/doctrina/q̃ es ẽ eorũdẽ. In qua sedere ẽ iudicare,q̃escere iudicãdo/siue docẽdo siue discẽdo &c̃. ¶ Aduerte circa istas tres negatiões.Et vide p̃rio oĩa genera generalissima pctõꝝ i his trib⁹ cõprẽhẽsa.s.pctm̃ i deũ/pctm̃ in seipm̃/& pctm̃ in p̃ximũ.Et pctm̃ q̃dẽ i deũ/p̃cipue in ip̃ius coelestẽ offendẽtib⁹ patrẽ.pctm̃ vero i seipm̃/in pctõribus turpes seipsos reddẽtib⁹ actib⁹ irrõnabilib⁹.pctm̃ aũt in p̃ximũ/i derisorib⁹ p̃ximos cõtẽnẽtib⁹. ¶ Vide sc̃do tres generales cãs pctõꝝ.s.suasionẽ i cõsilio/exẽplũ in via/doctrinã seu autoritatẽ i sede. Vel ẽt ſm tres aię ptes.s.fomitẽ ad malũ/in via,itellectũ practicũ/in cõsilio,itellectũ speculatiuũ/in sede. Acsi diceret.q nec p̃nitate sensuũ/nec cõsilio nec doctrina declinauit ad malũ. ¶ Vide tertio tres generales modos seu status peccandi.s.mobilr/in hoc q̃ ambulauit:firmiter/in eo q̃ stetit:& q̃ete/in eo q̃ sedit. ¶ Vide quarto cõgrue r̃ndere singula singulis:dũ ipioꝝ cõsiliũ euitat nõ ambulãdo/pctõꝝ via euitat nõ stando/& sedes delusoꝝ euitat nõ sedendo:q̃a mala cõsilia q̃uis euitare nõ possimus quin audiamus,criminosum tñ est illa seq. Per vias quoq; peccatoꝝ nõ trãsire/ipossibile nobis est:sed in via peccatoꝝ stare (hoc ẽ firmare se)criminosum ẽ. Sedes demũ irrisoꝝ cognoscere nos oportet(vt aduersus hęreses & hostes christi cõsurgamus)sed in eoꝝ sede sedere docẽdo aut discẽdo/pessimũ est. ¶ Vide quinto nihil hoꝝ supfluere.nã sunt multi qui etsi malis cõsiliis nõ acq̃escunt,via tñ(hoc est cõuersatione)peccatorũ inficiunt. Et sunt qui licet cõsilia & cõuersationẽ peccatoꝝ vitẽt,a doctrina tñ hęreticorũ seu philosophoꝝ corrũpunt/dũ putant illos vera docere. ¶ Vide sexto pgressum malorũ esse/malũ/peius/pessimũ,& iuxta hunc ordinẽ orationẽ pgredi:q̃a malum est ambulare in consilio impioꝝ/peius stare &c̃.pessimũ sedere. Ideo tali pgressu oĩum hoꝝ negatiuo/innocentiã descripsit a crimine quocũq;.

Sed in doctrina dñi volũtas eius. Secũda iustitię ps viri istius hic incipit describi. ¶ Vbi scito semel pro semp/q̃ dictio hebraica interpretata doctrina/ vere significat doctrinã,quia ad docendũ spectat:sed apud hebręos appropriat ad significandũ diuinã legẽ/quũ dicit doctrina dñi. Ita q̃ legẽ nõn ab actu ligandi aut legẽdi sed ab actu docendi significant. Et bñ ad differentiã humanarũ legũ:quę non docent sed ligant.lex enim diuina non ad obligandũ sed ad docendũ humanũ genus a diuino pcessit lumine. ¶ Doctrina itaq; siue lex dñi põt duplr accipi.primo pro ea quę simplr & absolute est lex dñi. Et hęc est duplex.s.lex naturalis & lex gratię.illa indita est nobis:ista infusa per spiritũ sanctũ intus in aïa nostra:vt ex hiere.31.apl's ad hebr.8.dicit.Ad illã spectant p̃cępta iuris naturę:ad istã p̃cępta fidei/spei/& charitatis.Secũdo pro ea legę dñi quę ad tẽpus data a domino est. Et hęc est etiã duplex.s.lex veteris testamenti

ſcripta a moyſe & prophetis,& lex ſcripta noui teſtamenti/per apoſtolos & euangeliſtas ad nos deri/
uata.Ad quam ſpectant præcepta de baptiſmo/de eucharistia &c̄.ſicut ad legem veteris teſtamenti
ſpectabant præcepta cerimonialia &c̄.pro illo tempore. ¶ Meminit autem propheta non intelle/
ctus ſed voluntatis:eo ꝙ non ſumus boni quia bonum intellectum habemus/ſed quia bonam ha
bemus voluntatem.Et quia voluntas noſtra ad hoc vt recta & bona ſit regulanda eſt lege domini,
propterea propheta bonitatem viri ponit in conformitate voluntatis ad legem domini. Et hoc de/
notat illa præpoſitio in/ quum dicitur in lege domini voluntas eius. Debet enim voluntas noſtra
eſſe in lege domini/& non ſolum ſub lege:quoniam ſub lege eſt velit nolit: quia ſubiecta eſt etiam
inuita legi domini. Sed debet eſſe in lege tanq̄ amans in lege amata / tanq̄ concupiſcens in lege
deſiderata/tanq̄ gaudens in lege de qua delectatur/& demum tanq̄ libere regulata in regulante:hoc
eſt amplectens ipſam pro ſua regula.

Et in doctrina eius meditabitur die ac nocte. Non ſufficit ad beate agere volūtas in lege domi
ni, ſed oportet in lege domini meditari nocte & die:hoc eſt ꝙ in lege domini volūtatem habeat ſic
ꝙ die & nocte non ſaciatur meditatione doctrinę diuinæ. ¶ Ex quibus omnibus habes deſcriptio/
nem viri qui dicitur beatus.Deſcriptus enim eſt ex eo ꝙ non ambulauit in conſilio impiorum/ꝙ nō
ſtetit in via peccatorum/ꝙ non ſedit in ſede deriſorum, ſed in lege domini ſic habet voluntatem ꝙ
die ac nocte meditat̄ quę ſunt legis dei.Hic inquam eſt beatus/huius ſunt beatitudines.

¶ **Et erit tanq̄ arbor.** Hic incipit pars executiua tali ordine.Primo tractat̄ illa particula beatitu
dines in hac vita / a ſtatu.Secundo a contrariis negatis/ibi non ſic.Deinde tractatur eadem particu/
la in futura vita ſimiliter/ibi propterea.Et quarto tractatur tota illa particula qui nō ambulauit &c̄.
ibi quoniam noſcens. ¶ Aſſimilatur beatitudo viri iuſti in præſenti vita arbori habenti quattuor
conditiones.Prima eſt plantationis ſuper riuos aquarum.Et hoc quo ad radices vnde vegetetur. Se/
cunda eſt quo ad folia.de quibus dicitur/& frons eius non areſcet. Vbi ſcito ꝙ dictio hebraica ſonat
initium aridi quod apparet in frondibus arborum quum non irrigātur.huiuſmodi enim initium
ariditatis ſignificatum eſt per inchoatiuum areſcet.Tertia conditio eſt in fructu/continens & produ/
ctionem fructus ꝓprii(ne putaret̄ ſicut vitis expectata vt faceret vuas & fecit labruſcas/apud eſa.5.)
& tempore debito/ad excludendum fructus abortiuos.Quarta eſt vniuerſalis profectus omnium cō/
currentium:hoc eſt tam præuiorum ad fructus productionem(vt ſunt flores & huiuſmodi)q̄ gum/
marum & ſimilium.Intendit enim ꝙ omnia quę facit arbor ad profectum ducet:vt ex his intelligas
ꝙ ſicut arbor iſta eſt beata īter arbores/ita vir hic eſt beatus inter homines:vtpote qui licet natus in
carne/natus in mundo,plantatus eſt a deo in ſpiritu charitatis iuxta riuos a ſpirituſancto fluentium
aquarū ſpiritualium gratiarum/diuinorum eloquiorum ac ſacramentorum/ex quibus alitur & vege/
tatur qui nō in ſolo pane viuit.Et quia(vt hiere.declarauit)ad huiuſmodi humorem mittit radices
affectuum & meditationum,non timebit quum ſuperuenerit æſtus cōcupiſcentiarum aut perſecutio/
num:ſed dabit & vere dabit ſpontaneus fructum boni operis ſuum/non alienum(vt ſcribę iudęorū
dederūt fructū alieni boni operis / magorū ſcilicet qui adorauerunt chriſtum)in tempore ſuo/alioqn
prudens non eſſet:& frondes verborum eius non areſcent terrenis vanitatibus aut minis.& quid per
ſingula moror?omne quod faciet ad perfectionem ꝓgredit̄ / continuum profectum faciens:quia di
ligentibus deum oīa cooperant̄ in bonum:vt dicitur ad ro.8.

Non ſic impii. Non ſuffecit prophetę declarare beatitudinē iuſtorum in hac vita ex concurſu tot
bonorum ad ſimilitudinem arboris,ſed magnificat eā ex contraria diſpoſitione impiorum/dicendo
nō ſic impii:vt ex iſta negatione intelligas ꝙ non vane vir declinauit ab impiis/a peccatoribus/a de
riſoribus.Hæc enim differentia(ſcilicet ꝙ impii non ſic ſunt ſicut arbor talis cui ſimilis eſt iuſtus)
monſtrat q̄ vtiliter iuſti declinant ab impiis.

Sed vere tanq̄ gluma. Circa iſtam aduerte ꝙ dictio hebraica ſignificat purgamētū grani leuiſſi/
mum/quod in ventilatione a vento propellitur.quod eſt folliculus ille qui immediate tegit granum:
qui eſt leuior palea/& appellatur gluma.

Qꝫ propellet ipſam ventus. Gluma habet duplicē ſtatū.alterū quo tegit granū.alterū quum ꝓpel/
lit̄ a vento.& dū tegit quidē granum/vtilis eſt:dū aūt ꝓpellit̄/pro nihilo habetur. Vt ergo intellige/
res ꝙ impii in hac vita aſſimilantur & glumę vtili/non ſibi ſed alii(quia reprobi in hac vita ſunt nō
ꝓp ſe ſed ꝓp electos)& glumę vento expoſitę,quia ſm ſeipſos fere nihil ſunt / & circūferunt̄ a ven/
to doctrinę in nequitia hoīum/vt dicitur ad ephe.4.ideo adiunxit ꝙ propellet ipſam ventus: vt vel
ſic intelligeres quantum diſtat impius a iuſto comparato arbori radicatę/fructuoſę/ꝓficienti &c̄.dū
impii comparant̄ rei ꝓpter aliud/& quę pro nihilo habet̄ vēto cōmiſſa.

Propterea nō ꝑmanebūt. Tractat̄ hic cōſequenter beatitudo viri iuſti in futura vita. Tractatur
aūt ſimul cū miſeria impiorum:vt quēadmodū vtrorūq; ſtatus in hac vita prętractatus eſt/illorū bea
tus/iſtorū miſer(tum ex negatione bonę diſpoſitionis arboris/tum ex affirmata ſimilitudine ad glu/
mam ꝓpulſam a vento)ita nunc futura miſeria impiorum deſcribitur ex negatione permanendi in

iudicio & congregatione iustorum. Vbi propheta prosequitur metaphoram inductam de assimilatione impiorum ad glumam. Et intendit ad literam ꝙ sicut nec in ventilatione tritici nec in congregatione eiusdem in horreum permanet gluma, ita nec in iudicio separationis bonorum a malis/ nec in congregatione iustorum quasi in diuina horrea in coelestem patriam/ permanebunt impii. Et ad hoc directe tendit propterea/ ad hoc tendit iudicium consequenter introductum/ ad hoc tendit permanere/ ad hoc tendit congregatio iustorum. Visus siquidem est luc. 3. ioannes baptista hoc loquendi modo/ dicens. cuius ventilabrum in manu eius, & mundabit aream suam/ & congregabit triticum in horreum suum &c̄. Acsi aperte propheta ex similitudine inducta induceret. propterea quia impii sunt tanq̄ gluma quae vento exponitur, consequens est ꝙ in iudicio tanq̄ in ventilatione non permanebunt impii: & similiter in congregatione iustorum tanq̄ in congregatione tritici in horreum/ non permanebunt impii. Vbi clare describitur simul iustorum electio & impiorum reprobatio. Spectat autem sententia haec ad iudicium futurae vitae/ cui reseruatur separatio iustorum ab impiis. interim enim permixti sunt: & in iudicio praesenti impii saepe permanent indemnati & absoluti/ immo & victores. Vnde ex eo etiam ꝙ negatur impios permansuros in iudicio/ apparet ꝙ de iudicio futurę vitae (in quo solo constat impios nō permanere sed damnari) sermo est. ¶ Et nota ꝙ propheta trāsit a singulari in pluralem numerum iustorum: vt intelligas ꝙ appellatione viri beati non significauit singularem aliquem virum/ sed genus iustorum.

Quoniam noscens dominus. Vide prudentiam prophetę. redit ad principium psalmi, reddens simul rationem & separationis iustorum ab impiis conclusam ex metaphora glumę/ & assertę beatitudinis iustorum ex merito declinationis a viis iniustorum. Totū illud/ ambulare in consilio impiorum/ stare in via peccatorum/ sedere in sede derisorum, via impiorum est. totum vero illud volūtas in lege domini/ meditari die ac nocte in doctrina dei, via iustorum est. Vtraq; hic tractatur. & ex meritis viarum reddit propheta rationem terminorum & pręmiorum. De illa dicitur peribit/ & non additur a domino: quia suapte natura via impiorꝫ interitus est. oseae. 13. perditio tua israel ex te. Quo contra via iustorum deo attribuitur/ noscens dominus viam iustorū. Ex hoc nanq; ꝙ e regione notitia apponitur ad interitum/ apparet ꝙ non de notitia simplici (quippe qua deus nouit vtrorumq; vias) sed de notitia salutari immo beatrice est sermo: qua dominus insipientibus virginibus dicet matth. 24. amen dico vobis nescio vos. Dico autem beatrice: ne plus mali impiorum interitus ꝗ̄ boni iustorum diuina notitia significet. ¶ Perspiciendo quoq; ꝙ diuina haec notitia refertur ad viam iustorum/ & affertur per coniunctionem quoniam vt ratio separationis iustorum ab iniustis, apparet ꝙ de notitia diuinae praedestinationis (ad quam spectat amica notitia disponere viam iustorum ad coelestem patriam) est sermo. De qua apostolus. 2. ad timoth. 2. firmum fundamētum dei stat, habens signaculum hoc/ cognouit dominus qui sunt eius. Ex eo nanq; ꝙ deus praedestinauit viam iustorum/ & via impiorum ex se peribit, fiet ꝙ impii nec in iudicio discussionis meritorꝫ nec in congregatione iustorum ad coelestem patriam permanebunt. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus .II.

Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania?
Astiterunt reges terrę & principes conuenerunt in unum: aduersus dominum & aduersus christum eius?
Dirumpamus uincula eorum: & proiiciamus a nobis iugum ipsorum.
Qui habitat in coelis irridebit eos: & dominus subsannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos.
Ego autem constitutus sum rex ab eo super sion montem sanctum eius: predicans praeceptum eius.
Dominus dixit ad me: filius meus es tu/ ego hodie genui te.
Postula a me: & dabo tibi gentes hęreditatem tuā/ & possessionem tuā terminos terrę.
Reges eos in uirga ferrea: & tanq̄ uas figuli confringes eos.
Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.
Seruite domino in timore: & exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinam: nequando irascatur dominus/ & pereatis de uia iusta.
Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

ℭIVXTA HEBRÆVM.

1 Propheta. QVare conuenerunt gentes:& populi loquentur inane?
2 Erexerunt ſe reges terræ/& principes conſiliati ſunt ſimul: ſuper
dominum & ſuper chriſtum eius?
3 Reges &c. Dirumpamus uincula eorū:& proiiciamus a nobis funes eorum.
4 Propheta. Sedens in cœlis ridebit:dominus † deridebit eos†. [illegible]
5 Tunc loquetur ad eos in indignatione ſua:& in ira ſua terrebit eos.
6 Deus. Et ego pręfeci regem meum:ſuper ſion montem ſanctitatis meę.
promulgandū
7 Narrabo ad pręceptum Meſias. dominus dixit ad me. Vox dei recitata a meſia. fi
lius meus tu/ego hodie genui te.
8 Poſtula a me:& dabo gentes hęreditatem tuam/& poſſeſſionem tuam terminos terræ.
9 Confringes eos in uirga ferri:ut uas figuli franges eos.
10 Propheta. Et nunc reges intelligite:caſtigamini iudices terrę.
11 Seruite domino in timore:& lętamini in tremore.
12 Oſculamini filium, nequando iraſcetur & peribitis uia. quoniam ardebit uelut pa
abeſt erunt
rum furor eius: beatitudines omnium ſperantium in eo.

TItulus nullus eſt. Autor eius fuit dauid: vt domini diſcipuli act.4. atteſtati ſunt orantes. Dñe qui ſpiritu ſancto per os patris noſtri dauid dixiſti. quare fremuerunt gentes/& populi meditati ſunt inania: aſtiterunt reges terræ, pricipes cōuenerūt in vnū aduerſus dñm & aduerſus chrm eius?

ℭMateria de qua tractat pſalmus hic/determinata eſt primo autoritate eorūdē diſcipulorū/quū ſubdunt. conuenerunt enim vere in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuū ieſum quem vnxiſti/herodes & pōtius pilatus cum gētibus & populis iſrael. Deinde autoritate pauli apli act.13. ad probādum deū adimplere promiſſionem ſuam reſuſcitando ieſum/allegātis hunc pſalmum & dicentis. Sicut & in pſalmo.2. ſcriptum eſt. filius meus es tu/ego hodie genui te. Et rurſus ad heb.1. ad probandum chriſtum eſſe ſupra angelos inquit. cui aliquando dixit angelorum, filius meus es tu/ego hodie genui te? Ex quibus omnibus collatis cum litera pſalmi/habetur materiam huius pſalmi eſſe regnum chriſti: hoc eſt chriſtum eſſe vere dei filium datum a deo in regem totius mundi.

ℭSVMMARIVM EST.

ℭPropheta introducit mundum inſurgentem contra fidem meſię/deumq; ac meſiam dei filium cōteſtantes veritatem fidei chriſtianę: ac deinde monet reges & principes vt ex amore ſubeant iugum dei ac meſię/tū metu ęterni interitus/tum ſpe beatitudinis ęternę.

ℭPerſonę loquentes in hoc pſalmo ſunt quattuor: propheta/reges ac populi ſimul/deus & chriſtus.

QVare. Diuidit pſalmus iſte in partes duas: ppoſitiuā materię, & executiuā/ibi ſedēs in cœlis. In propoſitione materiæ collige quattuor pugnātes: ſcilicet gētes/populos/reges/ & pricipes. duos impugnatos: ſcilicet dominum & chriſtum. quattuor præparationes: ſcilicet conuenerunt/conſiliati ſunt/erexerunt ſe/locuti ſunt inane. duo ad quę conuenerunt: ſcilicet ad dirumpendum vincula, & proiiciendum a ſe funes dei & chriſti.

Quare/cauſam quærit finalem: non ea ratione q̄ propheta neſciens ſeu dubitans quęrat/ſed arguendo & damnando: ponens per huiuſmodi verba ante populorum regumq; oculos ſuū errorem. ſignificans per hoc q̄ fruſtra pugnāt nitentes contra dominum & chriſtū eius agere. Simili ſiquidē mō cōſueuimus arguere infimos pugnare tentantes contra magnates. quare pugnas contra eum contra quem præualere non potes?

Conuenerūt. Quāuis iter ſe diſſiderēt gētes, in hoc tñ cōuenerūt. Et vtitur ppheta pterito pro futuro ppter certitudinem prophetię. apud quam ita ſunt certa futura ac ſi eſſent pręterita. Et huius regule memento in ſimilibus: ne ſępe oporteat replicare.

Gentes. nationes extra legem moſaicam.

Et populi. iudeorū. **loquētur inanę.** Obiectiōes tū iudęorū tū gētiliū cōtra fidē chri inanes merito dicunt. tū ſm ſeipſas: qa cōtra veritate. tū ſm effectū: qa porte inferi nō pręualebunt aduerſus eam.

Erexerūt ſe reges terrę. Quantum erexerint ſe reges terrę contra fidem chriſti/innumera martyrum multitudo teſtatur.

Et principes cōſiliati ſunt ſimul. Non ſolum gentes & populi conuenerunt/ſed etiam principes

in vnam conclusionem definitis consiliis coierunt.

Sup dominũ. Materia cõuẽtus & cõsilii significaᵗ dñs. Sic.n.in veteri testõ ab hebręis frequẽtissimo vsu nũcupabaᵗ deus. Et hoc sufficiat semel ꝑ semp. Vere nãq nõ sup humanũ regẽ aut regnũ/cõsiliũ inierũt, sed sup deũ verũ: dũ ad hoc nitebanᵗ vt deus nõ hẽreᵗ dñs/sed quasi nõ curã hñs reꝝ hũanaꝝ. Et super chrm eius/iesum vnctũ spũsctõ & virtute: iuxta verbum petri apli act.10. & oleo exultationis prę participibus suis: iuxta psalmũ.45. Intelligitur enim chri nomine mesias/ab vnctione qua reges vngebanᵗ noiatus. Signãter aũt dicitᵗ eius.i.dñi: qa singularissime chrs est dñi ꝑ gratiã vnionis ꝑsonalis. Et vere aduersus chrm pugnauit mundus. primo occidendo ipsum: & postea persequẽdo ipsum in discipulis eius. Vnde & ipse saulo ꝑsequenti discipulos ait. saule saule quid me persequeris? act.9.

Dirumpamus vincula eorũ. scilicet dñi & chri eius. Vox hęc ẽ regũ/principũ/gẽtiũ/& populoꝝ, velut cõclusio in qua pari cõsilio ex inanibus rõnibus cõuenerũt. ¶ Vbi nota ex regũ populorũq fastidio ac cõtumelia in chrm/appellari ꝓcepta fidei & religiõis chrianę vĩcula & funes: tanq̃ sint aĩorũ humanoꝝ ligamina/tollẽtia libertatẽ humani aĩ. ¶ Apte aũt ꝓsequẽdo metaphorã vinculoꝝ dicũt reges & ppli. dirũpamus vincula & funes ꝓiciamus a nobis/ꝓcul pellamus a nobis/ab aĩs nřis.

Sedens in cęlis. Vox ista ꝓphetę est. & hic incipit pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula/quare &c̃. secundo illa sup dominũ/ibi & ego. tertio illa super chrm/ibi dñs dixit. quarto illa/reges &c̃. ibi & nũc reges. ¶ Circa literã aduerte ꝙ dictiones hebraicę sonãt paruipẽdere rẽ deducẽdo in iocũ seu risum: quod interpretes variis noĩbus explicãt. Sed parui refert: quoniã metaphorice assumunᵗ: deo.n.nihil horum cõuenit nisi metaphorice. Vbi aduerte in hoĩbus pugnãtibus aduersus chri regnũ duo inueniri: scilicet offẽsam dei & conatũ seu pugnã cõtra ipm. Et iuxta hęc duo duas dei dispõnes ꝓpheta inducit. Respectu quidẽ pugnę & conatus paruipensionẽ: quã describit per metaphorã actus ridendi & irridendi. Et pulchre causas irrisionis apponit duas ex parte dei. alterã ex loco/dicẽs sedens seu habitans in coelis. Siquis enim cõtra solẽ aut lunã pugnaret, irridendus merito esset: multo autẽ magis irridendi inducunᵗ reges & populi/contra habitantem in coelis pugnantes. Alteram ex imensitate ꝑtãtis/dicens & dominus. nõ horũ aut illoꝝ sed simpliciter & absolute dominus: quo significaᵗ dominus vniuersoꝝ. Irridẽdi siqdem inducunᵗ a domino: vtpote sciẽte & potẽte oĩa impedire. Vnde & in actibus apostolorum ca.4. orãtes discipuli dicunt ꝙ conuenerunt herodes & põtius pilatus cum gẽtibus & populis israel facere quę manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri. ¶ Eos in hebręo est datiui casus.

Quo ad offensam vero dei subiungit ꝓpheta nõ esse ducẽdam in risum/sed puniẽdã dicens. Tunc loqueᵗ. Vbi prius idignatio/& deinde ira poniᵗ: vt duplex punitio significeᵗ. Altera verboꝝ in idignatione. Et hęc erit sñia idignati iudicis/ite maledicti in ignẽ æternum. Altera effectus in eis: quũ ira (hoc est iustitia vindicatiua) puniet eos. Et vocaᵗ effectus iste terror seu cõturbatio seu stupefactio: qñ (vt diciᵗ sap.5.) vidẽtes impii tẽpore iudicii iudiciũ mesię & iustos/turbabunᵗ & stupebũt in subitatione insperatę salutis &c̃. Qꝺ aũt diciᵗ tunc/significat ꝙ nõ nũc (hoc est in pręsenti vita) sed tunc in alia vita habitator coeli vindictã faciet. ¶ Ex his duobus hẽs a ꝓpheta monstratũ ꝙ & vane & cũ damno ꝓprio cõuenerũt gẽtes &c̃. aduersus dñm &c̃. & merito fuisse oẽs reprehẽsos/quare cõuenerũt &c̃.

Et ego ꝓfeci. In litera ista/cõmutata est a.70. ꝑsona loquẽs. nã in hebręo introduciᵗ deus loquens actiue/& ego ꝓfeci. 70. autem introducũt mesiam loquentem: & mutarunt actiuam in passiuam/ego aũt constitutus sum rex. ¶ Tractaᵗ itaq hic illa particula/sup dominũ. dum itroduciᵗ dominus alloquẽs mundũ, attestãs mũdo pugnãti cõtra chrm tria de chro: scilicet ꝙ ipse deus cõstituit eum regẽ/& ꝙ cõstituit eum sup oĩa/& ꝙ cõsummaturus oĩno est per mesiam ꝓcepta euãgelica. Primũ horũ significaᵗ dicendo/& ego pręfeci regẽ meum. Acsi aperte diceret. non hoĩes/nõ sydera/non aliqua creata cã, sed ego pręfeci/constitui/ordinatus sum, regẽ/mesiã, meũ. Non dixit ꝓm cor meũ/sed meũ: vt intelligas de illo ipm rege loqui qui solus est rex eius. tum ob gratiam vnionis personalis. tum ob regni & regiminis proprietatem. Solus nãq chrs in vniuerso regimine suo quęsiuit ea quę solius dei sunt: ac per hoc appellaᵗ a deo rex meus: vtpote quæ mea sunt/solummodo quęrens.

Sup sion montẽ sctitatis meę. Attestaᵗ deus cõsequẽter ꝙ cõstituit regẽ suũ sup oĩa. nõ.n. dicit in sion/sed sup sion: vt itelligas nõ locũ in quo cõstituit eũ regẽ/sed locũ subiectũ regi. Et qa nõ absolute diciᵗ sup montẽ sion/sed apponiᵗ sctitatis meę, significaᵗ ꝙ de mõte sion quatenus sanctus deo (hoc est sctificatus ipsi deo) est loquiᵗ. Mons aũt sion sanctus deo est ꝓp tẽplũ dei in eo/ꝓp sacrificia deo ibi oblata/ꝓp legẽ q̃ ibi ꝓdicabaᵗ. Vñ montẽ sion sctitatis esse sub rege chro, est diuinũ cultũ diuinãq legẽ subesse regi chro: iuxta verbũ dñi in euãgelio matth.12. ẽt sabbati dñs est filius hoĩs. Et ꝑ hoc respõdet deus iudęis impugnãtibus chrm ꝙ tollat sabbatũ/cultũ templi & cerimonialia veteris testamẽti. ego inquit dominus ꝓfeci regem meum super sion montem sanctitatis meæ. in quo includuntur omnia legalia. Vnde & statim de euangelica lege adiungit narrabo &c̃. Nec vacat mysterio etiã simplex nominatio montis sion: quoniã hinc significaᵗ thronus dauidis/qui sedem regiã constituit in monte sion: vt intelligas de mesia super solio dauidis promisso sermonem hunc haberi.

Narrabo .seu annunciabo. **ad preceptum.** Tanq̄ dicens deus mundo.vos quidem contra me & christum pugnatis/& extinguere nitimini praecepta euangelica:quantuncunq̨ frematis & pugnetis/nihilominus velit nolit mundus / narrabo seu annunciabo per christum ad preceptum:hoc est promulgabo euangelicam legem.narrare enim ad praeceptum/est manifestare vim precepti. Et apte non dixit imponam p̄ceptum/apponā iugū p̄cepti,sed dixit narrabo ad p̄ceptum:vt non precepti impositio(quae velut onerosa abiecta est a dicentibus/dirumpamus vincula eorum & proiciamus a nobis iugum ipsoꝝ)sed manifestatio quae bn̄ficium est significetur.euāgelica p̄dicatio est narratio nō hominis sed dei/ad p̄ceptum salutiferum humano generi.¶ Vbi nota euangelica p̄cepta narrari non ab homine sed a deo:vt nō putet mundus p̄cepta fidei & de baptismo & eucharistia &c̄.esse adinuētiones humanas aut mandata hoīum/sed dei.loquitur enī deus in prima p̄sona/dicens narrabo.

Dominus dixit ad me. Tractatur illa particula super christū eius.Introducit̄ siqdē christus ipse testificās mundo de seipso triplicē ueritatē.s.se esse.veꝝ deū/ se esse veꝝ dn̄m super oēs hoīes/& se eē iudicem vniuersorū.ita tamē q̨ haec oīa fatetur se habere a deo.¶ Circa attestationē autē deitatis eius plura sunt mysteria q̄ verba.& nisi vt discussa & prolixis sermonibus declarata a sacris doctoribus sciremus/longo esset opus tractatu.A quo abstinentes/notandū sūmarie duximus q̨ in his verbis dn̄s dixit ad me/duo significantur.alterum in superficie:hoc est dn̄s locutus est mihi.Alterū in profundo latens:hoc est dn̄s protulit me verbū:dicere enī est proferre verbum.Et sicut dicere sensibiliter est proferre verbum sensibile, ita dicere itellectualiter est p̄ferre verbum itelligibile. Ita q̨ verbū est ad quod terminat̄ dicere/est quod p̄ducit̄ p̄ actū dicēdi.Et p̄pterea significanter adiūcta est p̄positio ad.ita q̨ nō ait/dn̄s dixit mihi(p̄ quod significaret̄ p̄sona chr̄i audiēs dn̄m dicentē)sed ait dn̄s dixit ad me/pro ducēdum simul & p̄ductū p̄ ip̄m dicēdi actū.Et p̄ p̄nomen me(quum demonstret̄ substātia mesię)significat̄ subsistētia verbi p̄ducti.ita q̨ nō est verbum illud accidēs aliquod/quale est verbū intelligibile in mēte nr̄a,quod scilicet nostra intelligētia formamus in nobis:quod cōstat esse accidēs & nō subsistēs/quod intelligit̄ & nō intelligit. Verbū aūt diuinū demōstratum p̄ p̄nomē me/ex hoc ipso significat̄ p̄ se subsistēs & itelligēs dn̄m dicentē.¶ Aduerte quoq̨ q̨ persona mesię q̄ itroducit̄ alloquēs mūdū recitando ea quę habet a deo/est s̄m veritatē duaꝝ naturaꝝ:diuinę scilicet & humanę.& s̄m diuinā naturā terminat istud dicere latēs in p̄fundo huius literę dn̄s dixit ad me/sui dicere terminatiue ad me:s̄m aūt humanā naturā terminat alteꝝ dicere qd̄ in sup̄ficie intelligit̄.nā & ab initio cōceptionis chr̄i in vtero mr̄is locutus est deus aīae christi p̄ visionē beatā:ita q̨ verbum caro factum ex tūc audiuit deū dicētē sibi.filius meus es tu.Et hoc dicere sup̄ficiali vsus videt̄ apostolus ad heb.i.dicēs.cui aliquādo dixit angeloꝝ/filius meus es tu.Et hoc vtunt̄ legētes/dn̄s dixit mihi.Et hoc nō vacat mysterio:qa hm̄oi dicere diuinū nō solū est dicere sed facere.& ideo p̄ hoc ad literam significat̄ q̨ deus nō solū vere appellauit me filium sed effecit:pro quanto effecit vt ego homo,essem filius dei. dixit enim hoc est effecit mihi homini/tu mesia es filius meus naturalis ratione diuinae naturę. Simul siquidem fecit deus filiū suum esse hoīem & hoīem esse filium suum/quādo verbum caro factum est.

Filius meus tu. Vbi nota q̨ in istis sensibilibus filius appellat̄ & est qui vitali actione a viuente ex p̄pria substātia in similitudinē p̄pnę naturę viuēs p̄ductus est.Et licet hę cōditiones in substantiis sp̄ualibus creatis īueniri nō possint/& p̄pterea nulla earū habet filiū aut p̄rem(qa nulla eaꝝ ex p̄pria substātia pōt generare sibi similē)in diuina tn̄ natura verbū qd̄ a deo dicit̄ est ēt vere & p̄prie filius:qm̄ viuēs p̄sona est/& a viuēte p̄ducit̄ ex dei substātia p̄ vitalē generationis actū in eādē naturā/ita q̨ ex vi suę p̄ductionis est similis p̄ducēti.Et p̄pterea hm̄oi p̄ductio actiue/vocat̄ generatio:passiue vero vocat̄ natiuitas.Et p̄pterea ad p̄bādā filiationem vere & p̄prię/adiungit̄ ego genui te.hinc enim nō solū p̄sona mesię distinguit̄ a p̄sona p̄ris(qa nullus generat seip̄m/& diuersitas p̄sonaꝝ significat̄ p̄ p̄nomina ego & te:cōstat.n. p̄nomina hęc p̄sonas demōstrare)sed ēt significat̄ distinctio illius & a sp̄ūsancto & ab vniuersis creaturis:qa nec sp̄ūssanctus ē genitus a deo , nec creaturę sunt p̄prie loq̄ndo genitę a deo/sed factę:iuxta illud.dixit & facta sunt.& p̄ ip̄m oīa facta sunt.Per hoc ergo q̨ dicitur filius meus/naturalis filius significatur.& p̄pea probat̄ vera naturalitas/qa ego hodie genui te.Et vide q̄ subtiliter multiplex p̄fectio illius generationis significat̄.gn̄atio siqdē illa quatenus sp̄ūalis & intellectualis significat̄ p̄ dicere/dn̄s dixit:q̄tenus vero naturalis ac substātialis significat̄ p̄ generare/ego genui:q̄tenus vero ī si͡litudinē p̄fectā/significat̄ p̄ filiationē,filius meus:q̄tenus cōpleta ē/p̄ verbū p̄ti t̄pis, dixi/genui:q̄tenus ęterna ē/p̄ aduerbiū p̄ńtis hodie.qd̄ nō t̄ps p̄sens sed p̄ńs stās semp̄ absq̨ q̄cūq̨ successione denotat:dicēdo.n.ego hodie genui te/significat q̨ nō heri(hoc ē ī p̄tō)sed hodie/hoc ē in ęternitate nesciēte p̄teritū aut futuꝝ/genui te/p̄feci generationē tui.Oportuit autē miscere genui cum hodie:qa q̄ apud nos sunt generationes si sunt ī p̄ńti nō sunt adhuc p̄fectę,& si sunt p̄fectę nō sunt p̄ńtes sed p̄teritę.chr̄i aūt filii dei natiuitas ē semp̄ p̄fecta & semp̄ p̄ńs:& p̄pea significat̄ p̄ genui hodie. Dicite ergo r̄idet mesias mūdo meditāti inania de ipsius deitate/q̨ non seipsum fecit deum/q̨ nō hoīum opiniones fecisit ipsum deū,sed q̨ dn̄s dixit ad me/filius meus naturalis es tu qa ego hodie genùi te.

Postula a me. Proseq̄ns mesias ,verba dei ad se/narrat disp̄ōnē diuinā de dn̄o suo sup̄ gētes & vni

uersum orbē. Et p petitionē seu postulationē itellige orationē & meritum chfi fm q hō. Ita q dicere postula a me/ē dicere oratiōe & merito obię/passionis &c̄. recurre ad me. Vbi cōsidera diuine puidētię ordinē: q licet pdestinauerit ab ęterno dāturū se chfo gētes, vult tñ rogari ab ipso chfo/ vult vt chfs p obediētiā & passionē &c̄. assequat̄ dñium gētium. Et rō est: qa deus vult per media congrua disponere & conducere res ad finem. Et ad literam chfs hoc adimpleuit/ & rogando patrē vt clarificaret ipm/ & obediendo vsq ad mortem. ppter quod inquit apostolus ad phil. 2. deus exaltauit illum, & dedit illi nomen vt in nomine iesu omne genu flectatur &c̄.

Et dabo gentes. Dicit̄ postula in pręsenti & dabo in futuro: vt intelligas petitionē spectare ad tēpus vię quo chfs in hoc mūdo pñs fuit viator: dare aūt gētes/ spectare ad tēpus future imortalitatis quā chfs resurgēdo cōsecutus est. Promittunt̄ aūt nūc gētes chfo qui prius descriptus est rex sup sion: vt itelligas tā eos q sub lege sunt moysi q̄ eos q extra legē sunt/ subiectos esse christo a deo.

Hęreditatē tuā. Duplex insinuat̄ mysteriū. Alterū spectās ad dignitatē gentiū/ q non qūolibet sunt datę chfo sed ęstimatę p modū hęreditatis. ita q sunt erectę in hęreditatē chfi sicut ppl's israel fuit quōdā electus in hęreditatē dei: dicēte moyse deute. 4. vos tulit dñs vt hēret populū hęreditariū. Alterū spectās ad dignitatē chfi: vt nō vno tñ mō (.s. p orationē & meritū) sed alio ēt mō. s. iure hęreditario/ gētes hēat subiectas. est. n. (vt ad hebr. 1. dicit̄) cōstitutus a deo hęres vniuersoꝝ. Et hoc quadrat pmissis: qa appellatus ē filius/ nō adoptiuus sed naturalis ipsius dei. q si filius/ & hęres: vt dr̄ ad gal. 4.

Et possessionē tuā. Licet chfo resurgenti totius vniuersi dñium collatū sit (dicēte ipso matth. vlti. data est mihi oīs ptās in coelo & in terra) possessio tamen non tunc sed postea conferenda relicta est. Et possessionē quidē coeli accępit ascēdēdo sup oēs coelos. possessionē vero totius terrę accępturus est veniens in ptāte ad iudicādū: tunc enim dabit deus illi terminos angulos/ latera/ cōfines terrę in possessionē eius. Sunt aūt termini terrę oriēs/ occidens/ auster & septentrio.

Cōfringes eos. Iudicē se institutū esse a deo subiūgit/ ab actione punitiua regū & populorum qui cōuenerūt cōtra eū. Et iudiciū per virgam ferreā aptissime significat: quoniam iuxta psal. 45. virga regni christi est virga directionis. virgā autem directionis oportet esse inflexibilem: alioquin quantum flecteretur/ tantum declinaret a recta directione. Et propterea dicitur virga ferri. Et significatur ad literam iudicium christi inflexibile/ quia nullum malum impunitum relinquit: quum de omni verbo ocioso reddituri simus rationem. Hac ergo excellētissima rectitudine qua pascūtur animi electorū a christo, hac eadem conterentur mali/ pro oībus suis culpis poenas daturi. Et quoniam pronomen eos demōstrat superius noīatos (populos scilicet/ reges &c̄.) ideo duo significantur. Primo nullius culpae eorum impunitas/ per cōfractionem eorum in virga ferri inflexibilis. Secundo facillima facultas puniendi illos/ per fractionem eorum tanq̄ vasorum testeorum. Hæc sunt quæ deus & christus attestantur mundo de veritate deitatis christi & regni eius.

Et nūc reges. Monet pphcta gētes/ populos/ principes & reges in principio psalmi introductos, sed gentes & populos monendos censet in suis capitibus: & ppterea sermonē dirigit ad reges & iudices tanq̄ ad capita: quoniā alii sequunt̄ vestigia maiorum. Dixerat superius/ tunc loquetur in ira sua. & ppterea contra illud tunc/ ait. & nunc/ hoc est in præsenti vita non expectando illud tunc, intelligite/ interius penetrate, castigamini/ passiones animi castigate vt intelligatis monitionē euangelicam/ subiicite vos reprehensioni diuini verbi, iudices terræ.

Seruite domino. Ad tres actus vult pphcta reges & iudices instrui & intelligere. Primus est seruire dño in timore. Apte aūt monet dño seruiendū: qm̄ dño directe debet̄ seruitus. Et seruituti exteriori adiūgit̄ timor iternus: ad excludēdū fictionē qua mūdi huius sapientes & pricipes p cerimonia colunt deū/ nō iterno timore dñi vlīs exigētis se timeri ab hoie: iuxta illud malach. 1. si dñs ego sum vbi est timor meus? Et dñs in euāgelio matth. 10. timete eū q postq̄ occiderit/ habet ptāte mittere in gehennā.

Et lętamini in tremore. Lętitia tā necessaria est q̄ charitas: quū sine ea vita spūalis nō sit. Et huic adiungit̄ tremor p moderamine/ ne sit lętitia dissoluta. Vñ & paulus quum dixisset philippēsibus ca. 4. gaudete in domino semper iterū dico gaudete, addidit moderamē modestia vestra nota sit omnibus hoibus. Significatur autem per huiusmodi lętitiam seu exultationē q spōtaneū requirit deus aīum humanum ad exhibendum sibi quę religionis sunt tam intus q̄ extra. ita q timor non excludat lętitiam animi nec letitia excludat timorem.

Osculamini filiū. Quia in principio psalmi propositi sunt duo (scilicet dñs & chfs eius) & postea vterq allocutus est mūdū, cōsequēter nūc pphcta postq̄ iuitauit ad seruiēdū dño/ inuitat ad adorādū seu osculandum messiam filium. Osculum itaq filii amoris signum/ manifeste significat impendendū amorem filio dei communicanti in natura cum genere humano.

Ne quādo irascetur. Assignat pphcta rōnē suę monitiōis tū ex metu ęternę dānationis. tū ex spe ęternę btitudinis. Circa metū dānationis tangit̄ primo tēpus/ dicēdo ne quādo irascet̄. Periculū itaq describit̄ dānationis p tpe qñ irascet̄ filius: hoc est qñ iustitiam vindicatiuam exercebit. quod fit in morte vniuscuiusq reprobi. Describitur & demeritum/ subiungendo & peribitis via. pfens siquidem

tempus pro via ad cœleſtem patriã cõceſſum eſt humano generi. Vnde & viatores vocamur. & electi vtentes huius vię beñficio ſaluanť hac via: reprobi aũt beneficium huius vię contemnentes, hac via pereunt: dum in fine eius in ęterno ſe inueniunt interitu. & propterea hic dicitur periculum eſſe ꝙ qñ erit tempus irę reges peribunt via: hoc eſt demerito vię.

Quoniam ardebit. Affirmat propheta futurum qñq; & paulo poſt vt furor chri ardeat: ne putetur valde diſtare illud qñ iraſceť. ppea.n. dicit qñ ardebit furor eius (metaphorica locutio eſt) ad ſimilitudinem ardentis iuſtitia eius exercebiť. & hoc velut parum. Quod ſi referať ad tṗs iudicii vniuerſalis, appellatur totum tempus velut parum reſpectu ęternitatis: ſicut & in apoc. dicitur, oportet fieri cito. Si vero referatur ad ſingulorum reproborũ punitiones, vere valde parũ eſt: vtpote exiguum tẽpus vitę vniuſcuiuſq;. Haec de metu ęternę pœnę. De ſpe autem beatitudinis ſubiungitur.

Beatitudines omnium ſperantium in eo. Nec aliud determinať tṗs beatitudinis: quia vnũ & idem eſt tṗs vindictę reproboꝝ & beatitudinis electoꝝ. tunc beati in re omnes (nullo excepto) ſperantes in eo in hac vita. Et ſic ante oculos regũ & principum ac mũdi propoſuit propheta & pœnas & pmia futurę vitę: nihil aliud laboris apponens ad aſſequendam beatitudinem niſi ſpem ſeu fiduciam in chro. haec.n. ſola & ſufficit & exigitur ad euitationem gehennę & ad aſſequendam beatitudinem: quoniam non noſtris meritis ſed ſpe ſalui facti ſumus. Beatitudines erunt, omnium nullo excepto, ſperantium in eo, filio. In primo pſalmo dictum eſt quare in plurali dicit beatitudines. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Pſalmus dauid cũ fugeret a facie abſalõ filii ſui. III.

Domine qd multiplicati ſunt q tribulãt me? multi inſurgũt aduerſum me.
Multi dicunt animę meę. non eſt ſalus ipſi in deo eius.
Tu autem domine ſuſceptor meus es: gloria mea & exaltãs caput meũ.
Voce mea ad dominum clamaui: & exaudiuit me de monte ſancto ſuo.
Ego dormiui & ſoporatus ſum: & exurrexi, quia dominus ſuſcępit me.
Non timebo milia populi circũdãtis me: exurge domine, ſaluum me fac deus meus.
Quoniã tu percuſſiſti oẽs aduerſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorum contriuiſti.
Domini eſt ſalus: & ſuper populum tuum benedictio tua.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Pſalm⁹ dauidi ĩ fugere ſuo a facieb⁹ abſalõ filii ſui. III.

1 Propheta. Domine q̃ multiplicati ſunt anguſtatores mei? multi [ſunt] inſurgentes ſuper me.
2 Multi [ſunt] dicentes aię meę. Vox multorum. non [erit] ſalus ipſi in deo † Selah. †Dia
3 Propheta Et tu domine [fuiſti] clypeus pro me: honor meus & eleuans caput meum.
4 Voce mea ad dominum uocabo: & reſpondit mihi de monte ſanctitatis ſuę Selah.
5 Ego iacui & dormiui: euigilaui, quia dominus ſuſtentabit me.
6 Non timebo a myriadibus populi: qui circũquaq; poſiti ſunt ſuper me.
7 Surge domine, ſaluum me fac deus meus: quia percuſſiſti omnes inimicos meos [in] maxilla, dentes impiorum confregiſti.
8 [ideo] Domino [attribuitur] ſalus: ſuper populum [vero] tuum benedictio tua [adde] Selah.

Titulus eſt. Pſalmus dauidi in fugere ſuo a faciebus abſalon filii ſui. Pſalmus græcũ nomen eſt a cantu dictũ. & rñdet dictioni hebraicę ẽt a cantãdo denuatę: quã latine dicimus canticũ. Et eſt dictio hęc appropriata oĩbus hymnis huius libri. nã appellanť pſalmi luc. vlt. quę ſcripta ſunt ĩ lege moyſi & prophetis & pſalmis de me. & act. 1. petrus apl's appellat hũc librũ librũ pſalmoꝝ. Et hoc habeať pro regula in oĩbus ſequẽtibus titulis vbi diceť pſalmus. ¶ Dauid eſt datiui caſus. & deſignat nõ ſolũ autorẽ pſalmi, ſed materiã inchoat; quã proſequiť ſubiungendo. in fugere ſuo a faciebus abſalon filii ſui. Hiſtoria clara eſt in ſecũdo libro regũ. ¶ Diciť a faciebus hebraico idiomate ĩ numero plurali. aiũt.n. ſemp in hebręo legi ĩ plurali numero facies: qa caret numero ſingulari hęc dictio. Et hoc ſufficiat ſemel pro ſemp: qa infinities hęc dictio in hoc libro repetiť. Vnde cõſtat ſignificari faciẽ, & non eſſe faciẽdam vim in plurali numero: ſed vt tranſlatio reddat numeꝝ numero, tráfferť ĩ plurali nũero.
¶ Materia pſalmi ex titulo conſtat. eſt enim gratiarũactio dauidis ad deum pro beneficiis ſibi collatis in perſecutione quam paſſus eſt ab abſalon: de qua ſcribitur diffuſe. 2. reg. a ca. 15. vſq; ad. 19

Et est iste primus psalmus historialis. ¶ Vbi pro regula generali omnium psalmorum historialium aduerte: ꝙ quemadmodum in iure conduntur leges recitando rem gestam ab aliquo/ non vt res illa gesta historię cómendetur/ sed vt ex dispóne quam princeps in illa re gesta promulgat habeatur iudicium legitimũ de omnibus similibus, ita spũsanctus redegit multas res gestas a patribus veteris testamenti in psalmos per modum diuinę laudis/ non vt sciantur illę res gestę (quoniam iam scriptę erant in libris historialibus: puta in genesi/ exodo/ libris regũ &c̃.) sed ut hinc discamus qualiter spiritussanctus mouit iustorũ aíos in illis rebus gestis/ & qualiter nos in similibus positi meditationes affectusq́ꝫ nostros regulare debemus. Ita ꝙ in hmõi historialibus psalmis pascit spiritussanctus ex sensu literali tã intellectũ q̃ affectũ vacãtiũ diuinis laudibus, formatq́ꝫ nostros aíos quasi psonarũ loquẽtium per ipsos psalmos. hoc.n. operatur redactio rerꝫ gestarum in psalmos quasi in corpus iuris. Et si mihi non credis, cerne hoc in psalmo miserere mei deus: qui historialis quũ sit (ut titulus illius testatur) est in frequẽtissimo vsu ecclesię christianę, ad formãdos similes affectus in peccatoribus affectibus quos habuit dauid post cõmissum adulteriũ cum homicidio. ¶ In hoc quoq́ꝫ primo inter historiales psalmo/ occurrit qõ de tpe quo dauid condidit hos psalmos historiales (hoc est tractantes de rebus gestis tpe ipsius dauidis) an scilicet fecerit vnũquẽq́ꝫ istorꝫ tũc quãdo res illa gesta fuit an postea. verbi gratia an iste psalmus fuerit factus tunc quãdo dauid fugiebat a facie absalon/ ita ꝙ inter fugiendum fecit hunc psalmũ (& sic de similibus) an postq̃ nactus est quietem fecerit psalmum istũ/ & sic de similibus. Non parui autem refert vtrum fecerit. nã si tunc quũ res gerebatur fiebat psalmus, multa in istis historialibus psalmis prophetica cõtinent valde digna admiratione: quũ in ipsis describunt in specie subsecuti euentus: puta ꝙ saul fuerit sagittis percussus/ ꝙ corpus eius fuerit cõbustum/ & similia. Si vero postea conditi sunt, narrantur tm̃ res gestę post factum: sed describunt cum affectibus quos habuerat dauid quũ res gerebatur. & ppea describuntur vt futurę/ vt superuenturę illi merito/ statui/ affectui/ gratię/ orationi/ tribulationi/ colloquio/ & huiusmodi quod vel quæ tractat. ¶ Crediderim ego hoc secundo dictũ veritati inniti. testimoniũ phibente sacra scriptura de psalmo. 18. scilicet diligam te domine. Nam ille historialis est: & multas res tpe dauidis gestas cantat vt futuras. & constat ꝙ fuit factus post facta omnia illa: pręter contenta in calce de mesia. Legimus.n. 2. reg. 22. de illo psalmo. locutus est autem dauid domino verba carminis huius, in die qua liberauit eũ dominus de manu oĩum inimicorum suorꝫ/ & de manu saul. Vbi clare patet ꝙ post nactam quietem non a saule tm̃ sed ab oĩbus inimicis suis (ammonitis/ moabitis/ idumęis/ syris &c̃.) fecit illũ psalmum. Vnde simile videtur de aliis historialibus psalmis insinuatum. Cum hoc tñ exponemus nos psalmos istos acsi essent prophetici/ ad explicandos affectus & successus: & ad cõmendandam autoritatẽ spũssancti, qui sic psalmos scribi voluit qui per modum laudis conditi sunt.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid in fuga sua ab absalon valde multiplicatos hostes suos tam opere q̃ verbo proponẽs deo/ ipsum liberatorem profitetur. ita ꝙ clamanti respondit/ iacentem erexit/ a circundantibus saluauit/ obloquentes percussit/ & populum benedixit.

¶ Persona loquens in toto psalmo propheta est, recitans vocem multitudinis.

DOmine q̃ꝫ multiplicati sunt. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuã materię, & executiuam/ ibi & tu dñe. Proponit autẽ dauid tria. Primo ꝙ valde multiplicati sunt hostes sui cũ absalon. & hoc significat dicendo. q̃ multiplicati sunt angustatores seu tribulatores mei. Et hoc spectat ad id quod scriptũ est. venit nuncius ad dauid dicẽs/ toto corde vniuersus israel sequitur absalon. Spectat & ad euentũ maiorem q̃ dixerat nathan: nam nathan suscitandũ malũ contra dauidem de domo dauidis/ non de tota domo israel prędixit. ¶ Secũdum est multitudo insurgentiũ ad bellandũ cõtra dauidem. & hoc significat dicẽdo. multi insurgentes sup me. Et spectat ad id quod scriptũ est: ꝙ absalon transiit iordanẽ & oẽs viri israel cũ eo. ¶ Tertium est multitudo obloquentiũ spãliter contra vitam dauidis: qui dicebãt ꝙ deus nõ saluabit vitam dauidis. Et q̃uis ista multitudo non sit in libro regum scripta (sed semei dicens. ecce pmunt te mala quũ vir sanguinũ es. & achitophel dicens/ persequar hac nocte dauid & pcutiam eũ: placuitq́ꝫ sermo eius absalon & cunctis maioribus natu israel) ex verbis tñ nathan ad dauidem/ non recedet gladius de domo tua vsq́ꝫ in sempiternũ &c̃. multitudo videns inchoari adimpletionem verborum nathan/ ecce ego suscitabo sup te malũ de domo tua, facile credere & dicere potuit ꝙ deus nõ saluaret dauidem in hac psecutione. Et hoc significat dicendo. multi dicentes animę meę/ vitę meę, non erit salus ipsi in deo.

¶ Selah. Dictio hæc hebraica est. & tribus supra septuaginta vicibus in hoc psalterio habetur: nec in tota sacra scriptura alibi reperitur nisi in cantico habbacuc. & ter in hoc psalmo ponitur. Est autem magna de hac dictiõe quæstio: an apposita sit vt significatiua dictio/ ita ꝙ sit pars textus psalmi sicut cęterę dictiones significatiuę (significat.n. semper/ seu ęternitatẽ/ seu eleuationẽ: pp quod multi interpretes loco selah hñt semp/ alii l sempiternũ) an nõ teneat significatiue/ sed vt dictio officiosa ad denotandum vel mutationem vocis seu metri aut pausam in cantu aut aliqd hmõi. Et hãc viam amplexi.

videntur.70. dum loco selah habent diapsalma in græco. Hiero. in epistola ad marcellam/improbat & rationabiliter officium huius dictionis quantum ad quodcunq; officium intermedium/ex eo q̧ repetitur hæc dictio quandoq; in fine psalmorum. Verum ex hoc non habetur quin possit habere officium quod etiam fini psalmorum congruere potest:puta eleuationem vocis vel productionem. Hebręi putant dictionem esse officiosam: & habent argumentū/quia non reperitur nisi in metris. Hanc opinionem ego sequar.& propterea nullibi mentionem amplius faciam huius dictionis in cōmentariis: ī textu autem curabo semper haberi rubro scriptam. Si inuenirem aliquos scientes scandere in hebręo metra psalmorum,facile appareret veritas an dictio hæc sit pars metri an nō:qa ex mēsura metri discerneretur. Si vis multas opiniōes videre,lege epistolā hiero.ad marcellā:quæ est.64. Hęc de selah.

¶ **Et tu domine.** Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula/domine. secūdo illa q̄ multiplicati/ibi ego iacui. tertio illa/multi insurgentes/ibi non timebo. quarto illa/multi dicentes/ibi quia tu percussisti. ¶ Tractatur hic illa particula domine/pro quanto tractatur recognitio qua dauid recognoscit deum affuisse sibi in hac sua vexatione. Explicat aūt primo opem triplicē allatam sibi a deo dicens.& tu domine clypeus pro me/defendendo ne occideretur ab achitophel: domini siquidem nutu dissipatum est consilium achitophel vtile ad occisionem dauidis. honor meus/restituendo me in regnum:& eleuans caput meum/quasi iacens ex casu. Et est ordo pręposterus. nā prius fuit eleuatio iacentis pręsidio illorum qui adiuuerunt dauidem q̄ redintegratio regni. ¶ Deinde explicat modum quo hæc tria habuit/dicens. Voce mea/non aliena/non sacerdotum,ad dominum/nō ad hominem,vocabo,non q̧ statim non vocauerim: sed quia perseuerabo vocans/ex intimo cordis affectu recurrens. Hæc vocatio intelligitur ad literam recursus dauidis ad deum inchoatus in humilitate nudorum pedum/operti capitis/ac in religione veneratę arcę domini/& submissione voluntatis proprię voluntati diuinę:& postea in adoratiōe in monte,ac sacrificio patientię & mansuetudinis/maledicente illum semei. hæc enim omnia ad hanc concurrerunt vocationem: in qua perseueraturum se spondet/verbo futuri temporis vtens. Hic est modus ex parte dauidis. ¶ Ex parte autem dei subditur. Et respondit mihi/opere & effectu triplici memorato, non de tabernaculo/non de arca, sed de monte sanctitatis suę:hoc est de coelo in quo est sanctitas eius/vel de celsitudine sanctitatis suę. In quo recognoscitur magna dei dignatio/vt de tanta celsitudine dignatus sit condescendere ad respondendum hoī deiecto. Vbi nota diuinę opis celeritatem descriptam esse per vocabo in futuro & rñdit in pt̄o:hoc est q̧ ante deus exaudit & succurrit q̄ hō ex corde orans cōpleat clamorē orationis suę.

Ego iacui. Tractatur hic illa particula/q̄ multiplicati sunt angustatores mei: explicando successum rei sermone metaphorico ad similitudinem hois iacentis/dormientis & post vigilantis. Multiplicatis quippe cum absalon concurrentibus ad angendū dauidem & deiiciēdū illum a regno, statim dauid ciuitatem regiam perdidit fugiens.& propterea dicit ego iacui/ad similitudinem iacentis imus humiliatusq; se habuit. Et quia abscondit se in campestribus dicit & dormiui/tanq̄ nō sentiens me haberi. Postea congregata aliquanta multitudine quasi euigilauit ad resistendum absalon.& hoc totum sub spe/quia dominus sustentabit me:spes.n. diuini auxilii per futuram sustentationem significatur.

Non timebo. Tractatur hic illa particula/multi insurgentes sup me:declarādo securitatē ex diuino conceptam auxilio/quum absalon cū exercitu israel venit contra dauidē. Non timebo inqt a myriadibus(myrias numerū significat decem milium:myriades plura dena milia)hoc est a multo exercitu absalon.(quot.n. dena milia fuerint non est scriptum:quum tñ scriptum sit q̧ facta est plaga magna in die illa viginti miliū)populi/israel,qui circūquaq; positi sunt super me/dauidē. Describūtur circūquaq; hostes. tum quia totum fere regnum erat contra dauidem. tum quia exercitus absalon venerat ad hoc vt circundaret ciuitatem in qua erat dauid:vt consuluerat cusi arachites. Non timebo inquā surge domine/hoc est surgente te domine, ad auxilium meum immo ad saluandum me: saluum me fac deus meus/per gratiam tuam.& ita euenit.

Quia percussisti. Tractaē hic illa particula/multi dicentes aię meę non salus ipsi in deo. Tractatur aūt inducēdo plagā istis obloqn̄tibus a deo illatam pro rōne salutis ipsius dauidis/&(quod plus est) benedictionis populi. Quia inquit tu deus percussisti oēs inimicos meos maxilla. peccauerant isti locutione quæ fit ore in quo est maxilla cum dentibus, ideo in maxilla & dentibus puniti describunē. Et per has poenas intellige plagā exercitus absalon.& post illęsum dauidem subiungi percussionem absalon & suorum:quæ simul rō fuit salutis dauidis. Poenę fuerūt maxillarū & dentium/tum ratione feritatis absalon cōtra prēm & prēm regni/tum rōne obstrusionis ex euentu cōtrario: vt sic oīum inimicorum tū feritas tum falsa vaticinatio seu imprecatio/percussa confractaq; describatur. ¶ Et ppea tibi domino/nō homini, attribuitur salus/dauidis cōtra illos qui dicebāt nō salus ipsi in deo. & vltra salutē dauidis,sup populū tuum/israel,benedictio tua/affuit redintegrato me in regnum. Vel deprecatiue ac optatiue pro gratiarumactione subiungit. quia percussisti, ideo quæso tibi domino attribuatur salus habita/& super populum benedictio tua concessa. magnam enim benedictionem consecutus est populus in prostratione absalon & redintegratione regni dauidis. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori in canticis psalmus dauid .IIII.

CVm inuocarem exaudiuit me deus iustitię meę:in tribulatione dilatasti mihi.
Miserere mei:& exaudi orationem meam.
Filii hominum usquequo graui corde:ut quid diligitis uanitatem & quęritis mendacium?
Scitote qm̄ mirificauit dominus sctm̄ suū:dominus exaudiet me quū clamauero ad eū.
Irascimini & nolite peccare:quę dicitis in cordibus uestris / & in cubilibus uestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitię & sperate in dn̄o:multi dicunt quis ostēdit nobis bona?
Signatum est super nos lumen uultus tui domine:dedisti lętitiam in corde meo.
A fructu frumenti / uini & olei sui:multiplicati sunt.
In pace in idipsum / dormiam & requiescam.
Quoniam tu domine / singulariter in spe constituisti me.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti in modulationibus psalmus dauidi .IIII.

1 Propheta. IN uocare meo responde mihi deus iustitię meę / in angustia (dilatationem) dilatare fecisti mihi:miserere mei & audi orationem meam.
2 Filii uiri usq;quo honor meus (est seu erit) ignominię:diligetis inane / quęretis mendacium? Selah
3 Et cognoscite quoniam separare fecit dominus * gratiosum sibi:dominus * audiet inuocare meo ad eum.
4 Tremite & non peccate:dicite in corde uestro sup cubili uestro / & tacete. Selah.
5 Sacrificate sacrificia iustitię:& fiditę ad dominum *.
6 Multi (sunt) dicentes.Q ō multorum. quis uidere faciet nos bonum? Propheta. leua super nos lucem faciem tuarum domine *.
7 Dedisti lętitiam in corde meo:a tēpore frumentū eoꝝ & mustū eoꝝ multiplicata sunt.
8 (ego autem) In pace simul iacebo & dormiam : quia tu domine * solus in securitate † habitare facies me.
† Securitati

TItulus est. Vincenti in modulationibus psalmus dauidi. In quo aduerte semel pro semper / in titulis multis haberi hanc dictionem interpretatam vincenti: quia inuenitur legi vincenti / victori / ad victoriam. aiunt tamen proprie esse participium / scilicet vincenti . Et sunt diuersę opiniones quid significet in huiusmodi titulis.Alii putant significare modum musici cantus seu soni.s.certatim cum conatu mutuo ad superandum.Alii putant significare pręsidentem instrumento musico vel tali speciei cantus aut soni: vt scilicet denotetur pręsidens cui assignabatur canticum sic vel sic canendum / seu tali sono musico supponendum.frequenter.n. in psalmorum titulis simile inuenimus.Et videtur istis ꝙ semper pręsidens illi cantui seu sono seu instrumēto / designetur. ¶ Quod autem dicitur in modulationibus / non intelligas proprie exprimere dictionē hebraicam quę hic hr̄: quoniam de illa est quęstio an sit nomen musici instrumenti an sit nomen specialis modi musicę cuius genus est modulatio . Et quia numeri pluralis est hebraica dictio , ideo ponendo genus pro specie dictum est in modulationibus. Et hoc etiam sit dictum semel pro semper in multis titulis in quibus habetur in modulationibus. ¶ Dauidi eadē ratiōe qua in titulo tertii psalmi. Ex titulo igi͡t explicatur autor psalmi dauid:& implicite significatur materia / dicendo vincenti & dauidi.
¶ Vnde circa materiam nota esse hic aliquid clarum & aliquid inquirendū. Clarum est ꝙ psalmus iste loquitur de dauide tempore persecutionis a saule.nam constat ꝙ dauid fuit autor psalmi / & ꝙ ea quæ hic dicuntur non excedunt ipsum sed de ipso verificantur / & ꝙ loquitur de tempore quo honor eius erat in ignominia seu confusione:vt patet in secundo versiculo.vsquequo honor meus ignominię.Duplex autem tempus inuenitur quo honor dauidis fuit in ignominia:scilicet tempus persecutionis ab absalon / & tempus persecutionis a saule : quo ex genero regis / ex summo honore (quo

publice cantatum est. percussit dauid decem milia in milibus suis &c.) factus est profugus, habitator speluncarum & deserti &c. Sed inter has duas passiones tamen interest: quod illa quam passus est ab absalon, fuit merito iniquitatis eius propter adulterium & homicidium: ista autem a saule fuit merito iustitię & prudentię eius. Et quia in principio psalmi expresse dauid meminit iustitię suę, excluditur ab hoc psalmo tempus persecutionis absalon, & relinquitur intelligendum tempus persecutionis a saule. ¶ Inquirendum autem restat quid spaliter gestum in illa persecutione hic tractetur. Considerantibus autem quod dauid hortatur viros quos alloquitur ad iustitiam & spem in deo, & quod tota vis exhortationis fundatur super hoc quod ipse dauid exaudietur a deo quia elegit eum deus sibi, & quod deus habitare faciet quandoque ipsum securum in pace, apparet quod non alloquitur hostes sed eos quibuscum causa erat communis: alioquin vana esset consolatio illorum ex futuro bono dauidis. apparet.n. in principio, in medio & in fine psalmi nihil promitti nisi futurum bonum dauidis. Et quoniam viri quos alloquitur in secundo versiculo reprehenduntur, supponendum videtur quod viri isti sunt viri illi qui erant in societate dauidis profugi, dubitantes quod nunquam dauid fieret rex, inanemque esse sequelam dauidis. & propterea quęrunt quis nos faciet videre bonum? Et licet scriptura non meminerit alibi talis dubitationis in viris qui erant cum dauide, consentaneum tamen est iis quae narrantur in scriptura quod habuerint multi eorum tale dubium. nam quum vidissent quod dauid noluit vti opportunitate sibi a deo tradita occidendi saulem persequentem ipsum in spelunca (dicentibus illis. ecce dies de qua locutus est dominus ad te, ego tradam tibi inimicum tuum vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis) & similiter quum restiterit iis qui volebant saulem occidere (nam ibidem, scilicet. 2. reg. 24. subiungitur. & confregit dauid seruos suos sermonibus istis, & non permisit eos vt consurgerent in saul) ronabile est vt viri bellatores videntes dauidem non visum esse beneficio preualendi super inimicum, dubitauerint quod dauid nunquam perueniret ad regnum arbitrantes occidendum fuisse saulem omissis tot scrupulis dauidis. ¶ Est ergo ad literam materia psalmi, exhortatio dauidis ad viros suos in persecutione saulis ad expectandum diuinam promissionem, vacando interim operibus iustis.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid profugus a facie saulis, hortatur suos vt sciant quod deus solus qui elegit eum audiet causam iustitię eius & adimplebit promissionem suam: interim tamen non dubitent, sed vacent iustis operibus & sperent in deo tacentes: quia non a tempore sed a deo erit expectatum bonum.

¶ Persona loquens propheta est, recitans quęstionem suorum.

In vocare me o respondę mihi. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam, ibi miserere. Proponuntur hic tria. Primum deprecatiuum, quod deus videat dauidi in suo (vt ita dicam) vocare: quod nihil aliud est dictu quam me vocante tu deus videas. Et est hęc supplicatio magnę fiducię, vt audeat dicere deo quod quum ego voco tu videas. Et licet introducatur per modum supplicationis (tum pro reuerentia diuina: tum pro libertate dei semper perseuerante ad videndum & non videndum) intendit tamen propheta per hoc significare certam suam securitatem quod vocanti deus videbit. ¶ Secundum est quasi iustificatio causę proprię, dicendo. deus iustitię meę, actor & retributor. Et significat spaliter per hoc quod deus fuit & est causa iustitię dauidis ad regnum, quoniam ipse vnxit eum per samuelem. & simul redditur ratio quare deus videbit ei vocanti: quia. s. est actor & retributor iustitię eius. ipsa.n. visio vocanti, retributio est: quoniam videre dei est facere, immo satisfacere petenti. Significatur quoque deus testis iustitię dauidis: eo quod homines imputabant quod quęreret malum aduersus saulem. ¶ Tertium est collatio beneficii in executione, dicendo. in angustia dilatare fecisti mihi. Et licet possit vt sonat intelligi quod commemoratur preteritum beneficium (tum quod de angustia priuatę domus & officii pascendi oues in latum amplumque tribunatus militum officium & in dignitatem generi regii euectus est. tum quod de angustia obsidionis a saule plures ereptus est: scilicet ex domo michol, & quando cinctus est in modum coronę) mihi tamen videtur ad literam poni preteritum pro futuro propter certitudinem prophetię: & significari quod deus dilatabit ei amplitudinem promissi regni dando, quis nunc sit in angustia constitutus: vtpote coarctatus a persecutionibus saulis. Ita quod omnia quę proponuntur spectant ad iustitiam causę, ad certam dei visionem, & certam executionem futuri regni.

¶ Miserere. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, in vocare meo, quantum ad ipsam vocationem. secundo illa, in angustia, ibi filii viri. tertio illa, responde mihi, ibi & cognoscite. quarto illa, iustitię meę, ibi tremite. quinto illa, dilatare fecisti, ibi multi dicentes. ¶ Explicatur itaque vocatio dei proposita: quod non vocabit vane, sed vt audiatur oratio sua, hoc est exaudiatur. & misereatur deus sui hoc est releuet ipsum a miseria in qua est. Vbi aduerte quod sic iustam suam prosequitur causam coram deo, vt ad misericordiam confugiat diuinam.

Filii viri. Tractatur hic angustia dauidis, honeste reprehendendo viros qui erant cum eo: ad illos enim conuertit sermonem. Vnde vocat eos honorabili nomine, filii viri: hoc est geniti ex virilitate: erant enim viri fortes. Simili siquidem modo. 1. reg. 26. dauid dixit ad abner. nunquid non vir tu es? ¶ Humane autem loquens ad eos, manifestat defectum eorum duplicem. Alter est diligere inanem alter inquirere mendacium. & quod hęc duo perseuerabunt in eis donec dauid erit ignominiose profugus. Et diligere quidem inane, significat ex parte diligentium affectum tanquam inanem:

pro quanto affectum habebant fere vacuum spe ꝙ dauid futurus esset rex. Quātum autem ad effectū explicatur ꝙ diligent inane.i.sine fructu, non semper, sed donec honor dauidis esset in contumelia. Et quantum ad hoc non significatur culpa, sed dilatio fructus. ¶ Inquisitio autem mendacii, ad dubitationem quā habebant refertur. dubitabant enim & inquirebant an mendacium futurum esset an nō ꝙ dauid obtineret regnum. Et hęc īquisitio similiter duratura dicitur donec dauid esset in illo opprobrio. ¶ Et aduerte ꝙ hęc verba possunt legi assertiue. Et tunc est sensus. filii viri donec ego sum in hac ignominia, vos diligetis sine fructu, & inquiretis an sit mendacium de regno meo futuro. Pñt quoq legi reprehensiue. Et tunc est sensus per modum iterrogatiuum. filii viri diligetisne inane, & quęretis mendacium quousq durabit hęc mea ignominia? Vel filii viri vsq quo honor meus (hoc est regni futuri) erit ad ignominiam coram vobis, dum diligetis inane & quęretis mendacium? ex hoc ipso.n. ꝙ perseuerabant quęrendo an esset mēdacium, & affectum habebant spe vacuum, honorem dauidis in ignominiam vertebant. Et per hęc patet angustia dauidis non solum ratione persecutionis a saule, sed ratione eius quod patiebatur ex huiusmodi dubitatione & affectu suorum.

Et cognoscite. Tractatur hic illa particula, responde mihi, pro quāto admonenť dicti viri vt cognoscant ꝙ dominus audiet clamorem suum. Affert autem ad hoc rationem ex pterita electione diuina qua elegit ipsum in regem per samuelem: vt ex diuina electione qua inuenerat hominem sm cor suū, cognoscant ꝙ deus audiet & respondebit dauidi vocanti eum, recurrenti ad eum. Dicēdo enim & cognoscite, hortatur vt affectibus suis addant cognitionem, qm̄ deus per samuelem separare fecit gratiosum sibi. seipsum siquidem vocat gratiosum: quippe qui misericordia pluries vsus fuerat versus saulem. Sibi autem (deo) dicit iuxta verbum dei ad samuelem. prouidi mihi regem in filiis isai. 1. regū. 16. & verbum samuelis ad saulem de dauide. 1. reg. 13. quęsiuit dominus virum sibi sm cor suū. Et ex hac diuina separatione seu electione intelligite dominum responsurum mihi. audire siquidem dei, cū effectu responsionis intelligitur. ¶ Aduerte prudens lector semel pro semper: ꝙ dictio hebraica interpretata gratiosus, significat proprie beneficū gratuite. & formatur a gratia vt est virtus animi qua benefici gratuite sumus: ita ꝙ non ex merito illius cui benefacimus, non ex nostro debito, non ex spe remunerationis, non ex aliqua compassione, sed ex nostra voluntate gratuita benefacimus aliis. Hęc dictio infinities in libro hoc inuenitur interpretata cōmuniter misericordia, a quibusdā benignitas. nobis visa est attentis prædictis conditionibus, interpretanda gratia. & sic inuenies inferius. Et inde consequenter oportuit formare adiectiuū, significās actionem, scilicet gratiosus: nō pro grato passiue vt est in vsu: sed semiusurpato vocabulo pro conferēte gr̃am. Et haec pro vtraq dictiōe (scilicet gr̃a & gratioso) recole in toto textu psalterii.

Tremite & non peccate. Tractať hic illa particula, iustitię meę: non explicando propriam iustitiā, sed monendo viros suos ad sectandam iustitiam. turpe.n. eēt docere iustitiam nisi doctor esset iustus. ¶ Monet autem eos ad vtranq iustitię partem. Primo ad declinandum a malo. Propter quod consequendum dat tria pręcepta. Primum est tremite: hoc est tanto pauore timeatis sermonem dei vt etiā trematis. Et hoc dixit, quia isti videbantur dubitare de promissione dei, non exhibentes diuinę promissioni debitam reuerentiam. Secundū est meditatio diuinorum in corde super cubili: hoc est vt in seipsos reuertantur in quiete mentis, & secum tractent diuinam veracitatē. Tertium est tacere: vt nō relaxēt linguā, dicēdo. nō erit, qn̄ erit? & similia. Et haec tria seruādo nō peccabitis: qđ est declinare a malo. Ad alteram vero iustitię partem (quae est facere bonum) inuitat subiungens.

Sacrificate. Monet istos facere bonum intus per cōfidentiam, dicendo fidite ad dominum: seu confidite in domino, fiduciam vestram ad deū habeatis nō ad hoiem. Et hac monitione plurimum indigebant qui iam fere desperauerāt. Extra vero dicēdo. sacrificate sacrificia iustitię. Et intēdit ad literam ꝙ si pro nunc non possunt sacrificare deo sacrificia agnorum, vitulorum & huiusmodi, offerant deo sacrificia operum iustitię: vt sic sit deus iustitię vestrę sicut est deus iustitię meę. Et dixit haec de iustitia specialiter, vt cognoscerent opus iustitię fuisse nō occidisse saulem: iuxta illud verbum dauidis. 1. reg. 26. quis enim extendet manum suam in christum domini, & innocens erit?

Multi dicentes. Tractatur hic illa particula, dilatare fecisti mihi, tali ordine. primo recitātur inquirentes quis faciet hanc dilatationē. secūdo poniť responsio ꝙ deus faciet illustrando. tertio apponitur modus quo faciet. ¶ Inducunť itaq multi dicentes. Per quod insinuať ꝙ non oēs viri qui erāt cum dauide fluctuabāt dictis phantasiis, sed aliq eoꝝ. quos tn̄ in cōi propheta & allocutus est & recitat, dicendo multi dicentes (supple sunt seu fuerūt) quis videre faciet nos bonū? Modus est loquēdi expectantiū & dubitātiū. ex quo.n. (vt dictū est) viderāt dauidē nō vsum data occasione pualēdi, dicebāt, qs faciet videre nos bonū expectatū in sublimatione dauidis in regē? quasi dicāt, nullus amplius.

Leua super nos. Nota hic duas similitudines. Altera est qua assimilatur diuina beneuolentia erga dauidem & suos luci diuini vultus: sicut econuerso volūtas puniendi assimilať irę seu indignationi diuini vultus. Et i promptu rō est similitudinis: qm̄ lucida facies, beneuola gratiosaq est: sicut iratus seu indignatus vultus vindicatiuus est. Altera similitudo ē diuinę faciei lucētis, ad solē corporeū sub

hemisphęrio inferiori existentem. Et prima quidē similitudo clare significatur, dicendo lucem faciei tuę dñe. secūda aūt dicendo, leua sup nos. ad similitudinē siquidē lucis solaris quū letaſ ad hemisphęriū sup nos oriente sole, petit ꝙ deus leuet sup se & suos lucē vultus sui. ¶ Ex qbus infertur tertia similitudo subintellecta. s. ꝙ dauid describit se & suos esse tunc velut in nocte, & velut expectare eleuationē lucis solaris sup hemisphęriū. Iuxta hanc. n. parabolā describit diuinā beneuolentiā erga eos esse tunc velut lucē adhuc existentē in alio hemisphęrio: hoc est non manifestā eis. ¶ Et per modū supplicantis declarat ꝙ quū deus leuabit lucē vultus sui sup nos (hoc est apparere per bñficentiā faciet beneuolentiā suam sup nos) tūc statim erit effectus. Dedisti lętitiā in corde meo: hoc est lętabor ego ex corde, qui mō tristor propter vestrā diffidentiā. & cōsequenter ii qui mecū erūt lętabunſ. Et currit parabola: qa & naturaliter lętamur apparente luce solis sup nos. Memēto hic eius qđ in titulo tertii psalmi diximus, ꝙ facies apud hebręos nō habet numerū singularē: sed idē apud eos significaſ per facies in numero plurali quod apud nos per faciem seu vultū in numero singulari. ¶ Respondit itaq; dauid quærētibus qs faciet nos videre bonū? ꝙ deus leuans lucem vultus sui sup nos, dabit lętitiam in corde meo. vt per hoc intelligas ꝙ de bono hoc est regno ipsius dauidis expectato quęrebant quis faciet nos illud videre?

A tempore. Aduerte hic ꝙ nisi obstaret pronomē suum seu eorū (etiam repetitum) in promptu esset sensus literæ ꝙ expectandū est tempus quo deus leuet lucē vultus sui sup nos quēadmodum frumentum & mustum multiplicanſ suo tēpore: dum crescunt frumenta & vites & vuæ tēporibus suis. Sed pronomē eorum seu suū (quod ex industria appositū videſ e regione contra ꝓnomen nos, quū dixit leua sup nos) & similiter versiculus sequens totū tribuens soli deo, obstant huic sensui. Apparet siquidē ꝙ ꝓpheta intendit distinguere inter se & suos ex vna parte & alios ex alia parte: & dicere ꝙ alii multiplicant frumentum & mustū a tēpore, seu (& in idem redit) aliorū frumētum & mustū multiplicanſ a tēpore, suum autē bonum nō a tpe sed a solo deo expectaſ. Et intendit per multiplicationē frumenti & musti opulentiam. metaphoricus siquidē sermo est: intendens ꝙ aliorū opes multiplicanſ ex tēporis bñficio quēadmodum frumentū & mustū, hoc est quēadmodum fructus vegetabiliū: opes aūt nostræ non ex bñficio tpis sed a solo deo expectandę sunt. Et intendit ꝓpheta per hoc ad literā rñdere murmurationi suorū dicētium ꝙ ipse non est vsus beneficio tēporis quo datus est saul in manus eius: dixerunt. n. tunc. ecce dies de qua locutus est dñs ad te, ecce ego tradā tibi inimicū tuum vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. ad hoc. n. directe rñdet ꝙ aliorū vtilitas ex beneficio tēporis prouenit, siue iuste siue iniuste (& propterea dixit eorū seu suum) meum autē bonum a deo solo subiungitur pendere, dicendo.

In pace. Dixerat ꝙ alii a tempore multiplicant sua: ait nunc. ego autem non a tempore sed quia tu solus facies me habitare in securitate, ideo iacebo simul & dormiam in pace. Et totum hoc fuit adimpletum ad literam in regno dauidis. ¶ Describitur autem hic omnimoda quies per iacere simul & dormire in pace. nā & iacere sine dormitione, inquietudinis est: & dormire absq; cubitu, solicitudinis est: vtrūq; autem habere sine pace, timentis est. Apte autem omnimodæ quieti reddiſ causa secura habitatio. Hæc autem omnia futura asseruntur a dauide: vt cōfidant in promissione diuini adiutorii, sicut & ipse absq; hęsitatione futura prædicit.

In securitate. Textus hebræus habet securitati datiui casus: sed adiuncta est præpositio in propter constructionem. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori sup hęreditatibus psalmus dauid. V.

VErba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.
Intende uoci orationis meę, rex meus & deus meus.
Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies uocem meam.
Mane astabo tibi & uidebo: quoniam non deus uolens iniquitatē tu es.
Nec habitabit iuxta te malignus: neq; ꝑmanebūt iniusti aū oculos tuos.
Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendaciū.
Virū sanguinū & dolosum abominabiſ dñs: ego aūt in multitudine misericordię tuæ.
Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua: ꝑpter inimicos meos dirige ī cōspectu tuo uiā meam.
Quoniam non est in ore eorum ueritas: cor eorum uanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: iudica illos deus.
Decidāt a cogitationibus suis: ſm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine.
Et lętentur omnes qui sperant in te: in ęternum exultabunt & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.
Domine ut scuto bonę uoluntatis tuæ coronasti nos.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Vincēti ad nechiloth psalmus dauidi. V.

1 Propheta. Dicta mea ausculta domine*: intellige locutionem meam.
2 Ausculta uocem † clamoris mei, rex meus & deus meus: quoniam ad te orabo.
3 Domine* mane audies uocem meam: mane præparabor tibi & speculabor.
4 Quoniam non deus uolens iniquitatem tu: ideo non habitabit te malus.
5 Non stabunt insipientes coram oculis tuis: odisti omnes operantes iniquitatis.
6 Perdes loquentes mendacii: uirum sanguinum & doli abominabitur dominus*.
7 Et ego in multitudine gratię tuæ introibo domum tuam: incuruabor ad templum sanctitatis tuæ in timore tuo.
8 Domine* deduc me in iustitia tua: propter inspectores meos rectam fac faciebus meis uiam tuam.
9 Quoniam non est in ore eorum rectitudo, intimum eorum prauitates sunt: sepulchrum apertum est guttur eorum, linguam suam lenificabunt.
10 Desolare fac eos deus†, decident a consiliis suis in multitudine fallaciarum suarum: expelle eos, quoniam rebellauerunt in te.
11 Et lætabuntur omnes sperantes in te, seculo cantabunt: & operire facies super eos, & exultabunt in te diligentes nomen tuum.
12 Quia tu benedices iustum domine*: ut scuto uoluntate tua coronabis eum.

Titulus est. Vincenti. quod exponitur vt supra in titulo quarti. Ad nechiloth. Dictio hebraica tā multas habet significationes vt incertum sit an apposita sit in titulo ad significandum instrumentum seu aliquid musicum, an ad tangendum materiam psalmi. nam significat instrumentum musicum, significat cōgregationes vel hęreditates vel cōualles. nec ex antecedentibus & consequentibus particulis tituli, insinuatur optio significationis: prima tamen particula denotat q̄ nomen musici instrumenti aut musicę modulationis nomen est. Psalmus dauidi, vt supra.

¶Circa materiam psalmi clare apparet q̄ dauid est autor psalmi, & ea quę dicunt̄ in hoc psalmo de persona loquēte congruūt ipsi dauidi. & ea quę dicuntur de inimicis ipsius personæ loquentis dicuntur de iudęis: vt testat̄ apostolus ad ro. 3. inducens nonū versiculū huius psalmi. sepulchrum patēs guttur eorum, linguis suis dolose agebant. & dicens hoc dici de iudęis qui sub lege erant. Quibus si adiungant̄ tres conditiones dauidis loquētis (scilicet q̄ erat affectus ad rectitudinē, ex versiculo. 8. 2̄mo q̄ erat iustus, ex versiculo vltio: & q̄ patiebat̄ inimicitias īsidiosas, ex multis versiculis: & q̄ cultutus erat deum in timore, adorando in templo &c̄. ex versiculo. 7.) & rursus si cōsiderent̄ petitiones eiusdem (q̄ scilicet petit q̄ inimici decidāt a consiliis & castigent̄, & q̄ sperantes in deo lętentur ob benedictionem iusti) & rursus si considerentur euētus (nam describit̄ futurum q̄ virū sanguinum & doli abominabit̄ dominus, & ipse loquens introibit in domū dei) facile ex his oībus collectis ante mentis oculos, apparet q̄ psalmus iste ad literam loquitur de dauide iusto sublimando in regnum a deo, deiecturo saulem ꝓpter iniquitates eius. Ita q̄ materia psalmi nō tam est dauid dirigendus a deo & saul deiiciendus a regno q̄ rectitudo seu iustitia dauidis & iniquitas saulis & suorum, ob quas deus saulem deiecit & dauidem direxit, defendit ac benedixit. ꝓpterea enim totus psalmus occupatur circa iustitiam & iniustitiam. ¶Est itaq̄ materia psalmi ad literam deiectio saulis a regno ꝓpter iniquitates eius, & defensio, directio atq̄ benedictio dauidis iusti ad regnum ob diuini cultus gloriam.

¶SVMMARIVM EST.

¶Propheta postq̄ deum supplex adiit, describit seipsum ex orationis merito non solum exaudiendum sed visurum euentum rei: scilicet q̄ quia deo displicent iniqua, deiiciet saulem & sublimabit misericorditer ipsum ad augmētum cultus diuini. Orationem autem suam subiungit: petens suiipsius directionē, hostium vero & consilia perire & iniquitates puniri: sperantium autem in deo consolationem.

ob sui

ob sui defensionē ac bñdictionē. In quo ꝑgressu cernere potes ꝙ prius descripsit effectū orōnis q̄ orōnem: ea forte rōne quia describit effectū vt ꝑuisum/& magis ex deo q̄ ex orōnis merito.

¶ Persona loquens propheta est.

D Jcta mea. Diuidiť psalmus in partes duas: ꝓpositiuam materiæ, & executiuam/ibi qm̄ ad te. ⁋ Per hæc tria (scilicet dicta/locutionē & vocē clamoris) q̄ ꝓponit, quātū ad vim humani moris petit vt sua audianť verba/& vt itelligať quod dicit/& vt patiēter auscultet ardens desideriū suum: explicando per clamorē ꝙ loquiť ex ardenti desiderio. ⁋ Rex meus. Nō sufficit ꝓponere hæc dño: sed multiplicat adiectiua/petēdo a rege suo & deo suo/dicens rex meus & deus meus, duplici rōne. Altera est ad insinuādū ius suū. Acsi diceret. ad te spectat ex officio: qa es & deus meus/ad quem debeo recurrere, & rex meus/cuius est auscultare subditū suū. Altera est: quia desiderat & intendit loqui spectantia tum ad deum: qualia sunt ea q̄ sunt diuini cultus. tū ad regē: qualia sunt ea q̄ sunt regni ꝓpri & deiectionis saulis. Et ꝓpterea noīat ipm̄ deū & regem. Deus meus. est enim deus natura: meus autē p gratiā cultus. Et cōmemorať magnum beneficium per hoc ꝙ deus dignať esse & vocari deus meus. Vnde & pluries in sacra scriptura deus ꝓmittit/ero vester deus. Et similiter deus est rex/ex ꝓpria autoritate regēs vniuersum. Et magnū bñficiū commemoratur dicendo meus: ꝓpter speciale regimen quo regebat populum israel. Designatur quoq; per hęc pronomina affectus ipsius dauidis erga deum: non per exclusionem aliorum, sed prę magnitudine amoris habentis deum charum vt proprium. Et similiter affectus proprius ad deum vt regem suum: pro quanto recurrebat ad eum tanq̄ ad proprium regem pro iudicio & iustitia contra regem saulem.

¶ Quoniā ad te orabo. Incipit hic pars executiua/tali ordine. Primo tractanť illę particulę/dicta mea ausculta &c̄. secundo illa deus meus/ibi qm̄ nō deus. tertio illa ausculta vocem clamoris mei rex meus/ibi dñe deduc me. ⁋ Tractať itaq; primo recursus ad deū ꝓpositus in primo versiculo psalmi/declarādo efficaciam orōnis a tribus. Quoniā inquit ad te dñe/non ad hominem/non ad simulacra, orabo, ideo mane audies vocē meā. Ecce primū mane: hoc est hora cōgrua/nō ad vesperam. Et hoc ex parte dei. ⁋ Secundū est ex parte opis mei. Mane/hoc est cito/tēpore cōgruo, ꝑparabor ad te/disponā/ꝑparabo meipsum ad te. Vera siquidem oratio quę ex corde ꝓcedit, ꝓducit ordinationē & ꝑparationē suiipsius ad deū: ficte siquidē orat, qui ex vna parte orat & ex altera parte opere cōtradicit. ⁋ Tertiū est. & speculabor. Dictio enim hebraica significat ꝓprie videre expectantis: puta quū homo expectat aliquē venturum/& attendit oculis ad videndū qn̄ venit. Et ꝓpterea significatū est per verbum speculabor: quod significat videre tanq̄ e specula. Et describitur per hoc efficacia orōnis in pte intellectiua: ad videndū/sicut p ꝑparationē describiť efficacia orōnis in parte affectiua.

Quoniam nō deus volens. Tractatur hic illa particula deus meus. Tractatur autem describendo deum respectu impiorum/& respectu ipsius timentis eum. Vbi aduerte ꝙ respectu impiorum describitur tripliciter. Primo pro radice & ratione omnium natura voluntatis diuinæ respectu impietatis seu iniquitatis. deinde respectu iniquorum. & demū in specie respectu saulis. ⁋ Aduerte autem perspicaciter ꝙ valde subtiliter ꝓpheta describit diuinā voluntatem respectu iniqtatis: q̄a nō per positiuū actū nolēdi sed per negationem actus volēdi describit ipsam. nō enim ait/deus nolens iniquitatē tu, sed nō volens iniquitatē tu. nā si deus nollet iniqtatē fieri (hoc est si vellet nullā iniqtatē fieri) nulla iniqtas fieret: quoniam voluntati eius nullus resistere pōt, sed oīa quęcunq; voluit fecit & facit. Sed deus nō vult iniqtatē. cū quo nō velle stat ꝙ velit permittere iniqtates. Vñ ex hoc textu theologi fundamētū habent doctrinę in suis libris traditę de velle diuino circa peccata.

¶ Vnde ex hac ꝓphetica litera habemus primum ꝙ deus non vult iniquitatem. Secūdum ꝙ inter deos quos gentiles adorabant & deū meum hæc est differētia: qm̄ illi dii reputanť volentes iniquitates: vtpote quibus placebant impudica &c̄. deus aūt meus non deus volens iniquitatē. Tertiū ꝙ hoc (scilicet nō velle iniquitatē) cōuenit voluntati diuinę ex diuina natura/significata per nomen deus. Et propterea non est dictum/quoniam non volens iniquitatem tu: sed est dictum/quoniam nō deus volens iniquitatem tu. vt ex dei nomine naturalitatem non volendi iniquitatem intelligeres. Pro radice itaq; omnium dicendoꝝ dicitur/qm̄ non deus volens iniquitatem tu. & ꝓpterea ꝑponitur coniunctio qm̄. Continuatur autem sententia hæc pręcedenti versiculo: quia introducitur per modum rei speculatę. Acsi dixisset & speculabor hoc: scilicet quoniam non deus volens iniquitatem tu: & cōsequenter subiungitur/non habitabit &c̄. i. ideo non habitabit &c̄.

Nō habitabit te malus. Ex hoc ꝙ deus non est volens iniquitatem, primum deducitur negatio habitationis mali apud deum. Et quadrat voluntati non volenti iniquitatem ꝙ non patiatur secum habitationem personę malę: quoniam malicia iam exclusa per voluntatem/non est per voluntatem prædictam exclusa cohabitatio hominis iniqui: stat enim ꝙ homo non velit iniquitatem/& tamen compatiatur secum habitare hominem iniquum. Non sic inquit propheta tu facies: quoniam ex eo ꝙ non vis iniquitatem/non permittes habitare tecum hominem malignum. Hic sensus obscure in hebręo scribitur: quoniam nulla iungitur præpositio pronomini te. non enim dicitur iuxta te aut

tecum:sed dicitur nõ habitabit te malus.Et apparet metaphorico sermone dici ad deum ꝙ malus nõ habitabit te tanq̃ habitaculũ:hoc est ꝙ tu nõ eris habitaculũ persone male.quod est dicere/tu non facies tecum habitare personam malam.¶ Altera negatio subiungitur.

Nõ stabũt insipiẽtes. De isipiẽtia opposita sapiẽtię q̃ est primũ donũ spũssancti loquiť. Et vbi primo exclusi sunt iniq ab habitaculo dei/nõ excludunť a cõspectu oculoꝝ eius:ita ꝙ nõ solũ nõ admittunť ad domũ sed nec admittunť ad cõspectum.intellige eo modo quo grati stant in cõspectu dominoꝝ.Deinde subiungunť affirmationes.Prima quo ad interiorem actum.

Odisti oẽs operantes iniqtatis. Sic habeť in hebręo:habeť.n.participiũ isectũ genitiuo.qđ trãslatio latina sufferre nõ pot:q̃a trãsit in vim nois.Et hoc infinities in hoc psalterio iueniť. Sed sensus in idẽ redit acsi cõstrueret cũ casu verbi.¶ Altissimus.n.odio hẽt pctõres.Nec solũ odisti sed perdes/ actu exteriori punies/occides,loquẽtes mẽdaciũ/mẽdaces.Et intelligiť de mẽdacio pnicioso.Ex qbus colligerẽ facile potes duas negatiões & duas affirmatões dei respectu ipioꝝ/põites ex hoc ꝙ deꝰ nõ vult ipietatẽ.

Virũ sanguinũ. Describiť dispositio diuinę volũtatis in spãli respectu saulis. Viꝝ ingt sanguinum/ pp cladẽ innocẽtum sacerdotũ cum tãta sęuitia ẽt in mulieres & paruulos.1.reg.22.& doli/tum pp tot dolos qbus vsus est in dauidẽ/& q̃a pmisit ei filiã in scandalũ.1.reg.18.& quia petiit pręputia philistinoꝝ/& quia occulte mandauit vt occiderent dauidẽ &c̃.Tum in deum:pro quãto in pcussione amalech fraudem cõmisit , parcendo optimis gregibus ouium & armentorum & vniuersis quæ pulchra erant/sub prętextu vt imolarentur domino.1.reg.15.Abominabiť dñs/tanq̃ abominabilẽ deiciet a regno/vt ibidẽ dixit samuel.abiecit te dominus ne sis rex.

Et ego in multitudine. Declarata dispositione volũtatis diuinę erga ipietatẽ/impios & saulẽ,subiũgit dispõnẽ eiusdẽ diuinę volũtatis erga seipm̃ dauidẽ.& ego/abiecto saule,in multitudine gratiæ tuę.Dicẽdũ erat hic cõsequẽter ad pcedẽtia/& ego in iustitia mea seu in volũtate tua iusta:sed neutrũ subiunxit/recognoscens futurum suũ bonũ a gratia diuina: nec a simplici gratia sed a multitudine gratiæ.Introibo domum tuam,incuruabor ad templum sanctitatis tuę.Vtrunq; horum intelligitur quantum ad affectũ & dispositionem dauidis.Habebat enim voluntatem ędificandi domũ domini:& sic ingredi illam/& cultus adorare in templo.Nec fuit mendax quia hoc nõ adimpleuit:quoniam nõ stetit per eum,sed deus laudauit ppositum eius/noluit aũt ꝙ per seipm̃ sed per filium exequeretur: vt patet.2.reg.7.Vnde verba hęc ad psonã dauidis in seipo relata/verificanť quãtũ ad votũ:q̃a votũ habebat introeundi & adorandi.Relata autem ad dauidẽ in successione eius verificanť etiam quantum ad effectũ:q̃m ipse in successione filioꝝ suoꝝ introiuit in domum & adorauit in templo. ¶ Vbi nota duo.Alterum est ꝙ dauid pręedicit se sublimandũ in regem ad augmentũ & ornamentum diuini cultus:dum describit se ingressurum domũ dei & adoraturum in templo:hoc enim nihil aliud est q̃ dicere ꝙ ego edificabo templũ abiecto saule. Alterũ est.cõtra id qđ dixerat viꝝ sanguinũ &c̃.contraponit & ego:cõtra id qđ dixerat odisti/perdes/abominabiť,cõtraponit in multitudine gratiæ tuę:cõtra id quod dixerat non habitabit te malus/cõtraponit introibo domũ tuã :cõtra id quod dixerat nõ stabũt corã oculis tuis/cõtraponit incuruabor ad templũ sanctitatis tuæ:& demum cõtra id quod dixerat de impietate contraponit in timore tuo.ita ꝙ non fictę/non exteriori tantũ incuruatione aut cerimonia/sed in interno timore tuo introibo & incuruabor. Hæc quo ad deum.

Domine deduc me. Incipit hic tractari illa particula/ausculta vocem clamoris mei rex meus.Describit siqdem dauid seipsum positum in periculo insidiantiũ sibi hostium/affectum ad gradiendum in via dei:& pptcrea petẽtẽ directionẽ & deductionem in iustitia.¶ Vbi diligenter nota ꝙ duas petitiones pponit.Altera est domine deduc me/esto mihi dux ad regnum promissum,in iustitia tua/qua odisti operarios iniquitatis & abominaris virum sanguinum & doli,propter inspectores meos / saulem & suos qui insidiantur mihi.Petit ergo per hoc iustitiam cõtra illos deductiuam sui ad regnum: quod fuit adimpletum ad literam in monte gelboe.Aduerte ꝙ insidiatores ab actu inspiciẽdi eo modo quo obseruatores inspicere conantur significat/& hic & sæpe in sequentibus psalmis. ¶ Secundo petit rectam fac faciebus meis viam tuam.Nõ eget via dei vt dirigatur aut recta fiat(quoniam omnis via dei est in se recta) sed egemus nos vt recta via dei fiat ante oculos nostros . Et hoc ad differentiam postergantium rectam viam dei propter eius ignorantiam aut passiones animi . Affectum itaq; suum ad ambulandum per viam dei / manifestat per hanc petitionem dauid/ & petit a deo adimpleri: vt inter tot pericula recta gradiatur via/habeat semper ante oculos suos viam dei pro via recti sui itineris.

Quoniã nõ in ore. Prosequiť dauid primam petitionem/afferendo rõnem iustitiæ petite a rege suo cõtra insidiatores suos ex multis eorum criminibus.Et inchoat a peccato oris.Quoniã nõ in ore eorũ/insidiãtiũ.s.rectitudo.dicebãt.n.ea q̃ nõ recta sũt cõtra dauidẽ.Et subiũgit pctm̃ cordis.Intimũ eoꝝ prauitates. Patet vtrũq; hoꝝ ĩ historia libri regũ.Tertiũ crimẽ.Sepulchrũ aptũ guttur eoꝝ.& p assimilationẽ gutturis ad sepulchrum patẽs seu aptũ/licet possit ĩtelligi fetor egrediẽs ex corde eoꝝ,aptũ tñ ĩtelligiť parata vorацitas ad deglutiendũ dauidẽ.ita ꝙ preparatio eorum ad necem eius erat sicut

preparatio sepulchri patēris ad sepeliendum. vbi nihil deest nisi proiicere hoīem in sepulturam: non enim oportet laborare ad fodiendū sepulchrū, aut ad aperiēdū illud. Et vt vno verbo dicatur, significatur per hanc similitudinem ꝙ sola executio occisionis meę deest.

℄ Quartum crimen. **Linguam suā lenificabunt.** Crimen ficti sermonis significat, blande scilicet loquētiū & ad malū tēdentiū: q̄ patent in libro regū, qū blande loq̄bant dauidi sup filia saulis & p̄putiis philistinorum. ecce places regi &c̄. 1. reg. 18. Et aduerte in his quattuor descripsisse prophetam insidiatores suos in corde, in gutture, in lingua, in ore.

Desolare fac eos deus. Allegatis criminibus petit actus iustitię tres. Primus est desolare fac eos deus. Poena petit p̄sentis vitę, adimpleta partim per philisteos qui interfecerūt saulē & filios eius, partim successiue per alios qui desolauerunt domum saulis.

Decidant a consiliis suis. Secundus actus iustitiae est efficere ne noceāt. hoc enim significat ꝙ decidant a consiliis suis cōtra dauidē initis. Et hoc significat adiūgēdo, in multitudine fallaciarū suarū. cōstat. n. ex historia 1. reg. fuisse plena fallaciis consilia saulis contra dauidem.

Expelle eos, quoniā rebellauerūt in te. Tertius actus est expulsio eorū a regno. Et adiungitur maior cā, qm̄ rebellauerūt in te. Et petit expulsio eorū a regno qm̄ rebellauerunt cōtra deum. Quod fuit. 1. reg. 15. quum nō acquieuerunt p̄cepto diuino circa anathema amalechitarū. Vnde dixit tunc samuel ad saulem. quasi peccatum ariolādi est repugnare, & quasi scelus idolatrię nolle acquiescere. Et tunc samuel prędixit ꝙ expellendus esset a regno. & expresse. 1. parali. 10. dicitur ꝙ propter hoc interfecit eū dominus, & transtulit regnum eius ad dauid filium isai.

Et lętabūtur oēs sperātes in te. Prosequit dauid secundā petitionē, qua petiit dirigi corā se viam dei. Prosequit aūt recēsendo fructus qui sequent ex hmōi directione. Vñ primo ponit fructus: & vltimo directionē ipsam respectu sui p̄ cā fructuum, ibi qa tu benedices. ℄ Primus ergo fructus erit ꝙ lętabunt oēs sperātes in te. Vbi scito ꝙ dictio hebraica ab īterpretibus explicata per spem, dicitur significare plus q̄ spē: qm̄ significat cōmittētes se sub p̄tectione alicuius: quod est plus q̄ sperare. Et de istis dicitur ꝙ lętabunt: vtpote assecuti effectū p̄tectionis. Lętabunt autem in te, deo.

Seculo cantabūt, & operire facies sup eos. Secūdus fructus est ꝙ cātabūt toto tp̄e vitę suę. hoc enim significat seculo. Vbi scito ꝙ dictio hebraica significat laudādo cātare. ita ꝙ fructus est ꝙ laudādo cantabūt. Et huius rō assignat (q̄uis p̄postere scripta) diuina protectio, significata dicendo & operire faciēs sup eos. Directe siquidē hic diuinus actus respōdet submissioni antedictę cōmittentium se sub p̄tectione eius. Et intendit ꝙ illi deo p̄tegente nō solū lętabunt, sed laudando cantabunt, assecuti intentum. ℄ Ordina literam sic. & opire facies sup eos, seculo cantabunt. Textus hebręus habet seculo datiui casus: sed latina cōstructio vtit pro ablatiuo. Et hoc semel pro semper intellige millies in sequētibus, vbi inuenies tēpus significari seculo vel ęterno vel sempiterno.

Et exultabūt in te diligētes nomē tuū. Tertius fructus est diligentium ꝙ diuinum nomē sanctificetur, glorificet &c̄. qui sunt meliores q̄ sperantes. Et fructus est ꝙ exultabūt in te: quod plus est q̄ lętari, laudare & cantare. Et intellige hos fructus ad literam dici de viris probis expectantibus regnum dauidis a deo. Vnde & omnium ratio subditur.

Quia tu benedices iustū domine, vt scuto volūtate coronabis eū. Et intendit ad literam duo beneficia conferenda dauidi, ordine retrogrado scripta. Primum est defensionis, significatū dicēdo. vt scuto volūtate coronabis eum. Sumitur enim hic coronare pro circundare: vt similitudo scuti testatur. Et intendit ꝙ deus sola voluntate sua circundabit dauidem tanq̄ circundaret eum scuto defensiuo. Significatur enim scutum longum quod circundat fere totum hominem. Et minus dixit q̄ significauit: qa plus deus circūdat volūtate q̄ circundare possit scutum. ℄ Secūdū est collatio regni, significata dicēdo tu domine benedices iustum. Benedicere quippe dei est benefacere: & beneficium diuinum expectatum vt conferatur iusto dauidi, regnum erat. Et propterea posuit vtrunq; : & defensionē ab inimicis, & benedictionem benefaciendo dauidi iusto: quod e regione ponitur contra eiectionem saulis iniqui. Amen.

℄ VVLGATA EDITIO. ℄ Victori in cāticis sup octaua, psalmus dauid. VI.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.
Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniā conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est ualde: sed tu domine usquequo?
Conuertere domine & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam nō est in morte qui memor sit tui: in inferno autem qs cōfitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meã: dominus orationem meam suscẽpit.

Erubescant & conturbentur uehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant ualde uelociter.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vicẽti ĩ modulatiõĩbus sup̃ octaua psalmus dauidi.

1 Propheta. DOmine ⁴ ne in furore tuo argue me: & ne in ira tua castiga me.

2 Miserere mei domine ⁴/qm̃ ęger ego sum : medere me domine ⁴/quoniã territa sunt ossa mea.

3 Et anima mea territa ualde est :& tu domine ⁴ usquequo iratus eris ?

4 Reuertere dñe ⁴ :erue animam meam/saluum me fac propter gratiam tuam.

5 Quoniam non est in morte recordatio tui: in fouea quis confitebitur tibi?

6 Laboraui in suspirio meo: natare faciam in omni nocte lectum meum/in lachryma mea stratum meum liquefaciam.

7 Tineauit ab ira tua oculus meus: qui inueterauit in omnibus angustiis meis.

8 Recedite a me oẽs operantes iniquitatem: quoniã audiuit dominus ⁴ uocẽ fletus mei.

9 Audiuit dominus ⁴ supplicationem meam: dominus ⁴ orationem meam suscipiet.

10 Erubescent & terrebunt̃ ualde oẽs inimici mei: reuertentur & erubescent subito.

TItulus est. Vincenti in modulationibus sup̃ octaua psalmus dauidi. Vbi scito ꝙ octaua nomẽ est instrũ musici octo chordarum. Et eadem dictio hebraica ponit̃ hic pro qua dicimus in modulationibus, quę posita fuit in titulo quarti psalmi. Et hinc apparet ꝙ significat nõ instrumentũ sed modulationem, ex eo ꝙ adiungit̃ super octaua. Significatur enim ꝙ psalmus iste datus est pręsidenti in modulationibus, i. hoc est in certis modis cantandi seu sonandi super octaua, i. super instrumento octo chordarum. Reliqua expone vt supra.

¶ Circa materiã psalmi clarũ est ex eo ꝙ dauid est autor psalmi, & ea quę hic dicunt̃ cõgruunt psonę dauidis multũ afflictę, ꝙ psalmus ad literã loquit̃ de dauide: sed de qua eius afflictione tractet, ex psalmo accipiendũ est. Legimus dauidẽ quater afflictũ: scilicet in psecutione a saule, in reprehẽsione a nathan simul cũ morte filii, in psecutione ab absalon, & in pcussione populi ab angelo. Et qa hic describit̃ deus iratus cõtra dauidem, & dauid pmittẽs omni nocte lectũ lauare lachrymis, quod poenitentis est, excludit̃ psecutio saulis. Et quia explicant̃ pluries inimici dauidis, & dauid petit nõ mori, excludit̃ afflictio ex pcussione populi, in qua dauid petiit oppositũ. i. parali. 21. dñe deus vertat̃ obsecro manus tua in me & in domũ patris mei. Nec habuit ibi locũ cõcursus inimicoꝝ. Et ex hoc capite excluditur afflictio quũ reprehensus fuit a nathan & mortuus est filius, nõ enim patiebat̃ ab inimicis sed a deo. Et quia in persecutione quã passus est ab absalon, deus inuenitur iratus & dauid territus, & interuenerunt inimici opatii iniquitatis, & defecerũt subito, & dauid multam tũc mõstrauit humilitatem (nudis pedibus & operto capite incedendo &c̃.) ideo rõni consentaneum est ꝙ materia huius psalmi ad literam est recursus dauidis ad deum pro misericordia in persecutione ab absalon.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid patiens persecutionẽ ab absalon imbecillis & territus, petit a deo misericordiã, pferens poenitentię actus assumptos, futurosq; pmittẽs. & exauditus negationẽ diuinę irę, erga se prędicit, ita ꝙ erubescent & reuertentur retrorsum subito inimici eius.

¶ Persona loquens propheta est.

DOmine ne in furore. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiæ, & executiuã, ibi qm̃ æger. Proponit duo: scilicet negationem irę & gratiam misericordię. Proponit aũt dep̃catiue vtrunq;: qa vtrunq; ex diuina expectat gratia. Et primo ꝙ non agat secum in ira & furore: hoc est nõ castiget eũ tanq̃ indignatus cõtra eũ sed pf̃ne. hũc enim effectũ pponit. Dñe ne in furore tuo, hoc est nõ tanq̃ motus furore, argue me: & nõ in ira tua, hoc est tanq̃ excãdescẽs accensus ira, castiga

me. More siquidem humano rogat ꝙ neq; verbo arguat neq; opere castiget ipm̄ deus tanq̄ indignatus. Et vere sic fuit: quoniam tanq̄ pater & arguit & castigauit eum. ¶ Et scito ꝙ dictio hebraica interpretata furor/significat ꝓprie illam animi idignati passionem quæ naso sufflante seu fumante apparet. Et hoc ēt intellige semel ꝑ semp. Dictio vero iterpretata ira/significat illam indignati aīe passionem q̄ ex calore velut excādescētia quadā apparet. Deprecatio aūt gr̄e subiūgit/ miserere mei dn̄e. in miseria quippe cōstitutus, ꝑꝑ scelera sua misericordiā petit, nō rerum suarum sed sui.

Quoniā ęger ego. Incipit hic ps executiua tali ordine. Prīo tractat illa ꝑticula/miserere mei dn̄e. Secūdo tractat illa/dn̄e ne in furore &c̄. ibi qm̄ nō in morte. ¶ Petēdo aūt misericordiā explicat qualis est & qd desiderat. s. viuere & saluari. Aduerte hic ꝙ in ꝓgressu petitionū describit seipm̄ dauid tripliciter. s. quo ad aīam/quo ad ossa/quo ad seipm̄. & q̄rto ex p̄te dei ꝓrogātis. Et quātū apparet/descriptio sui ipsius est ad silitudinē ęgri: aci ex terrore aīę & ossiū effectus ipotēs/petat medicinā & salutē. Et intēdit ꝑ hęc significare ipotētiā suā ad saluādū se ab absalon/deo stāte auerso ab ipso dauide & terrente ipm̄ tāta ꝑsecutione. ¶ Vide singula. Quoniā ęger ego/qa ad similitudinē nō mortui sed ęgri deueni, ideo medere me dn̄e/medici vtere officio. Rursus qm̄ tā ossa mea/firmiores aīe p̄tes (mēs & rō cōsiderātes diuina cōsilia) q̄ aīa mea/iferior pars aīę ab officio aīandi corpus denoīata, territa sunt/in hoc euētu (& aīa plus territa dicit addendo valde: qa multū timebat mori in illo casu. nec solū ex p̄te mea experior territā aīam vsq; ad ossa, sed ēt ex p̄te tua experior. & tu dn̄e vsq; quo: hoc ē & nescio vsq; quo tu dn̄e irā tuā exercebis, an vsq; ad cōsumptionē an citra/an diu an paruo t̄pe) ideo reuertere q̄so dn̄e. Fuisti mihi bn̄ficus, recessisti puniēdo & eiciēdo me a regno, reuertere bn̄ficus: & erue aīam meā/vitā meā a ꝑiculo mortis: saluū me fac a ꝑsecutione ista, nō ꝑꝑ merita mea/sed ꝓpter gratiā tuā. ¶ Nec obstat dictū ꝙ audisset dauid a nathan ꝓpheta/nō morieris: qm̄ dubitauit an hoc fuerit dictū ꝑ tūc qn̄ mortuus ē filius. ex eo. n. ꝙ videbat ipleri verbū aliud dictū a nathā (ecce ego suscitabo sup te malū de domo tua) timuit ne ipleret ēt illud aliud sibi dictū. nō recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternū.

Quoniā nō in morte. Tractat hic illa particula/dn̄e ne in furore &c̄. describēdo suā poenitētiā volūtariā & rōnem poenitendi. a qua inchoat dicēdo/qm̄ non in morte. ¶ Vbi nota q̄ recte fuerit rationis & intentionis poenitētia dauidis. Rōnis quidem: qa non distulit poenitētiā agere vsq; ad mortē. Intētionis aūt, qa poenituit ad offerēdū deo sacrificiū memoriæ & laudis in reliqua sua vita. Quoniam inquit non in morte recordatio tui (mortuus enī quatenus mortuus est non recordat dei. Quod ēt a loco explicat. in fouea/sepulcri, quis cōfitebit tibi/cōfessione laudis/fidei aut peccatorum? quasi dicat nullus) ideo ego non distuli poenitere. Sed laboraui in suspirio meo/hoc est fatigatus sum suspirādo ad te. Sciebat dauid se propter crimina adulterii & homicidii in persecutionem hāc incidisse: & ideo commemorat inchoatam iam suam poenitētiam/qua diuturnus gemitus simul & spes significat. gemitus. n. cum spe in suspirio/diuturnitas aūt in fatigatione inuenitur. ¶ Nec propterea cessabo, sed plus faciam in futurum/perseuerando in poenitentia. Quoniam natare faciam in omni nocte lectū meū, in lachryma mea stratū meū liquefaciam. Et est sermo hyperbolicus promittere tantum fletum ꝙ natare faciet lectum/hoc est culcitram & huiusmodi: & rursus cum tanta abundantia ꝙ fluet. hoc enim significat lachryma mea stratum meum liquefaciam: hoc est cum tanta abundantia ꝙ liquefaciet/hoc est liquescere. i. fluere faciet stratum sicut fluunt niues liquescentes. ¶ Vbi cerne inchoatam poenitentiam in eo ꝙ fatigatus est suspirando: & ꝙ promittit prosecutionē per singulas noctes cum tanta abundantia fletus. ¶ Deinde subiungit alias suas poenas.

Tineauit. Vsurpata est dictio hæc vt responderet hebręę. Si dixisset corrosus est oculus meus ab ira tua/solam oculi passionem significasset: sed dicendo tineam, describit non solam passionem corrosi oculi, sed etiam actionem qua ipsemet oculus protulit sibi tineam quæ corrodit eum. Ad significandum itaq; ꝙ recognoscit se culpabilem, ꝙ oculus suus specialiter fuit causa ꝙ oportuit ipsum tantum flere ꝙ sicut corrosi sunt oculi ab ira dei considerata, vsus est metaphora tineę. Et vere tineauit oculus dauidis quando vidit mulierem lauantē se pulchrā valde &c̄. hoc enim fuit causa quare velut corrosi sunt postea oculi flendo, considerando iram dei.

Inueterauit in oībus angustiis meis. Ad prouocandum magis dei misericordiam/apponit cōditionem oculoꝝ suoꝝ: scilicet ꝙ inter angustias inueterauerunt. dauid siquidem ab adolescētia sua profugus a facie saulis, multas passus est angustias, propter quas seniles anticipauit defectus. Ac si aperte diceret. tanto amplius miserere/quanto oculi modo corrosi iam seniles sunt propter angustias meas omnes quas tanto tempore passus sum.

Recedite a me oēs opantes inīqtatē. Effectus tam orationis q̄ poenitentię partim actę partim promissę congrue subiungit: declarando primo effectū orationis in ipso dauide. & deinde in ipsis hostibus. Exauditus siquidē dauid/certificatus est deū nō agere secū vt idignatū sed vt p̄rem. Et ꝓpterea apostrophās ad inimicos suos ait/recedite. Et hoc ad literam impletum fuit quādo ordinauit aduersus illos bellum defensiuum: hoc est enim monere seu iperare eis/recedite a me oēs operantes iniquitatem (hoc est operarii iniqtatis coniurati cum absalon) quoniam audiuit dominus/pro exaudiuit,

vocē fletus mei/audiuit dñs supplicationē meā. Dictio hebraica sonat deprecationē miserabilē: hoc est puocatiuam ad misericordiam. Et significat p hæc duo (scilicet preces prouocatiuas ad misericordiam & fletum) recursus ad deū ex intimo afflictoq; corde adhibitis signis extremis.

Dominus orationē meā suscipiet. Describit effectus orationis in executione facta in hostibus: absalon scilicet & suis. Et ppterea in futuro describit respectu reuelationis factę dauidi. Dominus inquit orationem meam suscipiet/quantum ad executionem.

¶ Et ppterea erubescēt & terrebūt valde oēs inimici mei/reuertent & erubescēt subito. Manifeste hic describit cōfusio exercitus absalon. Erubescēt inqt & terrebunt, nō paꝝ sed valde oēs inimici mei/fautores absalon. pcusso.n. exercitu reliq fuerūt territi & cōfusi; & ipse etiā exercitus dispersus est/mortuis viginti milibus ex eis. Et ppterea subdit reuertent & erubescēt seu cōfundent subito. tā paꝝ.n. durauit regnū absalon q dñt subito defecisse; & ēt qa mortuo absalon statim oēs inimici confusi sunt. Amē.

¶ VVLGATA EDITIO.

¶ Ignoratio dauid quā cecinit dño sup uerba chusi filii Iemini. psalmus. VII.

Domie deꝰ meꝰ i te spaui: saluū me fac ex oibꝰ psequētibꝰ me & libera me.
Neqñ rapiat ut leo aiam meā: dū nō ē q redimat neq; qui saluū faciat.
Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.
Si reddidi retribuētibꝰ mihi mala: decidā merito ab inimicis meis ianis.
Persequatur inimicus animam meam: & comprehendat & conculcet in terra uitam meam & gloriam meam in puluerem deducat.
Exurge domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.
Et exurge dñe deus meus in pręcepto qđ mādasti: & synagoga populoꝝ circūdabit te.
Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos.
Iudica me domine secundū iustitiam meam: & secūdum innocentiam meam super me.
Consumetur nequitia peccatoꝝ & diriges iustū: scrutans corda & renes deus.
Iustum adiutorium meum a domino: qui saluos facit rectos corde.
Deus iudex iustus/ fortis & patiens: nunquid irascitur per singulos dies?
Nisi conuersi fueritis: gladium suum uibrauit, arcum suum tetendit & parauit illum.
Et in eo parauit uasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturiit iniustitiā: concępit dolorem & peperit iniquitatem.
Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: & in uerticem ipsius iniquitas eius descendet.
Confitebor domino ꝭm iustitiam eius: & psallam nomini domini altissimi.

¶ IVXTA HEBRÆVM.

¶ Error dauidi quem cecinit domino ⁴ super uerba ęthiopis filii iemini.

1 Propheta. DOmine ⁴ deus meus in te speraui: saluum fac me ab omnibus sequentibus me/& libera me.
2 Ne quando rapiet ut leo animam meam: lacerans & non [erit] liberans.
3 Domine ⁴ deus meus si feci istud: si est iniquitas in uolis meis.
4 Si retribui pacifico meo malū: & erui angustatorem meum inaniter.
† terre 5 Sequetur inimicus animam meam: & apprehendet & cōculcabit in terra † uitam meā/
† puluerē & honorem meum in puluere † habitare faciet. Selah.
6 Surge domine ⁴ in furore tuo: eleuare in indignationibus angustatorū meorum/& expergiscere ad me iudicio [quod] mandasti.
† excelso 7 Et congregatio populorum circundabit te: & super ea in excelsum † reuertere.
8 Dñs ⁴ iudicabit pplos: iudica me dñe ⁴ ꝭm iustitiā meā / & ꝭm simplicitatē meā sup me.
† os 9 Complebit nūc malū impios/& firmabis iustū: & probans corda & renes deus † iustus.

10 Clypeus meus est super deo † saluante rectos cordis. est †
11 Deus † iudicans iustum:& deus irascens in omni die. †
12 Si non reuertetur saul gladiũ suum poliet deus arcum suum tetendit & parauit illum.
13 Et illi parauit uasa mortis: appositiue sagittas suas persequentibus operabitur.
14 Ecce parturiet saul iniquitatem & concipiet dolorem:& pariet falsitatem.
15 Foueam aperuit & effodit eam:& incidet in foueam qui operabitur.
16 Reuertetur labor eius in caput eius:& super uerticem eius iniquitas ipsius descendet.
17 Confitebor dominũ fm iustitiam eius:& cantaui nomen domini excelsi.

Titulus est. Error dauidi quẽ cecinit dño sup verba ęthiopis filii iemini. Prima dictio varie exponitur. alii putãt esse nomẽ instri musici: alii nomẽ spẽi cantus. Cõis tñ sensus itelligit errorem: hoc est errorẽ p ignorantiã. q̃uis alias habeat significationes dictio hæc. Et qm̃ in toto psalmo nulla fit mẽtio de aliquo errore seu pctõ quocunq; ipsius dauidis/imo totus psalmus plenus est innocẽtiæ & iustitiæ ipsius/nec vnq̃ petit misericordiã sed iustitiã, ideo difficilẽ ingerit quæstionẽ error iste. Cuius solutio est q̄ nõ describit error dauidis vt personæ errãtis seu ignorãtis, sed vt psonę q̃ est materia erroris circa quã est erratũ. Et hoc quadrat ei qđ sequit/quẽ cecinit domino super verba &c̃.
¶ Ad cuius euidentiam oportet materiã psalmi discutere: quoniã titulus iste significatiuus est materię. Apparet. n. ex psalmo clare q̄ de dauide inocente & excusante inocẽtiã suã cũ execrationibus & iusto & habẽte hostes est sermo cõtra hostes eius/& q̄ petit iustitiã. Vnde excludit causa eius cõtra absalonis qm̃ cõstat ppter crimina sua tũc passum dauidẽ: vt patet. 2. reg. 12. Excludit quoq; (vt dictũ est) oẽ pctm̃ cuiuscũq; ignorãtiæ. Et oĩbus circũspectis apparet q̄ psalmus iste ad literã loquit de dauide pfugo a saule. quadrat enim iustitia eius/quadrat inocentia/quadrat iputatio, qua in primis ipse saul (vt patet. 1. reg. 22.) iputauit dauidi q̄ dauid isidiaret aduersus saulẽ: hoc est machinaret ad regnũ. Vnde dixit. nõ est qui annũciet mihi/oẽs cõiurasttis aduersus me: eo q̄ & filius meus fœdus inierit cũ filio isai/& suscitauerit seruũ meũ aduersum me insidiantẽ mihi vsq; hodie. Hæc. n. sunt verba significata i hoc titulo/dicẽdo. sup verba chus filii iemini. chus. n. ęthiopẽ significat. Appellatusq; est saul ęthiops: eo q̄ nũq̃ potuerit mutare suã nigredinẽ quã cõcępat aduersus dauidẽ, licet pluribus vicibus exptus fuerit & cõfessus inocẽtiã dauidis. Et appellat filius iemini/q̄a (vt patet. 1. reg. 9.) erat de stirpe iemini. Quadrat & huic materię tã petitio iustitię q̃ pphetia occasus saulis. nã ẽt spẽs mortis eius pdicit circa finẽ psalmi/gladio & sagittis. Quia ergo verba saulis iputãtis dauidi crimẽ aspirationis ad regnũ soceri sui/erronea erãt (ignoto aĩo dauidis) ideo titulus ab errore dauidis vt materię circa quã errabatur ichoat. Et ppterea subiũgit quẽ cecinit dño: qm̃ solus deus erat testis aĩ eius inocẽtis. Significat ergo titulus iste materiã psalmi esse erroneã iputationẽ significatã verbis saulis. ¶ Nec p hoc intelligas q̄ ipse saul ignorãter errãdo iputauerit hoc dauidi (qñq̃dẽ ex scriptura apparet q̄ ex pposito/pũidẽs prudẽtiã/fortitudinẽ/gratiãq; corã populo aliasq; ptes dauidis, timuit qđ postea euenit: scilicet regnũ nõ esse firmãdũ in domo sua. & ppterea psecutus est dauidem) sed intellige errorẽ tum respectu ignoti aĩ ipsius dauidis. tũ respectu aliorũ hoc putantiũ. Nabal. n. 1. reg. 25. dixit. hodie icreuerunt serui q̄ fugiunt dominos suos &c̃. Et semei. 2. reg. 16. ait/inuasisti regnũ p saule. Vnde & in principio psalmi cũ tot execrationibus dauid excusat se a tali crimine. Hæc est materia psalmi.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid falso incusatus q̄ aspiret ad regnum saulis, vbi spẽ suã in deo fuisse/nec cõmisisse crimen aliqđ contra saulẽ magnis adhibitis execrationibus cantauit, diuinę iustitiæ officium iplorat/tum ad iudicium suę innocentię/tum ad iudicium saulis perseuerantis in iniquitate: prędicens illius ruinã/& concludens laudaturum se dei iustitiam diuinumq; nomen.
¶ Persona loquens propheta est.

Domine deus meus. Diuidit psalmus i ptes duas: ppositiuã mãę, & executiuã/ibi neqñ. Duo pponit. Alterũ est q̄ fiduciã suã nõ posuit in hoĩe aut humanis viribus sed in deo. Et hoc directe cõtra iputatũ ei crimẽ q̄ aspirabat ad regnũ, confidens in prudẽtia/in fortitudine/in gr̃a populi &c̃. Alterum est innixũ priori: q̄ deus eum & saluet & eripiat a persecutoribus. Nõ sufficit ei vt eripiatur nisi saluus: hoc est nõ mutilatus/non ad nihilum redactus. Et similiter non sufficit q̄ saluetur illęsus nisi liberetur de persecutione eorum: saulis scilicet & suorum.
¶ Nequando rapiet. Incipit hic ps executiua psalmi tali ordine. Prĩo tractat illa pticula/ saluũ fac me &c̃. Secũdo illa/ dñe deus meus in te spaui/ibi surge dñe. ¶ Tractat hic illa pticula/saluũ fac me ab

oībus ſequētibus me & libera me/dupliciter.Primo ꝓponēdo neceſſitatē:apiēdo piculū ne aliqñ ſeu ne forte ſaul tanq̄ leo rapiat ipm,nec ſolū rapiat ſed laceret/leonino more diſcerpēdo:& nullus adeſt liberās ipm de manu ſaulis.Saul ſiqdē erat rex:& ſi habuiſſet dauidē in manibus/nullus erat potēs liberare eū.Rurſus ſaul tanta ſeuitia in ſacerdotes nobe reputās eos amicos dauidis vſus eſt/vt merito dauid timeret eū tanq̄ leonē rapiētē & vorātē.Hoc eſt neceſſitatis piculū quare petit liberari & ſaluari ne incidat in manus ſaulis.¶ Deide ſubiungit cōditionē ſub qua petit liberationem ſuā:itendēs ꝙ petit ſaluari ſi eſt inocens,& ſi nō eſt innocens ꝙ tradaꝫ in manus inimici.Et ꝓpterea ſubiungit.

Domine deus meus ſi feci iſtud. Pro iuſtificatione itaq; petitionis ſuę ꝓponit deo vnā cōditionalē cuius an̄s hēt quattuor ptes/dicēs.Dñe deus meus ſi feci iſtud.ecce prima ps an̄tis.Et itēdit ſi feci hoc.ſ.ꝙ machinatus ſim ad deiciēdū domū ſaulis a regno.hoc.n.ei iputabāt verba ſaulis in titulo ſignificata.¶ Si eſt inigtas in volis meis.Ecce ſecunda ps an̄tis.& ſignificanꝫ manus a volis ſicut totum a pte.Et itēdit explicare qd̄ demōſtrauit dicēdo ſi feci iſtud:explicādo ſi in opibus meis eſt aut fuit inigtas.ſ.ꝙ inique egerim cōtra domū ſaulis.fuiſſet.n.magna inigtas agere cōtra ſocerꝫ & fratres vxoris.¶ Si retribui pacifico meo malū.ecce tertia ps an̄tis.In qua magis ſpecificaꝫ:dū ſpēs inigtatis explicaꝫ/exaggerādo crimē.Intēdēs ſi retribuit ſauli pacifico/pacē ſm carnalē cognationem hn̄ti,malū.fuiſſet.n.maximū crimē ꝙ vbi ſaul exaltauit dauidē/pficiēdo ipm mille militibus & dādo ei filiā in vxorē,ipſe dauid retribuiſſet ei malū ꝓ bono/machinādo ad regnū.¶ Et erui anguſtatorē meū inaniter.ecce q̄rta pars an̄tis.Vbi nota ꝙ illud aduerbiū inaniter ſeu vacue/iuxta dictionē hebraicā pōt intelligi vt determinatio inimici vel vt determinatio verbi.Et ſi qdem referaꝫ ad hoſtē,ſignificareꝫ hoſtis ſine cā/ſine offenſa.Et ſic deſcribereꝫ ſaul angēs ſine cā dauidē.Et tunc eſſet ſenſus iſtius pticulę minus quadrās aut potius extortus:qm̄ in cęteris ptibus huius cōditionalis ſemꝑ aſſumptū eſt malum aliqd (ſi eſt inigtas/ſi reddidi malū)hic aūt aſſumereꝫ bonū.ſ.ſi erui hoſtē meū gratis.hoc.n.eſt opus ſanctū.qd̄ bis fecit dauid:ſemel in ſpelūca/& alia vice in tētorio.Si aūt aduerbiū inaniter determinat verbū erui(ſicut ēt ordo grāmaticus regnt)tūc currit cōditiōalis.& aſſumiꝫ ēt in hac q̄rta pticula antecedētis malū.ſ.ſi liberaui inaniter ſaulē anguſtatorē meū.Quāuis.n.nō ſit alibi ſcriptū,ex iſto tñ textu īſinuaꝫ ꝙ ſaul ſeu cōplices eius poſteaq̄ redierūt ad ꝓpria,interꝑtati ſunt ꝙ dauid in ſpelūca nō pepercit ſauli ex itētione bona/ſed id qd̄ fecit fecit ex q̄dā vanitate ad oſtētationē ſuę bonitatis.Et habebāt argumētū:qa ſi dauid occidiſſet ſaulē in ſpelūca/fuiſſet ipſe cū oībus ſuis in ſpelunca latētibus occiſus a tribus milibus electorꝫ virorꝫ ſaulis q erāt extra ſpelūcā.Propterea dicebāt,abſcidit orā clamydis ſaulis vt oſtētaret ſe virꝫ bonū &c̄.ad hoc.n.excludēdū directe tēdūt verba hui⁹ pticulę/& erui inaniter anguſtatorē meū.Significāti⁹ āt dicit erui:vt itelligas ꝙ nō ſolū abſtinuit ab occiſiōe ſaulis,ſed eruit eū ab iis q occidere eū volebāt.dſ.n.1.reg.24.ꝙ dauid cōfregit ſeruos ſuos ſermōibus & nō ꝑmiſit eos vt cōſurgerēt in ſaul.Hoc eſt itegrū an̄s cōditionalis,cuius cōſequens ſubiungiꝫ.

Sequetur inimicus aīam meā. Inchoatę itaq; cōditionalis ſubiūgiꝫ hic cōſequens/habēs ēt quattuor pticulas.Prima eſt.ſequeꝫ inimicus/ſaul,aīam meā/vitā meā.Secūda eſt & apprehendet.non ſolū perſecutionē aget/ſed ad cōprehēſionē perueniet.Tertia eſt.& cōculcabit in terra vitā meā/poſt apprehenſionem.& in hoc ſignificaꝫ ignominioſa occiſio vtpote cōculcādo.Quarta eſt.& honorem meū in puluere habitare faciet.Metaphorica eſt locutio/ſignificans ꝙ honorem ſuum ad nihilum redigat ſaul/ad ſimilitudinem eorꝫ quæ in puluerib9 iacent.quæ pro nihilo habentur:vtpote quę ab omnibus calcari poſſunt.Ex tota itaq; cōditionali clare apparet ꝙ dauid iuſtificat petitionē ſuam coram deo/ꝓponēdo tanq̄ per execrationē ꝙ ſi male ſe habuit erga ſaulem incidat in manus eius/perdat honorem regni ſibi a deo promiſſi/perdat vitam &c̄.¶ Et ſcito ꝙ textus hebręus habet in datiuo terræ & pulueri:ſed ꝓpter cōſtructionem mutati ſunt caſus adiunctis præpoſitionibus.

Surge domine. Tractaꝫ hic illa pticula/dñe deus meus in te ſpaui/recurrendo ad deū ꝓ iuſtitia dupliciter:hoc eſt tū ꝓ ſeipſo/tū cōtra ſaulē & ſuos.Et ꝓpterea tria petit.Primo humano more alloq̄ns deū vt ſurgat ad iuſtitiā faciēdā/dicēs.Surge/a gere iuſtitię,dñe in furore tuo/tanq̄ indignatus:hoc eſt ad puniēdū eos q merenꝫ pœnā.Et hæc petitio vt cōis ei & aduerſariis ꝓponiꝫ.¶ Secūda petitio cōtra aduerſarios.eleuare in idignatiōibus anguſtatorꝫ meorꝫ:hoc eſt in puniendo indignationes eorꝫ q angūt me,eleuare tu/glorificare/appare excelſus.puniēdo.n.reges & magnates eleuaꝫ,non in ſeipſo ſed in cōſpectu & laude hoīum deus.¶ Tertia petitio ꝓ ſeipō eſt.Et exꝑgiſcere ad me iudicio mādaſti.ſubaudiꝫ.n.relatiuū qd̄ mandaſti.Petit humano quoq; more ꝙ quaſi a ſōno ſurgat ad faciēdum ſibi iudicium quod mandauit fieri per alios.pręceperat quippe deus iudicibus vt facerent iudiciū oībus iniuriam patientibus.Et quia ſaul rex erat nec erat qui iudicium pro dauide efficere poſſet,ideo dauid petit a deo vt faciat ſibi iudicium quod mandauit fieri per alios.Et quia multo tempore tardare videbatur iudicium hoc,ideo dicit & expergiſcere ad me iudicio.

Et cōgregatio populorꝫ circūdabit te. Proſequiꝫ propheta ꝓpoſitas tres petitiones/inchoādo a prima,qua petit ſurge dñe in furore tuo:reddens ꝓ rōne petitionis huius duplicē fructum.Alter eſt ex pte cultus:qa.ſ.hinc fiet ꝙ cōgregatio populorꝫ circūdabit cultu te.Et vere ſic eſt;quia quum deus

p̃ unit/cõgregamur ad cultũ diuinũ. Alter fructus est exaltatiõis diuinę, non in seipso sed in mentibus hoīm: q̃ cõsurgit quũ deus exercet iustitiá suá. Et hęc significaẽ dicẽdo. & sup ea/cõgregatiõe vel p̃p eá cõgregationẽ, in excelsum reuertere. deus. n. quiescẽs a punitiõe/non ęstimaẽ excelsus: dũ aũt punit/ quasi reuertitur in celsitudinem. Et p̃pea propheta dicit deo. ꝙ super cõgregatione populoꝝ quæ sit deo puniente/in excelsum reuertere. ¶ Et explanás quę sit ista celsitudo/subiungit. dominus iudicabit populos. Homines. n. videntes deum exercere iustitiá/credũt hanc de deo celsitudinem. Lꝙ dñs iudicabit populos. ¶ Textus hebręus habet in dtõ excelso: sed cõstructio adiuncta p̃põne mutauit.

Iudica me domine. Prosequitur hic tertiam petitionem :. qua pro seipso petit expergiscere ad me iudicio quod mandasti. Vbi tria prosequitur. nam primo petit iudicari ſm iustitiam suam/dicẽs. iudica me domine ſm iustitiam meam & ſm simplicitatem meam super me. Vbi & se iustũ & simplicẽ absq; duplicitate erga saulem fuisse & esse proponit coram diuino iudicio.

Cõplebit nũc malũ ipios ⁊ firmabis iustũ: ⁊ probans corda ⁊ renes deus iustus. Petito iudicio subiũgit desideratũ fructũ sniæ ferẽdę. Lꝙ nũc/hoc est in hoc iudicio, cõplebit/hoc ẽ terminabit, malũ/poenę p̃ sniam ferẽdá, ipios. ¶ Aduerte p̃io vocabulũ ꝙ cõplere nõ sumiẽ hic p̃ pficere (eo mõ quo dicimus domũ cõpletá) sed p̃ terminare: eo mõ quo successiua dicimus cõpleta qñ desinũt: dicẽdo diẽ aut mẽsem cõpletũ: qñ iá desinit. Ad hũc. n. sensum diciẽ ꝙ malũ poenę cõplebit ipios: hoc est terminabit eoꝝ vitá/faciet illos nõ eẽ. Scḋo modũ loq̃ndi. Loquiẽ. n. dauid more expectantiũ cũ desiderio sniam iudicis & cõfidẽtiũ ĩ bono iure cãę suę. Soliti q̃ppe sũt dicere. nũc videbũẽ hñtes rõnem/ & puniẽtẽ iniustitiá fouẽtes. Sic. n. ait propheta. cõplebit nũc malũ ipios & firmabis tu deus iustum: tu inquam deus iustus & probans corda/hoc est voluntatem, & renes/hoc est intima affectionum penetralia. Et addit hoc ad excludendum omnem ignorantiam aut incuriam iudicis/& quácunq; occultationem meritorum tam suorum q̃ hostium apud iudicem.

Et qm̃ dauid nõ humano sed diuino iudicio se submittit iustificandũ/& deus non semper in hac vita iustificat iustos/sed impios permittit florere tanq̃ si essent iusti, ideo subiungit ꝙ ipse adhibet defensorem suũ deum/non quatenus pmittit mala/sed quatenus saluat rectos corde. hoc. n. significat subiũgendo. **Clypeus meus sup deo saluáte rectos cordis.** Et totum (vt dictum est) tendit ad hoc ꝙ defẽsio sua innititur deo non vt permittenti sed vt saluanti rectos corde.

Deus iudicás iustũ, ⁊ deus irascẽs ĩ oĩ die. Et q̃a multi obiiciũt ĩplorátib⁹ diuinũ iudiciũ ad suá iustificationẽ ꝙ de⁹ nõ semp iudicat, iõ rñdẽdo hic tacite obiectiõi subiũgit p̃pħa ꝙ deus ĩ oĩ tpe & iudicat iustũ & irasciẽ. i. punit. hoc. n. significat dicẽdo. deus iudicás iustũ & deus irascens ĩ oĩ die. Q̃d est veꝝ nõ solũ q̃tũ ad p̃tátẽ (quia põt quotidie punire & iustificare) sed est veꝝ quantũ ad actũ: qm̃ nullus est dies in quo deus nõ exerceat iustitiá suá & puniendo & iustificádo. Vbi caute aduerte non dici ꝙ deus oĩ die puniat oẽs aut iustificet oẽs, sed ꝙ oĩ die hóc facit. Et hoc non videẽ vertendũ in dubiũ respectu aliquorũ: quãuis nos nõ discernamus iudicia dei quibus punit & iustificat.

Si nõ reuertetur. Prosequiẽ hic secũdá petitionẽ q̃ petit cõtra aduersarios. eleuare in indignationibus angustiatoꝝ meoꝝ. Prosequiẽ aũt p̃dicendo punitionẽ saulis multipliciter. inchoando a cõditiõe perseuerantię saulis in malo: hmõi. n. impnia significaẽ dicendo. si non reuertetur, scilicet saul ad cor. Vbi & significantur futurę poenę nisi saul reuertatur ad deum.

Gladiũ suũ poliet. Subiũgiẽ futura punitio saulis. & p̃diciẽ modus mortis quo occisus fuit. Tũ q̃tũ ad gladiũ. saul. n. occidit seipm̃ irruẽs sup p̃priũ gladiũ. Et hoc significaẽ dicẽdo de deo ꝙ deus gladiũ suũ poliet/ad occidẽdũ saulẽ. Tũ quátũ ad sagittas. ná saul a sagittarius philistinoꝝ anteq̃ irrueret sup p̃priũ gladiũ pcussus fuit: vt patet. i. paralip. 10. Et hmõi sagittatio ordinata a deo cõtra saulẽ/significaẽ subiungendo de deo. arcũ suũ tetendit & parauit illum: & illi/arcui, parauit vasa mortis/ hoc est tanquá vasa ferentia mortẽ. Quę vasa exponit. sagittas suas persequentibus operabiẽ: hoc est mediátibus philisteis exercebit/datiuum pro ablatiuo construendo.

Ecce p̃turiet iniq̃tatẽ. Descripta morte saulis/describiẽ pseuerás malicia ipsi⁹ saulis cõtra dauidẽ ob quá meruit puniri. Describiẽ aũt ex similitudine p̃gressus naturalis in gñatiõe hũana: in qua p̃io mulier cõcipit/deinde p̃turit/& tandẽ parit. vt p̃ hoc itelligas pfectionẽ malicię hñtis oĩa req̃sita. ¶ Et ad lrám saul cõcępit. 1. reg. 18. inuidiá cõtra dauidẽ/quũ audisset cantari. saul pcussit mille & dauid decem milia. ex tũc enim incœpit timere ne post mortẽ suam dauid eligereẽ in regẽ. Parturiit aũt quũ varius viis procurauit vt occidereẽ dauid vel a philisteis vel a suis: vt patet. 1. reg. 18. & 19. Peperit vero quum manifeste eũ persecutus est/imponens ei ꝙ quęreret sibi malum. Et propterea dicitur q̃uis non ordinate. Ecce parturiet iniquitatem/desiderans iniquam mortẽ dauidis: concipiet laborem. cõcępit. n. quodammodo fatigationem animi/inuidens glorię dauidis. & pariet falsitatem/imponens dauidi falsum crimen. Et q̃uis hæc tunc non erant futura, describuntur tamen in futuro ad denotádam perseuerantiam saulis in huiusmodi malis affectibus.

Foueá aperuit ⁊ effodit eá, ⁊ incidet in foueá opabitur. Altera hic vtiẽ metaphora propheta circa culpam & poená simul saulis/ad similitudinẽ fodiẽtis foueá ad casum alterius & tñ ipse ruit in

illã. Vbi q̃rum ad lſam dictio hebraica ſignificat locũ effoſſum ſiccũ ad ſilitudinẽ putei. & ppea varie ab interptibus ſignificatus ē. Et deſcribiť φ nõ ſolũ apuit inchoando ſed effodit: hoc eſt altius fodit vt caſus eẽt irrepabilis. ⁋ Pñt aũt p hãc metaphorã duo intelligi. Prio ruina ſaulis ſub philiſteis: vt qa ſaul adhuc quaſi parturiẽdo pcurabat φ dauid occideret a philiſteis (vt patet in locis allegatis) iuſto dei iudicio ipſe ſaul ruerit ſub philiſteis. Et huic ſenſui cõſonat qđ ſubiũgit de illius capite. nã illius caput abſciſum a philiſteis miſerunt philiſtei vt oñderet idoloꝝ tẽplis & pplis. Et ſic ſup caput ſaulis cõuerſum ē malũ. ⁋ Scdo φ ſaul mouẽdo pſecutionẽ in dauidem vt dauid rueret/fodit ſibiipſi occaſionẽ ruinę: qm̃ poſuit dauidẽ in reputationẽ, & dedit illi occaſionẽ cõgregãdi viros ad ſe contra ſaulẽ: & ſic ſaul pdidit regnũ. Si. n. ſaul nõ mouiſſet pſecutionẽ cõtra dauidẽ, manſiſſet dauid cũ ſaule; hñs milites ſub ſe pro ſaule & domo regia/nec vllã habuiſſet occaſionẽ inſurgẽdi cõtra domũ ſaulis: ſed ipſa pſecutio dauidis fecit dauidẽ regem. Et ppea hic diciť φ ſaul aperuit foueã & fodit eã/magnã pſecutionẽ mouẽdo vt dauid nõ ſuccederet in regno. & incidit in foueã quam opabiť: qa inde pdidit regnũ. Et deſcribiť in futuro opabiť/pp pſeuerantiã ſaulis in hac pſecutiõe. Et huic expõni ẽt cõſonat qđ de capite ſubiungiť: intelligendo tñ per caput qđ eſt primũ membrũ corporis/primũ ſucceſſorem ſaulis tanq̃ primum illius mẽbrũ. mortuo ſiqdem ſaule, mox dauid effectus eſt rex ſup tribũ iuda: & poſt ſeptẽnium effectus ē rex totius regni interueniẽte longa cõcertatiõe inter ipſum & domũ ſaulis. ita φ in primo ſucceſſore deiectũ ē regnũ ſaulis. Quãuis qđ diciť de capite potius q̃ de alus mẽbris poſſit ad metaphorã referri: vt qa fecerat foueã in quã dauid rueret pedibus, hmõi ruina parata alie/nis pedibus cõuertenda dicatur nõ ſup pedes ſed ſup caput eius/tanq̃ caſuri capite pcedente. Et ppea diciť. reuerteť labor ei⁹/quo laborauit fodiẽdo, ĩ caput eius: & ſup verticẽ eius iniqtas ipſius/iducẽs eũ ad fodiẽdũ, deſcẽdet. Ad lſam quoq; veꝝ fuit φ ſup caput ſaulis deſcẽdit & reuerſa ē iniqtas ei⁹: eo φ ẽt hãc pœnã icurrit φ abſciſũ caput ei⁹ fuit p circuitũ portatũ a philiſteis: vt patet. 1. pali. 10. & 1. re. vltio. **Confitebor dominũ ſm iuſtitiã eius.** Concludit dauid gratiarũ actiões/puidẽs ſe exauditum. & pro/mittit duo. Alterũ eſt. confitebor dñm/cõfeſſione laudis, ſm iuſtitiã/non meam, ſed eius/qua exercuit iudicium inter ſaulem & me. Alterum eſt. & cantabo nomen dñi excelſi: hoc eſt pro mea exaltatione non magnificaui nomen meum, ſed nomen dñi excelſi ſuper oẽs. Amen.

⁋ VVLGATA EDITIO. ⁋ Victori pro torcularibus pſalmus dauid .VIII.

Domine dominus noſter: q̃ admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra?
Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cęlos.
Ex ore infantiũ & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: ut deſtruas inimicum & ultorem.
Q m̃ uidebo cęlos tuos opa digitoꝝ tuoꝝ: lunã & ſtellas quę tu fundaſti.
Quid eſt homo φ memor es eius: aut filius hominis quoniam uiſitas eum?
Minuiſti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum.
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues & boues uniuerſas/inſuper & pecora campi.
Volucres cęli & piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.
Domine dominus noſter: q̃ admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra?

⁋ IVXTA HEBRÆVM. ⁋ Vincenti ſup baghithith pſalmus dauidi .VIII.

dante te
1 Propheta. Domine dñe nr̃ q̃ forte nomẽ tuũ ĩ oĩ terra: φ da gloriã tuã ſup cęlos.
etiam
2 Ex ore infantiũ & lactentium fundaſti fortitudinẽ pp anguſtatores tuos: ad faciendum ceſſare inimicum & ultorem.
3 Quoniam uidebo cęlos tuos opus digitorum tuorum: lunam & ſtellas quas paraſti.
eſt
4 Quid homo quoniam recordaberis eius: & filius adę qm̃ uiſitabis eum?
5 Et deficere feciſti eum modicum a diis: & honore & decore coronabis eum.
6 Dominari facies eum in operibus manuũ tuarum: oia poſuiſti ſub pedibus eius.
7 Ouem & boues: omnes ipſos, & etiam beſtias agri.
8 Auem cęlorum & piſces maris: tranſeuntem ſemitas marium.
9 Domine dñe noſter, q̃ forte nomen tuum in omni terra?

Titulus est. Vincentij/vt in pcedētibus.& filr psalmus dauidi/vt in pcedentibus. Quod aūt dicit super haghithith, alii instrm musicū intellexerūt/ab vrbe gath (quā nūcupamus geth) denoīatum: seu q instrm musicū erat fabricatū ad silitudinē torcularis: aiunt.n. gath iterptari torcular. Alii iterptationē nois secuti/torcular latine dixerūt. Verū ex his nulla pōt certitudo materię trahi. & pptea (pserti quū materia vindemiarū & huiusmodi in psalmo non appareat) rationabilis videt opinio intelligentium instrumentum musicum.

Materia aūt psalmi ex autoritate sacrę scripturę hr. Nā matth.21. a dño afferē hic psalmus q̄tū ad illū versiculū/ex ore infantiū & lactentiū.&c.1.ad cor.15. aplūs affert de chro illū versiculū/oīa subiecisti sub pedibus eius.& ad hebr.2. affert hinc de chro. quid est hō q memor es eius aut filius hois qm visitas eū? minuisti eū paulominus ab angelis, glia & honore coronasti eū: & cōstituisti eū sup opa manuū tuarū, oīa subiecisti sub pedibus eius. Ex qbus patet psalmū hūc ad lrām tractare de mesia: hoc est de regno eius/quo omnia ei subiecit deus. vt apostolus diffuse ibi declarat: immo per hunc psalmum probat. Et propterea psalmum hunc propheticum esse apparet.

SVMMARIVM EST.

Propheta laudat deum q mediante futura sublimatione hominis in persona mesię super omnia opera dei/diuinum nomen vbiq gloriosum pręualebit ad destructionem oīum aduersariorum.

Persona loquens propheta est.

Domine dominie noster. Diuidit psalmus in ptes duās: ppositiuā materię, & executiuā/ibi q da gliam tuā. Proponit propheta laudādo cū admiratiōe fortitudinem diuini nois in oī terra. Cōsistit aūt fortitudo diuini nois tū i debellādo & supando inimicos diuini nois. tū i superādo noīa omnium q colunt. Pręuidet.n. propheta magnificandū nomen diuinū in vniuerso mūdo/superatis inimicis diuini nois: dęmonibus/iudęis & gētilibus. Qd ex pte coepit impleri: sed nō erit perfecte cōsummatum vsqquo adueniat regnum chri. Appellat autem propheta deum prius dominum absolute: deinde dñm nrm/pp spālem curam quā de populo israel deus habebat.

Q da gloriā tuā sup cęlos. Incipit hic pars executiua tali ordine. prīo tractat illa pticula/q̄ forte nomē tuū. scdo illa/in oī terra/ibi & honore & decore. Circa lrām aduerte obscuritatē cōstructiōis si sumat hic versiculus vt principiū alicuius snię: sed cōsiderādo hūc versiculū vt cōtinuantē primū versiculū scdo, saluat pprietas tā cōiunctiōis q̄ modi impatiui. Dicimus.n. qnq. tā fortis est vox tua, q loqre in platea/audiet i extremo ciuitatis.& silr tā forte ē impiū tuū, q pcipe in oriēte & obediet in occidēte. Sili nāq loqndi mō vtit hic propheta/laudās deū. q̄ forte est nomē tuū in oī terra: q da gloriam tuā sup coelos, ēt ex ore infantiū & lactentiū fundasti fortitudinē: hoc est dante te gliam tuā in coelis, ēt in terra paruuli & lactētes fortitudinē nois tui sonabūt. Hęc pro cōstructiōe lrę. Incipit itaq hic propheta declarare fortitudinē diuini nois q̄tū ad fructū: & deinde q̄tū ad media/ibi qm videbo. Fructus fortitudinis diuini nois ē glia diuini nois & laus eius in coelo & i terra. q ē fructus icarnatiōis verbi dei: dicētibus angelis i eius natiuitate. glia i excelsis deo &c. Hic ergo fruct⁹ hic describit. In coelo qdē p gliam. Qd ad lrām executiue qdē adimpleri icoepit i die ascēsiōis chri. tūc.n. dedit gliam suā sup coelos: tū qa locauit mesiā suū gliosum sup coelos. tū qa i coelis clare glorificatus ē deus ob mysteriū mesię: & nō p fidē/vt laudamus in terra. Meritorie aūt in sancta vita chri.

Gloriā aūt coelestē nō solū in executiōe possessam sed ēt merito cōparatā/comitata describit cōfessio laudis diuinę i terris, subiungēdo. Ex ore infantiū & lactentiū fundasti fortitudinē. Fundare fortitudinē ex ore infantiū & lactentiū/est efficere q cōfitēdo & laudādo infantes & lactētes firmēt fortitudinem diuini nominis. officium siqdē infantilis oris non aliter fundat q̄ confitendo & laudando. Nec intelligas diuinam laudem fundatam tantum super ora paruulorum, sed intellige extensam vsq ad ora infantium & lactentiū: hoc est q ēt ex ore infantiū & lactentium fundauit deus fortitudinē diuini nois. Nā ad lrām sup cōfessiōe fidei pplorū vsq ad infantes & paruulos fundauit deus fortitudinē nois sui: pro q̄to mediāte cōfessiōe fidei magnificauit nomē suū. Et hoc ad lrām quo ad ętatem puerilē adimpletū dicit dñs in die palmarū: clamātibus pueris mesiā ipsum eē. Qd qa nō potuit nisi diuina opatiōe fieri, iō nō dicit hic q infantes fundauerūt/sed q deus ex ore infantiū fundauit. Et vere magnū fundamētū fuit/vt pueri tā inopinate testificarent regnū chri quē iudęi quęrebāt occidere. Nec alienū a vero aut hyperbolē putes/ēt lactētes proprio ore interfuisse tūc diuinę laudi: quū lac vsq ad triēnium apud iudęos sugeret (vt mater maccabęorū testat.2.macc.7.) qua ętate infantes ābulāt.& cū aliis maioribus infantib⁹ ad chri laudē deo opante cōcurrerūt/dicētes osāna filio dauid.

Propter angustatores tuos, ad faciēdū cessare inimicū & vltorē. Explicat hic finis seu fructus diuinę laudis. tū in ordine ad dęmones significatos dicēdo/pp angustatores tuos. dęmones.n. sunt pcipui angustatores dei, nō in seipō/ sed in eius noie. Vnde vbiq colebant dęmones: & diuinū nomē angustauerāt in vno paruulo locello vbi erāt iudęi. Et nihilominus angebāt chrm: qui de illis dixit. nunc princeps huius mundi eiiciet foras. ioan.12. Tum in ordine ad iudęos/significatos noie inimici: qa & cor eorū longe erat a deo: & quia futuri erant aperti inimici mesię. Tum in ordine ad populū

gentilē/significatū noīe vltoris:eo ꝙ vltor fuerit mortis chři pessundādo iudęos.Ita ꝙ vltoris officiū
intelligať nō ppria romanoꝝ intentione sed diuina:attestante hoc dño luc.19.vbi cām destructio/
nis hierosolymitanæ reddit/eo ꝙ nō cognoueris tp̄s visitatiōis tuę.¶ Vtriusq: itaq:(iudaici.s.& gēti/
lis)cultus cessatio futura describitur dicendo. ad faciendum cessare inimicum & vltorem. cessauit.n.
iudaicum templum,cessauerunt & templa gentilium.

Quoniā videbo cęlos tuos.Describiť hic fortitudo diuini noīs q̄tū ad media qbus supauit diui/
nū nomen & hostes & oīa.Et qa media cōsistūt in mesia,iō propheta exaltationē humani gñis tantā
q̄tā in psona mesię assecuturū erat/admirās describit : spectās ad vilitatē hoīs relatiue ad coelos.Mirū
qppe ei videť ꝙ posthabitis coelestibus corporibus longe nobilioribus hoīe/deus hoīem sup oīa exal
tauerit.Et ppea incipit a cōiunctiōe qm̄ cāli/reddēte rōnem vilitatis humanę : dum post qm̄ videbo
coelos tuos/subdiť qd est hō!Ac si apte diceret.quū intueor coelos/admiror ꝙ memor es hoīs exaltan/
di sup oīa.Hæc quo ad ordinationem lrę.¶ Pro intellectu aūt aduerte ꝙ licet corpora coelestia(vt in
prīo ethi.diciť,manifeste pateat eē nobiliora hoīe, propheta tñ ex propinqtate ad deū eoꝝ nobilitatē
tangit/appellans coelos tuos:tanq̄ pprios dei ad habitandū.est.n.coelū fm oīum opinionē tanq̄ p/
pria dei sedes:vtpote in quo maxime diuina relucet opatio ordinatissimi motus &c̄. Vnde & ī orone
dñica diciť.pr nr q es in coelis.¶ Appellanť quoq: opus digitoꝝ dei/ad silitudinē artificialiū quę ar/
tificis digitis fiūt.ignobiliora siqdē sunt q̄ p manus ministroꝝ artifex facit q̄ quę manu ppria.& rur/
sus nobiliora & exactiora sunt q̄ propriis distinguit/limitat/pficitq: digitis artifex,q̄ ad q̄ solius pro/
prie manus applicatio sufficit:ipsa qppe digitoꝝ distinctio maiorē in ope exactionē mōstrat.¶ No/
bilitanť tertio ex astris:luna.s.& stellis .ex astris.n.nobilitas coeloꝝ valde pcipiť & cōstat: qm̄ astra no
biliores ptes sunt coeloꝝ.¶ Nobilitanť quarto ex ordine seruato:dū diciť quas tu parasti seu disposui
sti.Seruant.n.astra oīa dispōnē quā deus a principio ordinauit:vt ēt hinc appareat coeloꝝ nobilitas
in nō transgrediēdo dispōnē a deo factā.Qm̄ inqt hęc videbo, iō admirādo dico. qd est hō aut filius
hoīs!Homo nomē ē naturę:filius aūt hoīs nomē est gñis. Primus etenim hō adam/fuit hō,nō aūt fi/
lius hoīs:quilibet aūt ab eo genitus/& hō & filius hoīs est.Ne ergo putares ꝙ de dignitate primi hoīs
propheta loquať/vtrūq: apposuit:vt itelligeres ꝙ de vilitate & cōsequēter exaltatiōe humani gñis lo
quiť.mesias.n.nō solū hō sed filius hoīs futurus erat.& ppea nō solū natura sed gñatio humana exaltā
da significať.¶ In futuro quoq: diciť.qm̄ recordaberis eius/qm̄ visitabis eum.hinc.n. manifeste patet
propheticū esse hūc sermonē,futuꝝq: pdicere ꝙ deus recordabiť hoīs & visitabit filium hoīs. Qd ad
lrām significat futuꝝ incarnationis mysteriū:quo deus recordatus est humani generis ad exaltandū
ipsum,& visitauit filiū hoīs/dum verbū factū est filius adę.i.hoīs.Adam apud hebręos nomē est natu
rę humanę sicut apud nos hō:& ex hac idustria intranslatū sępe dimisimus:& caret numero plurali.

Et deficere fecisti eū modicū a diis.Dictio hebraica est heloim,q̄ poniť in principio genesis/dicē
do.ī principio creauit deus coelū & terrā.Quę quū sit numeri pluralis/& cōiter in scriptura significet
deū/& qñq: dicať poni pro angelis,pepit tot diuersas iterpratiōes.Si hremus epl'am pauli ad hebręos
in lingua hebręa,forte ibi apperet si aplus itellexit hūc textū de angelis vtendo noīe angeloꝝ/an vsus
fuerit noīe heloim . Quicqd sit de hac qōne,dicēdū vr ꝙ pticula hęc pōt dupłr exponi. Pmo vt signi/
ficet cōformiter ad pcedētia & subseqntia/exaltationē hoīs ī psona mesię. & sic proculdubio legendū
ē a deo:significať.n.p hoc rāta hoīs exaltatio ꝙ paꝝ deficit a deo. Et hoc verificať ī mysterio incarna/
tiōis:qm̄ qñ verbū caro factū est/hō factus ē deus p grām vniōis psonalis.& sic paꝝ deficit a deo per
naturā:verbū qppe est deus p naturā,hō aūt ī chřo iesu ē deus p grām vniōis psonalis. Et hoc ē illud
paꝝ quo deficit a deo mesias hō.Hic sensus valde quadrat textui:quia vtiť heloim p deo vt cōiter scri
ptura vtiť.& valde quadrat cōtextui:qa tā pcedētia q̄ seqntia/ea q̄ exaltatiōis sunt significant.& ppea
par est vt ēt hęc media clausula exaltationē significet/& explicet qd ē recordatio hoīs & visitatio filii
hoīs.s.facere eū deficere paꝝ a deo.¶ Nec obstat huic sensui ꝙ ad hebr.2.aplus refert hmōi minoratio
nē ad chři passionē/dicēs.eū aūt q modico q̄ angeli minoratus ē videmus iesum/ pp passionē mortis
glīa & honore coronatū &c̄. Tū qm̄ lrā apli pōt sic pūctari. eū aūt q modico q̄ angeli minoratus est
videmus iesū. & ibi fiat punctū. & postea subiungiť.pp passionē mortis glīa & honore coronatū.Ita
ꝙ pp passionē mortis/nō determinat minorationē sed meritū coronationis . nā corona pp meritum
passiōis chřo debeť:dicēte eodē ad phil.2.pp qd & deus exaltauit illum &c̄. Et hoc intellige supposita
inscitia an apostolus vtatur in hebręo angeloꝝ an heloim noīe. Tum qm̄ nō incōuenit aplm vsum
fuisse ad alterū sensum.capax.n.est sacra scriptura pluriū sensuū ēt literaliū . ¶ Alter autem sensus est
vt in hac particula significetur modus quo mesias vicit ad glorificandum diuinum nomen & exalta
ri meruit. Et sic legēdum est ab angelis:quoniam significatur per illud paꝝ totus status vię.in hoc.n.
modico ꝙ futurus erat mesias passibilis viator/minor fuit angelis . Hic sensus quadrat literę episto/
lę ad hebr. vt apud gręcos & nos habetur. Et verus inuenitur:quia mesias exceptis iis quæ ad passi/
bilem eius viam spectant/maior futurus erat angelis:vtpote adorādus ab angelis. & hic viatoris sta/
tus parum quid est: vtpote ad minimū hoīs(corpus.s.) spectans, & minimo tpe (scilicet.33. annis)

durans.vt merito dicat. & deficere fecisti eũ modicũ/hoc est fm id quod modicũ est, ab angelis:

Et honore & decore tu coronabis eũ. Tractat hic illa p̃ticula/in oĩ terra: describẽdo mesię dignitatem/p̃tãtem & possessionẽ. Prophetat itaq ea quę dignitatis erant tũc futura in mesia: describens q̃ tu deus coronabis eũ. Corona victori debet. non.n. coronabit nisi qui legitime certauerit. & ideo implicite hic insinuatur victoria qua chr̃s vicit mũdũ & diabolũ. Corona ergo est primũ dignitatis insigne. accedit & honor quo honorabitur ab vniuerso: & decor immortalitatis.

Et dominari eũ facies in opibus manuũ tuaꝝ. Post ea quę sunt dignitatis/subiũgunt ea q̃ sunt p̃tãtis: prophetãdo q̃ mesię dñium erit sup oĩa opa dei: qđ est eẽ supra totũ vniuersum. Et hoc adimpletũ fuit in die resurrectionis dñicę: dicente chr̃o. data est mihi oĩs p̃tãs in coelo & in terra.

Oĩa posuisti sub pedibus eius. Adiungit tertio id qđ est possessiõis. significat.n. p hoc q̃ oĩa non solũ sub dñio & p̃tãte sed ẽt possessa erunt a mesia: vt paulus ap̃l'us vtrobiq exponit: dicẽs hoc adhuc non eẽ impletũ, sed implendum in aduentu glorioso chr̃i. tunc.n. oĩa subiecta erunt chr̃o: nondum siquidẽ sunt ei oĩa subiecta: vt ad sensum patet. Et describit futurũ in p̃tõ pp certitudinem prophetię.

Ouem & boues, oẽs ipsos & ẽt bestias agri. Ouem: hoc est genus seu multitudinem ouiũ. Auem coeloꝝ: hoc est aeris. appellant.n. hebręi inferiores coelos regiones aeris. & aiunt hebręos non habere coelũ in singulari numero: & ppea semp in plurali noĩare. & ppea hic dici auem coeloꝝ. Et hoc habeto pro regula in toto psalterio. ¶ Meminit propheta sp̃aliter ouium/boum/volucrũ & pisciũ: non q̃ hęc exempta essent ab omnibus, sed ad significandũ regnũ chr̃i extẽdi ẽt ad minima sensibilia/p hęc aĩalia denotata. ne intelligeres regnũ chr̃i ita in sp̃ũalibus cõsistere q̃ de sensibilibus nõ se impediret.

Transeuntem semitas mariũ. Particula hęc obscura est: q̃a textus hebręus sonat p̃ticipiũ singularis numeri absq determinatiõe casus. & ppea nõ põt cõstrui cũ piscibus/q in plurali numero significant. & ambiguũ restat cũ quo cõstruat. Nec desunt cõstruẽtes cũ pronoĩe eũ. Ita q̃ est sensus. dñari facies eũ trãseũtem semitas mariũ: põt.n. legi transiens/trãseuntis/ & transeũtẽ. & sic significat penetratiõ p̃tãtis chr̃i ẽt sub mari. tanq̃ p hoc declaratũ fuerit q̃ noĩe oĩs terrę nõ intelligit supficies terrę, sed ẽt quod est sub aquis. Forte melius est dicere q̃ numerus singularis ponit pro plurali causa metri: vt dictũ sit transeuntẽ pro transeuntes. & sic cõstruit cũ eo quod dictũ est pisces maris. Et consonat hec cõstructio frequẽti vsui huius textus, nam sępe similem constructionem inueniemus inferius. & exponitur ab hebręis sic. pisces transeuntem/hoc est quemlibet transeuntem.

Domine dominus noster. Repetit hic de verbo ad verbũ principiũ primi versiculi: vt hinc intelligas materiã psalmi cõsistere in hoc versiculo, fructũq mesię esse magnificationẽ diuini noĩs in omni terra. Et vere ad hoc verbũ caro factũ est/vt glorificet nomẽ dei in toto vniuerso. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori sup morte filii canticũ dauid, psalmus .IX.

COnfitebor tibi dñe in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Lętabor & exultabo in te: psallam nomini tuo altissime.
In cõuertẽdo inimicũ meũ retrorsum: infirmabunt & p̃ibũt a facie tua.
Q̃m fecisti iudiciũ meũ & cãm meã: sedisti sup thronũ q iudicas iustitiã.
Increpasti gẽtes & p̃iit impius: nomẽ eoꝝ delesti in ęternũ & i seculũ seculi.
Inimici defecerunt frameę in finem: & ciuitates eorum destruxisti.
Periit memoria eorum cum sonitu: & dominus in ęternum permanet.
Parauit i iudicio thronũ suũ: & ipe iudicabit orbẽ t're i eq̃tate/iudicabit pp'los i iustitia.
Et factus est dñs refugium paupi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.
Et sperent in te qui nouerũt nomẽ tuum: q̃m nõ dereliquisti quęrentes te domine.
Psallite dño qui habitat in sion: annũciate inter gentes studia eius.
Q̃m requirens sanguinem/eoꝝ recordatus est: nõ est oblitus clamorem pauperum.
Miserere mei domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mortis: ut ãnũciẽ oẽs laudationes tuas in portis filię sion.
Exultabo in salutari tuo: infixę sunt gentes in interitu quem fecerunt.
In laqueo isto quem absconderunt: comprehensus est pes eorum.
Cognoscet dñs iudicia faciens: in opibus manuũ suaꝝ cõprehensus est peccator.
Conuertantur peccatores in infernũ: oẽs gentes quę obliuiscuntur deum.
Quoniã non in finem obliuio erit paupis: patientia pauperum nõ peribit in finem.

Exurge domine/non confortetur homo:iudicentur gentes in conspectu tuo.
Constitue domine legislatorem super eos:ut sciant gentes quoniam homines sunt.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti sup morte filio/psalmus dauidi .IX.

1 Propheta. Confitebor dominum * in toto corde meo: narrabo oia separata tua.
2 Letabor & exultabo in te:canam nomen tuum excelsum.
3 Reuertentibus inimicis meis retro: cespitabunt & peribunt a faciebus tuis.
† Sedi 4 Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam: sedisti in sede † iudex iustitie.
5 Increpasti gentes/perdidisti impium: nomen eorum delesti seculo & semper.
6 Inimice finite sut desolatioes eterno:& ciuitates destruxisti/piit meoria eay ipsis
7 Et dominus * semper sedebit:parans iudicio sedem suam.
8 Et ipse iudicabit orbem in iustitia: iudicabit populos in rectitudinibus.
9 Et erit dominus * eleuatio contrito:eleuatio temporibus in angustia.
10 Et confident in te scientes nomen tuum: quonia no dereliquisti querétes te domine *.
11 Cantate domino * sedenti sion: annunciate in populis opera eius.
12 Quoniam requirens sanguines/ eos recordatus:non oblitus est clamorem humiliu.
13 Miserere mei dne *:uide afflictioné meá ab osoribus meis/exaltás me de portis mortis.
14 Propterea narrabo oés laudes tuas in portis filie sion:exultabo in salute tua.
15 Demerse sunt gentes in foueam fecerút:in reti hoc absconderút captus est pes eoy.
16 Agnitum dns * iudiciu fecit: in ope uolaru suaru impacta est impii meditatio: Selah.
† Fouea 17 Reuertentur impii in foueam † :omnes gentes immemores dei †.
† deos
18 Quoniam non eterno obliuioni erit pauper: spes humilium peribit in perpetuum.
19 Surge domine *: non roborabitur homo/ iudicabuntur gentes super facies tuas.
20 Pone domine * dominium eis: scient gentes/ hominem se . Selah.

Titulus est. Vincenti/super morte filio/psalmus dauidi. Et e sensus q psalmus iste attribuit dauidi loquenti vt autori psalmi & dicanti ipsum deo ob subsecuta ex nuncius consolatoriis sup morte naas regis ammonitarum filio eius anon regi ammonitarum. Vt enim patet.2.reg.10. mortuo naas ammonitarum rege/dauid misit legatos ad anon filium eius consolatorios super morte patris. Et qa hanc legationem misit ratione beneficiorum receptorum a patre anon, ideo no nominat eum noie proprio/sed filium:quia misit ad eum quatenus erat filius naas mortui. Et qm anon ignominiose tractauit legatos dauidis(radendo dimidiam partem barbe eoy & precidendo vestes medias vsq ad nates) & hinc miserunt & conduxerunt syros cotra dauidem/& secuta sunt prelia multa, ideo psalmus hic ad literam tractans peffundationem ammonitarum iusto dei iudicio/ radicem dauidice iustitie tangit dicendo.sup morte filio:hoc est ob legatos consolatorios sup morte naas destinatos filio eius. ¶ Huic materie quadrat totus psalmus.nam & in principio & in medio & in fine mentio fit diuini iudicii:& aperitur q iudicium hoc inter dauidé & gentes vertebat; vt patet in quarto & quinto versiculis. Aperitur quoq q hoc fuit tépore quo iam arca domini erat in sion: dum in vndecimo versiculo dicitur.cantate domino sedenti sion. Vnde ad literam materia psalmi est gratiarumactio deo quia fecit vindictam contra ammonitas qui tam turpiter tractauerant legatos dauidis.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta promittit laudes deo/& ad idem alios inuitat.tum quia deus iusto iudicio puniuit ammonitas cum sociis/vlciscendo oppressos olim ab eis & eleuando seruos suos.tum quia manifestum effecit iudicium/& in proprio opere illos puniendo/& subiiciendo eos dauidico dominio.

¶ Persona loquens propheta est.

Confitebor dominũ. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuã, ibi quõ fecisti. Proponit duo. s. diuinã laudẽ, & materiã laudis ruinã inimicorũ a facie dei. Et laudem quidẽ proponit vtrinq; s. ex pte sui, & ex pte dei. ¶ Ex pte qdẽ sui tangit quattuor. Primum spectans ad cor, cõfitebor in toto corde meo. secundũ ad linguã, narrabo. tertiũ ad affectũ, lętabor. quartũ ad musicam, canã. Ex pte vero dei tãgit tria. s. dñm, cõfitebor dñm, & rursus exultabo in te: & opa eius excellẽtia, oia sepata tua: & nomẽ dei, nomẽ tuũ excelsum. Vbi scito excellẽtia opa dei q̃ excedũt vires creaturarũ noiari a sepatione: qa vere segregata & seorsum sunt nõ solũ ab opibus sed ẽt a cõphensione nra: quę cõsueuimus appellare mirabilia dei. ¶ Et promittit propheta se narraturũ hęc oia: nõ q oĩa arbitret se scire aut narrare (quũ incõprehensibilia sint) sed qa cõmemorare intẽdit oia gña mirabiliũ diuinorũ. Nec hoc intelligas promitti adimplendũ in hoc psalmo, sed in hoc & in aliis: sicut ẽt inferius in versiculo quartodecimo dicit, ppea narrabo oẽs laudes tuas. Hic. n. promittit pro grarũ actione cõmemorare oia mirabilia dei, & silr inferius oẽs laudes dei in gñe: qm̃ descendere ad singulas esset ĩpossibile. Verũtñ accõmodãdo distributionẽ ad pñs negocium, promittit narrare oia sepata dei: qa vtrunq; genus diuini opis narraturus est. s. grę & iustitię. & rursus iustitię pro ipso dauide & populo dei & cõtra ĩmemores dei. & rursus nõ solũ opa dei ĩ istis sed ẽt modũ opandi. ¶ Materia vero laudis ppoñr dicẽdo. reuertẽtibus inimicis. Vbi nota sermõe metaphorico ad silitudinẽ fugiẽtiũ a facie psequẽtis, & in ipsa reuersiõe fugiẽdo inueniẽtiũ offendicula ĩ q̃ ipingũt, nec solũ ipingũt sed pereũt, describi hostes. Et significat ad lram q ãmonitę q egressi cũ syris fuerãt ad pugnãdũ 9 dauidẽ, terga verterũt fugiẽtes, & ceciderũt fugati & pierũt. & totũ hoc a facie dei: nõ. n. suis militibus sed deo totũ dauid attribuit, recognoscẽs diuinũ bñficiũ. Historiã hẽs sũmarię scriptã. 2. re. 10. & ĩ fine. 12. & . 1. palip. 19. & . 20.

¶ **Quoniã fecisti.** Incipit hic ps executiua tali ordine. Prĩo tractat illa pticula, reuertẽtibus inimicis meis retro. secũdo illa, cespitabũt & pibũt, ibi miserere mei. Vbi nota q ambę pticulę tractant vt sunt materiæ diuinę laudis promissę, cõfitebor &c̃. Et ne multiplicatę distinctiões obscuriorẽ reddãt textũ, abstinuimus a singulis: nõ ptereũdo q propheta duplr tractat hæc. Primo q̃tũ ad substantiã operum diuinorũ hinc & inde. & secũdo q̃tum ad modũ eorundẽ silr hinc & inde: sicut ẽt proposuit prĩo inimicorũ cõfusionẽ, in fuga retro, & secũdo modũ ruinę, in cespitatiõe & interitu. ¶ Inchoans itaq; diuinę attribuit autoritati iustitię vt primę cãę opus vtrũq; s. ruinã ammonitarũ & eleuationẽ dauidis. Qm̃ sedisti in sede iudex iustitię, hoc est velut pro tribunali sedisti ad fungendũ offõ iudicis dicentis iustitiã, fecisti iudiciũ meũ, vindictam exercẽdo in ammonitas, & cãm meã, retribuẽdo sublimationẽ loco ignominię acceptę. Textus hebręus habet ĩ dtõ sedi. congruitas mutauit addẽdo ppõnem in. ¶ Increpasti gẽtes (ecce prima pars iudicii & iustitię) ad similitudinem increpãtis in fugam vertisti gẽtes syrorũ & ammonitarũ. pdidisti impiũ, multitudinẽ impiorũ nõ solũ increpasti sed occidisti: & qd plus est nomen eorũ delesti seculo (datiuũ pro ablatiuo) & nro seculo & semp. Deleti quippe sunt ita ammonitę tũc vt ex natura facti nunq̃ essent amplius dñaturi. & ppea describit deletum ẽt nomen eorũ. ¶ Inimice. Apostrophat dauid ad hostes populi israel. Vbi recole q (vt patet in libro iudicũ & in. 1. reg.) populus israel fuit valde humiliatus, & a syris, & a moabitis & ammonitis & aliis finitimis quos dauid humiliauit. Et ad oẽs iã humiliatos põt dirigi sermo iste. q̃uis ẽt de solis ammonitis verificet: qm̃ de ipsis dicit iosephus lib. 6. ca. 6. q vrbes iudęorũ seruituti subegerũt. & q dextros oculos hebręis subditis eruebãt. qd ẽt tãgit iudicũ. 10. & . 1. re. 11. Et. 1. reg. 12. dicit samuel pplo. vidẽtes q rex filiorũ ammon venisset aduersus vos &c̃. Apostrophans itaq; ad ammonitã seu vniuersum hostẽ intẽdit dicere q licet ciuitates & ppli oppssi olim ab ipsis nõ sint nec possint se vindicare, deus tñ iudex orbis totius, semp ẽ, & nũc fecit vindictã &c̃. O inimice finitę sunt desolatiões, hoc ẽ desolati & vastati hebręi, ęterno, quas fecisti irrepabiles ĩ ęternũ: & ciuitates, hebręorũ (supple quas) destruxisti, silr finitę sunt, nõ sũt amplius: piit memoria earũ ipsis. Significãter apposuit ipsis: vt significaret q piit ipsis desolatis & destructis memoria vindicãdi & ẽt memoria dominãdi q̃tũ est ex ipsis, sed nõ piit memoria earũ deo, iudici. Et ppea subdit. ¶ Et dñs semper sedebit. Acsi aperte diceret. O inimice verũ est q ciuitates & ppli a te destructi nõ sunt nec pñt se vindicare, sed est dñs cõis q semp sedebit: parãs iudicio, iuri dicẽdo vnicuiq;, sedẽ suã. & ipse nõ solũ nos sed vniuersum orbẽ iudicabit, ne credatis vos exemptos ab illius iudicio, ĩ iustitia, reddẽdo vnicuiq; sm opa sua: iudicabit pplos in rectitudinibus. nõ iudicabit in iustitia sm allegata & probata, sed in rectitudinibus, hoc est sm ipsas rectitudines aĩorũ & operũ. ac p hoc iudicabit ipsas obliquitates: quia rectitudo est iudex sui & obliqui. Et erit. & ppea dñs erit eleuatio populo, suo, contrito, a vobis. eleuatio inquã tpibus, hoc est loco temporũ, in angustia, quibus fuerunt in angustia oppressi a vobis. Describuntur hæc in futuro ad significandum perseuerantiam ac firmitatem diuini iudicii ad eleuationẽ populi israel in tempore regni dauidici.

Et cõfident in te. Redit propheta ad alloquendum deum. Fructui iudicii & iustitię annectit confidentia populorum, scientiũ p fidem nomen dñi. Quia non dereliquisti, inultos, quęrẽtes te dñe. Noluit dicere ob modestiam, quia non reliquisti me quęrẽtem tę dñe, sed in gñe significauit se cum aliis.

Cantate domino. Promisit in principio/ cõfitebor/canam &c̃.inuitat mõ alios ad hoc ob magnitudinẽ & cõitatem bñficii. Sedenti/velut sp̃ aliter p̃sidẽti & regnãti in sion : qa ibi sp̃ali cultu venerabat̃. Opa eius. hęc sunt quę in principio appellauit sepata. Q̃m requirens sanguines: hoc est tpe quo iustitiam exercere decreuit regrẽdo sanguinẽ humanũ iniuste effusum. nõ est oblitus clamorẽ humilium/ abiectarũ psonarũ quae fuerũt oppressę:sed recordatus est eos ad vindicãdũ sanguinẽ eoꝝ. Ex quibus patet ꝙ deus puniuit ammonitas cũ suis fautoribus nõ solũ pp ignominiã illatã legatis dauidis, sed ẽt pp iniurias & oppressiões quas intulerãt tpibus retroactis populis multaꝝ ciuitatũ hebręorum.

Miserere. Narratis opibus diuini iudicii/subiungit̃ modus tractãdo illam particulam/cespitabunt & peribũt. Vnde & apte inchoat a mõ supplici ex parte sui. Introducit.n. se supplicem qualis fuerat tpe accęptę iniurię ab ammonitis & cõductoꝝ syroꝝ ab eisdẽ contra dauidẽ:vt hinc significet ꝙ tũc recurrit ad deum.& exauditus merito oĩa imputat diuinę opi. Miserere mei. Oratio dauidis recitat̃. Misericordiã nõ iustitiam petiit/q̃uis causam iustã foueret i qa licet respectu ammonitarũ iustitiam hret,respectu tñ dei misericordia indigebat ne in miseriã sibi paratam ab hostibus incideret. Vnde & subdit rõnẽ miserię.vide afflictionẽ meã ab osoribus meis/illatã & iminentẽ.exaltãs me de portis mortis.Põt hoc referri & ad ptã bñficia:vt sit cõmemoratio ptõꝝ bñficioꝝ tpe saulis.Et iuxta hũc sensum lr̃a ordinãda est sic.Domine exaltãs me de portis mortis/miserere mei &c̃. vere etenim deus de portis mortis multotiẽs/de periculis mortis eripuit dauidem tpe saulis & euexit ad regnũ . consueuimus.n. petentes futura/cõmemorare ptã recognoscẽdo illa.¶ Põt referri & ad futurũ qđ petebat bñficium.Et sic est sensus.miserere, vide exaltãs/exaltãdo me de portis mortis.Portas mortis appellat exercitus tot ammonitarũ & syroꝝ cõtra ipsum.¶ Propterea narrabo.nõ hẽo quod retribuã tibi pro tanto bñficio.& ideo promitto ꝙ pp hoc bñficium narrabo oẽs laudes tuas/cõmemorabo oẽs laudes tuas ab initio mũdi gestoꝝ tuoꝝ.i portis filię sion: hoc ẽ i portis hierl'm ciuitatis regię.Locus portę tũc tpis erat locus ciuitatis celebrior:& ppea meminit portaꝝ hierusalem.Quae vocat̃ filia sion:quia erat sub monte sion,qa dignitas opes & gloria eius erant ex sion/vbi erat sedes regia & arca domini. Exultabo in salute tua.non in brachio meo/non in milite meo,sed in salute tua/a te collata/a te recognita exultabo.Haec fuit oratio dauidis.

Demersę sunt. Modus diuini opis describit̃.primo quo ad ruinã ammonitaꝝ:& deinde quo ad subiectionẽ.Modus quo ruerunt diuino iudicio/describit̃ p assimilationẽ ad cadentes in foueã quã fecerunt & incidẽtes in rete qđ aliis parauerũt:ad significandũ p hãc metaphoram ꝙ deus puniuit eos ex ope proprio:hoc est ꝙ volens deus punire eos ob antiqua scelera/pmisit eos iniustũ mouere bellũ cõtra dauidẽ vt in ipso bello ruerẽt.huc.n.tendunt hmõi metaphorę.Demersę sunt gentes in foueam (supple quã)fecerũt aliis.& sil'r in reti hoc(supple quod)abscõderũt/aliis,captus est pes eoꝝ.Et ppea agnitũ/manifestũ, fecit dñs iudiciũ suũ/destruẽdo eos in bello quo ipsi volebãt destruere alios. in ope volaꝝ suarũ ipacta est ipii meditatio:hoc ẽ in bello manuũ suarũ corruit meditatio impii ammonitę qua machinabat̃ aduersus dauidẽ.Reuertent̃ impii in foueã/sepulcri/hoc est morient̃.oẽs gentes immemores dei.Auxiliares copię hic describunt̃ simul cũ ammonitis debellatę.Et ex eo ꝙ haec cum caeteris sequentibus describunt̃ futura,insinuat̃ ꝙ dicta dauidis oratio fuit tpe medio inter primã debellationẽ qua ammonitę & syri fugerunt a facie ioab & abisai/& sequentes in quibus ab euphrate alii conuenerũt:vt patet in historia.Et cõstructio mutauit in foueam/datiuum foueę.

Quoniã non ęterno obliuioni erit pauper. Ratio tangit̃ ruinę respectu istarum gentium/similis rõni superius tactę respectu ammonitarũ.s.qm̃ apud deum vindicta pauperum est in memoria,q̃uis ad tp̃s appareat deum obliuisci pauperũ.Et aduerte in lr̃a ꝙ illa negatio nõ/determinat vtrunq; verbum.s.erit & peribit.est.n.sensus.non erit obliuioni/non peribit.

Surge domine. Descripto mõ diuini iudicii quo ad ruinã/describit̃ nũc modus diuini iudicii quo ad subiectionẽ.Scđm.n.historiã nõ solũ ammonitę & syri ruerũt/sed ẽt ciuitates eoꝝ subiectę fuerunt dauidi:ita ꝙ deus puniuit eos nõ solũ in proprio bello/sed ẽt subiiciendo ciuitates eoꝝ dauidi . Seruiuit.n.tũc syria dauidi sub tributo:& dñatus est dauid ex illis plus/ oĩbus regionibus vsq; ad euphraten.Describit aũt hoc dep̃catiue.tũ recognoscẽdo hoc pendere ex singulari gr̃a dei:tũ supplicãdo pro amplitudine dñii.Surge dñe/tanq̃ hactenus sederis seu iacueris mõ ad modũ surgẽtis assiste: nõ roborabit̃ hõ/ad hoc surge vt nõ roboret̃ hõ.i.vis humana cõtra nos. vel qa surgẽte te nõ roborabitur hõ cõtra nos. Iudicabunt̃ gẽtes sup facies tuas/ad hoc surge vt pseueret iudiciũ qđ inchoasti in gẽtibus tanq iudiciũ innixũ faciei tuę(hoc.n.significat sup facies tuas) & non sit hoc tanq̃ iudiciũ humanũ. ¶ Pone dñe dñiũ eis/fac eos dñe subiici dñio regis tui:sciẽt gẽtes hoiem se.hoc ẽ iõda dñiũ sup eas vt gẽtes sciãt seipsas eẽ hoiem/vt recognoscãt seipsas & nõ audeãt cõtra ppl'm dei sicut hactenus ausę sũt, recognoscãt te dñm nr̃m/eẽ deũ & seipsas eẽ nõ potẽtes cõtra deũ sed eẽ hoiem subditũ deo.¶ Et scito ꝙ haec oĩa(.s.iudicabunt̃ gẽtes/& sciẽt gẽtes)quę exposita sunt optatiue/pñt ad lr̃am quoq; exponi indicatiue vt sonat lr̃a/vt fructus surgẽtis dñi. Surge dñe:qa te surgente nõ roborabit̃ hõ/& iudicabunt̃ gẽtes.& sil'r pone dominium eis:quia ponente te illis dñium/scient gentes seipsas esse hoiem.Amen.

Vt quid

Vt quid domine recessisti longe:despicis in opportunitatibus in tribulatione.
Dum superbit impius incenditur pauper:cóprehenduntur in consiliis quibus cogitát.
Quoniam laudatur peccator in desideriis animę suę:& iniquus benedicitur.
Exacerbauit dominum peccator:secundum multitudinem irę suę non quęret.
Non est deus in conspectu eius:inquinatę sunt uię illius in omni tempore.
Auferuntur iudicia tua a facie eius:omnium inimicoꝝ suorum dominabitur.
Dixit enim in corde suo:non mouebor a generatione in generationem sine malo.
Cuius maledictione os plenũ est & amaritudine & dolo:sub lingua eius labor & dolor.
Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis:ut interficiat innocentem.
Oculi eius in pauperem respiciunt:insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.
Insidiatur ut rapiat pauperem:rapere pauperem dum attrahit eum.
In laqueo suo humiliabit eum:inclinabit se & cadet cũ dominatus fuerit pauperum.
Dixit enim in corde suo.oblitus est deus,auertit faciẽ suam ne uideat in finem.
Exurge domine deus & exaltetur manus tua:ne obliuiscaris pauperum.
Propter quid irritauit impius deum?dixit enim in corde suo/non requiret.
Vides quoniam tu laborem & dolorem consideras:ut tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus est pauper:orphano tu eris adiutor.
Contere brachium peccatoris & maligni:quęretur peccatum illius & non inuenietur.
Dominus regnabit in ęternum & in seculum seculi:peribitis gentes de terra illius.
Desiderium paupeꝝ exaudiuit dominus:pręparationem cordis eorũ audiuit auris tua.
Iudicare pupillo & humili:ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

¶IVXTA HEBRÆVM. .X.

1 Propheta. QVare dñe [4] stabis in longinquo:abscõdes te tẽpibus [que sunt] in angustia?
2 In superbia impii:persequetur pauperem, capientur in cogitationibus istis cogitauerunt.
3 Quia laudauit ĩpius sup desideriũ aię suę/& auarus benedixit [desiderii] : [ideo] spreuit dominum [4].
4 Impius in celsitudine sua furoris sui nõ quęret [scire] : non deus† [sunt] omnes cogitationes eius. † ut
5 Parturient uię eius in omni tempore:ab excelso [sunt] iudicia tua a conspectu eius:omnes angustatores eius [4] sufflabit in ipsos.
6 Dixit in corde suo. Vox ĩpii. non labar generationi & generationi, ꝙ nõ [ero] in malo.
7 Propheta. Maledictiõe os eius plenũ & dolis & fraude:sub lĩgua eius labor & iniqtas.
8 Sedebit in ĩsidiis uillaꝝ:ĩ abscõditis ĩterficiet ĩnocẽtẽ/oculi eius ad pauperẽ† spectabũt. † pauper
9 Insidiabitur in abscondito quasi leo in cubili suo/ insidiabitur ad rapiendum pauperem:rapiet pauperem in trahendo ipsum in rete suum.
10 Et conteretur/humiliabitur:& cadet in fortibus eius [multitudo pauperum] contriti.
11 Dixit in corde suo. Vox impii. oblitus est deus/abscondit facies suas/nõ uidit ęterno.
12 Propheta. Surge dñe [4] deus:leua manum tuam/noli obliuisci humilium.
13 Super quid spreuit impius deũ†?dixit in corde suo. Vox impii. nõ requires. † non
14 Propheta. Vidisti quia tu laborem & indignationem respicies ad dandũ [eos] in manibus tuis:super te derelinquet [se] pauper, pupillo tu fuisti adiutor.
15 Frange brachium impii:& malum quęres,impietatem eius non inuenies.

16 Dominus rex seculi & ęterni: [ideo] peribunt gentes de terra sua.
17 Desiderium humilium audisti domine: pręparabis cor eorũ/auscultabis aure tua.
18 Ad iudicandum pupillum & contritũ: nõ adiiciet [impius] ultra ad frangendum hoiem a terra.

Titulus nullus est. Circa materiam psalmi cognoscẽdã aduerte tria in psalmo clara. Primum ꝙ quærula proponitur vox ad deũ tanq̃ ad manẽtem longe & abscondentem se/impio cũ tot criminibus supbiente & psequẽte pauperẽ tot modis. Secundũ ꝙ ꝓpheta excitat deũ ad exaltandũ diuinã manũ &c̃. Tertiũ ꝙ deus rex seculi & ęterni/& peribunt gẽtes &c̃. ¶ His tribus clare patentibus in psalmo/adiũge quartũ rõnabile: ꝙ appellatione impii in hoc psalmo nõ itelligit̃ aliqua singularis psona (nisi forte antichrs) sed genus impioꝝ viatoꝝ vt vna psona significat̃. Quod ex q̃ttuor apparet. Primo ex eo ꝙ statim trãsit de singulari in plurale & reuertit̃ in singulare/& iteꝝ in fine redit ad plurale. Postq̃.n. dixit in supbia impii, subiũgit capiunt̃ in cogitationibus istis cogitauerũt/& statim qa laudauit impius: & circa calcem psalmi/pierunt gẽtes de terra sua. Secũdo ex eo ꝙ hæc crimina q̃ hic impio attribuunt̃/nescio si alicui singulari hoi ẽt antichristo cõueniẽt: sed dubiũ nõ est qn de genere iniquoꝝ verificent̃. Tertio ex eo ꝙ apl's ad ro.3. afferẽdo ex hoc psalmo versiculũ illũ/quoꝝ os maledictione & amaritudine plenũ est, mutauit singulare in plurale: nã in hebręo legit̃ cuius seu eius/& aplus allegauit quoꝝ. qd̾ nõ fecisset aplus si de vno singulari hoie ꝓpheta loqueret̃: qm̃ affert hũc versiculum ad testificãdũ oẽs ẽt iudęos esse sub pct̃õ. Quarto ex eo ꝙ appellatione paupis quẽ psequit̃ impius/nõ itelligit̃ aliqs vnus paup, sed genus paupeꝝ p̃cipue spũ. In cuius signum appellant̃ inocẽtes/ cõtriti/mãsueti seu humiles & pupilli. ¶ Ex his siquidem omnibus apparet ꝙ psalmus iste ad literam tractat per modum quærele de dilatione vniuersalis iudicii/quo terminus ponetur iniquis operibus: quia interim impii superbiunt &c̃. & pii affliguntur. Hæc est materia.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta vbi q̃stus ẽ apud deũ de pmissiõe tãtę supbię impioꝝ cũ tot criminibus/cũq; vehemẽti psecutiõe pioꝝ tũ verbis tũ factis, supplex excitat deũ ad exaltandũ diuinã manũ/ad rõnẽ hñdã, paupeꝝ: describitq; pinde ac cõpletũ futuꝝ regnũ dei ĩ cõsolatõe hũiliũ/ĩ iteritũ gẽtiũ ac terminũ hũanę supbię.
¶ Persona loquens/proprie propheta est: recitans tamen ter impioꝝ vocem.

Quare domine. Diuidit̃ psalmus in ptes duas: ꝓpositiuã materię, & executiuã/ibi qa laudauit. Proponit p modũ q̃rulũ/quare dñe. nõ.n. vt sciat cãm, sed vt exprimat tristitię admirationisq; affectũ ad silitudinẽ q̃rulũ/dicit quare dñe. ¶ Proponit aũt quattuor. Primo diuinã permissionẽ sub metaphora duplici. Altera ad silitudinẽ manẽtis lõge ab iis quę fiũt. qui.n. manet lõge minorẽ se mõstrat habere curã eoꝝ a qbus eligit distare. Altera ad silitudinẽ abscõdẽtis se tpe alienæ angustię. talis.n. paruifacere videt̃ alienas angustias. Quare inqt dñe/quem nullus põt cogere, stabis diutius, in lõginquo/tanq̃ manẽs a lõge: abscõdes te/tanq̃ abscõdẽs te eris, in tẽporibus/nõ in vno tm̃ tpe, in angustia/hoium. ¶ In supbia impii. Ecce secundum/quo ꝓponunt̃ crimina supbię & impietatis. ¶ Persequet̃ pauperẽ. Ecce tertiũ/quo ꝓponit̃ psecutio pauperũ: qua. s. impius in sua supbia persequetur pauperẽ. ¶ Capient̃ in cogitationibus istis cogitauerũt. Ecce quartũ: ꝓphetans futurũ q̃nq; ꝙ impii nõ solum dabũt pœnas factoꝝ sed cogitationum, ꝙ apud deum tã manifestę sunt etiã cogitationes eoꝝ ꝙ in ipsis cogitationibus confundentur in diuino iudicio. Et dixit hoc ad exaggerationem querelę. perinde ac diceret. cur tandiu tardas superbiente impio persequente pauperem, quum tandẽ damnandi sint impii non solum ob facta sed ob cogitationes suas.

¶ Quia laudauit. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat̃ illa pticula/in supbia impii. secũdo illa/psequet̃ pauperẽ/ibi maledictiõe. tertio illa/q̃re dñe &c̃. ibi surge dñe. quarto illa/capient̃ ĩ cogitationibus/ibi dñs rex. ¶ Circa supbiã impii describit supbũ aĩum quadrupli̾. Primo s̄m ptẽ cõcupiscibilẽ/tũ glię tũ tẽporaliũ bonoꝝ, dicẽs. Quia impius laudauit sup desideriũ aię suę/hoc est nõ solũ adimpleuit desideriũ suũ sed laudauit (& est sermo de impio quatenus impius est) & auarus similiter bñdixit sibi̾ sup desideriũ aię suę, iõ spreuit dñm. Vbi videre potes quo ducit laudare mala desideria & auaras actiones: ducit enim vsq; ad contemptum dei. Significatur enim ad literam ꝙ quia iniquorum multitudo laudat appetitus iniustoꝝ & auaroꝝ (quod quotidie videmus) ideo spernitur deus.

Impius in celsitudine. Describit̃ secundo s̄m partẽ irascibilẽ/posthabẽdo tũ veritatẽ tũ deum. Impius inqt in celsitudine sua furoris sui/hoc est ex celsitudine qua idignat̃ (naturale est.n. impię celsitudinis idignari/imo furere) & hinc nascitur ꝙ nõ requiret/veritatẽ. ira.n. naturaliter vltra hoc ꝙ impedit discretionem veri/iuncta supbię efficit vt non curet inqrere veritatem. & vsq; adeo superbia (quæ in irascibili animi parte locat̃) procedit ꝙ nõ deus oẽs cogitationes eius/hoc est sine deo sunt omnes cogitationes eius. minus dixi/quicquid cogitat est non deus.

Parturiẽt vię eius. Tertio s̄m ptẽ rõnalẽ. Tũ machinãdo ad malũ. Parturiẽt vię eius ĩ oĩ tpe: hoc

ēnūq̄ exhaustę erūt/i oī tpe sic patiēt malū aliqd̄ φ ēt pturiēt aliud.sp.n.supba studia & pariūt & pturiūt malū.Et ē locutio metaphorica/sūpta a ꝯria nā aīaliū nō oī tpe s ꝫ qn̄q; patiētiū. Tū falsa opione diuinoꝝ iudicioꝝ.Ab excelso iudicia tua/sūt,a ꝯspectu ei⁹.Reputat.n. diuia iudicia i excelso sistere:iuxta illd̄/nubes latibulū ei⁹.tāq̄ de⁹ nō dispōat nisi de supnis.Et ppea ꝯspicē dr̄ diuia iudicia tāq̄ excelsa.

Oēs angustatores eius. Quarto ſm ipsam volūtatē.Tū respectu inimicoꝝ.Oēs iquit angustatores eius/similiter habebunt in cōspectu eius sic φ sufflabit in ipsos:hoc est tanq̄ flatu exterminandos estimabit.supbi.n.est despicere & p nihilo hēre ifestatores suos.Tū respectu pprii status.dixit in corde suo,nō labar generationi & generatiōi.Supbus aius pmittit sibi imutabilitatē pptetea φ tāti se facit tanq̄ exēptus sit ab euētu malo.Et ppterea subdit.φ/pro qa,non in malo/supple ero.superbia quippe proponit superbo aīo seipsum tam celsum vt appareat sibi φ malum nequeat ei euenire. Et ppter hanc apparentiam internam describit propheta superbum φ dixit in corde suo hoc.non labar a generatione & generatione(hoc est nunq̄)a statu meo,quia non in malo/supple ero.

Maledictione. Tractatis criminibus superbiæ & ipietatis/tractat hic illa pticula/ꝓsequēs pauperē ꝓsequēdo multa ꝓsecutionū genera.Et primo icipit a verbis.Tū expssis trifariā.Maledictione inquit (sub qua cōprehēdit cōtumelia/iprecatio/detractio/susurratio &c̄.)os eius/suprascripti ipii supbi,plenū/supple est,& dolis/mēdacibus & astutis verbis ad fallendum,& fraude/ad iperādum fraudes. Tū tacitis.sub lingua eius/tacite,labor & iniqtas:hoc est ad hoc pressa sub lingua verba tēdunt vt laborent pauperes & iniqui fiant sicut ipse est iniquus:seu vt inique fatigent homines.

¶ Deide ꝓsequit ꝓsecutionē paupeꝝ q̄ fit factis triplici isidiaꝝ genere.& postea hypocrisi. Primū insidiaꝝ genus est more latronis morari in isidiis villaꝝ ad occulte iterficiēdū inocētē. Vbi aduerte φ dictio hebraica significat atria & significat villas:& ppea pōt legi in isidiis vestibuloꝝ/& in isidiis villarū. Veꝝ magis q̄drat vsui vt locus insidiaꝝ ad occulte occidēdū potius describat in villis q̄ atriis.Sedebit ingt/qete morabit,in isidiis villaꝝ seu atrioꝝ:& in abscōditis iterficiet inocētē/ptereūtē. ¶ Secūdū genus isidiaꝝ est leonino more ad pauperē.Oculi eius ad pauperē/vorādū,spectabūt:& ad hoc isidiabit in abscōdito/vi & dolo,q̄si leo in cubili suo.Leo.n.in spelūca sua isidiās,agit dolo/p q̄nto latet:vi.aūt/isurgēdo ad vorādū eū q putat trāsire securus.¶ Tertiū genus est venatorio more insidiari ad rapiēdū pauperē velut trahēdo ipm ad suū rete.Insidiabit ad rapiēdū pauperē:sic.s.rapiet pauperē in trahēdo ipm i rete suū/sicut venatores trahūt aīalia i retia sua.At si legit cū reti suo/isidię describūt piscatorio more:aut ēt illo venādi mō quo retiaculo vtunt tractorio.¶ Persecutio demū q̄ hypocrisi fit subisigit.& cōteret/humiliabit.Hypocrisis act⁹ sūt/hoiem ex vna pte(hoc ē signis)gerere se tāq̄ cōtritū atq; ifirmū,ex altera aūt pte/hoc ē factis/efficere vt mediāte opa fortiū suoꝝ ꝓsternat ac ruat multitudo cōtritoꝝ.hoc.n.significat subdēdo.& cadet in fortibus eius cōtriti:hoc est pugnātibus fortibus eius.Cadet/p cadēt,cōtriti/multi.i.cadet & cōteret multitudo.¶ Nō mireris verbū singularis nūeri cadet/cū noie pluralis nūeri cōtriti.freq̄ns.n.ē i libro hoc:denotās vnitatē,hoc ē vnā multitudinē / vnū exercitū cōtritoꝝ. ¶ Aduerte hic φ in hoc vltimo versiculo ꝓpheta iducere vr similitudinē hois gestu corpis agentis seipm deorsum tanq̄ occultantis se/& ex altera parte nutibus annuentis aliis vt pugnēt. Vnde apparet φ oīa insidiarum genera metaphoricę inducta sint/ ad significandum omne genus insidiosę persecutionis aduersus pios.Quos a multis impiis exerceri videmus: & siquid superest antichristus exercebit.Pñt enim hęc ad multa applicari:quæ studiosis relinquimus lectoribus.

Dixit in corde suo. Rō tot maloꝝ assignat.qa ipius dixit/definiuit,itus i corde suo/hęc.s.oblitus est deus/abscōdit facies suas/nō vidit ꝑtemo.Perspice diligēter has sñias,& iuenies cōfusionē:min⁹.n.coherēt adiuicē hę sñię si exacte itelligant. Veꝝ qa itētio ipii ē(vt vnico verbo ꝓpheta repetēdo dicet) φ deus nō regret post hāc vitā facta hic,iō pñt hę sñię ſm itētionē ipioꝝ cohetere sic.vt primo dicat oblitus ē deus/hoc ē nō hēt singulariū materialiū notitiā.mēoria.n.est singulariū ptōꝝ:& ppea negatiōe mēorię significat negationē notitię singulariū ptereūtiū.Et huic cōsonat.abscōdit faciē suā:hoc ē itellectū suū quo cognoscit abscōdit i supnis:iuxta illud.nubes latibulū ei⁹&c̄.Et ꝯñr q̄drat.nō vidit ꝑterno:hoc ē nūq̄ vidit hęc nr̄a ad ęternū iudiciū.Impūitas itaq; credita i corde ipii rō dr̄ tot crimiū.

Surge domine. Tractat hic illa particula/quare dñe stabis &c̄.Narratis sigdē tā criminibus ipietatis & supbię q̄ ꝓsecutionibus,supplex ꝓpheta tāq̄ excitās.Surge dñe deus/a qete punitiōis ad duo. Primū leua/exalta,manū tuā/potētiā tuā/opus tuū.Secūdū noli obliuisci humiliū/abiectoꝝ/oppssoꝝ. ¶ Et ꝓseq̄ndo primū.Sup qd spreuit ipius deū/ipune,ac p hoc depssa ē manus tua i cōspectu hoīum: hoc est sup quo fundat tāta patiētia tua φ spreuit hactenus ipune ipius deū!Nec solū spreuit deum, sed dixit in corde suo/in intimo suo.nō regres/tu deus facta hoium ad iudicandum. Ex his.n.duabus rōnibus leua manū tuā.¶ Proseq̄ndo vero secūdū(.s.noli obliuisci humiliū)ait. Vidisti qa tu laborē & idignationē respicies ad dādū i manibus tuis,sup te derelinquet paup. Vbi scito φ itēta sñia est φ deus vidit rō pios derelinquere curā sui deo/qa deus tū laborē pioꝝ tū idignationē ipioꝝ nō posthabebit,sed respiciet ad dādū i futura vita vnicuiq; iuxta merita sua.Et hęc est directe rō ꝓpositę petitionis/noli obliuisci humilium. Vñ ait.vidisti/cōtra ipiū dicētē in corde suo φ nō vidisti,φ abscōdi-

in faciẽ tuã. vidisti inquã qa tu laborẽ humiliũ, & ĩdignationẽ ĩpioꝝ, respicies quo ad pœnã & pñi iõ, ad dãdũ vtrosq́, ĩ manib⁹ tuis ĩ altera vita: iõ sup te derelinq̃t seip̃s, paup. Et filii iõ pupillo tu fuisti ele ct⁹, adiutor. ⁋ Et adiũgit rõnib⁹ his, vtilitas cessatiõis ĩpioꝝ. Frãge ĩquit brachiũ ipiu potentiã ĩpii. Et ecce vtilitas. Et malũ q̃res: hoc ẽ, nõ occurret malus sicut mõ, sed oportebit q̃rer si ẽ aliqs mal⁹. Et qd plus ẽ, ĩpietatẽ ei⁹ nõ iuenies imitatã ab aliquo. Et ad literã hoc ĩplebiẽ post iudiciũ. in hac. n. vita q̃uis ca stigatis malis minuaẽ ĩpiorũ multitudo, nõ tñ cessat vt hic describitur non inuenienda impietas.

Dominus rex. Vltima est hęc particula psalmi: in qua tractaẽ illa pericula capienẽ in cogitationi bus istis cogitauerũt: declarãdo primũ futuꝝ dei regnũ ęternũ. Dñs ingt rex a regẽdo & regnãdo, secu li & ęterni (hoc est verę ęternitatis) supple apparebit. ⁋ Deide ptes regni. Et quo ad ĩpios perierũt gẽ tes. & tũc verificabiẽ perierũt gẽtes de terra sua. vere sua affectu: sancti. n. nõ hñt hic manentẽ ciuitatẽ. At si legiẽ de terra eius, terra dei ĩtelligiẽ quę est terra viuẽtiũ. de qua perierũt oẽs dãnati: qa ad eã affe quẽdã fuerãt creati. Et quo ad pios. desideriũ humiliũ audisti dñe. Et sumiẽ hic humilitas pro virtute. Quoꝝ desideriũ fuit auditũ quũ dedit eis desideratã btitudinẽ. Et vltra hoc p̃parabis cor eoꝝ: hoc est amatũ tã vehemẽter vt in illo posuerit cor suũ. sumiẽ. n. iuxta cõem loquẽdi vsum cor p re multũ ama ta. Et minus dicit q̃ significat. nã nõ solũ p̃parauit deus cor humiliũ. i. amatũ corde humilium, sed in cor hoĩs nõ ascendit qđ p̃parauit diligẽtibus se. ⁋ Auscultabis aure tua. Narratis fructibus regni dei: tã respectu pioꝝ q̃ ĩpioꝝ in altera vita subiũgit modũ quo pii ad hęc p̃ueniẽt. s. mediãte desiderato iu dicio vlĩ. Auscultabis tũc, aure tua p̃ñs, nõ vt in hac vita differẽdo. sed ad iudicãdũ pupillũ & contri tũ carẽtes iudicio & iustitia in hac vita, cũ sempiterno fructu cessationis maloꝝ. Non adiiciet vltra post iudiciũ, ad frãgẽdũ hoĩem a terra. Vsq́ ad tp̃s iudicii quãtũcũq́ ĩpii castigenẽ, semp succedit hõ adiiciẽs insurgere ad frãgendũ hoĩem a terra: sed peracto iudicio vlĩ, nõ adiiciet quisq̃ ad frangendũ integritatẽ hoĩs tollẽdã, a terra: hoc est definent persecutores hoĩum. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori dauid psalmus .X.

IN dño cõfido: qũo dicitis aię meę. trãsmigra in montem sicut passer?
Quoniam ecce peccatores intenderũt arcum: parauerũt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.
Quoniam quem perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?
Dominus in templo sancto suo: dominus in cœlo sedes eius.
Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebrę eius interrogaut filios hominum.
Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem odit animã suã.
Pluet super peccatores laqueos: ignis & sulphur & sp̃us procellarũ pars calicis eorum.
Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit: ęquitatem uidit uultus eius.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti dauidi .XI.

1 Propheta. IN domino ⁴ speraui: quomodo dicetis animę meę. Vox hominum reci tata uagare montem uestrum auis?
2 Quia ecce impii tendent a rcum parauerunt sagit tam suam super chordam: ad sagit tandum in obscuro rectos † cordis.
† re. tis
3 Quia fundamenta destruentur: iustus vero quid operatus est?
4 Propheta Dominus ⁴ in templo sanctitatis suę dominus ⁴ in cœlis thronus eius: ocu li eius uidebunt palpebrę eius probabunt filios adę.
5 Dominus ⁴ iustum probabit & impium: & diligentem iniquitatem odiuit aia eius.
6 Pluere faciet sup ĩpios laqueos: ignis & sulphur & sp̃us cõbustionũ erit p̃s calicis eorum.
7 Quoniam iustus dominus ⁴ iustitias dilexit: rectum uidebunt facies eius.

suū mobile, vt dr. 8.phy. Quia tñ metaphora eqtantis annexū habet motū p accñs eqtantis, iō ppheta refert motū ad deū, describēdo q eqtans volauit. Et ne metaphorę desit veritas significata, intellige nō fm seipsum, sed fm equū suū: hoc est coelū cū sua aīa seu spū. ¶ Scdm q dauid sumpsit hanc metaphorā volatus & alaꝝ spūs mouētis coelū, ex principio genesis: vbi dr. & spūs dñi cōmouens, cubās seu volās sup aquas: hoc ē vniuersam materiā corporeā. Ex eo.n. q moyses describit spiritum angelicum mouentem coelum alatum, dauid describit deum equitantem cherub volare: explicando q volat super alas spiritus, quem appellarat cherub.

Ponet obscuritatē latibulū suū. Post terrā, ignē & coelum, inducit aer fm vicissitudines serenitatis & nubiū. Et qtum ad metaphorā describit deus velut hō nunc se locās in secreto tabernaculo, nūc vero apparēs in splēdore suo: ita q facit de nubibus quasi suū latibulū supra quod manet: & velut cribrans nubes pluit &c. & postea velut volēs appere, pellit fulgore vultus sui nubes, fugat grandinē &c. ¶ Nec putes a nobis cōfictā metaphorā de cribro: qm̄ vt patet. 2. reg. 22. ab ipso propheta apposita hic ē. Vbi dr. posuit tenebras in circuitu suo latibulū, cribrās aquas de nubibus coeloꝝ. ¶ Veritas autem significata ex pte dei, ē q deus cāt & nubes & pluuiā & serenitatē ad libitū suū: sicut hō qñ vult locat se in secreto seu tabernaculo, & qñ vult apparet. nā ponere nubes i latibulū suū & cribrare, actiōes sūt rōnalis potētię, nō naturalis. Ex pte aūt aeris, nubiū &c. est plena eoꝝ subiectio diuino beneplacito. ¶ Circa hec tñ aduerte tāgi naturales cās cū naturalibus effectib⁹. Sol.n. i quo maxime virtus diuina relucet, nubibus occultaē, quas ipse facit eleuādo vapores. Et qa in hm̄ōi eleuatis vaporibus pluuias cāt & grandinē & carbones ignis, iō hęc oīa in metaphora cōmemoranē. Et aquę qdē qa guttatim cadūt velut p cribrū, videnē spargi, quū tñ in veritate, cōtinua nubes in cōtinuā conuertaē aquā: quae descēdendo ob hoc q refringiē vndiq ab aere obuiante, discontinuaē & descēdit sine angulis, velut si guttatim seu cribro effunderet. Vincente aūt virtute solari eleuatos vapores, trāseunt nubes, grandines &c. qa cessant. ℭ Ait ergo. Ponet, ad bn̄placitū suū, obscuritatē, aerem obscurū, latibulū suū, hoc est velut velum vltra quod lateat. Et prosequēs metaphoram. circuitus suos tabernaculum suum: hoc est quocūq circuit ponet tabernaculū suū: hoc est ad silitudinē tentorii seu vmbracoli in quo lateat. Et dixit plr circuitus suos: qa pluuia mō in vno loco mō in alio fit, & vbicūq fit, nubes apparēt velut i circuitu. Et explanās materiā latibuli seu tentorii subdit. obscuritatē aquarum, de nubibus defluentium, appositiue nubes coeloꝝ. A splendore, manente semp, coram eo, supra locū gñationis nubium, nubes eius transierunt, cessauerunt: & sūt grādo & carbones ignis. ¶ Vbi nō mireris q ppheta prius describit cessationē grandinis & carbonum ignis q describat generationem eoꝝ, quā in sequēti versiculo describet. fecit. n. hoc quiā simul cessant cum pluuia.

Et intonuit in celis dominus. Prosequiē ea quę fiūt in aere. Et cōsistit metaphora in hoc q deus velut dñs puniturus, sonū emittit & vocē & minas & sagittas. ita q tonitruū est sonus, grādo aūt & ignis vox, fulgura minę, fulmina aūt sagittę. ¶ Veritas significata ex pte qdē dei est, q deus est autor tonitrui, ignis &c. & vtiē istis vt dñs suis tubis, sua voce, suis sagittis &c. Ex pte aūt reꝝ harꝝ est illarum subiectio nutui diuino. ¶ Aduerte q licet carbones ignis rari appareāt de nubibus descendentes, remotū tñ nō est qn sicut grando ita & carbo in nubibus gñeē. nam sicut vapor humidus congregatus & cōpactus p antiparistasin fit grādo, ita vapor siccus & calidus cōstrict⁹ cū grosso p antiparistasin fit carbo. Vnde exo. ca. 9. dr. q grādo & ignis mixta pariter ferebanē. ¶ Nota scdo fieri mentionem de effectibus tonitruoꝝ & fulminū in hoibus: vt hinc magis elucescat deū vti istis vt instris suis. ℭ Vñ ait. Et intonuit in coelis dñs, cāndo tonitrua, & excelsus dabit vocem suā, appositiue grandinē & carbones ignis. Et misit sagittas suas, fulmina, & dispersit eos: dispergunē. n. hoies tpe fulminū. fulgura, coruscationes, iecit seu multiplicauit, & attonuit illos: vt quotidie videmus.

Et apparuerūt. Vltimo loco iducit aqua. Et metaphorice describit deus velut iratus flatu & increpatorius verbis efficiēs vt appareāt fundamēta orbis & pfunda seu effusiões aquaꝝ. ¶ Vbi non clare patet qs effectus naturalis hic describaē. Ambiguū qppe ē an describaē eruptio aquaꝝ, an deficcatio earūdē: & textus ipe ambigu⁹ vr. Et si qdē describaē noua aquaꝝ eruptio, tāgiē apparitio nouę aquę ex euersiōe alicui⁹ ptis terrę, q ex interno vēto cāē. Videmus. n. q euersa qñq aliqua rupe ex vi interioꝝ vapoꝝ qrentiū exitū, noui fontes seu nouus lacus appet. Et tūc verificaē q apparuerūt effusiōes aquarum, & reuelanē iferiores ptes terrę q occultabanē a supioribus: & hoc a flatu vēti interni. ¶ Si autem describiē exiccatio aquaꝝ, tāgiē exiccatio lacuū seu fluminū. & adiungiē ventus p cā exiccatiua, more scripturę. Gene. n. 8. afferē pro cā exiccatiōis aquaꝝ diluuii ventus, dū dr. adduxit dñs spm̄ sup terrā, & iminutę sunt aquę &c. Et exo. 14. inducit vētus i exiccatiōe maris rubri, dū dr. quūq extēdisset moyses manū sup mare, abstulit illud dñs flante vēto vehemēti & vrēte tota nocte, & vertit in siccū. Et iuxta hoc verificaē q a flatu vēti exterioris apparuerūt pfunditates aquaꝝ: p qto exiccatis aqs apparuerūt loca eaꝝ pfunda. & sic reuelata, discopta, sunt fundamēta orbis: hoc ē inferiores ptes terrę. Hic sensus magis quadrare vr verbis hebraicis, sonātibus apparentiā pfunditatū seu locoꝝ in qbus sunt aquę. ¶ Quocūq aūt mō intelligaē, veritas significata ex pte dei ē q ipse est autor hoꝝ vt agens a pposito:

increpare enim actio est agentis a proposito. Ex parte autem aquarum/obedientia earum imperio divino. ℭ Ait ergo. Et apparuerunt/visę sunt, profunditates aquarum: & similiter reuelata/discoperta, sunt fundamenta orbis/terrę habitabilis. ab increpatione tua/a verbis increpatoriis/hoc est ab imperio ad silitudinē increpationis, dñe. Et explanando medium/subdit. a flatu spūs/venti, furoris tui.

Mittet de excelso. Tractaƒ hic illa pticula/diligā te dñe. Vbi aduerte ad clare intelligendū ordinem psalmi/ꝙ postq̄ proplia laudauit deū vt actorē & gubernatorē ordinis naturę in primis corporibus, mō intēdit laudare deū vt actorē & gubernatorē ordinis grę/ īchoādo a primis radicib⁹ ordinis grę. Quarꝫ altera q̄ pcipua ēsse tenet ex pte dei:& est ipsius velle. Altera ex parte nrī: & est nrm meritum. Tractat aūt vtranq; radicē/applicando ad ipsum dauidē. ita ꝙ tractaƒ hic illa particula diligā te dñe/ primo ex pte dilectiōis diuinę pueniētis. & deinde ex pte dilectiōis ppnę in ppriis meritis demonstratę/ibi retribuet mihi dñs. ℭ Tractās itaq; dilectionē dei erga se/applicat ipsam ad rem gestam in naioth. 1. reg. 19. qñ dauid post supius narratā euasionē ex circūdata domo ppria a satellitibus/fugiens venit ad samuelē, & morati sunt samuel & ipse in naioth. quo quū misisset saul lictores tertio ad rapiēdum dauidē/tandē quarto ipse saul venit illuc, & pphetauit cū cęteris tota die illa & nocte:& sic euasit dauid. ¶ In hac saluatiōe declaraƒ (vt distinguēdo dictū est) vtraq; illa pticula/dñe petra mea & arx mea. qñquidem locus ille fuit dauidi velut arx fundata sup petrā: in qua cōfusi sunt saul & oēs lictores eius. Fuitq; salus ista manifeste de excelso diuino brachio: quod reddidit saulem & lictores cantantes velut extra se positos. ℭ Et ppea in tali loco cōstitutus dicit fiducialiter. Mittet deus de excelso/de se ipso, & accipiet me/fugientē, & extrahet me de aqs multis/lictoribus multis. Liberabit me ab inimico meo forti/saule, & ab odiētibus me/cōplicibus eius: qm̄ roborati sunt plus me. Minus dicit & plus significat. nulla. n. ē cōparatio inter robur saulis regis cū suis/& dauidē ac samuelem & pauculos q cū eis erant. Pręuenięt me in die interitus mei. anteq̄. n. inde fugeret, puentus ē a lictoribus ad hoc vt interficereƒ. & fuit dñs/mō dicto, ad sustentaculū mihi/ne inciderē in manus eorꝫ. Et eduxit me ī latitudinem/in locum liberum: eruet me quia complacuit in me/hoc est quia complacuit ei locare dona sua in me. Et hęc est prima ratio omnium bonorum ipsius/sicut & cęterorum electorum. ¶ Vbi aduerte ꝙ futurum mittet cum reliquis futuri temporis (extrahet/liberabit &c̄.) describunt spem dauidis in illo periculo constituti. sunt enim futura respectu illius periculi/non respectu temporis quo conditus est psalmus. Et hanc regulam oportet sępissime recolere: vt scilicet futura multa referantur ad tempus rei gestę/& non ad tempus psalmi. In hebręo quoq; habetur latitudini in dtō: sed cōstructio mutauit adiuncta prępositione in.

Retribuet mihi dominus. Tractata dilectione ex pte dei/tractaƒ dilectio ex pte nrī. Et qm̄ dilectio dei ī obseruatiōe mādatorꝫ ipsius cōsistit (iuxta illud. siqs diligit me sermonē meū seruabit) iō dilectio dauidis erga deū/describiƒ ab vtraq; iustitię pte. s. declinare a malo & facere bonū. Et hoc ēt non qualitercunq;, sed sic ꝙ grata sint deo: vtpote digna diuina retributiōe. ¶ Vnde hinc inchoans, retribuet inqt mihi dñs ꝭm iustitiā meā/quā ministraui: ꝭm mundiciā manus męę/a muneribus, reddet mihi. Quia custodiui vias dñi/curā hūi viarꝫ dñi in cōi cursu vitę męę: & non malignatus sum, a deo meo/ declinādo. Significāter dicit nō malignat⁹ sum/nō ex malicia declinaui, a deo meo: qa ex passiōe ac īfirmitate peccasse se sciebat. Qm̄ oia iudicia ei⁹/dei, cōspectui meo/supple adsunt: & statuta ei⁹ nō amouebo a me/ab affectu meo. Nō dicit ī ptō nō amoui, qa falsū dixisset: sed dixit ī futuro nō amouebo/pp aīum firmū nō trāsgrediēdi diuina pcepta de cętero. ¶ Nota ī his trib⁹ versiculis ordinē. Prīo narrauit futurā retributionē iustitię & mūdicię. deīde rōnē vtriusq; ab obseruatiōe diuinarꝫ viarꝫ. & ipsi⁹ obseruatiōis reddidit rōnē hīre iudicia & statuta dei corā se ī intellectu & affectu pseuerāte: hoc. n. significat futurꝫ nō amouebo. ¶ Post hęc subiūgiƒ qualitas seu modus iustitię & mūdicię eius: ne intelligeres ꝙ se fatereƒ iustum & mundū tanq̄ innocentē. Et fui pfectus cū eo, & custodiui me ab iniqtate mea. Vocat se pfectū cum deo fuisse: pro q̄to nunq̄ peccauit directe cōtra deū, sed semp in iis quę ad deū spectant integer pseuerauit. Subiungit aūt se custodisse ab iniqtate sua/sciens se iniqtatem multiplicē cōmisisse. cōmiserat. n. homicidiū & adulteriū inter tpa pliorꝫ &c̄. sed qm̄ poenituerat/& curā habuerat ne recidiuaret, ideo dicit vtrūq;, custodiui me/qđ ptinet ad curā a recidiuo, ab iniqtate mea. in quo significat se incurrisse iniquitatem: alioquin non diceret mea. ¶ Ne aūt putes futuram retributionem ex sola spe affirmari, subiungit expertam retributionē. Et reddidit dñs mihi/pmiando me regno, ꝭm iustitiam meam/intus in aīa: & ꝭm mundiciam manuū mearꝫ/operꝫ exteriorꝫ, coram oculis eius/ ipso deo teste. ¶ Vtriusq; aūt retributiōis (spatę. s. & expertę) vna cōis ratio subiungiƒ. s. suauitas diuini regiminis, subiungendo. Cum gratioso gratiosum ages. Aduerte hic textum hebraicum in his quattuor sonare ꝙ deus exhibet se talem homini qualis est homo: hoc est ꝙ deus homini probo exhibet se illi similē/ scilicet exercendo officium uiri probi: & hoī stulto & peruerso in studiis suis exhibet se silem/ exercēdo offm̄ viri puersi q nigrū ī cādida vertit: & sic de similibus: Et ęstimatur impossibile transferre de verbo ad verbū: & ppea interp̄tes tam varie ad idem tendūt. Visumq; est nobis/propinquam interp̄tationē esse repetendo idē nomen cum verbo ages: qm̄ proprie significat exercere illius nois offm̄. Sn̄ria clara

est ꝙ diuinum regimen est suaue/proportionaliter gubernans vnūquēq; vt cuiusq; poscunt merita. ¶ Nec mireris ꝙ propheta deo dicat/cū tortuoso tortuosum ages: quoniā tam hoc q̄ cetera tria silitudine proportionali attribuunt deo in exteriori ope gubernationis. in quo deus ad silitudinē gfosi ad silitudinē pfecti ac mundi/& silr ad silitudinem tortuosi qnq; gubernat: prout nr̄a exigunt merita. Vnde & hieremias. 22. ca. sili metaphora vsus dixit. seduxisti me dn̄e & seductus sum. Et intendit p hęc dauid rationem reddere tum retributionis diuinę erga se/tum reprobationis regis saulis: qui bona dauidis officia peruertebat in ambitionem regni contra suam stirpem.

Quoniam tu populū. Incipit tractare illā pticulā deus meus, simul cū illa fortis meus/& illa spabo i eo. Vbi aduerte ꝙ ab hoc loco propheta incipit descēdere ad pticularia bñficia qbus deus prosecutus est eū (illuminādo/saluādo/protegēdo/roborādo) tum in fuga a saule/tū in varijs prelijs: vt in singulis declarabit. ¶ Et ppea pmittit tres cās vl'es bñficioꝝ suoꝝ. Prima est ex disparitate diuinę gubernationis respectu supboꝝ & humiliū. Q m̄ tu populum humilē (ipsū) saluabis/hoc est populū meum pauperē in spū suo saluabis: & oculos excelsos/supbos, saulis/absalon/& alioꝝ gentilium, humiliabis. Hæc est prima cā. ¶ Scda. Q m̄ tu illuminabis lucernā meā dn̄e/hoc est ad silitudinē accēsę a te lucernę facies me regē (lucerna. n. significari regnū ipsius dauidis patet. 3. reg. xi. dicēte aia ppheta. vt remaneat lucerna dauid seruo meo cūctis dieb⁹ corā me i hierl'm) deus me⁹ illustrabis obscuritatē meā/illustrabis dignitate regia obscuritatē meā, & i qua nat⁹ sum/& i qua versat⁹ sum/& i quā deiectus sum ex psecutiōe saulis. ¶ Tertia cā ē. Q m̄ in te frangā exercitū, & i deo meo trāsiliā muꝝ: hoc ē te deo efficiēte & vincā exercitus i cāpo/& vincā ciuitates muratas. hoc. n. significat transilire muꝝ. ℭ Narratis tribus cāis vl'ibus proptioꝝ bñficioꝝ/ adiungit tres cōditiones gnales diuinaꝝ actionū ad iustificandū tres supradictas actiōes: ne. s. putares deū quasi acceptatorē psonaꝝ effectuꝝ supradicta dauidi. ¶ Pria cōditio. Ipse deus/supple talis ē, ꝙ pfecta/integra/absq; oi defectu, ē via eius/gubernatio eius. Scda est. eloquiū dn̄i purificatū/velut argētū igne pbatū nihil hn̄s imundi. Tertia ē. scutū ipse/deus supple est, oibus spantibus in eo. ex eo siqdē ꝙ eloquium dei tā puꝝ ē/& gubernatio tam integra/& defensio cōfert oibus (nullo excepto) spantibus i eo, manifeste itelligit irrephensibilia eē q̄ pmissa sunt i tribus cāis. Et qdē ꝙ hę sint cōditiōes pprię diuinaꝝ actionū, pbat propha subiūgēdo. Q m̄ qs de⁹ pter dn̄m! qsi dicat null⁹. & qs fortis pter deū nr̄z! null⁹. Ex hoc. n. ꝙ dn̄s ē sol⁹ de⁹ & sol⁹ fortis (hoc ē simplr & absolute potēs) seqt & ꝙ defendere oēs spantes i eo/& eloqū oino puꝝ/& pfecta gubernatio, solius dei est.

Ipse deus ipse accingēs me fortitudine. Descēdit tandē ad spālia bñficia ex supra definitis cāis. & aū oia cōsequēter ad pri⁹ narrata spālia bñficia vsq; ad euasionē ex naioth/pōit bñficiū vię: hoc ē ꝙ de⁹ dauidē custodiuit i via/fugiētē atq; vagū: nec solū custodiuit sed roborauit. dedit siqdē ei sexcētos viros &c̄. ¶ Et ppea hic ichoās ait. Ipse de⁹ ipse accigēs me fortitudie/viroꝝ. & ad lram accīxit cū gladio goliath i nobe: & dedit pfectā viā meā/ad pfectionē duxit/itegrā. Coęquās pedes meos sicut ceruaꝝ/in fugiēdo ad loca abdita & tuta: & sup excelsa mea stare faciet me. Excelsa sua appellat celsitudinē regni sibi pmissā: itēdēs ꝙ de⁹ curā hūit toti⁹ vię suę, vt tādē faciat stare ipm sup excelsa sua/hoc ē ei decreta.

Docens manus meas. Tractat hic illa pticula/fortitudo mea/simul cū illa scutū meum: explicādo fœlicia gesta dauidis in plijs, pugnādo & expugnādo semp cū salute ppria. Docēs/deus, manus meas ad pliū. Licet in hebręo hēatur plio datiui casus/cōstructio mutauit addita ppōne ad. Et cōtritus est/supple inimicus me pliante. arcus ęneus brachia mea: hoc est brachia mea fuerunt fortia & potentia sicut arcus ęneus. Vbi hēs & manuū & brachioꝝ donū. Et dedisti mihi clypeū salutis tuę/hoc ē fuisti in oibus velut clypeus salutis: & dextera tua sustinebis me/in oibus. Hęc descripta sunt velut arma ex pte corporis. ¶ Ex pte aūt ai subdit. Et mansuetudine tua/hoc est dono virtutis mansuetudinis sm te mihi cōcesso, multiplicabis me/augēdo milites/exercitū/regnū. virtus. n. mansuetudinis quę enituit in dauide/erexit ipsum: teste ipsomet saule bis vita donato a dauide dū psequeret eum. Et qa mansuetudo dauidis fuit intuitu dei & nō laudata ab hoibus eius, iō dixit mansuetudo tua. Nec solū in saule sed & semel apparuit ēr intuitu dei mansuetudo dauidis/quū fugeret a facie absalon. ¶ Et ecce multiplicatio. Dilatabis gressus meos subtus me/ampliato exercitu dilatant gressus principis sub eo: & nō labētur tali me/pedes mei: hoc est pugnādo nō ad modū labentiū cadā. Sed sequar inimicos meos & apprehendam eos, & nō reuertar vsq; cōsumere eos. i. vsq; quo cōsumā eos. Feriam eos & nō poterunt surgere: cadent sub pedibus meis. Et accinxisti me fortitudine plio. Hęc clausula in fine scribit, quæ tn̄ in principio sm ordinē sn̄iarū ē locanda: qm̄ hinc factū est vt psecutus sit inimicos & cōprehēderit &c̄. Describunt autem per hęc summarie vniuersa plia dauidis quæ. 2. reg. 8. scribuntur.

Incuruabis insurgētes meos sub me. Tractat hic illa pticula/saluator meus: describēdo salutem suā ab insurgētibus cōtra se cū absalon. Apparet aūt de illa rebelliōe hic tractari. tum ex eo ꝙ dicit de hostibus ꝙ clamabunt ad dn̄m & non rn̄dit eis: ex hoc. n. apparet ꝙ erant cultores dei isti hostes. tum ex eo ꝙ in calce huius particulę subdit liberationem suā a litibus populi. ¶ Incuruabis inqt insurgētes meos/rebellātes contra me absalonē & siba, sub me. Et inimicoꝝ meoꝝ/sequaciū eoꝝ, dedisti mihi ceruicē/subiugasti eos mihi ad silitudinē supponētiū ceruicē: & odientes me concidam eos. multi. n.

fuerűt occisi in illis rebellióibus. Clamabűt/tanꝗ̄ fouentes ius,& nő saluans/supple apparuit. Et explicans ad qué clamabűt subiűgit. sup dñm/tanꝗ̄ agétes vindictas dñi contra me adulterű & homicidã, & nő rñdit eis/nő satisfecit desiderio eoꝝ. Sed cõterã eos vt puluerẽ sup facies vẽti: & vt lutű plateaꝝ euacuabo eos/tanꝗ̄ inutiles. Q̄d adimpletű cõstat i prostratiõe tã absalon ꝗ̄ sibe. Vnde & cõcludẽdo subdit. Liberabis me a litib⁹ pplí/mei. exclusis.n. his duabus rebellióibus liberat⁹ é a rebellióibus pplí.

Pones me. Tractat̃ hic illa particula/cornu salutis meę: tangendo victorias eius quas hűit contra syros & idumęos/ quos sibi subiecit. posuit.n. p̄sidiű in damasco & in idumęa: vt dr̃. 2. reg. 8. ¶ Pones me in caput gẽtium/multaꝝ ꝗ̄ in dicto capitulo narrant̃: pplűs/qué, non noui/hoc est populus extraneus, seruiẽt mihi. cõstructio de significato: multi.n. appellatiőe pplí includunt̃. Ad auditum auris/ad p̄ceptum meű quod audient, congregabunt̃ mihi/ad seruitiű meű: vtpote subditi. ¶ Filii alieni. Assignat̃ hic cã occasionalis ex qua dauid cõstitutus é a deo caput gentiű extraneaꝝ. origo.n. totius belli cuius inte dauid assecutus est dñiű gentiű, fuit iniuria quã fecerunt ammonitę legatis dauidis missis ad cõsolandű regẽ sup morte p̄ris. Hmői.n. iniuria adiuncta cõductione syroꝝ de qua scđi reg. x. appellat̃ negatio dauidis (quia vere negauerűt fidelitatẽ mutuã/& ipsum amicű & officiosum) seu mendacium/qa vere mentiti sunt/& violata fide/& imposito crimine explorationis: vt patet ibidẽ. Merito aűt vocant̃ filii alienigenę: qa nő erãt ex filiis israel. imo nec ex fratribus/vt idumęi: sed nec ab abrahã descenderãt/sed a loth. ¶ Sciendű est.n. ꝙ alieni é casus genitiui singularis numeri. Et p̄pea lra est. Filii alieni.i. alienigenę (appellat amon alienű) negabunt mihi/fidem/bñuolentiam. Et rursus repetit. Filii alieni arescent. & vere aruerunt: qñquidem cõtriti sunt a dauide. Vnde & merito subdit̃. & timebunt a clausuris suis: quia nec in clausuris suis erant tuti: coepit.n. dauid etiam regiam vrbem.

Viuus dominus. Tractat̃ hic illa particula/celsitudo mea. Primo gr̃as agit colligẽdo oĩa bñficia ad sũitudinẽ potantis. Viuus dñs/viuat dñs more militari, & benedictus fortis meus/pugnãs pro me: & exaltabit̃/nő in seipso sed in opibus suis & hũanis, deus salutis meę/autor. Ipse deus/supple é, ipse dans vindictas mihi/multiplices de hostibus: & duxit pplos/multos valde, mihi.i. sub me. Liberans me/incolumem, ab inimicis meis/tot & tãtis. ¶ Deinde prophetãdo adiűgit futuras liberatiőes seminis sui ab insurgẽtibus & iniqs: promissum.n. fuerat dauidi hoc a deo. Et iő adiungit. ẽt ab insurgẽtibus/nő solű liberasti sed ẽt liberabis me. & ab insurgentibus/velut ab internis hostibus, & a viro iniquo/quocunꝗ̄ hoste machinante, liberabis & exaltabis me. Propterea/qa me in meo semine liberabis & exaltabis, cõfitebor. Infert tanꝗ̄ cõclusionẽ celsitudinẽ suam rõne mesię sibi p̄missi ex suo semine. Propterea cõfitebor/cõfessione laudis & fidei, te in gẽtibus (quę mõ nő colunt deum) dñe: & noĩ tuo cantabo. Et denotat illatiuã cõiunctio p̄pea/exaltationẽ dauidis ordinatã diuinitus ad hoc vt ex ipsius regio semine nasceret̃ mesias/saluator nő solű iudęoꝝ sed gẽtiű. Ac si dixisset. pp hãc meã celsitudinẽ cõfitebor & cantabo &c̃. ¶ Quid aűt cantaturus é subiűgit. Magnificãs salutes regis sui: & faciens misericordiã vncto suo dauidi, & semini eius vsꝗ̄ ęternű. Tria cõtinet hoc canticű. Primo ꝙ deus est magnificans salutes regis sui/ipsius dauidis regis ab eo cõstituti. Scđm é. & faciẽs misericordiã vncto suo dauidi/p samuelẽ. Et hęc misericordia tertio loco extẽdit̃ ad semẽ dauidis, apponẽdo vsꝗ̄ ęternű: vt itelligas ꝙ de misericordia ęterna p̄stãda dauidi & semini eius loqt̃. quã cõstat nő nisi p mesiã adimpleri. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori psalmus dauid. XVIII.

CEli enarrant gloriam dei: & opa manuum eius annűciat firmamentum.
Dies diei eructat uerbum: & nox nocti indicat scientiam.
Non sunt loquelę neꝗ̄ sermones: quorum non audiantur uoces eorum.
In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terrę uerba eoꝝ.
In sole posuit tabernaculű suű: & ipse tãꝗ̄ spõsus p̄cedẽs de thalamo suo.
Exultauit ut gigas ad currendam uiam: a summo coelo egressio eius.
Et occursus eius usꝗ̄ ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius.
Lex dñi immaculata cõuertens aĩas: testimonium dñi fidele/sapientiã prestãs paruulis.
Iustitię dñi rectę lętificantes corda: pręceptum dñi lucidum illuminans oculos.
Timor dñi sanctus p̄manet in seculű seculi: iudicia dñi uera iustificata in semetipsa.
Desiderabilia sup aurű & lapidem preciosum multű: & dulciora super mel & fauum.
Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit? ab occultis meis műda me dñe, & ab alienis parce seruo tuo.
Si mei nő fuerint dñati: tunc immaculatus ero, & eműdabor a delicto maximo.

Et erunt ut cõplaceant eloquia oris mei:& meditatio cordis mei in cõspectu tuo semp.
Domine adiutor meus: & redemptor meus.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Vincenti psalmus dauidi .XIX.

1 Propheta. Cœli enarrãtes [sunt] honorẽ dei:& opus manuũ eius [est] annuncians extensio.
2 Dies diei eructabit dictum:& nox nocti annũciabit scientiam.
3 Non dictum [est] & non uerba [sunt], sine intellecta uoce eorum [celorum],
4 In oẽm terrã exiuit filũ eorũ [celorũ] & in finẽ orbis uerba eorũ:soli posuit tabernaculum in eis.
5 Et ipse quasi sponsus egrediens de thalamo suo: gaudebit [sol] ut fortis ad currendã uiam.
6 A fine cœlorũ egressus eius/& circuitus eius super fines eorũ: & non [est] absconditus [aliqu] a ca lore eius.
7 Doctrina domini * perfecta/restituens aiam: testimonium domini * fidele/ sapientifi cans simplicem.
8 Pręcepta dñi * recta/lętificantia cordis:mandatũ dñi * clarum/illuminans oculos.
9 Timor domini * mundus/manens ęterno:iudicia domini * ueritas/iustificata simul.
10 Ipsa desiderabilia sup̃ aurũ & sup̃ obrizũ multũ: & dulcia sup̃ mel & dulcedinẽ fauorũ.
11 Etiam seruus tuus solicitatus in eis [est]:in custodiendo ea [est] merces multa.
12 Errores quis intelliget? ab occultis munda me.
13 Etiam a superbis prohibe seruum tuum: [a] non dominabuntur in me,tunc perficiar/& emundabor a rebellione magna.
41 [Et] Erunt [grata] uoluntati [tue] dicta oris mei/& cogitatio cordis mei faciebus tuis:domine * petra mea & redemptor meus.

Titulus est. Vincenti psalmus dauidi:qui patet ex superius dictis.
¶Materia psalmi est cõparatio notitię diuinorũ quã hẽmus ex cœlis ad notitiã diuinorũ ex lege diuina. ¶Nec oportet laborare ad manifestãdũ hãc esse materiã psalmi:qa clare patet in sex primis versiculis tractari notitiã quã ex corporibus habemus cœlestibus,a septimo autem versiculo & deinceps tractari claritatem &c̃.legis domini. Ex his enim facile colligitur/materiam psalmi ad literam esse excellentiam diuinę legis respectu notitię naturalis diuinorum/quã pręcipue ex cœlis habemus. ¶Nec obstat q̃ paulus apostolus ad ro.10.vtitur quarto versiculo (scilicet in omnem terram &c̃.) ad asserendum prędicationem apostolorũ auditam vbiq̃ terrarum:quoniam constat apostolos vti quandoq̃ scriptura in sensu mystico:vt patet ioan.19.os non comminuetis ex eo. Quando enim clare constat altera historia sensus literalis,indubie affirmandum est apostolos mystico sensu vti. Sic autẽ est in proposito:quoniam constat ea quæ hic dicuntur de cœlis/verificari de ipsis corporibus coelestibus:quemadmodum pręceptum de non frangendo os/scriptum exo.12. constat verificari de agno qui immolabatur.

¶SVMMARIVM EST.

¶Cœli enarrantes tum gloriam tum opus dei,pariunt notitiam successiue/vniuersalem & imperfectam:lex autem domini non solum perfecta/restituens animam/illuminans sapereq̃ faciens/& obseruatio eius dulcis ac cum mercede est,sed etiam lege ipsa non plene seruata/petitio venię ac custodię diuinę vtilis est ad reddendum hominem deo placentem.
¶Persona loquens propheta est.

Cœli enarrãtes honorẽ dei. Circa diuisionem psalmi aduerte q̃ quia psalmus iste comparatiuus est notitię naturalis ad notitiam legis diuinę, propheta inchoauit comparationem a prima parte comparationis/declarando conditiones eius: & distulit proponere secundam partem vsq̃ ad principium declarationis illius. Et propterea non diuiditur psalmus iste in partem propositiuam & executiuam vt alii: sed inchoatio comparationis habet vim proponendi vtranq̃ comparationis partem.[1] Simile quid inuenitur in psalmo.148. ¶ Intendens itaq̃ propheta

declarare conditiões naturalis notitię de diuinis quã pcipue ex coelestibus venamur corporibus(qm̃ in eis maxime apparent diuina opa & cõditiones diuinę: hoc est incorruptibilitas vl'isq̃ cãlitas)tali pcedit ordine.¶ Prĩo pponit coelestia corpora narrare duo.s.honorẽ dei & opus manuũ diuinarum. Coeli/idistincte,enarrãtes/ supple sunt,honorẽ dei/id qđ spectat ad dei honorẽ: & opus manuum eius annũciãs/supple ẽ,extẽsio/hoc ẽ vniuersitas coelorꝫ astratorꝫ rõne solis/lunę & stellarꝫ.maxime.n.opus diuinũ manifestatᷣ motibus & cõditiõibus astrorꝫ. Ita q̃ manifestare honorẽ dei/cõe ponitᷣ oĩbus corporibus coelestibus:manifestare aũt opa/appropriatᷣ coelis rõne astrorum. Quadratq̃ hoc traditioni philosoꝝ,oẽm motũ coeli rõne alicuius astri ponẽtiũ.¶ Aduerte hic q̃ dauid ex principio genesis assumpsit hęc noĩa & illorꝫ dr̃iam.s.coeli & extẽsio. Legitᷣ.n.ibi.in principio creauit deus coelos. & postea in die scđo,fit extẽsio in medio aquarꝫ:vbi cõiter legitᷣ firmamẽtũ.Et qa cõstat ibi appellari extensionem vniuersitatẽ orbiũ hñtium astra(.s.stellas fixas & planetas)iõ hic extensionis noĩe itelligitᷣ vniuersitas astratorꝫ orbiũ.Quare aũt ab extensionis actu moyses hęc noĩauit/duplex redditᷣ rõ. Pria ex silitudine extẽsiõis vt extẽdunᷣ cortinę sumitᷣ:tanq̃ coeli creati fuerint inuoluti/& scđo die extẽsi. Argumẽtũ habet hęc expõ ex psalmo.104. vbi dr̃/extẽdens coelum velut cortinã. Rõ scđa ex silitudine extẽsiõis qua extenditᷣ argentũ seu ferrũ aut ęs i amplas laminas/sumitᷣ.tanq̃ coeli creati fuerint absolute,& scđo die fuerint extẽsi ad terminos ac figuras quas hñt.Et hic sensus cõsonat magis textui genesis: qm̃ extẽsio ista ibi describitᷣ diuisiua aquarꝫ ab aq̃s.cõstat aũt q̃ coeli astrati/ex concauo & cõuexo (q̃ sunt termini figurę coelestis)diuidũt aquas/hoc est coelũ aqueũ,ab aq̃s elementaris materię.Et tãto magis consonat q̃to officiũ diuidendi aquas ab aq̃s/minus bñ assimilatᷣ cortinę,sed apte extensiõi rei solidę.I psalmo aũt illo assimilatᷣ cortinę coelũ nõ vt scđę est diei opus,sed vt cõtinet in se opus quartę die.s.astra: est.n.coelũ sic velut cortina ornamenti/ex tot astris.Et sic itelligo ẽt i hoc loco dauidem itroducere extensionẽ,nõ impfecti opis (vt i scđo die moyses illã ponit) sed cũ cõplemento opis quartę diei : hoc est cum astris oĩbus: solę/luna/& stellis oĩbus.¶ Nec itelligas coelos narrare & annunciare loq̃ndo,sed materiã narratiõis & annũciatiõis pbẽdo.Sil'e qđ hẽs iob.12.iterroga iumenta & docebũt te, & volatilia coeli & idicabunt tibi:loq̃re terrę/& rñdebit tibi,& narrabunt pisces maris.❡ Scđo declarat modũ q̃tum ad tp̃s quo coeli enarrãt & enũciãt ista.Dies diei eructabit dcm̃,& nox nocti annũciabit sciam: hoc est in successu dierꝫ & noctiũ gñatᷣ in nobis ex coelestibus notitia.tum quia vna dies aut vna nox nõ sufficit:sed qđ vr̃ vna nocte de astris/principiũ est ad sciendũ in alia nocte : & qđ visum est in vna ęstate/principium est ad sciedũ i alia.& qđ visum est in vna eclypsi/principium est ad sciendũ i alia.& sic de sil'ibus coeli motibus/aspectibus/actionibus & effectibus.¶ Et appropriatur spãliter diurno tpi eructatio sermonis(hoc est locutio ex plenitudine notitię seu cõcęptus/ad silitudinem eructantis ex plenitudine ventris)quia diurnũ tp̃s cõmodum est ad actum docẽdi & discendi elogo hũano.Nocti vero appropriatᷣ annũciare sciam: qa nox magis cõmoda est ad meditandum & inueniendum.

❡ Tertio declarat ab vniuersis nationibus eẽ pcęptã vocẽ coelorꝫ:dixerat.n. coelos enarrãtes & extẽsionẽ annũciantẽ.Nõ dictũ & nõ verba sine intellecta voce eorꝫ: hoc est nihil dr̃ seu dictũ ẽ/nulla sunt verba cuiuscunq̃ idiomatis,sine voce coelorꝫ intellecta/sine hoc q̃ intellecta fuerit vox coelorꝫ. ¶ Qđ probat a duobus.Primo ab accępta regula seu mẽsura humanorꝫ operꝫ a coelis vbiq̃ terrarꝫ. In oẽm terrã exiuit filũ eorꝫ,& in finẽ orbis verba eorꝫ. Vl'itas describitᷣ ex oĩ terra & finibus orbis:vt nihil exẽptum itelligas.Regula vero ex sil'itudine fili significatᷣ.describit.n.coelos ad sil'itudinẽ quodãmodo artificis extẽdentis filum pro regula opis:vt videmus maxime in fabricis/& in iis quę ad mensurã linearem fieri debẽt.Et intẽdit p hoc q̃ oẽs nationes mũdi accipiũt filum a coelis: pro q̃to accipiũt rõnes/regulas/mensuras operꝫ suorꝫ a coelestibus motibus/influxibus &c̃. Inde.n.accipimus diuersas rõnes ac mensuras operandi ex diuersitate temporꝫ diei & noctis/& ptium diei (mane & meridiei &c̃.) mensium/annorꝫ/ęstatis & veris.inde rõnes agriculturę & alendorꝫ aĩaliũ/annonę & vestitus humani/venationum/pliorꝫ/& breuiter oĩum humanorꝫ operũ. & hoc cõe est oĩbus q̃tũcunq̃ barbaris. Et hi fili sunt pro q̃to ad sensum visus & notitiã p inuentionem ex coelestibus referunᷣ.& sunt verba coelorũ/p q̃to ad sensum auditus & notitiã p disciplinam de coelestibus referunᷣ. cõmune siq̃dẽ oĩbus q̃tũcũq̃ barbaris nationibus est vtroq̃ modo nosse coelestia corpora:nam & visu pcipiunt saltem manifestas differẽtias diei ac noctis/ partiũ diei/ęstatis & hyemis &c̃.Et auditu discunt saltẽ a patribus tp̃s seminandi fabas aliud a tpe seminandi miliũ/seu alias hm̃õi differẽtias regionibus suis congruas . & ideo dixit filum & verba coelorꝫ ubiq̃ terrarꝫ haberi. ¶ Secundo a percępto tum motu tum calore solis. Et inducit specialiter motum solis & calorem eius, quia cõmunissime ambo nota sunt.

Soli posuit tabernaculũ in eis. Declarat circa motũ solis pcępta quattuor. Prĩo occasum.quẽ describit ad sil'itudinẽ tẽtorii seu vmbraculi.Sol.n.occidẽs/ęstimatᷣ a vulgo quodãmodo ingredi tentoriũ in quo pnoctet.Inducitᷣ aũt hęc ęstimatio vulgaris/pro q̃to hẽt veritatẽ in effectu:hoc.s.q̃ sol occidens occultatᷣ nobis.& sic respectu hemisphærii nr̃i ẽ veluti tabernaculo/pro q̃to occultatᷣ nobis:& vmbra illius nox nr̃a est.¶ Et aduerte hic duo. Prĩo q̃ propheta inducit deũ constituẽtẽ tabernaculũ soli:qa dixerat q̃ extensio annũciat opus dei:& cõmunis oĩum animi concęptio est q̃ deus est autor

ſolis ſimul & reliquorum. Alterum eſt ꝙ tabernaculum ſolis deſcribitur in coelis: vt intelligas ſitum ſolis nõ putari alibi ꝗ̃ in coelis. Et ppea inqt. ſoli/aſtro ſolis, poſuit/deus, tabernaculũ/occultationem nobis, in eis/coelis. ℭ Quo ad ortũ vero ſolis ſubdit. Et ipſe/ſol, quaſi ſpõſus egrediẽs de thalamo ſuo/cubiculo vtriuſq; cõiugis. Cõparaᵗ ortus ſolis egrediẽti ſpõſo de thalamo ſuo, ad ſignificãdũ naturalitatẽ bñficam oriẽtis ſolis. ſponſus.n. potitus optatis nuptiis, nulla vi aut moleſtia actus egreditur mane ex cõiugali thoro: egrediᵗ aũt plenus gr̃ani ſicut ſol mane egrediᵗ naturaliſſimo motu. ¶ Quo ad velocitatẽ vero ac pſeuerantiã motus ſubdit. Gaudebit vt fortis ad currẽdã viã. Clarũ eſt cur aſſimileᵗ ſol velociſſime pagrans coelũ/forti viro cũ gaudio aſſumenti curſum. Et ſignificaᵗ p hoc infatigabilitas ſolis: nõ.n. laborat in tã veloci motu. ¶ Quo ad terminos deniq; motus ſolis/ſubdit. A fine coelorꝫ egreſſus eius, & circuitus eius ſup fines eorꝫ. Vtriuſq; motus ſolis termini deſcribunᵗ/percepti cõiter ab oĩbus. Tum motus raptus (quo ab oriẽte moueᵗ in occidẽs ſequẽdo motũ primi mobilis) dicẽdo, a fine/ab extremitate coeli/hoc eſt ab oriẽte, egreſſus eius. Tũ motus ſup polos zodiaci: quo facit dr̃iam ęſtatis & hyemis/accedẽdo ad tropicos cancri & capricorni. Hic.n. motus ſignificaᵗ dicẽdo. & circuitus eius/ſolis, ſup fines eorꝫ/coelorꝫ: hoc eſt ſuper tropicos quos extremis lineis ſui motus peragit. tropici.n. cancri & capricorni ſunt fines ſeu extremitates motus ſolis a ſeptentrione & auſtro. Hæc de iis quę cõiter pcipiunᵗ de motu ſolis. ¶ De virtute aũt eius vnico ſubdiᵗ verbo. & nõ abſconditus a calore eius: hoc eſt nullus inueniᵗ quẽ calor ſolis nõ attingat. Hoc.n. vniuerſi pcipimus plus & minus. Hęc ſunt quę hoĩes cõiter pcipiũt ex coeleſtibus: & tñ ipſi coeli enarrãt gl̃iam ſeu honorem dei. Vnde apparet ꝗ̃ impfecta eſt notitia quã genus humanũ hẽt de diuinis ex coeleſtibꝰ corporibus.

Doctrina domini. Hic incipit ſcđa pars pſalmi/tractãs ſcđam ptem cõparationis. Propoſitũ ſiqdẽ fuit coelos enarrare gl̃iam dei & opa manuũ eius: & declaratũ hactenus ẽ ꝙ coelis enarrãtibus gl̃iam dei/parꝫ aut nihil genus humanũ notitię diuinę accepit. Et ppea mõ declarare intẽdit qualẽ q̃tamq; dei notitiã lex diuina hũano gñi dederit/tali ordine. Nã prĩo cõditiões legis diuinę/deinde cõditiões obſeruatiõis ipſius/& demũ medicinã cõtra defectus obſeruatiõis legis tradit. ℭ Deſcribit ergo diuinam legẽ a qnq; cõditiõibus, adiũgẽdo ſingulis cõditiõibus pprias actiões. Doctrina/hoc eſt lex, dñi pfecta: vtpote regulãs exteriores & interiores actus. Hęc eſt prima conditio: cuius actio eſt. reſtituens aĩam. Et loquiᵗ eo loquẽdi more quo afflictus inedia/cibo confortatus dicit. hic cibus reſtituit mihi aĩam. & ſilr pterritus, audito bono nũcio dicit/hic nũcius reſtituit mihi aĩam. Tali loquendi mõ propheta hic vtiᵗ. intẽdẽs ꝙ lex dñi tantę eſt pfectionis ꝙ reſtituit aĩam/viuificat mentẽ/facit aĩum redire in ſeipſum. nõ.n. in ſolo pane viuit hõ, ſed in oĩ verbo qđ pcedit de ore dei. ¶ Scđa cõditio. Teſtimonium dñi fidele. Lex ipſa p q̃to teſtimoniũ phibet reuelatorꝫ tum geſtorꝫ tũ pmiſſorꝫ/teſtimoniũ appellaᵗ, nõ hoĩs/ſed dñi, fidele/verax. Cuius actio eſt ſapiẽtificare ſimplicẽ. Magnũ dei donũ eſt recte iudicare ſm ſupremã cãm quę deus ẽ/& ſm eãdẽ recte diſponere vitã ſuã: qđ totũ ſignificat ſapia. Apte teſtimoniũ dñi verax nõ facit ſapientẽ niſi hoĩem ſimplicẽ/hoc eſt ſuaſibilem: q.ſ. aſſenſum pbet teſtimoniis diuinis. hõ.n. impſuaſibilis/longe ẽ ab hmõi dono. Nõ mireris vſurpatũ eẽ ſapientificãs: qm̃ pp verbũ hebręũ factũ eſt. ¶ Tertia conditio. Pręcepta dñi recta. Ipſa lex p q̃to p̃cipit agenda multis p̃cęptis, p̃cepta dñi vocaᵗ/plena rectitudinis: vt patet diſcurrẽdo p diuina p̃cepta. Eorꝫ actio ẽ. lętificantia cordis. Rectitudo qppe aĩ magna cordis ẽ lętitia: iuxta illud prouer. 15. ſecura mens quaſi iuge cõuiuiũ. Iniquorꝫ ſiqdẽ aĩus triſtis neceſſario eſt: vtpote cõtra ſeipſum pugnãs. vt etiam phi tradunt. ¶ Quarta cõditio. Mãdatũ dñi clarꝫ. Ipſamet lex p q̃to p̃cipit de agẽdis, nõ ſolũ p̃cęptũ ſed mandatũ vocaᵗ: vt altera cõditio expliceᵗ. ſ. claritas. vt intelligas p̃cępta dñi non ſolũ recta appetitui ſeu voluntati/ſed ẽt clara intellectui: vtpote nõ inuoluta obſcuritatibus & ęnigmatibus. Cuius claritatis actio ſubiũgiᵗ. illuminãs oculos/mẽtis ad diſcernẽdũ & cauẽdũ & c̃. ¶ Quinta. Iudicia dñi veritas. Cõtinet lex diuina non ſolũ teſtimonia reuelatorꝫ & p̃cępta agendorꝫ, ſed iudicia poenalia. Et ppea de his dnr duo. Prĩo ꝙ ſunt veritas: deinde ꝙ ſunt iuſtificata ſimul. vt ex veritate intelligas iudicia cõformia meritis & demeritis ſm veritatẽ/nõ ſm relationẽ aut opinionem. ex iuſtificatiõe aũt ſimul/intelligas oĩa ita iuſta vt iuſtitia vnius nõ ipediat aut cõfundat iuſtitiã alterius: vt pleriq; fit in iudiciis humanis. ¶ Iudiciorꝫ actio nulla poniᵗ explicite (qm̃ oderũt peccare mali formidine poenę) ſed loco eius poniᵗ timor quẽ lex dñi exigit in ſibi ſubditis. Timor dñi/non hoĩs. timor dñi ſimplr & abſolute nõ ſm qđ: hoc ẽ vt eſt autor poenarꝫ. q.n. timet deũ ſimpliciter, magis timet qđ deo magis diſplicet: q aũt timet deũ ſm qđ/magis timet ſm illud tpale malũ qđ timet ne ſibi eueniat. Lex aũt dei exigit timorẽ dñi abſolute. & ppea ſubdiᵗ. mũdus/a ppriis inigratibus hñtis ipſum. Et hic eſt timor reuerentialis: de quo ſcriptũ eſt iob. 26. colũnę coeli cõtremiſcunt & pauent ad nutum eius. De quo & ſubdiᵗ. manens in ęterno. qm̃ erit ẽt in coeleſti patria: iuxta illud qđ in p̃fatione dr/tremũt ptãtes. Licet.n. pfecta charitas foras mittat timorẽ q̃tũ ad aliquos actus, nõ tñ q̃tum ad actũ reuerentię. Vnde ẽt de chr̃o ſcriptũ eſt ꝙ in oĩbus exauditus eſt pro ſua reuerentia ad hebr. 5.

Ipſa deſiderabilia. Explicatis cõditiõibus diuinę legis/explicat modo propheta cõditiões obſeruationis diuinę legis tres. Prima ẽ. Ipſa/p̃cępta/iudicia/teſtimonia & c̃. deſiderabilia/ſupple ſunt ad obſeruandum,

ſeruādū,ſup aurū & ſup obrizū(qđ eſt aurū p̄cioſiſſimū)nō modicū ſed multū. ¶ Secūda eſt.Et dulcia in ipſa obſeruatione,ſup̄ mel & dulcedinē fauoꝝ/quę.ſ.ex plenitudine fauoꝝ ſtillat. Vbi aduerte ꝙ ſicut obrizū p̄cioſius eſt auro cōi,ita dulcedo fauoꝝ ſuauior eſt melle qđ ex fauo extrahit.eſt enim quaſi adeps mellis illa ſtillatio q̄ ſpōte ex fauis p̄dit.Et ſi quęris/qd tu ſcis de hmōi deſiderio & guſtu dulcedinis:īnnuit tacitę q̄ōni.Etiā ſeruus tuus/ſupple ego,ſolicitatus ī eis/ſupple exercitatus ſum. Acſi apte diceret ego ſolicitatus deſideraui,& exercitatus in eis guſtaui. ¶ Tertia conditio. In cuſtodiendo ea merces multa.Parum eſt dulcem eſſe obſeruationem diuinę legis niſi etiam reddenda multa merces expectetur.in reliquo inquit apoſtolus repoſita eſt mihi corona iuſtitię.

Errores qs itelliget? Quia īpoſſibile eſt humanę fragilitati ſeruare ad vnguē diuinā legē, poſt deſcriptā obſeruationē ſubiūgit medicina hūanę īfirmitatis.tū ex p̄te itellectus:tū ex p̄te affectus.Medicina ē recurſus ad deū p̄ venia & p̄ cuſtodia. ¶ Vbi nota ꝙ petitio venię deſcribit reſpectu p̄ctōꝝ nobis ignotoꝝ:vt hic itelligas multo fortius petēdā eē veniā de p̄ctis q̄ ſcimus nos cōmiſiſſe.Errores/declinatiōis a lege tua,qs itelliget?nullus.& p̄pea ab occultis/p̄ctis,munda me:& multo magis a notis. ¶ De cuſtodia aūt ſubdit.Etiā a ſupbis p̄hibe ſeruū tuū. Scito hic textū hebraicū admittē vtrāq; lectionē.ſ.a ſupbiis & a ſupbis.Et p̄pea vterq; ſenſus exponēdus ē.Si itaq; legit a ſupbiis,itellige maximā curā debere eē ſeruo dei de vitāda ſupbia:vtpote q̄ ē initiū ois p̄cti.Imo q̄ ēt īſidiat bonis opib⁹. Vbi aduerte īde p̄ctā occulta/hic p̄ctū ſupbię p̄phetā īduxiſſe:qa vtrūq; ieuitabile ē hūano gn̄i.Et dixit a ſupbiis/p̄p multitudinē modoꝝ ſupbię:p̄ſūptionē/arrogātiā/ſingularitatē/tumorē/ cōtēptū/& inumera alia. ¶ Fruct⁹ āt hui⁹ medicinę ſubdit. Nō dn̄abunt ī me,tūc p̄ficiar & emūdabor a rebelliōe magna: hoc ē qn̄ nō dn̄ium ſup me habebūt ſupbię(q̄uis ſurrepāt īp̄fecti ſupbię motus)tūc p̄ficiar/ī obſeruatiōe legis tuę,& emūdabor a rebelliōe magna/cōtinue magis ac magis mūdabor ab ip̄a ſupbię rōne q̄ cōſiſtit ī rebelliōe ad deū. vltimo ſiqdē loco mūdat ſeruus dei a ſupbia,ſi tn̄ vnq̄ p̄fectę mūdat. ¶ Si vero legit a ſupbis,itellige ſeruū dei duob⁹ ſubeſſe p̄iculis p̄ctōꝝ.altero occultoꝝ.altero īminētiū a ſuperiorib⁹:ſcriptū ē.n.ſm iudicē pp̄li ſic & miniſtri ei⁹.& q̄lis rector ē ciuitatis talis & īhabitātes in ea eccl̄i.10.Sicut.n.occulta p̄ctā ignorātia nobis quodāmō īuitis igerit,ita ſupioꝝ autoritas & exemplaritas cogit quodāmō eos imitari. Vn̄ & paulus rep̄hēdēs petrū dixit/cogis alios iudaizare: loq̄ns de exēplo.Et p̄pea ſeruus dei vtriq; timēs,vbi petiit ab occultis mūda me/diuinā quoq; cuſtodiā petit.et a ſupbis/imitādis,p̄hibe ſeruū tuū.Et meminit magis ſupbię q̄ alioꝝ vitioꝝ,qa peſſimū ē oīuꝫ p̄ctōꝝ:vtpote cōſiſtēs ī rebelliōe ad deū:& directe cōtrariat ſubiectiōi hūanę reſpectu diuię legis. Necitas āt cū fructu hui⁹ medicię ſubiūgit.Nō dn̄abūt ī me/hoc ē qn̄ ſupbi nō hēbūt dn̄ium ī me,tūc p̄ficiar/ī lege tua,& emūdabor a rebelliōe magna.Magna ſiqdē rebellio ē rebellio ſupbię:qa quū cętera vitia a deo fugiāt/ſola ſupbia ſe opponit. ¶ Magna tn̄ rebellio hic appellat ſubtraher ſe ab obſeruatiōe legis diuię,tāq̄ nō ſit illi ſubdit⁹.Quū.n. ſupbi dn̄ant,pp̄ls a lege dei recedit q̄ſi nō ſubdit⁹ diuię legi:vt patuit ī pp̄lo iſrael regnāte ieroboā,& poſtea īfinities.Quū vero nō dn̄ant ſupbi,tūc mundat pp̄ls a rebelliōe hac magna.vel purgādo ꝯctā:vel mūd⁹ erit cauēdo ne ingnet tali īmūdicia. ¶ Alter fruct⁹ ꝯñs ē.Erūt volūtati/ſupple tuę,dctā oris mei & cogitatio cordis mei facieb⁹ tuis/grata:dn̄e petra mea & redēptor me⁹. Vbi vides magnitudinē fruct⁹/ī h ꝙ & cogitatōes & locutōes ei⁹ erūt gratę deo.Appellat āt ī p̄po⁰ deū petrā ſuā ī bōis:vtpote a q̄ ē ois firmitas ei⁹ ī bono cū cuſtodia a malo.Et redēptor me⁹/ a malis/a ſuitute p̄cti:vtpote petēs mūdari ab occultis/et magis ac magis emūdari a ſupbia. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO ¶ Victori pſalmus dauid. XIX.

EXaudiat te dn̄s in die tribulationis: p̄tegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxilium de ſancto:& de ſion tueatur te.
Memor ſit omnis ſacrifici i tui:& holocauſtum tuum pingue fiat.
Tribuat ti bi ſecundum cor tuum:& omne conſilium tuum confirmet.
Lętabimur in ſalutari tuo:& in nōie domini dei noſtri magnificabimur.
Impleat dn̄s oēs petitiones tuas:nunc cognoui quoniam ſaluū fecit dn̄s chriſtū ſuū.
Exaudiet illum de cœlo ſancto ſuo:in potētatibus ſalus dexterę eius.
Hi in curribus & hi in equis:nos autem in nomine dn̄i dei noſtri inuocabimus.
Ipſi obligati ſunt & ceciderunt:nos autem ſurreximus & erecti ſumus.
Domine ſaluum fac regem:& exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti pſalmus dauidi. XX.

1 Propheta. REſpōdebit tibi dn̄s in die anguſtię:eleuabit te nomen dei iacob.
2 Mittet auxilium tuum de ſanctitate:& de ſion ſuſtentabit te.
3 Recordabitur oium munerum tuorum;& holocauſtum tuum incinerabit. Selah.

4 Dabit tibi ſm cor tuum:& omne conſilium tuum implebit.
5 Laudabimus in ſalute tua,& in nomine dei noſtri uexillo inſigniemur:implebit dominus omnes petitiones tuas.
6 Nunc ſciui quoniam ſaluum fecit dominus chriſtum ſuũ:reſpondebit ei de cœlis ſanctitatis ſuę,in fortitudinibus ſalutis dexterę ſuę.
7 Hi in curru & hi in equis:& nos in noie dñi dei noſtri recordabimur.
8 Ipſi incuruati ſunt & ceciderunt:& nos ſurreximus & exaltati ſumus.
9 Domine ſalua:ipſe rex reſpondebit nobis in die uocare noſtri.

TItulus eſt. Vincẽti pſalmus dauidi.de quo vt ſupra.

¶ Circa materiã pſalmi aduerte primũ ꝙ in prima pſalmi parte dauid manifeſte alloquit̃ ſecũdã ꝑſonã:dicẽdo te,tibi &c̃.Secũdũ ꝙ illa ſecũda ꝑſona deſcribitur cõſtituta in anguſtia:dicẽdo in die anguſtię.Tertiũ ꝙ dauid ꝓphetat illi ꝑſonę multa bona.ſ.ꝙ deus reſpõdebit illi,ꝙ exaltabit,auxiliabit̃,implebit oẽ cõſiliũ & oẽm petitionẽ eius.& ſimul ꝙ ipſe ꝓphetãs,cũ aliis exultabit erigẽdo vexillũ in noie dñi.¶ In ſecũda vero parte aduerte ꝙ deſcribit̃ ſaluator rex a deo:ita ꝙ rnẽtibus iis qui in curribus & in eq̃s,nos in noie dñi erecti & exaltati inq̃t ſumus.& tandẽ cõcludit̃ ꝙ ipſe rex rñdebit in die clamoris nr̃i.¶ Ex his enim prudẽs lector ꝑſpice ꝙ ſi hiſtoria certa quęrit̃ hic tractata,nulla inuenit̃ ſcripta in q̃ hęc oĩa verificẽt̃.vt facile patet,diſcurrẽti a tp̃e ex quo arca dñi fuit in ſion.Sed ſi ꝑ gã ꝓphetię veritas hic q̃rit̃,nullus inenit̃ rex niſi meſias de quo hęc verificent̃.nã clare cõſtat in ſolo meſia verificari,iplebit oẽ cõſiliũ tuũ & oẽm petitionẽ tuã.Rurſus ẽt nullus eſt rex niſi meſias de quo dauid ꝓpheret ꝙ ipſe rex rñdebit in die clamoris nr̃i.numerat ſiquidẽ ſe dauid inter clamãtes,dicẽdo vocare nr̃i.¶ Vñ quũ dicta in hoc pſalmo excedãt tã dauidẽ q̃ cęteros reges,imo & populũ,q̃drẽt aũt meſię,cõcludẽdũ ẽ iuxta regulã petri apl̃i ꝙ pſalmus iſte ad l'ram tractat de meſia.Et quãtũ ex ꝓgreſſu pſalmi apparet,tractat de exaltatione meſię ex merito paſſionis eius,qua mundũ iugo fidei ſubiecit.

¶ Summatium pſalmi iam patere põt:attamen tale eſt.

¶ Propheta p̃dicit meſię in anguſtia,ꝙ exaudiet̃ exaltabiturq; a deo:ita ꝙ non ſolũ acceptabit ſacrificiũ eius,ſed iplebit oẽ cõſiliũ &c̃.Et tanq̃ canens ꝓphetiã ipletã,aſſerit ꝙ deus ſaluabit per meſiam:ita ꝙ aliis in curribus & equis mentibus,nos erecti & exaltati ſumus.

¶ Perſona loquens propheta eſt.

REſpõdebit tibi dominus in die anguſtię. Diuidit̃ pſalmus in partes duas:ꝓpoſitiuã materię,& executiuã,ibi mittet auxiliũ.¶ Duo ꝓponit ꝓphetãdo & alloquẽdo meſiã.Primũ.reſpondebit,retributione,tibi.More amãtiũ ſolo ꝓnomine itelligi vult nomẽ ꝓpriũ amati:tanq̃ oẽs ſciant quẽ amat.Sic maria magdãlena q̃rẽs chr̃m dixit hortulano,ſi tu ſuſtuliſti eũ:putãs oẽs intelligere de quo loq̃bat̃.Hoc mõ dauid q totũ amorẽ ſuũ in meſia locauerat,abſq; alio noie illi dicit,rñdebit tibi dñs in die anguſtię:hoc ẽ paſſiõis tuę.¶ Alterũ eſt.eleuabit te,in reſurrectiõe,nomẽ,manifeſtatũ ac p̃dicatũ a te,dei,nõ cuiuſcũq; ſed iacob:hoc eſt illiuſmet dei q eſt deus populi iſrael.

¶ Mittet auxiliũ tuum. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primũ tractat̃ vtraq; particula ꝓpoſita ꝑ modũ ꝓphetię de futuro.Secũdo tractat̃ iterũ vtraq; particula ꝑ modum ꝓphetię ipletę,ibi nũc ſciui.¶ Tractãdo aũt retributionẽ ꝑ anguſtia,prius tractat meritũ .Mittet auxiliũ de ſanctitate,& de ſion ſuſtẽtabit te.Rõ auxilii deſcribit̃ cultus exhibitus deo a meſia in tẽplo in ſion.ad l'ram ſiq̃dẽ chr̃s hõ coluit deũ in tẽplo q̃d erat in ſion.Et ꝓpterea ꝓpheta dicit ꝙ mittet auxiliũ ſuũ de ſanctitate:hoc eſt de merito cultus exhibiti deo in domo ſc̃titatis & in monte ſion.in eo enim chr̃s meruit & ſuſtẽtari & adiuuari:q̃uis inquantũ deus his nõ egeret.¶ Et rationi meriti adiungit rõnem ſacrificii.Recordabit̃ oĩum munerũ tuorũ,& holocauſtũ tuũ incinerabit.Ad ſimilitudinẽ corporaliũ oblationũ q̃ fiebãt in veteri lege,& holocauſtorũ quę offerebant̃ deo,deſcribit holocauſtũ corporis chr̃i in cruce,& ſpũalia munera ſalutis aĩarũ meſię:ꝙ recordabit̃,quantum ad retributionẽ munerũ,& holocauſtũ tũc quum offert̃,igne cœleſti nõ ſolũ incẽdet ſed icinerabit.vt ſicut in holocauſto materiali miſſus quãdoq; de cœlo ignis tam vehemens fuit ꝙ in cinerem illud redegit,ita ignis ſpũſſancti totam chr̃i paſſionem gratiſſimã acceptauit.¶ Deide ipſas retributiones ꝓphetat.Primo ex ſacietate cordis,hoc eſt voluntatis.dabit tibi ſm cor tuũ.Secundo ex ſacietate conſiliorum.. & omne conſiliũ tuũ implebit. Tertio ex ſacietate petitionum.implebit dominus oẽs petitiones tuas.Vbi aduerte ꝙ hoc vltimum iteſecat̃ in litera,vno mediante verſiculo:ſed continuãdũ eſt vt diximus.¶ Prophetata aũt retributione prophetat̃ & exaltatio,ſecũdo loco ꝓpoſita.Prophetat̃ aũt in prima perſona pluraliter,ita ꝙ dauid annumerat ſeipſum in lętitia huius exaltatiõis,laudabimus in ſalute tua.Ipſum alloquit̃.Laudabimus,cãtando & cãtabimus laudando(dictio ſiquidẽ hebraica cantũ iunctum laudi ſonat)in ſalute tua nobis exhibita:& in nomine dei noſtri,nõ alieni non noui dei,vexillo inſigniemur.Dictio hebraica ſignificat(ſi dici liceret)vexillabimur paſſiue,quod interpretes vertetũt vexillo

insigniemur. Et significat ad literam quod in noie dñi vexillum leuabimus victorię. Quod proculdubio est vexillum crucis. ipse enim dauid cum suis (hoc est cum iudęis) fuerunt primi laudantes & vexillum erigentes victorię crucis tempore mesię. Hæc de prophetia.

Nunc sciui. Tractat iterũ ambas particulas ppositas tanq̃ adimpletas. Et inchoans a prima inquit. Nũc, in eleuatione vexilli crucis quo princeps huius mũdi eiectus est, quo mors supata est, qñ patres ex limbo liberati sunt, sciui, experimento vidi: qm̃ saluum fecit dñs, de morte crucis resuscitando, christum, mesiam, suũ. nec solũ salutẽ resurrectionis vidi factã: sed ẽt sciui de futuro quod respõdebit, deus, ei, mesiæ, de coelis sanctitatis suę, ad cõuertendũ mundũ, mittendo de coelo spm̃ sanctum &c̃. nõ qualitercunq; sed in fortitudinibus salutis dexterę suę. Quod ad literam impletũ videmus in aplis & martyribus: dñs deus vere respõdit christo in fortitudinibus salutis q̃ apparuerũt in aplis & martyribus. salutis aũt non qualiscunq;, sed spectãtis ad dexterã dei: hoc est ad optima bona diuina, ad fœlicitatẽ ęternã. ¶ Modũ aũt tantę salutis subiūgit ppheta, ex vna parte mũdum & ex altera seipsum simul cũ fideli populo cõnumerans. Hi in curru & hi in equis (ad similitudinẽ pugnãtiũ armatis curribus aut equis, describit mũdanos hoies pugnãtes cõtra fidẽ christi) & nos in noie dei nostri recordabimur, sola memoria nois diuini pugnabimus. Quod ad literã impletũ videmus in aplis & martyribus: qui solis iternis armis fidei pugnauerũt. Significantius aũt dicit in noie: vt intelligas cõfessionem fidei ex nois rõne, sicut intelligis internã fidẽ ex recordatione. ¶ Ecce fructus pugnę. Ipsi, in curru & equis, icuruati sunt, & non solũ incuruati sunt sed & ceciderũt: & nos ecõuerso surreximus, cõtra id qđ dixerat incuruati sunt, & exaltati sumus, cõtra id qđ dixerat & ceciderũt. Et mũdus qdẽ icuruatus est ad pctm̃, & cecidit in mortẽ ęternã: nos aũt surreximus a pctõ, & exaltati sumus ad vitã ęternã. Vbi vides tanq̃ cõpleta describi quę proposita sunt. ¶ Vnde & subiungit. Dñe salua, non me vel illum sed absolute salua mundum: & tunc ipse rex, mesias, respondebit nobis, retribuendo, subueniẽdo &c̃. in die vocare nostri, per fidem. Quod ad literam impletum videmus. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori psalmus dauid. XX.

DOmine i uirtute tua lętabit rex: & sup salutare tuũ exultabit uehemẽter.
Desideriũ cordis eius tribuisti ei: & uolũtate labiorum eius nõ fraudasti eũ.
Quoniam pręuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.
Vitã petiit a te: & tribuisti ei lõgitudinẽ dierũ in seculũ & i seculũ seculi.
Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnũ decorem impones super eũ.
Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum uultu tuo.
Quoniam rex sperat in dño: & in misericordia altissimi non commouebitur.
Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat oẽs qui te oderunt.
Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum a filiis hominum.
Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia q̃ non potuerunt stabilire.
Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis preparabis uultum eorum.
Exaltare domine in uirtute tua: cantabimus & psallemus uirtutes tuas.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti psalmus dauidi. XXI.

1 Propheta. DOmine in fortitudine tua lętabitur rex: & in salute tua q̃ exultabit ualde.
2 Desiderium cordis sui dedisti ei: & prolationẽ labiorum eius non prohibuisti [impleri]. Selah.
3 Quoniam pręuenies eum benedictionibus boni: pones capiti eius coronã obrizi.
4 Vitas petiit a te: dedisti ei longitudinem dierum ęternum & semper.
5 Magnus [erit] honor eius in salute tua: gloriam & decorem pones super eum.
6 Quoniã pones eũ benedictiones ęterno: lętificabis eũ in lętitia cum faciebus tuis.
7 Quia ipse rex confidens in domino & in gratia excelsi: non labetur.

8 Sufficiet manus tua oibus ini micis tuis: dextera tua inueniet odientes te.
9 Pones eos ut clibanum ignis in tempore † faciem tuarum: dominus in furore suo de
glutiet eos, & deuorabit eos ignis.
10 Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum de filiis adam.
11 Quoniam inclinauerunt sup te malú: cogitauerút cogitationem [qui] non poterunt.
12 Quoniá pones eos humerú: in funibus tuis firmabis [sagittas] super facies eorum.
13 Exaltare dñe in fortitudine tua: cátabimus & psallemus fortitudinem tuam.

Titulus est. Vincenti psalmus dauidi. de quo vt supra.

¶ Circa materiá psalmi manifeste cóstat q de rege tractat. Et qm ea q de hoc rege describuntur excedút tá dauidé q quécunq regé aliú excepto mesia, ió psalmus iste de mesia tractat ad lram. Patet versiculú qrtú soli mesię cópetere. vitas petiit a te, dedisti ei lógitudiné dierú ęternú & semp. Versiculú quoq sextú idé firmare. qm pones eú bñdictiones ęterno. Hęc. n. códitiones pprię sunt mesię. Vñ etiá apud hebręos vetustiores exponebaf de mesia. Et ét targhú expsse hic dicit. deus in fortitudine tua regnabit rex mesias. ¶ Est itaq pculdubio materia psalmi ad lram regnú mesię: seu mesias qtenus rex.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid prophetat mesiam regem valde exultaturum. tum in sacietate omnium desideratoų quo ad seipsum. tum in fortitudine diuina quo ad subactos inimicos puniendos multipliciter.

¶ Persona loquens propheta est.

DOmine in fortitudine tua. Diuidif psalmus in partes duas: ppositiuá materię, & executiuá, ibi desideriú. ¶ Proponit duo. Alterú. Dñe in fortitudine tua, nó humana, lętabif rex, simpliciter & absolute: qui erit rex regú & dñs dñantiú. Alteų. Et in salute tua, similiter non humana, q exultabit valde. Vbi nota magnitudinem gaudii tot aduerbiis significari.

¶ Desideriú cordis sui. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractaf illa particula, in salute tua q exultabit ualde. Secúdo illa, in fortitudine tua lętabif rex, ibi qa ipse rex. ¶ Circa exultationé in salute, prius declaraf ipsa salus. & deide exultatio, ibi lętificabis eú. Describturus aút ppheta i qbus cósistit salus diuina cóferéda mesię, vbi i genere descripsit q erit adipletio oium tú desiderioų (desideriú cordis sui dedisti ei) tú oium locutionú eius (& plationé labioų eius non phibuisti, hoc est qcqd dixit fecisti vt adipleref) enumerat i spé septé bonoų genera cópchésa sub salute diuina collata mesię. Primú. Quoniá pueníes eú bñdictionibus boni. In quo & donoų sequétiú rõ p cóiunctioné qm designaf. Donú aút primú ést puétio ois meriti: hoc est q deus anq mesias mereref aliqd a primo cóceptionis eius istáti iplenit ipm bñdictionibus boni: p quáto repleuit eú oi gra spectáte ad boná simpliciter & absolute. Quod dicimus pp passibilitaté & alia hmói q túc ei nó fuerunt ablata: vtpote nó derogátia bono simplr, qius tolleréť boná sm qd. s. corporis ad tps &c. ¶ Secúdú é. Pones capiti coroná obrizi, hoc é cóferes ea q sunt dignitatis. coróa. n. isigne dignitatis est. ¶ Tertiú. vitá, corporalé simpliciter & absolute, petiit, actibus meritoriis, a te: dedisti ei lógitudiné dieų ęternú & semp hoc est vitá imortalé. ¶ Quartú. Magnus honor eius i salute tua. Vbi magnitudo honoris describif. ¶ Quintú. Gloriá, clará cú laude famá. Sextum. & decoré, hoc est pulchritudiné, pones sup eú. ¶ Septimú, qd ét describif vt rõ subisigédę lętitię. Qm pones eú bñdictióes ęterno, hoc est caput sempiternaų bñdictionú: in quo. s. erút oium bñdictóes. Et in hoc denotaf gra & glia chri, p quáto é caput alioų. ¶ Declarata plenitudine salutis, declarat q exultabit valde, táq effectú resultáté. Lętificabis eú in lętitia cú facie tua. Vbi nota geminati nomé lętitię (lętificabis in lętitia) ad denotandá plenitudiné lętitię: & adiungi cú facie tua: vt intelligas rõné cósummatę lętitię esse diuinam faciem. ¶ Vbi aduerte hęc oia spectare ad ea quę sunt salutis mesiæ in seipso (vt patet discurrendo) non in statu humilitatis, sed in statu regni: præter preuentionem, quæ fuit ratio omnium.

Quia ipse rex. Tractaf hic illa pticula, dñe in fortitudie tua lętabif rex: declarádo actióes fortes mesię cótra inimicos suos. Et ichoás a radice ac rõne ois fortitudis mesię ingt. Quia rex, mesias, cófidés in dño, nó in seipo hoie, supple erit, & in gra excelsi, fiduciá suá in diuina gra ponet: ió nó labef, firmus stabilisq pseuerabit expugnás inimicos. Sufficiet (ecce efficacia) manus tua, opatio, plaga tua, oibus, nullo excepto, inimicis tuis, debelládis tá dęmonibus q hoibus: dextera tua, pcussio tua, iueniet odiétes te. ¶ Seqf poena sensus reproboų. Pones eos vt clibanú ignis, itus ardentes, in tpe faciei tuę, quo facies tua mesias apparebit iudex: dñs i furore suo degluriet eos, hoc é deglutiédo s iferno dabit, & deuorabit eos ignis. Per hęc. n. oia poena sensus dánatoų significaf: ab iferno deglutiéte, ab ardore interno ad similitudiné clibani, & a cóbustione externa ex deuoratione ignis. In hebręo habef tépori in datiuo; sed cógruitas mutauit adiúcta ppóne in. ¶ Subiugif status eoų. Fructú eoų de terra pdes, & semé

coꝝ de filiis adã.Hinc clare apparet ꝙ de punitione futura tpe regni mesię(hoc est in aduẽtu glorioso)est sermo.nã tũc & nõ antea verificabit poena ista/ꝙ inimicoꝝ eius semen pdet & fructus. Vsq.n. ad tps illud remanet generatio tã maloꝝ q̃ bonoꝝ in filiis hoium:& similiter fructus vtrorũq; in terra iuenit. Sed tũc nec fructus nec semen eoꝝ inuenietur cessante generatione.ita ꝙ punient & in seipsis igne &c̃.& in extinctione seminis eoꝝ:vt plena sit poena.¶ Subdit crimẽ.Qm̃ iclinauerũt sup te malũ.Aduerte hic ꝙ queadmodũ dupliciter negat deus(.s.errore fidei vel malis opibus:iuxta illud.factis aũt negãt)ita dupl'r hoies iclinãt malũ sup deũ.vel falsam fidẽ habẽdo:oẽs.n.infideles deflectũt malũ aliqd' in deũ.Maumethani siqdẽ attribuũt deo ꝙ misit maumethũ/qd' est malũ.iudęi aliud malũ.s.ꝙ nõ misit mesiã.& sic de aliis. Vel affectu deũ offẽdẽdo.& hi vel ex itẽtione iclinãt sup deũ/malũ despectionis seu iniurię.vel negãt deũ factis.& sic attribuũt ẽt factis deo malũ:puta ꝙ eis nõ faciẽtibus qd' in se est parcet. Inanis.n.huiõi spes seu licẽtia/etsi nõ aĩo tñ facto cõis videt oĩbus qui nõ ex aĩo aspnãtur deũ & tñ pseuerãt in malo.De oĩbus ergo reprobis verificat.qm̃ inclinauerũt sup te malũ/errando seu cõtẽnẽdo aĩo vel facto,cogitauerũt cogitationẽ nõ poterũt:subaudi quã nõ poterunt adiplere seu asseq.Cõis est oĩbus reprobis defectus adiplẽdi cogitationes suas,morte tollẽte nõ affectũ adiplendi sed facultatẽ exequẽdi:qm̃ oẽs hinc migrant cum suis malis affectibus ad malum. ¶ Demum subditur pena damni. Quoniam pones eos humerum/hoc est tanq̃ humerum.i.pones post terga tua/hoc est priuatos visione faciei tuę:in funibus tuis firmabis sup facies coꝝ/hoc est firmabis sagittas in arcubus tuis tẽsis.noiauit.n.tẽsos arcus a funibus.i.a chordis coꝝ.Et qa ex supiori situ describunt arcus, ideo subdit sup facies coꝝ/ne appropinquẽt ad te.Locutio metaphorica est/ad silitudinẽ ponentis in loco eminẽti sagittarios ad custodiã ne alii appropiquẽt.Et describunt sagittę paratę in arcubus/nõ ad tẽpus sed firmiter:vt itelligas p hoc significari qd' dixit abrahã ad diuitẽ in iferno.inter nos & vos chaos magnũ firmatũ est &c̃.¶ Exaltare dñe.Supplicat i calce ppheta(vt par erat)post tot pphetata bona vt adueniat tãtũ bonũ.Exaltare inqt dñe in fortitudine tua/qua vicisti mũdũ ac principem mũdi huius:cãtabimus.n.tũc & psallemus.i.canemus fortitudinẽ tuã.Ad denotãdã plenitudinẽ cantus repetit idẽ:vt itelligas fortitudinẽ mesię esse materiã ac rõnem cantus humani.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO.

¶ Victori pro ceruo matutino psalmus dauid. XXI.

DEus deus meus respice in me,quare me dereliquisti?longe a salute mea
uerba delictorum meorum.
Deus meus clamabo p diẽ & nõ exaudies:& nocte & nõ ad isipiẽtiã mihi.
Tu autem in sancto habitas:laus israel.
In te sperauerũt patres nostri:sperauerũt & liberasti eos.
Ad te clamauerunt & salui facti sunt:in te sperauerunt,& non sunt confusi.
Ego autem sum uermis & non homo:opprobrium hominum & abiectio plebis.
Omnes uidentes me deriserunt me:locuti sunt labiis,& mouerunt caput.
Sperauit in domino eripiat eum:saluũ faciat eum quoniam uult eum.
Q m̃ tu es q extraxisti me de uẽtre:spes mea ab uberib9 mris meę,i te piect9 sũ ex utero.
De uentre matris meę deus meus es tu:ne discesseris a me.
Quoniam tribulatio proxima est:quoniam non est qui adiuuet.
Circundederunt me uituli multi:tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum:sicut leo rapiens & rugiens.
Sicut aqua effusus sum:& dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tanq̃ cera liquescens in medio uentris mei.
Aruit tanq̃ testa uirtus mea,& lingua mea adhesit faucibus meis:& in puluerem mortis deduxisti me.
Quoniam circundederunt me canes multi:cõcilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas & pedes meos:dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi uero considerauerunt & inspexerunt me:diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem.
Tu aũt dñe ne elongaueris auxilium tuũ a me:ad defensio nẽ meam conspice.

Erue a framea deus animam meam:& de manu canis unicam meam.
Salua me ex ore leonis:& a cornibus unicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis:in medio ecclesię laudabo te.
Qui timetis dn̄m laudate eum:uniuersum semen iacob glorificate eum.
Timeat eū omne semen israel:qm̄ non spreuit neq; despexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem suam a me:& quum clamarem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna:uota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edēt pauperes & saturabuntur:& laudabūt dominum qui requirunt eum,uiuent corda eorum in seculum seculi.
Reminiscentur & conuertentur ad dominum,uniuersi fines terrę.
Et adorabunt in conspectu eius:uniuersę familię gentium.
Quoniam domini est regnum:& ipse dominabitur gentium.
Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terrę:in cōspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.
Et anima mea illi uiuet:& semen meum seruiet ipsi.
Annunciabitur domino generatio uentura:& annunciabunt coeli iustitiam eius populo qui nascetur quem fecit dominus.

IVXTA HEBRÆVM. Vincēti sup cerua auroræ psalmus dauidi. XXII.

1 Mesias. DEus meus deus meus quare dereliquisti me:lōginquus [tu es] a salute mea, [hec sunt] uerba rugitus mei.
2 Deus meus uocabo die,& non respōdebis:& nocte,& non [est] silentium mihi.
3 Et tu sanctus/sedens: [es] laudes israel.
4 In te confisi sunt patres nostri:confisi sunt & liberasti eos.
5 Ad te clamauerunt & erepti sunt:in te confisi sunt & non sunt confusi.
6 Et ego uermis [habeor] & non uir:opprobrium adam [hominis] & contemptus populi.
†mihi 7 Omnes uidentes me subsannabunt me†:aperient in labio [deridētes],mouebunt caput.
8 Vox irridentiū recitata. Vertens [est] ad dn̄m eripiet [pro eripiat] eū:liberabit [pro liberet] eū,qm̄ cōplacuit i eo. [dixit.s. filius dei sum]
9 Mesias. Qm̄ tu [fuisti] extrahēs me ex utero:cōfidere faciens me super uberibus mr̄is meę.
10 Super te proiectus sum ex uulua:de uentre mr̄is meę deus meus tu [es].
11 Ne elongare a me:quoniam angustia proxima [est],quoniam non adiutor [est].
12 Circundederunt me tauri multi:fortes basan coronauerunt me.
13 Aperuerunt super me os suum: [tanq̃] leo rapiens & rugiens.
14 Sicut aquę effusus sum,& separauerunt se omnia ossa mea:fuit cor meum sicut cera liquefacta in medio intestinorum meorum.
15 Arida [est] uelut testa uis mea,& līgua mea adiūcta [est] palato meo:& pulueri mortis pōes me.
16 Quoniam circundederunt me canes,congregatio malignantium circundederunt me:fixerunt manus meas & pedes meos.
17 Numerabo omnia ossa mea:ipsi respicient,uidebunt in me [et uisitores].
18 Partientur uestimenta mea sibi:& super uestimentum meum proiicient sortem.

19 Et tu domine ne elongare:fortitudo mea ad auxilium meum festina.
20 Erue ab ense animam meam:de manu canis unicam meam.
21 Salua me ex ore leonis & de cornibus unicornium:respondisti mihi.
22 Narrabo nomen tuum fratribus meis:in medio ecclesię laudabo te.
23 Timētes dñm laudate eũ:oẽ semẽ iacob honorate eũ,& metuite ab eo oẽ semẽ israel.
24 Quoniam non despexit & non abominatus est humilitatem pauperis:& nõ abscõdit
facies suas ab eo,& in clamare ipsius ad eum audiuit.
25 A te laus mea in ecclesia multa:uota mea soluam coram timentibus eius.
26 Comedẽt mites & saturabunť:laudabũt dñm quęrẽtes eũ,uiuet cor eoꝝ sempiterno.
27 Recordabuntur & reuertentur ad dominum omnes fines terrę:& curuabuntur facie
bus tuis omnes stirpes gentium.
28 Quoniam domino regnum:& dominans in gentibus.
29 Comederunt & curuati sunt omnes pingues terrę: faciebus eius genuflectent omnes
descendentes pulueris,& animam suam non uiuificauit.
30 Semen seruiet ei :numerabitur domino generationi.
31 Venient & annunciabunt iustitiam eius populo nato:quoniam fecit.

TItulus est. Vincenti sup ceruã auroræ psalmus dauidi. Quia metaphorica est locutio,oportet prius materiam psalmi stabilire aliũde. Apparet aũt autoritate pauli apli ad heb.2.psalmũ hũc in psona chri dici.ait enim ex hoc psalmo de christo. Propter quã cãm non confunditur vocare eos fratres dicẽs.annunciabo nomen tuũ fratribus meis,in medio ecclesię laudabo te. Euangelistę quoq; matthęus.27.& ioã.19.asserũt ipleta verba huius psalmi.diuiserũt sibi vestimẽta mea,& sup vestẽ meã miserũt sortẽ. Ipse deniq; dñs crucifixus,pricipio huius psalmi,vsus est.eli eli lammah hazabthani:qd est (vt dicit matth.27.) deus meus deus meus vt qd dereliquisti me! Ex quibus oĩbus adiũcta conso/nantia oĩum quę dñr in psalmo ad chri passionẽ & resurrectionem,nõ est vertendum in dubiũ mate/riã psalmi ad literam esse passionẽ christi,magisq; historiam q̃ prophetiã sonare. ¶ Vnde quod dici/tur in titulo sup ceruã auroræ,humanitatẽ chri significare videť. Cõgrue aũt in passione assimilať cer/uę. Est enim adeo simplex aĩal vt admireť hoiem sagittã parãtem cõtra se.est & exẽptum a febre:adeo vt caro eius esa prę seruet alios a febre.habet quoq; spãlem cum serpente inimicitiã. Quę oĩa huma/nitati christi optime cõgruũt:pcipue in passione,in qua admirať se derelictũ.hinc enim incipit psal/mus. ¶ Ab auroræ aũt tempore describitur:ad designandum tum q; sponte dabat se in prędam.in au/rora siquidẽ ceruã nõ impulsa vexationibus venatorum,sed sponte procedit. Tum q; ad diuinę clari/tatis opera gradiebatur.aurora enim ad diem tendit.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Mesias crucifixus,affectu naturali admiratus tantã suam passionẽ,exponit deo illã,explicãdo mul/tas cõditiones illius.& orans p celeri resurrectione,promittit manifestare quę dei sunt,tum iudęis:tũ nouę ecclesię diffusę in vniuersis nationibus &c.

¶ Persona loquens mesias est.

DEus meus. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materiæ,& executiuam,ibi lon/ginquus. ¶ Proponit.deus meus deus meus quare dereliquisti me! Vbi scito verba hæc non esse ignorantis & quærentis scire causam:sed explicantis naturalem affectũ tum carnalis sensus,tum rõnalis naturę,necnon & humanę rõnis modum:vt paulopost declarabitur.ipse enim psalmus sin/gula verba proposita declaraturus est.

¶ Longinquus a salute mea. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particu/la,me. Secũdo illa particula,deus meus,ibi deus meus. Tertio altera particula,deus meus,ibi quoniã tu extrahens me. Quarto illa,dereliquisti,ibi quoniam angustia. Quinto illa,quare,ibi & tu domine.

¶ Proposuerat dereliquisti me. Poteras forte intelligere derelictũ eũ simpliciter & absolute:quod nec est verum nec intẽdit affirmare.sed derelictũ se quo ad aliquid.s.quantum ad pseruationem a tali pas/sione & morte. Et ppterea ad hoc explicandum dicit.longinquus,supple tu es,non a me sed a salute mea,ne patiar,ne moriar. Vbi ẽt aduerte q; derelictionẽ talẽ describit nõ per modum desertionis,sed

per modum distantię, dicens longinquus: vt significet deus astans a remotis, hoc est non psecutans a passione & morte. Rursus quia pnomen me demõstrat nõ solũ psonã derelictã sed loquentem, vbi declarauit illud pnomen quatenus derelictũ, modo declarat illudmet quatenus pponit querelã. Et propterea subdit. verba rugitus mei. Poteras credere φ haec admiratiua querela (deus meus quare me dereliquisti) procederet ex supremo cõsilio mẽtisφ affectu: quod est falsum. Et ad hoc excludẽdum dicit φ verba hęc sunt rugitus mei: hoc est nõ supremi sed naturalis affectus. rugitus siqdem naturalis est vox leonis famem patiẽtis seu tristitia affecti. ⁋ Vbi aduerte φ ista chri vox deus meus &c̃. quatenus est querula, explicat naturalem affectũ carnalis sensus, refutãtis cõtrarios sibi clauos, flagella & huius modi: & similiter naturalẽ affectũ rõnalis aĩ, refutantis ignominias, derisiones & hmõi. Quatenus vero est admiratiua, explicat excessum passionis supra modũ rõnis humanę, etiã habita rõne salutis generis humani quę per passionẽ fiebat. Nã humana rõ habet vt sufficiente medio christus saluaret genus humanũ, non aũt φ medio excessiuo. chrs aũt quum potuisset vna gutta sui sanguinis sufficienter saluare genus humanum, tã excessiue passus est vt excedat oẽm humanam rõnem. vnde moyses & helias in transfiguratione chri dicebant excessum eius quem completurus erat in hierusalem luc. 9. ⁋ Est itaφ sensus. Quia longinquum te exhibes non a me sed a salute mea, ppter hmõi elõgationem sũt verba q̃ dixi nõ mea sm supmã mẽtẽ sed rugitus mei, naturalis ac rõnalis affectus, huiusφ modi.

Deus meus. Tractaẽ hic illa particula prima, deus meus. tũ ex parte dei. tum ex parte meriti pprii. cõferendo meritũ pprium meritis patrũ, & euẽtus cõtrarios sibi & patribus. Deus meus, mihi ppitius singularissimo modo. hoc est ex parte dei. ⁋ Ex parte aũt sui meriti. Vocabo, pseuerabo vocando, die & nocte: nõ autem per partem diei & per partem noctis sed continue. hoc enim significat & non silentiũ mihi. i. nec die nec nocte sileo, sed semp voco te. Et tũ (ecce effectus) non respondebis, opere seruando a passione & morte. Et intellige per vocationẽ continuam, indefessum cursum vitę eius in sanctis operibus: his enim cõtinue vocaẽ deus. Et ppterea in futuro describiẽ vocabo, ad denotandam perseuerantiã. Quãuis si ad tempus passionis restringaẽ, verificeẽ φ a nocte incœpit pati: quum cœpit pauere & tedere, & factus est sudor eius sicut sanguinis &c̃. ⁋ Et tu sanctus, sedens, laudes israel. Contra id qd̃ dixerat deus meus, e regione ponit qualiter est deus populi israel. Quod vt intelligas, recole φ deus habebaẽ a populo sanctus, mundus, excelsus, sedens, regnans, quiescens: & propterea in sanctosanctorum erat locata super cherubim tanq̃ sedes dei. eratφ deus materia laudis, immo in quo se laudabant israelitę. Et propterea hic dicitur. & tumet sanctus, sedens habens ac laudes israel: hoc est materia multiplicis laudis populi israel. Vbi perspice differentiam. mihi es deus meus, aliis autem fidelibus es sanctus, sedens ac laudes. Longe quippe maius significatur dicendo deus meus, q̃ dicendo sanctus sedens laudes. illud proprium, hoc commune: illud intimę notitię, istud per communia simul iuncta deum circunloquitur. ⁋ Vide merita simul & effectus. In te confisi sunt patres nostri. ecce meritum confidentię in deo. Confisi sunt & liberasti eos. ecce effectus. Rursus ad te clamauerunt, vexati, & erepti sunt, a vexatione: in te confisi sunt, & non sunt confusi, ab expectatione sua. Vbi nota disparitatem meritorum: quia non dicitur clamauerunt die & nocte, nec dicitur clamauerunt sine intermissione. Disparitatem quoφ effectus. quia patres non sunt confusi sed sunt liberati: christus autem dixit & non respondebis. ⁋ Et quia parum esset non respondere, prosequendo effectus non responsionis, narrat euenisse sibi contraria iis quę concessa sunt patribus. Et quantum ad ea quae sunt confusionis. Et ego vermis, hoc est habeor vt vermis, vt animal quod quilibet nititur calcare & occidere, & non vir, habeor timmo opprobrium adam. i. hominis, naturae humanae, & contemptus populi. Omnes videntes me subsannabunt me, aperient in labio, mouebunt caput. Sunt enim haec omnia derisionis gesta. ⁋ Ad quid autem aperient labium, recitat. Vertens ad dominum, supple fuit vt dixit, eripiet, pro eripiat, eum, dominus; liberabit, pro liberet, eum, dominus, quoniam complacuit, dominus, in eo, tanq̃ in filio: vt ipse dixit. Vbi aduerte φ haec verba sunt verba sacerdotum, quae euangelio testante irridentes christo crucifixo dixerunt matthei. 27. confidit in deo liberet eum, dixit enim quia filius dei sum.

Quoniam tu extrahens me. Tractatur hic illa altera particula, deus meus: narrando quattuor & petendo vnum. Primum narratum est. Quoniam tu extrahens me ex vtero. Nasci siquidem ex vtero (quod in aliis opus est dei mediante natura) in christo fuit miraculosa dei operatio: quia est egressus ex vtero saluo claustro virgineo. Et ppterea hic specialiter deum suũ dicit. ⁋ Secũdũ est. Confidere faciens me super vberibus matris meę. Ad literam christus adhuc super vbera matris constitutus, saluatus est a persecutione herodis quum occidit infantes a bimatu & infra. Et propterea hic commemorat φ confidere fecit, hoc est securum reddidit, cum super vbera matris existẽtem. ⁋ Tertium super te proiectus sum ex vulua: hoc est ex matrice, ex opere conceptionis meae omnis cura mei in te iactata est. Quod ad literam impletum apparet: dum beata virgo quum audisset ecce concipies in vtero, & quaesisset quomodo fiet istud, & audisset spiritussanctus superueniet in te & caetera, proiecit totum conceptionis opus in deum. ecce inquit ancilla domini, fiat mihi secundum verbum:

tuum.¶ Quartum. De ventre matris meę deus meus tu. Quoniam nō solū modus concipiendi fuit
sine virili semine, sed proles cōcępta fuit verbū caro factū. Et sic de ventre matris meę tu deus meus,
vnione psonali. ℂ Vnū quod petit est. Ne elongare a me. Quod directe rńdet particulę in principio
psalmi positę, longinquus a me. & sic dr̄ ne elongare a me. Et est petitio nō absolute sed affectus natu/
ralis: vt prius declaratū est. Et significat a ppheta collatio tot diuinorū donorū chr̄o exhibitorū a prin
cipio cōcęptionis suę, simul cum tanta taliq; passione sua, seu non pseruatione a patiēdo tot & tan/
ta. valde quippe admirandū apparet, q cui tot dona concesserit, mō desit in tanta passione. Et ppea
ex eodem affectu orat ne elongare a me, quo superius dixit quare dereliquisti me.

Quoniam angustia. Tractat hic illa particula dereliqsti, exponendo ea in qbus derelictus est. ¶ Vbi
aduerte explicari in primis causam passionis esse ipsam derelictionem a deo, subalternando causam
causę. Quoniam angustia proxima. hoc est qm̄ tps definitū passionis meę iam appropinquauit, iam
aduenit. Haec est. n. prima causa: iuxta illud luc. 22. hęc est hora vr̄a & ptās tenebrarum. Non. n. poterat
ante tps illud pati: iuxta illud ioan. 7. & nemo misit in illum manus quia nondum venerat hora eius.
Et hęc causa subalternatur alteri, scilicet derelictioni: de qua subditur. qm̄ non adiutor, supple est. Sub
tractio. n. diuinę pseruationis tempus effecit passionis. ℂ Post causas subduntur ipse tribulationes.
Circundederunt me, ad similitudinem circundantium ne sit locus euasioni inuaserunt me, tauri mul/
ti, pharisęi & seniores populi, fortes basan. i. fortiores tauri ad similitudinem taurorum pinguium ex
basan (annas, caiphas, pilatus) coronauerunt, circunquaq; cinxerunt, me, missa cohorte & ministris
tanq̄ ad latronem. Aperuerunt super me, vorandū, os suum: tanq̄ leo nocturno tpe rapiens & rugiens.
Vnde factum est q sicut aquę effusus sum, discipulis meis a me sic recedentibus vt nec saporem aut
odorem qdem reliquerint in me: ad similitudinem effusę aquę quę nec odorē relinquit in vase in quo
fuit. Et hoc cōstat verificatū quo ad cōes discipulos: inter quos erant multi magnates (vt nicodemus
& ioseph ab arimathia) quorū nullus pro chr̄o tot horis tam publice subiecto examini pilati cupien
tis illum liberare, minimum verbum dixit, nullus ad plebem refrenandā mussitauit aut innuit. ¶ De
apostolis añt subiungit. & separauerūt se oīa ossa mea. Ossa siquidem sustinentia carnē, pro apostolis
firmioribus quo ad offm̄ sustentandi alios descripta sunt: iuxta illud. debemus nos q firmiores sumus
imbecillitates infirmorū sustinere. Qui oēs fugerunt relicto illo. ¶ Fuit cor meū sicut cera liquefacta
in medio intestinorū meorū. Hoc ad lr̄am verificat de inferiori pte aīę: pro quanto dimissa est pati fm
vnāquanq; virium sine redundantia cōsolationis ex pte superiori. Vn̄ scriptum est q coepit pauere
& tedere, & habuit aīam tristē vsq; ad mortē, & factus est sudor eius cōstituti in agonia sicut guttę san
guinis decurrentis in terram. Vnde qm̄ pauor & tristitia maxime opponantur cordi, quod dicitur a
phis primum sanguinis contentiuum, ipse sanguineus sudor cordis liquefactioni assimilatur tanq̄
testimonium passionis internę maximę. Et ppea describitur in medio intestinorū meorum: vt vndiq;
intelligas interna pati. Siste tm̄ infra ptem inferiorē animę: qm̄ pars superior btā semper fuit. ¶ Arida
velut testa vis mea. Quicquid virium in chr̄o erat (sapiētię qua docuerat, potētię qua fecerat tot mi/
racula bonitatis &c̄.) totum tpe passionis aridū reputatum est: nō vt lignū quod qńq; fuit viride, sed
vt testa quę nunq̄ fuit viridis, nunq̄ protulit fructum. Reputatus siqdem est tūc chr̄s ab herode tanq̄
qui nunq̄ fuerit sapiens aut operator miraculorum, sed tanq̄ fatuus & fabulator coram plebe: quum
tm̄ ioannē baptistam reputaret virum sanctū. Similiter populus sic cōtra eum acclamauit crucifige,
tanq̄ peiorem latrone, homicida, seditioso. ¶ Et lingua mea adiuncta palato meo. Tantum siquidem
fuit eius silentium vt cōtra tot obiecta nihil vnq̄ rńderit. Et propterea dicit. lingua mea adiuncta pa/
lato meo. ¶ Et ad puluerem mortis pones me. Haec oīa ad hoc ordinantur, nō ad plagas patiendum
sed ad mortem subeundam. Vnde quum pilatus vellet liberare eum aliqualiter punitum (corripiam
inquit eum & dimittam) clamauerunt crucifige crucifige &c̄. hoc enim significat & ad puluerē mor/
tis pones me. Et intendit per puluerem mortis (hoc est puluerem mortiferum) multitudinem plebis
tanq̄ puluerem impetentem ipsum ad mortem: quum nulla ratione possent satiari donec obtinerēt
damnationem illius ad mortem. ℂ Quoniam circundederunt me canes. Certam hic recole circun/
datā venatoris canibus, iudęis latrantibus, clamantibus crucifige crucifige. Congregatio malignan
tium circundedit me. Congregatus populus ad petendum mortem eius, congregatio malignorum
appellatur: a cętu capitum suadentium plebi vt peterent mortem chr̄i. ¶ Vbi aduerte q circundatio
vtraq; introducitur cum coniunctione causali, qm̄ circundederunt me. vt intelligas hanc circunda/
tionē esse cām eius quod sequit (scilicet. fixerunt manus meas & pedes meos) hoc est mortis in cruce.
in ea. n. fixi sunt pedes & fixę sunt manus. ¶ Aduerte hebręos loco fixerunt habere sicut leo, magnāq;
ppea litem exortam. hebręis monstrantibus textum sonantem sicut leo: quibusdam vero ex nostris
obiicientibus q hebręi corruperunt textum, ne ex hoc textu conuincatur crucifixio christi propheta/
ta, ita q mutauerunt verba: nonnullis autem dicentibus nō esse mutatam dictionem, sed rōne diuersa
posse intelligi vt. 70. & hiero. interpretati sunt. Quid horum verius sit nescio. illud tamen constat
q. 70. ante mesię aduentum transtulerunt foderunt; & q propheta iam induxerat similitudinē leonis,

dicendo leo rapiens & rugiens. Hebręi tñ legētes ficut leo seu instar leonis, exponunt vel subaudiēdo mordentes manus meas & pedes meos: vel prohibētes manus meas a defensiōe & pedes meos a fuga. ¶ Numerabo oīa ossa mea: hoc est numerare potero oīa ossa mea, in corpore macilento, nudo extenso in cruce. ipsi respicient, me crucifixum: nec solū respiciēt sed videbūt in me, tanq̄ victores. Familiare est huic prophetę describere victores ab effectu illo quo victores soliti sunt videre in psonis victis cūcta, vel ad discernendū occisos vel expoliandū eos. Et ppea hic inducit occisores chři tanq̄ eos q vicerunt dicendo. videbūt in me, occiso vt victores. Vñ & apte subdit. Partient vestimēta mea sibi, in quattuor ptes: & super vestimentū meum, tunicam inconsutilem, proiicient sortē, milites nolētes eam scindere.

Et tu domine. Tractat hic illa pticula, quare. Tractatur aūt manifestando rōnem quare dereliquerit deus mesiam quo ad hoc ꝙ voluit ipsum pati & mori, tali mō & ordine. Modus est ꝙ ipse chřs inducitur orans pro celeri resurrectione sua: assignās rōnem ex secuturo fructu, quē multipliciter explicat. ¶ Circa ordinē vero aduerte hic quattuor mala esse quę chřo occurrebāt: duo quę incurrit, & duo ne euenirent. Primū malū quod ne eueniat orat, tenet se ex pte tpis: & est dilatio resurrectiōis. Et pro hoc malo vitando orat dicēs. Et tu dñe ne elongare, q̄tum ad resuscitationē meā: nec solū peto vt nō elongeris, sed fortitudo mea (sola.n.diuina fortitudo pōt resuscitare) ad auxiliū meū, resuscitādo me, festina, infra triduū. ¶ Secundū malum (quod tñ incurrit & tenet se ex pte aīę) est separatio aīę a corpore. Manere.n.aīam separatā a corpore, poena est tanta vt pp ipsam sancti clament. vsququo dñe nō vindicas sanguinē nřm &c̄.apoc.6. Hanc poenam ptulit aīa chři a morte vsq ad resurrectionē. Et vt ab hac poenalitate liberet orat. Erue ab ense aīam meam. Appellatione siqdem ensis (gladii seu phramee) oīa arma offensiua intelligunt. Anima aūt chři separata est a corpore violentia crucifixionis. Et ppea petens liberari aīam a poenalitate separati status, petit erui aīam suā a gladio: hoc est ab effectu illato p mortē violentā. ¶ Tertium malū tenet se ex pte loci. & est vilis locus inferni. Fuit.n.aīa chři ibi vsq ad resurrectionē nō nihil vilitatis patiens ex hoc ꝙ in illo erat loco: iuxta verbū petri apli. solutis doloribus inferni, iuxta ꝙ īpossibile erat teneri illū ab eo. Et pro liberatiōe a tali poena, orat dicens. De manu canis vnicā meā. De manu inqt tanq̄ tenente (nō de morsu) canis. locus.n.canis.i.dęmonis detinuit aīam chři sicut & sepulchrū claudebat corpus. Appellat aūt detinens locus dęmonis manus, pp identitatē officii: dęmoniacę qppe manus offm̄ est detinere aīas in inferno. nō ꝙ chřs fuerit ibi detentus ptāte dęmonis. ¶ Quartū malū se tenet ex pte dęmonū. & est insultus eoꝝ ad capiendam vorandāq chři aīam. Et ne hoc malū eueniat, orat dicēs. Salua me ex ore leonis & de cornibus vnicornium. Vbi aduerte ꝙ hmōi petitiōes nō emanāt a chřo tanq̄ timente opposita, sed ad manifestādum ꝙ hęc oīa chřs meruit. Ita ꝙ sicut actibus meritoriis fecit sibi hęc debita, ita petitionibus facit sibi eadē debita: iuxta verbū přis ad ipsum. postula a me & dabo tibi. Nec ē dubiū ꝙ dęmones audiētes chřm dicentē deus meus deus meus quare dereliqsti me, p̄sumpserūt cogitare de aggrediēdo aīam chři: iuxta illud. venit princeps mūdi huius. ¶ Quare aūt appellatiōe leonis & vnicorniū veniāt dęmones, manifestū est. dęmon.n.est rex sup oēs filios supbię: & aīal qđ vocat vnicornis (hñs vnū in fronte cornu) potius occidit q̄ cedat: qđ est cōe oībus dęmonibus. Petrus quoq aplūs declarauit ꝙ tanq̄ leo rugiēs quęrit quē deuoret. ¶ Scito hic ꝙ de vnicorni plinius scribit asperrimā feram monocerotē, reliquo corpore equo similē, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitoꝝ duū eminente: hanc feram viuam negant capi. Hęc ille.

Respondisti mihi. Pręmissa petitione resurrectiōis, subiungit se exauditū: vt hinc intelligas dřiam inter orōnem pcedētē ex naturali affectu (in qua dixit, vocabo & nō r̄ndebis) & orōnem hāc pcedentē ex deliberato mētis cōsilio. de qua dicit aplūs ꝙ in oībus exauditus est pro sua reuerentia. ¶ Rñdisti inqt mihi, resuscitasti me intra triduū vt petii. narrabo nomen tuū fratribus meis, in medio ecclesię laudabo te. Ecce fructus duplex resurrectionis. Alter quo ad iudęos. narrabo nomen tuū, qđ cognosci pōt & debet de te, fratribus meis, s̄m carnē, israelitis. In quo ōñdit se post resurrectionē eē eiusdē naturę nobiscum. & quos prius vocauerat amicos, & nūc cōsecutus oēm ptātem in coelo & in terra hēbat seruos, appellat tñ f̄res. Alter fructus est. In medio ecclesię (quā inferius declarabit ecclesiā magnā) in publico vniuersi orbis, laudabo te. ¶ Vbi aduerte ꝙ vtrūq chřs p seipsum inchoauit post resurrectionem. nā multis f̄ribus suis narrauit quę dei sunt, & ēt in multitudine cōgregatis manifestauit diuinā gloriā: vt patet ex euāgelio & actibus aploꝝ. cōpleuit aūt p suos discipulos. ¶ Aduerte quoq ꝙ vterq fructus pmissus, ordinate describit in subsequētibus. Vñ primū subiungit quod narrandū est iudęis, dicēs. Timentes dñm laudate eū: oē semen iacob honorate eū, & metuite ab eo oē semen israel. Qm̄ nō despexit & nō abominatus est humilitatem paupis, mei: & nō abscondit facies suas ab eo, paupere scilicet meipso, & ī clamare ipsius ad eū audiuit. Vbi manifeste cernis chřm manifestare discipulis resurrectionē suā: declarādo ꝙ humilitas passionis suę fuit accępta deo, & ꝙ audiuit eū patiētem, & ꝙ faciē suā ōñdit ei. Hęc.n.in euangelio chřs resurgens dixit. hęc sunt verba quę quū essem vobiscū dicebā vobis &c̄. ¶ Deinde subiungunt spectātia ad alterū fructum. A te laus mea in ecclesia multa. Hic incipit institutio vlis ecclesię post chři resurrectionē. ¶ Vbi aduerte tāgi octo quę inueniunt in vna

chri ecclesia ab ipso chro narrata:vtpote instituta ab ipso. Et primũ ẽ institutio laudis diuinę & spāliter ipsius chri:euāgeliũ.n. qđ institutũ est pdicari/chri laudibus est plenũ. Et iõ ab exclusiõe humanę adinuentiõis incohat. A te/nõ ab humana inuentione, laus mea/qua ego laudabor, in ecclesia multa/ vl/supple est. Vel laus mea actiue, quã ego instituo i ecclesia multa/in ecclesia vl/dum instituo ecclesiam vacare diuinis laudibus, nõ ẽ ab adinuentiõe humana sed a te pcedit. vt hinc intelligas nõ esse vanã chri laudẽ:& nõ esse supstitiosum sed diuina institutiõe actũ/vt ecclesia vacet diuinis laudibus. ¶ Scdm qualitas mẽbrorũ ecclię. vota mea soluã corã timẽtibus eius. Dixerat/i ecclesia multa. ne putes placere ei multitudinem, declarat quales sunt corã qbus intẽdit laudes/desideria/oblatiões &c. deo red dere/dicẽdo. corã timẽtibus eius/dei. Tanq̃ si diceret. φ licet eccl'ia sit multa, grati tñ erũt soli timẽtes deũ. Soluã aũt p mẽbra mea. ¶ Tertiũ/sacramentũ eucharistię describit q̃tũ ad manducationẽ spūalẽ. Comedẽt mites & saturabunt/coelesti pane cũ triplici fructu. f. diuinę laudis/laudabũt eũ. diuinę inquisitionis/quęrẽtes eũ:quęrũt.n. nõ quę sua sunt sed quę dei. sempiternę vitę/nõ corporis sed aię. viuet cor/nõ corpus, eorũ semp. ¶ Quartũ cõcursus totius mũdi ad eccl'iam. Recordabunt/sui met hoies qui tanq̃ obliti sui erãt, & reuertent ad dñm/poenitẽdo q peccãdo a deo recesserãt, oẽs fines terrę/vt totum intelligas cõphendi mũdum. nec solũ recordabunt & reuertent, sed & curuabunt. i. adorabũt/q prius adorauerãt idola &c. curuabunt inquã faciebus tuis/hoc ẽ nõ ficte sed corã te/in spũ. s. & veritate, vniuersę stirpes gẽtiũ. vt intelligas nullã nationẽ exẽptam. Vbi collige cõuersionẽ mũdi tribus actibus: recordatiõe sui/reuersiõe ad deũ fide & poenitẽtia/adoratiõe in spũ & veritate. ¶ Quintũ diuina ecclesię gubernatio. Quia dño regnũ:hoc est qa regnũ ecclię nõ est regnũ hois sed dei. Vñ & dñs euangeliũ incohauit. qa appropinquat regnũ coelorũ. Et ppea dicit. Quia dño regnũ/acquirit: & ipse/dñs, est dñans in gẽtibus. Rõ siqdem cõuersiõis mũdi ad ecclesiã chri/est qa nõ quęrit regnũ mũdi sed regnũ dei:qa ipse deus nõ hõ est q dñat/gubernat, nõ vnã iudęorũ nationẽ vt olim sed in gẽtibus. ¶ Sextum diuersitas meritorũ in eccl'ia. Vbi triplex gradus fideliũ colligit. Primus est fideliũ vacantiũ curis terrenis. Et de his dr. Comederũt/hoc est sacramẽta pceperũt, & curuati sunt/cultũ diuinũ exhibuerunt, oẽs pingues terrę:siue sint pingues diuitiis/siue deliciis/siue desideriis/siue curis &c. terrenis. ¶ Scds est paupe rũ spũ & abnegantiũ seipsos. Paupes qppe spũ significant dicẽdo. vniuersi descẽdẽtes pulueris/hoc est q in aio suo descẽdunt in puluerẽ:sicut abrahã. loquar ad dñm meũ quũ sim puluis & cinis. Ii.n. proprie sunt paupes spũ q intus se humiliãt, sicut q exterius prosternũt se vsq ad puluerẽ. Abnegantes seipsos copulant paupibus spũ. Et significant dicẽdo. & aiam suã nõ viuificauit. Copulatio fit descẽdendo ad singulos vniuersorũ. Ac si dixisset. vniuersi descendẽtes pulueris, & q aiam suã nõ viuificauit. Qui.n. deliciis huius mũdi vacat/q cõmoditate nulla carere vult, aiam suã cõtinue viuificat. q aũt abnegauit semetipsum/& tollit crucẽ suã post chrm, nõ viuificat aiam. i. vitã suã/sed cõtinue mortificat eã. Hi sunt in ecclesia pfectiores:vt martyres & viri pfectę vitę, q vitam suã hanc nõ viuificarũt, sed mortificarũt:vel exponẽdo se martyrio, vel fame/siti/frigore/nuditate/vigiliis/ieiuniis/castitate &c. Et his pfectis attribuit φ ante facies eius. i. ante faciẽ diuinã genuflectẽt: hoc est φ in veritate/diuina facie teste/ob diuinã reuerentiã se humiliabũt plus aliis:qa alii curuãt se inclinando, isti aũt genuflectunt. ¶ Tertius est imitantiũ pfectos. De qbus dr. semen seruiet ei. Sicut.n. semen descẽdit ab aialibus & viuentibus pfectis/suscepta eorũ virtute, ita iusti incipiẽtes & pficiẽtes velut semina deriuant a pfectis. Qui describuntur seruire deo: vt in eis actum timoris magis q̃ amoris apparere intelligas. ¶ Septimum vnitas ecclesię. Numerabitur domino generationi/computabuntur oẽs quantũcunq diuersorum meritorum ad generationem vnam (quę est generatio baptismalis) dño/non hoi. ¶ Et demũ octauo adiungit modus quo fiet vna generatio oium. Venient/apostoli aliiq chri discipuli, & annunciabunt/pdicabunt, iustitiam eius/dei, populo nato/ex aqua & spũ:quẽ fecit/supple dñs iustitiam suã/patiendo/moriendo/resurgẽdo. Hęc est.n. iustitia dei quam deus fecit/quam chri discipuli pdicãt. Hic est modus quo in vnitatem ecclesię omnes regeneramur domino. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus dauid .XXII.

Dominus regit me & nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas iustitię: propter nomen suum.
Nam & si ambulauero in medio umbrę mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es.
Virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians q̃ pręclarus est.

Et misericordia tua subsequetur me:omnibus diebus uitę meę.
Et ut inhabitem in domo domini:in longitudine dierum.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Psalmus dauidi .XXIII.

1 Propheta. Dominus* pastor meus est :non deficiam.
2 In habitaculis herbę accubare faciet me:sup aquas quietū ducet me.
3 Animam meam restituet/ducet me in uias iustitię:propter nomen suum.
4 Etiam qñ ambulabo in ualle umbrę mortis,non timebo malum/qm̄ tu mecum es:uirga
tua & baculus tuus ipsa consolabuntur me.
5 Parabis faciebus meis mensam coram angustatoribus meis: impinguasti in oleo caput
meum/calix meus facians est.
6 Tantum bonitas & gratia sequentur me omnibus diebus uitarum mearum:& quiescā
in domo domini* in longitudine † dierum.

† longitudini

TItulus est.Psalmus dauidi.De quo vt supra.

¶ Materia psalmi ex ipso apparet. nā ex eo ꝙ constat dauidem autorem psalmi esse,& ꝙ nihil eorum quę de seipso propheta loquitur excedit personā ipsius dauidis/sed omnia verificant de ipso: clare colligitur psalmum ad literam de ipso dauide tractare. Tractat aūt ꝙ deo curā habente dauidis/ omnia in temporalibus & spiritualibus bene illi successerunt & succedent, specialiter quo ad templū domini:vt clare apparet intuenti psalmum. Hęc est ad literam materia psalmi.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Vbi dauid descripsit deum velut pastorem suum (prouidentem sibi quasi oui de habitaculo/pascuis/aquis/ducatu in viis quibusq; ac adiutorio) describit datam sibi abundantiam cibi ac potus/victoriam/regnum:& perseuerante bonitate ac gratia quietem in domo domini diuturnam futuram.

¶ Persona loquens propheta est.

DOminus pastor meus.Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuā materię, & executiuā/ ibi in habitaculis.Proponit duo.Alterum.dominus pastor meus. Alterum.non deficiam : hoc est q̄diu dominus pastor meus fuerit non deficiā:seu assertiue & causaliter.quia dn̄s pastor meus/fuit est & erit,ideo non deficiam/tam in spiritualibus q̄ in temporalibus.

¶ In habitaculis. Incipit hic pars executiua tali ordine.Prīo tractat illa particula/dominus pastor meus.secundo illa/non deficiam/ibi parabis.¶ Circa officia pastoris/quinq; describit.Primo cōmoditatem habitaculi iuxta pascua ac per hoc secundum ipsa pascua,dicens. in habitaculis herbę/hoc est iuxta herbas,accubare faciet me. Tertium cōmoditatem aquarum.super aquas quietū/non impetuosas,ducet me/ad potum.Quartum cōmoditatem temporis pascendi.animam meā restituet : hoc est tempore indigentię cibi restituet pastu animam meam/vitam meam . Et loquitur more eorum qui exinaniti/cibo sumpto dicūt ꝙ qui pauit eos restituit eis animā.quasi fecerit reuerti animam. Quintum/ducatum per vias tam spaciosas q̄ periculosas. ¶ Sed aduerte hic ꝙ in hoc ducatu transit a metaphora ad veritatem.& proprietate sermonis metaphoram occupat.ducet me in vias iustitię.Quæ non conuenit oui,sed hoī hactenus significato per ouem.Ducet inquit me in vias iustitię/nō iniquitatis.Et hoc ꝑꝑ nomen suum/non ꝑꝑ mea merita.vel ꝑꝑ nomen suū glorificandum.Hęc quo ad vias tutas.¶ Quo ad vias aūt ꝑiculi plenas subdit. Etiam qñ ambulabo in valle vmbrę mortis/hoc est in loco ꝑiculorum mortis/siue aīę siue corporis(vmbra.n.mortis ꝑiculum significat mortis)nō timebo malū/sed securus incedam,qm̄ tu mecū:hoc est nihil timebo te mecū existente.¶ Et ꝓsequendo metaphoram pastoris/effectus dei secum existētis describit duos. Alter est.virga tua/directio tua pastoralis (virga siquidem pastoralis directiua est ouium)& baculus tuus/hoc est sustentaculū tuum(baculo.n. vtit pastor ad sustentationem)quo sustentaculo intellige adiutoriū diuinum sustentans nos: ipsa/directio mentis & sustentatio virīū,cōsolabunt me/tam in viis iustitię q̄ in valle vmbrę mortis. Et fuit impletum vtrunq; in dauide deducto inter tot ꝑsecutiones saulis ac ꝑicula belloꝝ. tum sine lapsu in crimina/semꝑ iustus:tum sine lesione corporis aut vulnere.Et describuntur bn̄ficia ꝑtā vt futura.tum ad significandam perseuerantiam beneficiorum diuinorum.tum ad significandum ꝙ simile quid in futurum faciet deus:siue sibi siue alteri/cuius curam geret vt pastor.

¶ Parabis faciebus meis mensam. Tractat hic illa particula/nō deficiam. Vbi aduerte hactenus dixisse metaphoram pastoris & ouis : modo vero explanare illam . Primo in bonis habitis : narrans quattuor bonoꝝ genera ex diuina ipsius cura prouenisse sibi. Primū.parabis faciebus meis mensam:

hoc est prouidebis mihi abundantiã coꝝ quę spectant ad cibum. Et huic annectit̃ scd̃m.s.pualentia in hostes.coram angustatoribus meis. In quo non solum hinc abundantia annonę & inde depressio hostium, verum excellentia quędam ex pñtia inimicorum significat̃: pro quanto describitur mensa ei parata ad edendum, coram hostibus aũt ad inuidiã. Quod ad lr̃am impletum apparet, quũ dauid abundauit tpalibus bonis: saulis aũt domus defecit, & coram ipsa domo saulis domus dauid abundauit. Potest ẽt hoc extendi ad ammonitas & auxiliares: coram qbus subactis abundauit dauid. Describitur aũt hoc in futuro respectu pti subiuncti, impinguasti in oleo caput meum. Intendit.n.ꝙ ex quo vnxisti me in regem, parabis mensam, ad ostendendam sequelam mensę ad vnctionem regiam. ¶ Tertium (quod est s̃m reꝝ ordinem primum) impinguasti in oleo caput meum. In quo pinguedinem regni quod vnctiõe capitis tradebat̃ intellige. Quartum. Calix meus facians: hoc est (vt dictio hebraica sonat) potans semper plenus. In quo ex abundãtia potus, reliquoꝝ delectabilium tpalium plenitudinẽ significauit. ¶ Quantũ vero ad pseuerantiã in bonis dicit.tm̃ bonitas & gr̃a. Expertus fuerat dauid eiectũ se fuisse a deo pp crimen adulterii & homicidii. Et ppea nõ audet sibi promittere absolute perseuerantiam bonoꝝ quæ deus concessit & promisit, sed adiungit velut cõditionalẽ dicendo.tm̃ bonitas & gr̃a, solis istis duabus rebus me comitantibus qescam in domo dñi. Et ęqpollet conditionali hic loquendi modus, tm̃ hos habebo socios & ero securus: hoc est si solos hos habebo comites ero tutus. In hoc sensu declarat dauid ꝙ non deficiet. Tm̃ bonitas, ppria qua bonus esse debeo, & gr̃a, diuina, sequent̃ me, comitabunt̃ me, non ad tp̃s vt olim, sed oĩbus diebus vitarum mearũ, vitæ meę: & sic quiescam in domo dñi, ego cum semine meo regnãs, in longitudine dierũ, sine fine. Textus hebręus habet in drõ longitudini: sed constructio mutauit adiuncta ppõne in. ¶ Aduerte quoꝙ ꝙ si parabola in principio psalmi proposita collata fuerit cũ his bonis spũalibus & tpalibus, apparebit ꝙ habitaculo rñdet domus dñi, herbis mensa, aqs calix semp foecundus, restitutioni animę bonitas & gr̃a, deductioni p vias vmbrę mortis p termino subactio hostiũ, p alias antẽ vias regnum. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus dauid prima sabbati .XXIII.

Domini est terra & plenitudo eius: orbis terraꝝ & uniuersi q habitãt i eo.
Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina pręparauit eum.
Quis ascendet in montem dñi: aut quis stabit in loco sancto eius?
Innocens manibus & mundo corde: qui non accępit in uano animã suã, nec iurauit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem a dño: & misericordiam a deo salutari suo.
Hęc est generatio quęrentium eum: quęrentium faciem dei iacob.
Attollite portas principes uestras & eleuamini portę ęternales: & introibit rex glorię.
Quis est iste rex glorię? dominus fortis & potens, dominus potens in pręlio.
Attollite portas principes uestras & eleuamini portę ęternales: & itroibit rex glorię.
Quis est iste rex glorię? dominus uirtutum ipse est rex glorię.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Dauidi psalmus .XXIIII.

1 Propheta. Domino[terræ] terra & plenitudo eius: orbis & habitantes in eo.
2 Quia ipse super maria fundauit eam: & super flumina stabiliet illam.
3 Populus. Quis ascendet in montem domini? & quis stabit in loco sanctitatis eius?
4 Mesias. Mundus palmis & purus corde: qui non accepit in uanum † animam meam, & non iurauit ad dolum †. † vano † dolo
5 Accipiet benedictionem a domino: & iustitiam a deo salutis suę.
6 Hęc [est] generatio quęrentium eum: quęrentium facies tuas iacob. Selah.
7 Apostoli. Eleuate portę capita uestra, & eleuate uos ianuę ęterni: & ueniet rex honoris.
8 Portę. Quis iste rex honoris? Apostoli. dominus fortis & potens, dñs potens belli.
9 Eleuate portę capita uestra, & eleuate ianuę ęterni: & ueniet rex honoris.
10 Portę. Quis est iste rex honoris? Apostoli. dñs exercituũ ipse [est] rex honoris. Selah.

TItulus est. Dauidi psalmus. Dicūt hebrei ꝙ trāspositio hmōi in titulis psalmoꝝ (scilicet ꝙ qn̄ꝙ psalmus ꝓponit dauidi, & qn̄ꝙ dauid ꝓponit psalmo/vt hic) significat diuersa tpa aduenientis spūs sctī i dauidē. Q.ñ.n. dauid ꝓponit/īfusio spūs seqbat: qn̄ vero psalm⁹ ꝓponit/īfusio spūs ꝑuenibat. ❡ Circa materiam psalmi aduerte ꝙ ex auctoritate apostoli pauli. 1. ad cor. 10. afferentis principiū huius psalmi (dn̄i est terra & plenitudo eius) ad probandū libertatē nr̄am ab imūdiciis ciboꝝ, hemus ꝙ psalmus iste tractat tps̄ mesię. Quod vt penetres/distingue tpa. s. ante mesiam & tps̄ mesię: & vtendo principio huius psalmi ad monstrādū oī cibo licere vesci/pcipies quod diximus. nā ex hac auctoritate/ ante tps̄ mesię nō poterat inferri ꝙ oē quod in macello venit comedendū sit in promptu siquidē erat ēnfio ꝙ licet oīa sint dn̄i, qa tn̄ ipse dn̄s in lege sua prohibuit multos cibos (inter quos erant imolata idolis: vt tam i psal. centesimosexto dicit, & comederūt sacrificia mortuoꝝ: q̄ actuum. 15. vt abstineatis ab immolatis idolis. inter ꝓhibita siqdem iudeis primo loco ibi cōnumerant hęc) ideo nō licet vesci hmōi. Vnde ex hoc ipso ꝙ ex vi huius auctoritatis paulus aplūs infert licitum eē vesci oī cibo, insinuatur ꝙ hoc psalmi principium cōtinet in se implicite tps̄ mesię: quod est tps̄ libertatis a lege de imundicia ciboꝝ. Ita ꝙ non significat ꝙ dn̄i est terra absolute, sed ꝙ dn̄i est vniuersa terra nouo mō: illo. s. mō quo est mesię. Hinc. n. optime infert libertas a lege ciboꝝ: ex quo. n. iam terra & plenitudo eius est mesię/liberum est vesci oībus. Vnde & ad hoc denotandū/in hebreo non dr̄ dn̄i est terra (quis paulus aplūs visus fuerit translatiōe. 70. interptum/scribens graeca lingua) sed dr̄ dn̄o terra: qd plus importat q̄ dn̄ium. nā sonat terrā ordinari ad dn̄m &c̄. ❡ Media quoꝙ pars psalmi vlt describit ḡnationē quaerentiū deū/& nō ḡnationem ministroꝝ templi tm̄. Finis deniꝙ psalmi manifeste tractat aduentū regis honoris: quē proculdubio intelligimus mesiam. Ex quibus oībus apparet ꝙ psalmus iste ad lfam tractat de totius mundi salute per aduentum regis glorię: hoc est mesię.

❡ SVMMARIVM EST.

❡ Vbi descripsit propheta vniuersam terrā fructificare deo, describit & conditiones eoꝝ qui in veritate tendunt ad beatitudinem ęternam/& conditiones mesię saluatoris eorum.

❡ Personę loquentes sunt quinꝙ: propheta/populus/mesias/apostoli/& portę.

DOmino terra 7 plenitudo eius. Diuidit psalmus in ptes duas: ꝓpositiuā materię, & executiuam/ibi qa ipse. Proponit duo. Alterum est. domino terra & plenitudo eius. Et est sensus. Dn̄o seruit seu fructificat terra/non hęc vel illa, sed absolute/hoc est vniuersa: nec solū ipsa terra sed plenitudo terrę/hoc est aīalia replentia terram/iuxta illud baruch. 4. qui adimpleuit eam pecudibus. Alterū est. Orbis & habitantes in eo: hoc est homines vniuersi/qui proprie habitant orbem. Et subiunxit orbis/ad explicandum a figura rotunditatis terrę ꝙ de terra vniuersa dicitur terra. nam appositiue legēdum est orbis &c̄. Et intendit per hoc ad literam differentiā tpis mesię a tpe veteris legis. nam illo tpe dicebatur/dn̄o terra promissionis/& non terra absolute. & ꝓpea non subiungebat orbis & habitantes in eo: sed terra illa & filii israel habitantes in ea. sola. n. terra illa/soli habitatores illius seruiebant & fructificabant domino. Tempore autē mesię/domino vniuersa terra fructificat/& omnis plenitudo eius ordinatur ad honorem dei/& ideo omnibus animalibus vescimur: & habitantes in vniuerso orbe/deo fructificant per fidem diffusam vbiꝙ.

❡ Quia ipse. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat illa pticula/dn̄o terra &c̄. Scdo illa/ orbis & habitantes in eo/ibi quis ascendet. ❡ Reddit propheta rōnem diuinę curę circa fructum ac salutē totius terrę. Quia ipse/deus, sup maria fundauit eam/quum fecit congregari aquas in locū vnū & apparere aridam. Et vere sup maria: quia eminentiorem maribus illā fecit/quę prius erat sub aquis. Quod ex eo appāret/ꝙ maria non fluunt super terrā: quia quū naturalis aquę motus sit in decliuiorem locū, si mare eēt eminentius terra/moueret ad cooperiendum terrā. Vnde sicut sup maria ita & sup flumina stabiliet illam/hoc est faciet stabilē pseuerare. Fundatione & stabilitione firmitas/pterito autē & futuro actio pterita & pseuerantia significatur. Et intendit ꝙ quia tantam curā habuit in pparādo mansionem habitatoribus terrę, ideo mirum non est si curam habet vniuersalis salutis ac fructus.

❡ Quis ascendet. Tractatur hic illa particula/& habitantes in eo/tali ordine. Primo describuntur conditiones habitatoꝝ orbis fructificantium deo. deinde describit ipse saluator. ❡ Circa primū. quia dixerat dn̄o habitatores orbis/subiungit p modū qōnis an oēs an aliq habitatores orbis describantur dn̄o. Et ppea ista qō introducit in psona ppli interrogātis. qs ascēdet in montē dn̄i, & qs stabit in loco sanctitatis eius? Locutio ē metaphorica. Ascēdere. n. sumit nō pro ascensu corporis, sed pro assecutiōe eminentie tpe mesię promisse/significate p montē dn̄i. Stare quoꝙ in loco sanctitatis eius/pro pmanentia in loco in quo fulgebit sanctitas diuina (hoc est in coelo) intelligitur. ❡ Vbi aduerte ꝙ quęrēdo quis/nō quęrit vnus aliquis singularis (sicut quęrit inquirendo quis fecit hunc librū?) sed quęrit in ḡnesicut quum quęrit quis saluabit/quis promoueri potest? Quęrunt. n. conditiones requisitę ad eum qui saluandus est/ad eum qui promouendus est. Et propterea videtur/habens tales conditiones.

❡ Introducitur autem hic mesias rndens huic quęstioni/assignando quattuor conditiones requisitas ad ascensurum in montē & quieturū in loco sanctitatis. Prima conditio est. mundus palmis; hoc est

operibus. Secũda. & purus corde/intus. Tertia. qui non accępit in vanum animam meam. ¶ Vbi siste pedem/aduertẽdo pronomen meã: quĩ hoc coegit me ad intelligendũ hęc verba in psona mesię. Et ẽ sensus planus. qui non accępit frustra aĩam meã/positam pro mũdo in cruce. quicunq. n. nõ credunt mesiam posuisse aĩam suã (vitã suã) pro mũdo, quantũcũq sint alias puri & mũdi/ nunq̃ ascẽdent in montẽ dñi: hi. n. frustra/in vanũ, accipiũt aĩam mesię positam pro mundo. Hoc est. n. quod chrs pdicabat de morte sua. & btũs q non fuerit scandalizatus in me/matth. xi. Nec apparet posse aliter exponi textũ istum, nisi licentia plus q̃ poetica meam pro suã. potuisset propheta dicere aĩam suã/si intendisset significare suã. ¶ Quarta. Et nõ iurauit ad dolũ. Vbi aduerte hanc cõditionẽ quartã cõtinere in se rectitudinẽ respectu pcęptorũ primę tabulę/ab vno eorũ cętera significãdo. Tertiam aũt fidẽ mesię/ significatam a fide mortis eius pro mũdo. Secũdam vero mundiciã cordis. Et primã mundiciam operum vniuersaliter respectu reliquorũ pcęptorũ. ¶ In textu hebręo hr vano & silr dolo in drõ: sed congruitas mutauit adiunctis pponibus/in vanũ/ad dolũ. Hic inquã hñs has quattuor cõditiones accipiet bñdictionẽ a dño/assequẽdi montẽ celsitudinis dñi & iustitiã/& iustam retributionẽ, a deo salutis suę/autore in loco sanctitatis eius. Haec gñatio. vt intelligas mĩsionem datã esse vniuersalẽ/ adiungit. hęc/quã dixi, sola est gñatio quęrentiũ nõ quę sua sunt sed eũ/deum: quęrentiũ o iacob/popule israel, facies tuas/pro faciem tuã (iam. n. dictum est q facies caret singulari apud hebręos) hoc est mesiam. Mesias. n. sicut dr & est gloria populi israel/ita ẽt dr & est facies populi israel: pro q̃to est precipua res illius populi/summe desiderata & ab ipsis & ab vniuerso humano gñe. Significat. n. per hoc q gñatio electorũ quęrit nõ solum deũ, sed ẽt mesiam ex semine israel. Nec incõuenit q mesias hic loquatur de seipso tanq̃ de tertia psona: infinities. n. in sacra scriptura inuenit quis loquẽs de seipso tanq̃ de tertio. Ex hoc quoq q ad populum iacob dirigitur sermo iste/appatet q populus intelligitur interrogasse, quis ascendet: nam responsio dirigitur ad eum qui interrogauit.

¶ Eleuate portę. Declarata gñatione saluandorũ/explicatur mõ saluator. Vbi aduerte q quia (vt iam clare patere põt) psalmus iste tractat de salute mundi p aduentũ mesię/& iã in pcedẽti qõne & mĩsiõe summarie posita est doctrina chri quam p seipsum pdicauit iudęis (& ppea ne ptermitteret mysteriũ regenerationis baptismalis institutę a chro/credo gñationis noie vsum dicendo hęc gñatio) reliquũ erat vt aplica pdicatio qua chrs mundo manifestatus est describeret. Quum. n. hic manifeste indicat pparatio ad venientẽ regẽ glorię/& mesias in primo aduentu nõ venerit rex sed humilis & paupimo vsq ad resurrectionẽ suam (in qua dicit. data est mihi oĩs ptãs in coelo & in terra) non vr ei cõgruere titulus regis, ideo oportet textum istũ ad aduentũ regis glorię post chri resurrectionẽ applicare. Siqs aũt diligenter consideret q moniti ad recipiendũ regẽ glorię/describunt bis interrogãtes quis est iste rex glorię, rõnabiliter cõcludet monitos istos nescire quis est iste rex glorię: aliogn nõ interrogarent. Et ppea non cõsonat textus iste aduenturi ad iudiciũ: in quo chrs ipse veniet tam manifestus rex glorię vt nullus interrogationi huic restet locus. In aduentu aũt chri p fidem in mũdũ mediante aplica prędicatione oĩa quadrant. nam & prędicabant mesiam regem glorię/& mũdus nesciens quęsiuit qs est iste rex gloriæ? Igitur apostoli introducuntur prędicantes & dicentes. eleuate portę capita vestra. ¶ Vbi aduerte appellatione portarum intelligi homines primates (siue potentia siue sapientia siue regimine &c̃. pcellentes) pro q̃to exercent offm portarũ: hoc est q per eos ingressus hr vel negatur ad populos/ad sequaces/ad subditos &c̃. Portę qppe sunt hoies, quibus credentibus alii credũt/& quibus nõ credentibus alii nõ credunt. Plena sunt gesta martyrum his portis. Ad primates ergo portas appellatos dicunt apostoli. eleuate capita vr̃a/eleuate mentes vr̃as ad consideratione coelestiũ pmiorũ, ad cõsiderationẽ diuinę puidẽtię/gr̃e/misericordię, ad cogitãdũ de salute aĩe. ¶ Et eleuate vos ianuę ęterni. Dixeqũt primo magnatibus portę, explicant mõ eisdem ianuę ęterni: hoc est sm officiũ aperiendi vel claudendi ad id qd ẽ ppetuitatis, nõ pro q̃to officium hẽtis portarũ ad bona tpalia/ad honores/ad dñia/ad dignitates &c̃. Sciendũ est. n. q dictio hebraica primo loco significat portas/hoc est ipsum spatium portę: secũdo aũt loco significat portas sm offm aperiendi. Et ppea interptes ponunt ianuas in secũdo loco. Et istis dr eleuate vos: ad explicandũ executionẽ eius quod dictũ fuerat eleuate capita vr̃a. Ita q si diligenter pspectum fuerit, quod prius fuit monitum considerandũ/nunc monet exequendũ. Et ppea prius dictũ fuit portę eleuate capita vr̃a: mõ ad executionem dr/ianuę ęterni eleuatę vos. nihil. n. profuisset eleuasse capita/nisi subsecutũ eẽt eleuare seipsos in coelestes mores. Et itellige primates appellari portas & ianuas sic vt ẽt singuli hoies sint portę & ianuę respectu suimet: p q̃to cuilibet icũbit apire vel claudere sibiipsi ingressũ vitę vel mortis ęternę. ¶ Quare ãt monitio hęc fiat subdit. Et veniet rex honoris. Vbi clare apparet q portas eleuare capita sua/& silr ianuas ppetuę vitę vel mortis eleuare seipsas, ad hoc exigit vt veniat rex honoris/proculdubio in eas. Appellat autẽ mesias rex: quia ad literam iam statum regium assecutus erat tempore quo prædicatus est ab apostolis mundo. Honoris autem: vt ex celsitudine tituli intelligatur summus rex. maior siquidem est titulus rex honoris q̃ rex totius vniuersi: quoniam significatur etiam possessor diuinæ gloriæ: quæ supra totum est vniuersum. Congrue quoq prędicatur mundo christus rex honoris seu glorię: quoniam

mundus summű bonű in glia cõstituebat, appetendo transitoriam gloriã qũ possibile esset extẽdere. Tanq̃ dictum fuerit. veniet rex summi boni quod vos tantum affectatis. Et vere chrs est rex glorię: quia non solum possessor est glorię, sed gubernator, distributor, largitor & dñs. Veniet per grãm fidei spei ac charitatis: iuxta illud. ad eum veniemus & mansionem apud eű faciemus ioã. 14.

¶ Quis iste rex honoris? Excitatę portę, excitati primates, excitati singuli circa sempiternitatem vitę aut mortis ab aplis, a pdicatoribus messię, inquirũt quis iste rex glię? Nouũ, inauditũ & admirãdum euangelium audiẽtes, merito ingrunt qs iste rex glorię? ¶ Et rñdet eis ab aplis. Dñs fortis & potens, dñs potẽs belli. Dñs dicunt: vt intelligas eius deitatẽ. in veteri siqdem testõ vsitatissima appellatione deus vocabat dñs. Fortis dicũt: significãdo passionẽ eius, quã fortissime sustinuit. fortitudinis. n. pcipuus actus quũ fit sustinere, apparuit maxime in passiõe chri. Potẽs aũt, in opere & sermone dum cõuersatus fuit i hac vita: vltra victoriã sup mortẽ ac sup principem mũdi. De qua subdit. dñs potens belli: hoc est potens ad debellandũ dęmonũ ptãtes, ad destruendũ idola, ad deiiciendũ dñiũ dęmonũ ab hoibus, ad vincendũ mortẽ &c. hoc est. n. bellũ chri, hoc est qđ pdicarũt apli. ¶ Eleuate portę capita vsa. Repetit pdicatio aplica. tum ad significandũ magnitudinẽ mysterii. tũ ad significandũ pseuerantiã. tum ad explicandũ alia: multiplicata. n. pdicatio, noua explicat. Et eleuate ianuę ęterni, & veniet rex honoris. Totum qđ dictum est, totũ repetit excepto pronoie vos. Prius dictũ fuit eleuate vos ianuę: mõ dr eleuate ianuę. In quo extensa vr monitio: vt q prius monent eleuate seipsos, postea moneant eleuate indeterminate: hoc est & se & alios. ¶ Quis est iste rex honoris? In hac repetita interrogatoria apponit verbũ substantiuũ est, qđ in prima interrogatiõe nõ fuit appositũ. Primo. n. dictũ est qs iste rex honoris, tanq̃ ab oino rudibus: nũc aũt dr quis est iste rex honoris, tanq̃ ab aliquantũ eruditis & mansuetis. Rñsio aũt aplica, a terrenis ascẽdit ad coelestia. Prius de gestis a chro in terra dixerat, dñs fortis & potens &c. modo de dño chri in coelis instruit. dñs exercituũ, ẽt angeloꝝ, ipse est rex honoris. Vt intelligant clare messiam esse illum deum quem adorant iudęi, quem vocant dominum exercituum, nec nouum introduci mundo deum. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus dauid .XXIIII.

AD te dñe leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam.
Neq; irrideãt me inimici mei: etenim uniuersi q sustinẽt te, nõ cõfũdent.
Confundantur omnes iniqua agentes superuacue.
Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.
Dirige me in ueritate tua & doce me: quia tu es deus saluator meus, & te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tuarũ dñe & misericordiarum tuarum: quę a seculo sunt.
Delicta iuuentutis meę & ignorantias meas ne memineris.
Secundum misericordiam tuam memento mei tu: pp bonitatem tuam domine.
Dulcis & rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in uia.
Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites uias suas.
Vniuersę uię dñi misericordia & ueritas: reqrẽtibus testamentũ eius & testimonia ei9.
Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.
Quis est homo qui timet dominum? legem statuit ei in uia quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hęreditabit terram.
Firmamentũ est dñs timentibus eum: & testamentum ipsius ut manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me & miserere mei: quia unicus & pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicatę sunt: de necessitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte uniuersa delicta mea.
Respice inimicos meos: quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam & erue me: non erubescam quoniam speraui in te.
Innocentes & recti adhęserunt mihi, quia sustinui te.
Libera deus israel, ex omnibus tribulationibus suis.

¶ IVXTA

IVXTA HEBRÆVM ¶ Dauidi.

1 Aleph. Propheta. AD te domine*, animam meam leuabo.
2 Aleph. Deus meus in te confisus sum: non confundar, non lętabun-
pro de me
tur inimici mei mihi.
sine cã ptra me
3 Ghimel. Etiam oẽs sperantes tui non cõfundentur: cõfundentur fallentes inaniter.
4 Daleth. Vias tuas domine* fac scire me: & semitas tuas doce me. Lta die.
5 He. Induc me i ueritate tua & assuefac me: qa tu deus salutis meę, te expectaui to
sunt
6 Zain. Recordare misericordias tuas dñe* & gratias tuas: quia ex sempiterno ipse.
7 Cheth. Peccatorum adolescentiarũ mearum & rebellionum mearũ ne recordare: ẽm
ad meũ bonũ
gratiam tuam recordare mihi tu propter bonitatem tuam domine*.
est est
8 Teth. Bonus & rectus dominus* : propterea docens peccatores in uia.
9 Iod. Inducet humiles in iudicio: & assuefaciet humiles uię suę.
sunt
10 Caph. Oẽs semitę dñi* grã & ueritas : custodiẽtibus pactũ eius & testificationes eius.
11 Lamed. Propter nomen tuum dñe.* parces culpę meę: quoniam grandis ipsa.
pro qsqs fuerit quã
12 Mem. Quis iste uir timens dñm*: docebit eum in uia eliget.
13 Nun. Anima eius in bono pernoctabit: & semen eius hęreditabit terram.
ẽlicat est
14 Samech. Secretum dñi timentibus eius : & pactum eius ad faciendum scire eos.
suspiciũt
15 Hain. Oculi mei continue ad dñm* : quia ipse educet de reti pedes meos.
sum
16 Pe. Vertere ad me & miserere mei: quoniam unicus & pauper ego .
17 Zadi. Angustię cor meum dilatare fecerunt: de angustiis meis educ me.
18 Res. Vide humilitatem meam & laborem meum: & ignosce omnibus peccatis meis.
19 Res. Vide inimicos meos: qa multiplicati sunt, & odio iniqtatis oderunt me.
20 Scin. Custodi animam meam & eripe me: non confundar, quia speraui in te.
21 Thau. Perfectio & rectitudo custodient me: quia expectaui te.
22 Pe. Redime deus† israelem, ex omnibus angustiis suis. †

TItulus est. Dauidi. Ex quo nihil certi habetur nisi autor psalmi.
¶ Circa materiã psalmi aduerte φ qa cõstat dauidẽ autorẽ esse psalmi, & ea q̃ in psalmo dñr de psona loquẽtis nõ excedere dauidẽ sed cõgruere gestis eius & circa ipm, ideo concludi põt φ psalmus ad Ifam tractat de dauide. Sed q̃ dauidis tractent, ex decursu psalmi accipe oportet. ¶ Manifeste ãt apparet primo in psalmo, dauidẽ in tribulatione cõstitutũ, vnicũ, pauperẽ, multiplicatisq; inimicis describi cũ angustiis populi. Apparet secũdo dauidẽ petere a deo veniã pctõrũ teri, & doceri vias dñi atq; duci p eas. ¶ Quibus simul collatis, facile colligit φ psalmus iste ad tẽpus tribulatiõis quã passus est dauid ab absalon spectat. nã illi tẽpori tñ hęc oia congruũt: vt patet discurrendo. Tunc enim tribulatio propria ex ppriis, tunc multiplicati inimici, tũc vniuersus populus in tribulationibus fuit: tũc petiit veniam recognoscẽs peccata sua, tunc petiit ne recidiuaret. Ita φ psalmus iste opus meditationis sanctę & contritę habitę a dauide in illa psecutione, describit ad literam.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid pper sua scelera afflictus ab absalon recurrit ad deũ. tũ p venia, tũ pro seruatione in rectitudine, tum pro seruatione vitę pprię, & liberatione tum sui tum populi ab his angustiis.
¶ Persona loquens propheta est.
¶ Aduerte φ psalmus iste. 25. est primus inter psalmos alphabeticos: singuli enim versus incipiunt a singulis literis alphabeti hebręi. ita tamen φ tres literę geminant & tres omittuntur. Et quoniam mysterium reseruamus spiritui sancto, ideo sic summarie pertranseo.
AD te domine. Diuidit psalmus in ptes duas: ppositiuã materię, & executiuam, ibi ẽt omnes.

¶ Proponit quattuor: duo assertiue & duo depcatiue. Prima assertio de futuro. ad te dñe aīam meā leuabo/cōtēplādo/pcando/& offerēdo. Altera de pterito. deus meus in te cōfisus sum. Non audet dicere tibi obediui/mandata tua seruaui: sed ꝙ in ipso solo spem fiduciamq̄ suam posuit fugiens absalon. Prima petitio est. non cōfundar (pro ne confundar) ab expectatione mea/a desiderio meo. Secūda. nō letabuntur/pro ne letentur, inimici mei mihi: hoc est de me confuso. Modus loquendi hebraice lingue videtur iste tam frequens vsus datiui.

Etiā oēs. Incipit hic ps executiua tali ordīe. Primo tractaƚ illa pticula/nō letabunƚ inimici mei. Secūdo illa/ad te dñe aīam meā leuabo/ibi vias tuas. Tertio illa/deus meus in te cōfisus sum/ibi oculi mei. Quarto illa/nō cōfundar/ibi custodi aīam meā. ¶ Assignat itaq̄ p rōne petitiōis sue duplicem fructū. Alter ē cōis oībus sperātibus in deo. etiā oēs sperātes tui nō cōfundenƚ. Alter ē iusta retributio inimicis. cōfundenƚ fallētes inaniter. Absalon sigdē & sui fefellerūt dauidē sub spē sacrificii cōiurantes aduersus eū. Et hoc inaniter: hoc est vacui cā offendendi me/sine offensa illata eis a dauide. & ppterea merebanƚ cōfundi. Acsi apertius dixisset. Si inimici mei nō letabunƚ sup me, verificabiƚ ꝙ oēs qui sperant in te nō cōfundenƚ/& ꝙ fallentes confundenƚ: quod est duplex bonum.

Vias tuas domine. Tractaƚ hic illa pticula/ad te dñe aīam meā leuabo/tripli. Primo ex pte petitionū. Secūdo ex pte dei ibi bonus & rect⁹. Tertio ex pte vlīs idigētie/ibi qs iste. ¶ Tres porrigit petitiones. Prima est spectātiū ad itellectū. vias tuas/hoc ē ad te ducētes, dñe fac scire me: & semitas/semitas/ hoc est arctiores, tuas/ad te ducētes, doce me. ¶ Secūda ē spectātiū ad executionē. Induc me/ad silitudinē īducētis in principiū vie īduc me ope, in veritate tua/hoc est pceptoꝝ tuoꝝ, & assuefac/nō solū induc sed ad silitudinē manuducētis īfantulū vt discat ābulare assuefac me ī eadē veritate pceptoꝝ tuorū exeqūēdo: qa tu deus salutis mee/qa ex te pēdet salus mea: & ex pte mea, te/nō aliū doctorē & ducē expectaui tota die/sine itermissiōe. Nō tñ ppterea peto hec inixus iustitie: sed recordare misericordias tuas dñe & grās tuas, qa ex sempiterno ipse/supple sunt. ¶ Tertia. pctōꝝ adolēscētie mee & rebellionū meaꝝ ne recordare. Vbi ēt aduerte in hebreo haberi adolescentiaꝝ seu pueritiaꝝ meaꝝ: qa numerū tñ pluralē habet. Et itēdit ꝙ nolit recordari ad punitionē tā pctōꝝ ex ignorātia seu passiōe humana (q̄ regnāt in etate adolescētie) q̄ pctōꝝ ex deliberato pposito/q̄ rebelliones significanƚ. Vtroq̄ sigdē modō dauid peccauerat. Primo modo in adulterio: secundo aūt in homicidio. Et huic petitioni addit. Secundum gratiam tuam/non iustitiam tuam, recordare mihi/ad meum bonum & non solū ad cōmune bonum, tu ppter bonitatem tuam/non merita mea, domine.

Bonus ꝛ rectus. Postq̄ dauid eleuauit aiam suā ad deū/petēdo tria spūalia, psequiƚ eleuationē ai cōtēplādo rōnes ex pte dei cōgruas ad cōcessionē petitoꝝ/ichoās a duabus dei cōditionibus: bonitate s. & rectitudine. Bonus/ad cōicādū bonitatē suā, & rectus/ad ea q̄ rectitudinis sunt dirigēdū & faciendū, dñs: & ppterea/qa bonus & rectus; docēs/supple est erit & fuit, pctōres in via: hoc ē officiū exercet doctoris ad īstruēdū pctōres de iis q̄ spectāt ad viā rectā. Et hoc rńdet prime petitioni. Inducet hūiles ī iudicio; & assuefaciet hūiles vie sue. Directe hoc rńdet scdē petitioni. Sed discerne respectu pctōꝝ cōtēplaƚ deū doctorē vie/respectu aūt humiliū cōtēplaƚ deū officiosum, velut ad faciēdū ambulare & assuescere ambulātes īfantes quū primū discūt ambulare. Et est humilitas hoc in loco nomē virtutis. In quo describiƚ pcipua dei cura erga eos q humiliter se ei submittūt. Et hoc ēt qa bonus & rectus dominus. In iudicio aūt/nō in ipetu sed rōnis iudicio ambulare faciet: nō fm vias carnis aut mundi, sed assuefaciet ambulare viā suā/dei. ¶ Amplius oēs semite dñi grā & veritas. hoc intellige de viis dñi ad nos seu creaturas. Et est sensus ꝙ oīa opa dei sunt grā & veritas. grā qa bonus, veritas qa rectus dñs. Et hoc est verꝫ: qa in oībus opibus dei ineniƚ rectitudo & aliqd gratuitū. Et vbi descripsit offm̄ dei pri⁹ respectu pctōꝝ (vtpote deuioꝝ) & postea respectu hūiliū/vtpote icipiētiū viā gradi, nūc describit offm̄ dei respectu iustoꝝ: vtpote exercitatoꝝ in dei via. Ita ꝙ quia bonus & rectus, ppterea oēs semite domini (hoc est vie dñi arctius ispecte) grā & veritas sunt, nō q̄buscūq̄/nō iis q nō sapiūt q̄ dei sunt: sed custodiētibus pactum eius/legē eius/foedus eius quo ille deus coꝝ & isti populus dei, & testificationes eius. Testificationes dei appellanƚ q̄cunq̄ testimoniū phibēt nobis de deo: siue sint opa naturalia/siue miraculosa. iis sigdē q curā hñt & diuini pacti & diuinoꝝ testimōioꝝ/oīa diuina opa sūt grā & veritas. ¶ Hāc cōtēplationē nō potuit finire dauid nisi repetēdo venie petitionē. Propter nomē tuum dñe/quo bonus & rectus diceris, parces culpe mee. Fiducialiter & ex magna spe affirmatiū itellige qđ pcaƚ/dicēdo parces culpe mee. more qppe supplicātiū & ex cōfidētia magna pponētiū petitionē tāq̄ efficiendam, ne videaƚ sub dubio petere ait: parces culpe mee. Et rōnem subdit. qm̄ grandis ipsa: hoc est qm̄ nomini tuo reseruaƚ cōdonatio culpe mee ex sui magnitudine. decet enim tuum nomen magna facere/& illud magnificari in cōdonatione magni sceleris. Vbi nota non alleuiare peccatū suum dauidem: sed quod prius vocauit rebellionē/modo grandem culpam confitetur.

Quis iste. Cōtemplatus dauid petitiones suas ex rōnibus officioꝝ diuinoꝝ, cōtēplaƚ nunc easdē ex pte vlīs idigētie: qa. s. oēs idigēt illis. Et loquiƚ de primis duabus petitionibus. tertia eni erat ei ppria vt criminoso. Et intēdit ꝙ nō solū pctōres & humiles indigēt doceri a deo in via, sed oēs timētes deū.

Et ꝑpterea dicit. Quis/pro qſqs, iſte fuerit timēs dñm, docebit eū dñs, in via eliget/ ꝑ quā eliget, timēs dñm. Sępe.n.in hoc metrico ſtilo vtif ꝓpheta mãco ſermone ¶ Fructus aũt quē cõſequit̃ timēs dñm ex eo ꝙ dñs docet ipm in via/ſubdit̃ duplicis generis. Primũ genus eſt tēporaliũ bonoꝝ. Aia eius.ſ.timētis deũ, in bono ꝑnoctabit/hoc eſt qete ꝑſeuerabit ſicut dormiēs. Et hoc quo ad ſe. Et ſemē eius hęreditabit terrã/ ꝑmiſſionis.& hoc quo ad filios. Et ſpectãt hi fructus bonoꝝ tēporaliũ ad ꝑmiſſiones veteris teſti. ¶ Secũdũ genus eſt bonoꝝ ſpũaliũ. Secretũ dñi timētibus eius/cõicabit̃ ſpãlibus reuelatiõibus:& pactũ eius/ē, ad faciendũ ſcire eos. In quo ſignificatur magnũ beneficiũ quo deus efficit pactũ legis ſuę nõ ad iudiciũ ſeu dãnationē, ſed ad fructũ ſciendi/nõ hęc aut illa ſed abſolute: quia ſola ſciētia ſalutis eſt ſciētia ſimpliciter & abſolute:iuxta illud deutero.4.hęc eſt veſtra ſapiētia & ĩtellectus. ¶ Intellige aũt hos fructus ꝓphetię & intellectus legis nõ tãq̃ ordinarios quo ad primũ:ſed tãq̃ ſępe ex diuina gratia collatos timētibus ipſum. ¶ Et meminit horũ fructuũ dauid:qa cõſcius erat ſibiipſi perditionis vtroruq;:nã peccãdo ꝑdiderat & ꝑnoctationē in bono & demeruerat ꝑmiſſam ſucceſſionē ſeminis, perdiderat q; reuelationes diuinas.

Oculi mei. Tractatur hic illa particula/deus meus in te cõfiſus ſum:incohãdo a ꝑſeuerãte recurſu ad deũ cũ plena cõfidētia. Oculi mei cõtinue ad dominũ/ſuſpiciũt & ſuſpiciēt. ecce fiducia.qa ipſe euellet de reti pedes meos. Aſſimilat reti cõiurationē et inſecutionē quã patiebatur ab abſalon, tãq ipſe inciderit in illud rete ſicut vere inciderat. ¶ Ad qd aũt oculos ſuſpēſos habeat ſubiungit. vertere ad me & miſerere mei. More humano alloquit̃ deũ tanq̃ auerſum a dauide vt vertat̃ ad ipm hñtem pedes ĩtra rete & cõpatiat̃ miſerię eius. Quoniã vnicus & paup ego/ſupple ſum. Vnicum ſe dicit in reſpectu ad multitudinē ſequacē abſalon.& eadē relatione appellat ſe pauperē:vt hic maximã ĩdigētiã diuini auxilii ſignificet. Et hęc quo ad diuitias & milites. ¶ Quantũ ad iterna vero mala ſubdit. Anguſtię cor meum dilatare fecerũt, de anguſtiis meis educ me. Metaphorico ſermone deſcribit anguſtias exiſtentes in corde valde multiplicatas/ad ſimilitudinē reꝝ q̃ cõdunt̃ in ſacculo ex corio: quum.n.res cõtētę multiplicant̃/dilatãt ſeu ampliãt coriũ cõtinēs. Iuxta hãc metaphorã intēdit multitudinē tãtã anguſtiaꝝ in corde vt quodãmõ ampliēt cor. ¶ Vñ & ꝑſequēdo mala inherētia/ſubdit. Vide humilitatem meã/hoc eſt depſſionē meã, & laborē meũ/quem ſuſtineo:& ignoſce oĩbus pctĩs meis. Acſi dixiſſet. ſint hęc quę patior accepta corã te ad veniã pctõꝝ meoꝝ. Vbi vides tertio petētē veniã/augere petitionē:dũ extēdit ad oĩa pctã ſua. ¶ Vide demũ inimicos meos/abſalon & cõplices:qa multiplicati ſunt (nã totũ fere regnũ ſeq̃bat̃ abſalon)& odio iniqtatis/nõ iuſtitię, oderũt me. Aduerte hic ꝙ loco ſuſpēſionis oculorũ ſuorum ad dñm, petit dauid a deo primũ reſpice in me/ſecundum vide humilitatē/tertiũ vide inimicos meos:vt nihil pretermiſerit videndum.

Cuſtodi animam meam. Tractat̃ hic illa particula/nõ cõfundar:petēdo qnq;. Primũ. cuſtodi aĩam meã. Timebat mori in illa ꝑſecutione.& iõ petit cuſtodi aĩam meã.i.vitã meã. Secũdũ.& eripe me/de hac ꝑſecutione. Tertiũ. nõ cõfundar. qd deprecatiue ĩtelligēdũ eſt cũ fiducia:vt ſupius declaratũ eſt. Ecce fiducia.qa ſperaui in te. ¶ Quartũ. Perfectio & rectitudo cuſtodiēt me. Et ĩtelligit de ꝑfectione & rectitudine dei:iuxta id.n.quod ſupius dixerat bonus & rectus dñs, mõ petit ꝙ perfectio ĩchoatę grę & rectitudo cuſtodiãt ipm a malis. Precat̃ aũt vtēs futuro ĩdicatiuo rõne iam dicta ex fiducia magna. De qua ſubiũgit.qa expectaui te. ¶ Quintũ. Redime deus iſraelē ex oĩbus anguſtiis ſuis. Nõ ſuffecit orare ꝑ vita & liberatione ſua, ſed pro toto populo in tribulatione poſito rogat. Redime/quaſi venditũ populum fraudibus abſalon, iſraelem/cognominauit vt meritum patriarchę patris populi cõmemoraret:ex oĩbus anguſtiis ſuis/vt omni ex parte libertate ſolita gaudeat. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Pſalmus dauid. XXV.

IVdica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum:& in domino ſperans non infirmabor.
Proba me domine & tenta me:ure renes meos & cor meum.
Quõ miſericordia tua ante oculos meos eſt:& complacui in ueritate tua.
Nõ ſedi cũ cõcilio uanitatis:& cum iniqua gerētibus non introibo.
Odiui eccleſiam malignantium:& cum impiis non ſedebo.
Lauabo inter innocentes manus meas:& circundabo altare tuum domine.
Vt audiam uocem laudis:& enarrem uniuerſa mirabilia tua.
Domine dilexi decorem domus tuę:& locum habitationis glorię tuę.
Ne perdas cũ impiis deus aĩam meam:& cum uiris ſanguinum uitam meam.
In quorum manibus iniquitates ſunt:dextera eorum repleta eſt muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me & miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te domine.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Dauidi. XXVI

Propheta. IVdica me domine, quoniam ego in perfectione mea ambulaui: & in
1 domino confisus sum, non labar.
2 Proba me domine & tenta me: purifica renes meos & cor meum.
3 Quoniã gratia tua cõspectui oculorum meorũ est: & ambulabo in ueritate tua.
4 Non sedi cum uiris falsitatis: & cum latentibus non introibo.
5 Odiui ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo.
6 Lauabo in mundicia palmas meas: & circuibo altare tuum domine.
7 Ad faciendum audire in uoce confessionis: & ad narrandum oia separata tua.
8 Domine dilexi habitaculũ domus tuę: & locũ tabernaculi honoris tui.
9 Ne cõgrega cum peccatoribus aiam meam: & cũ hoibus sanguinum uitas meas.
10 Qui in manibus eorum cogitatio est: & dextera eorum plena munere.
11 Et ego in perfectione mea gradiar: redime me & miserere mei.
12 Pes meus stetit in rectitudine: in cętibus benedicam dominum.

TItulus est. Dauidi. De quo vt supra.

¶Circa materiã psalmi aduerte q quũ cõstet de autore ex titulo, & nihil eorũ q loquuntur i hoc psalmo attribuunt excedere psonã dauidis, cõsẽs ẽ vt de ipso dauide ad lrãm psalmus tractet. Quę ãt tractet oportet ex iis q clara sunt conicere. Clarũ in primis est q nulla de inimicis fit mẽtio. Clarum secũdo est q dauid exponit se rigoroso examini diuini iudicii. Clarũ tertio est q iã dilexerat locũ domus dei inter alia multa bona q dicit se fecisse & pmittit facere. Ex qbus simul collatis apparet, q dauid adepto regno anteq̃ caderet in crimen adulterii & homicidii, edidit hũc psalmũ: intẽdẽs in ipso iustificare corã deo cãm adepti regni. s. q nõ malis artibus, sed cũ oi rectitudie tũ seruata tũ seruãda ambulauit. Et pptera nullius meminit inimici: pptera petit a deo rigorosi examinis cẽsuram: pptera tot bona sua opa cõmemorat, & mala a qbus abstinuit: ppea deuotionẽ suã erga domũ dñi citat. Et si diligentius singula collata fuerint, apparebit q psalmus iste editus fuit in principio quo dauid factus fuit rex sup totũ israel, & disposuit transferre arcã domini in mõtẽ sion: vt dr. 1. parali. 13. nã illi tpi quadrãt oia: & iustificatio cãę regni tũc adepti, & deuotio erga domũ dñi, & nõ cõsensisse malis gestis, & petitio segregatiõis a malis. Est ergo ad lrãm materia psalmi iustificatio regni habiti a dauide.

¶SVMMARIVM EST.

¶David vbi exposuit se examini diuini iudicii (citatis tũ bonis opibus suis, tũ mundicia a male gestis) petit vt deus non aggreget progressum suum impiorum consortio, sed redimat ac misereatur sui affecti ad ea quae sunt rectitudinis.

¶Persona loquens propheta est.

IVdica me domine. Diuidit psalmus in partes duas: ppositiuã materię, & executiuã, ibi pba me. Quattuor pponit. Primũ. iudica me dñe. petẽs iudicio discussionis & rigorosi examinis iudicari a deo: nõ simpliciter & absolute, sed in cã regni. Et hinc soluit questio obiiciens q alibi dicit, nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe. ibi nanq recusat diuinũ iudiciũ simpliciter & absolute: hic aũt petit illud in vna particulari cã. Secũdũ affert pro rõne talis petitionis ex parte integritatis suę. Q m ego in pfectione, integritate, mea, hoc est qualẽ fragilitas mea assequi potuit (addidit enim mea ne psumptuose videret dicere q in perfectione ambulauit) ambulaui, pgressus sum in negocio regni. Tertium ex parte diuinę electionis qua elegerat ipsum in regem. & in domino, non in homine, non in fortitudine sequacium, confisus sum. Et hę duę causę sunt verę causę petitionis. Quartum quod demum subiungitur, securitatis est. non labar, non timeo succumbere sub tali examine. vel potius nõ labar a regno super hęc fundato.

¶Proba me domine. Incipit pars executiua tali ordine. Primo tractat illa particula, iudica me. Secũdo illa, & in domino confisus sum, ibi qm gratia. Tertio illa, in pfectione mea ambulaui, ibi non sedi. Quarto illa, non labar, ibi ne cõgrega. Circa primum, rigorosum proponit examen sub similitudine examinandi argenti seu auri. Proba me domine & tenta me, ad modum tentãtis & expimẽtãtis

sumere volentis habe te circa me: purifica/conflatione in igne sicut purificatur argētum, renes meos & cor meum: hoc est intima queq; mea/affectus/cogitationes. Acsi aperte dixisset. Scrutare subtilissime me et intima queq; mea, inuenies me mundum in causa.

Quoniā gratia tua. Tractatur hic illa particula/& in domino cōfisus sum. Vbi aduerte in precedēti psalmo dictum fuisse/vniuerse vie domini gratia & veritas. Monstrat ergo fiduciam suam totam in deo fuisse/ex hoc ꝙ tam gratiam q̄ veritatem dei ante se habuit. illam in intellectu. quia gratia tua affuit cōspectui oculoꝝ meorum. Habebat enim semper ante oculos suos gratiam dei qua sine eius meritis elegerat ip̄m in regem per samuelem &c̄. & semper cōfidebat in gratia dei. Et ne in vanū gratiam dei reciperet/subiungit de veritate in opere. & ambulabo in veritate tua. non solum ambulaui sed perseuerabo ambulando, in veritate tua/in veritate ſm te etsi forte non ſm homines.

Nō sedi. Tractatur hic illa particula/quoniam ego in perfectione mea ambulaui. Et quoniam perfectio habet duas partes(declinare a malo/& facere bonū)inchoat a prima. Nō sedi cum viris falsitatis/& cū latentibus nō introibo. Ioab & abisai viri falsitatis & latentes appellanᵗ in occisione abner de qua. 2. reg. 3. vnde & tunc dixit dauid. mundus ego sum & regnū meum apud deū vsq; in sempiternum a sanguine abner. Et ppterea nūc dicit. Non sedi/nō cōsiaui, cū viris falsitatis/ioab & fratre eius: & cū latentibus. i. simulate & proditorie pcedentibus, non introibo: qa nec ratam intendebat habere hmōi rem gestā/nec aliquid simile. ¶ Vbi aduerte ꝙ vtiᵗ vocabulis spectātibus ad cōsultandū/scilicet introcūdi in locum consilii & sedendi in cōsilio: vt intelligas nō esse cōsensu aut consilio eius quomodolibet factū illud homicidiū/quasi expediens ad cōsequēdum regnum. Et vtitur p̄terito ad excusationem: futuro aūt ad perpetuam detestationem. ¶ Odiui ecclesiam malignantiū, & cum impiis nō sedebo. Impii & malignantes appellanᵗ duo principes latronum banaa & rechab, qui interfecerūt regem isboseth/& attulerūt caput eius ad dauidem in hebron: vt patet. 2. reg. 4. Odiui/ēt facto, ecclesiā/cōgregationē, malignantiū/banaa & rechab principum talis ecclesie: & cum impiis/eisdē, nō sedebo/regnabo/non accipiam in magnates regni. Minus dicit q̄ fecerit: quia nō solū nō admisit eos ad gratiā sessionis, sed iussit eos occidi. ¶ Et vniuersaliter quo ad oīa, lauabo in mūdicia palmas meas. Pilatus accepta aqua lauit manus corā populo in signū mūdicie sue, ita nunc ppheta iuxta hūc morem ait. lauabo palmas meas in mūdicia/manifestare potero toti populo opa mea esse munda velut lauās manus publice in signū innocētiae. Hec quo ad declinationem a malo. ¶ Quo ad operationē vero boni subdit. & circuibo altare tuū domine. In quo nō solum sacrificii oblationem sed frequētiam cominum ipso circuitu denotat. Et ecce effectus intētus ex circuitu. Ad faciendū audire in voce cōfessionis & ad narrandū oīa separata/hoc est mirabilia, tua. Ordo p̄posterus. Prius est enim cantare mirabilia dei: & inde fit ꝙ audiatur vox laudis. Intēdit enim per hoc diuinum cultū quem ordinauit in domo dn̄i ad testificandū rectitudinem animi sui. ¶ Et adiungit de preterito. Dn̄e dilexi habitaculū domus tue, & locū tabernaculi honoris tui. Hinc clare apparet dauidem dilexisse locum in quo ponendum erat tabernaculum honoris dei/in quo honorabatur deus(qui bethel appellatus est a patriarcha iacob)& ppterea dauidē transtulisse arcam dn̄i in sion, nesciens adhuc in qua parte montis erat bethel. Propterea enim dicit ꝙ dilexit locum tabernaculi honoris tui. Vnde & meruit diuina reuelatione cognoscere illum locum. 1. parali. 22. & 2. parali. 3.

Ne ꝯgrega cū pctōribus. Tractaᵗ hic illa particula/non labar: petēdo duo valde necessaria regi ad seruandum a lapsu. Primū est nō habere consortium cum peccatoribus. Et quāuis omnes peccatores vitandi sint principibus, duo tamē genera hic sp̄aliter describūtur. Alterum est hominū sanguinum. Alterum hoium munerum. Illi contra vitam, isti contra iustitiam subditorum moliuntur. Primum ergo generaliter. ne congrega cum peccatoribus animam meam/congregatione vnanimitatis. Deinde specialiter. & cum hominibus sanguinum/effusoribus, vitam meam/cōuersationem meam. Et rursus specialiter. Qꝛ in manibus eorum cogitatio, & dextera eorum repleta munere. Homines qui muneribus corrumpunᵗ primum describit ꝙ in manibus eorum cogitatio. Habent enim tales homines cogitationes non in recta ratione, sed in manibus. Si manus sunt vacue habent vnam cogitationem: si manus sunt plene, habēt aliam cogitationem. Et propterea dicitur de ipsis ꝙ in manibus eorum cogitatio. Et vitium eorum apertius describitur. Et dextera eorum repleta munere. Vbi scito ꝙ dictio hebraica non significat munus absolute, sed munus sordis seu corruptionis. ¶ Et ego. Ecce quorsum tendit petitio. Et ego in perfectione mea gradiar. serua me a societate istorum, & ego in perfectione mea inchoata perseuerabo absq; lapsu. Et quoniam cognoscebat non omnes suos recte semper incedere, ideo subdit. Redime me/a seruitute peccatorum quos oportet me sustinere, & miserere mei/tolerantis illos. tolerauit enim vsq; ad mortem crimen ioab impune. ¶ Et ad prouocandum diuinam misericordiam affert rectitudinem affectus. Pes meus/affectus meus/gressus meus, stetit in rectitudine/non est lapsus a recto hactenus: & in futurum in cetibus benedicam dominum. quia hactenus perseueraui in bono/& publice laudabo ea que sunt domini/non ea que sunt hominum, miserere mei/non noceant mihi iniquitates aliorum. Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶Psalmus dauid. XXVI.

DOminus illuminatio mea & salus mea: quem timebo?
Dominus protector uitę meę: a quo trepidabo?
Dum appropiant super me nocentes: ut edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt & ceciderunt.
Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.
Si exurgat aduersum me pręlium: in hoc ego sperabo.
Vnam petii a domino hanc requiram: ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ.
Vt uideam uoluptatem domini: & uisitem templum eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.
Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam uociferationis: cantabo & psalmum dicam domino.
Exaudi domine uocem meam qua clamaui ad te: miserere mei & exaudi me.
Tibi dixit cor meum. exquisiuit te facies mea: faciem tuam dñe requiram.
Ne auertas faciem tuam a me: & ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto: ne derelinquas me neq; despicias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: dominus aũt assumpsit me.
Legem pone mihi dñe in uia tua/ & dirige me in semitã rectã: propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.
Credo uidere bona domini: in terra uiuentium.
Expecta dominum: uiriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Dauidi. XXVII.

1 Propheta. DOminus ⁴ lux mea & salus mea est ,a quo timebo? dominus ⁴ robora-
tio uitarum mearum est ,a quo pauebo?
2 Appropinquantibus super me malignantibus ad deuorandum carnem meam: angu-
stiatores mei & inimici mei contra me mihi, ipsi impegerunt & ceciderunt.
3 Si castrametabitur super me exercitus, non timebit cor meum: si surget super me bel-
lum, in hoc ego confidens ero .
4 Vnam petiui a domino ⁴, ipsam requirã: sessio mea in domo domini ⁴ omnibus die-
bus uitarum mearũ, ad uidendum in placiditate dñi ⁴, & ad quęrendũ in templo eius.
5 Quoniam abscondet me in umbraculo suo, in die mali abscondere faciet me in abscõ-
dito tentorii sui: in petra exaltabit me.
6 Et nunc exaltabitur caput meum super inimicos meos in circuitibus meis: & sacrifica-
bo in tentorio eius sacrificia clangoris, cantabo & psallam domino ⁴.
7 Audi domine ⁴ uocem meam/ uocabo, scilicet miserere mei & responde mihi.
8 Tibi dixit meditando cor meum. Vox dei meditata. quęrite facies meas. Propheta. facies tuas
domine ⁴ quęram.

9 Ne abſconde facies tuas a me/ne declinare fac in furore ſeruum tuum: auxilium meū
fuiſti,ne dimitte me/& ne derelinque me deus ſalutis meę.
10 Quoniā pater meus & mater mea dereliquerunt me:& dñs colliget me.
11 Doce me dñe uiam tuam & deduc me in ſemitā rectitudinis:ꝑpter inſpectores meos.
12 Ne trade me in animam anguſtatorū meorum:quoniam ſurrexerunt in me teſtes fal-
ſitatis & locutor iniquitatis.
ac ſi nō credidiſſē
13 Niſi credidi ad uidendum in bonitate domini in terra uiuentium.
14 Spera ad dominū:roborare/& roborabit cor tuum,& ſpera ad dominum.

Titulus eſt.Dauidi.De quo vt ſupra.
¶ Circa materiam pſalmi quia conſtat ex titulo dauid autorē eſſe pſalmi/& ea q̄ dicunt non
excedere perſonam dauidis,cōſequens eſt de ipſo dauide ad literam tractari.¶ Quę aūt tractentur/ex
clarioribus intelligere oportet. Primum itaq; clarum eſt ꝙ dauid profitetur deum lucem/ſalutem/forti
tudinemq; ſuam.Secundum de ꝓterito/ꝙ quum inimici appropinquaſſent cōtra eū ceciderunt. Ter
tium ꝙ petit non incidere in deſiderium hoſtiū ſuoꝝ:quia inſurrexerūt in eū teſtes falſi. Quartum ꝙ
valde deſiderauit ac deſiderat habitare in domo dñi/quęrere faciem dñi &c̄.¶ Ex quibus ſimul colla-
tis apparet manifeſte ꝙ dauid deſcribit ſe in eo tēpore quo inimici eius ceciderāt/& tamen adhuc ſu
pererat bellū cū eiſdē. Vnde excludit & totū tempus vitę ſaulis:qm̄ viuente ſaule non ceciderunt ini
mici dauidis.Excludit & tēpus abſalon:qm̄ illi tēpori non cōuenit/dñs lux mea & ſalus mea &c̄.vt pa
tet.Excluditur quoq; tēpus belloꝝ cum alienigenis.tum quia in eis nō verificat ꝙ inſurrexerūt teſtes
falſitatis,ꝓcipue talis vt dauid nō crederet videre bonitatē dñi in terra viuētiū,tum quia magna pars
pſalmi affert pro rōne deſideriū dauidis circa domū & faciē dñi:quod impertinens videt ad bella cū
alienigenis.Et qm̄ tam hoc q̄ cętera clara quadrant tēpori quo dauid erat rex iuda in hebron/& inter
ipm & domū ſaulis fuit longa cōcertatio.7.ſcilicet annoꝝ,ideo de tempore illo tractat iſte pſalmus.
nā tunc verificat/dominus lux mea & ſalus mea &c̄.vt enim patet.2.reg.2.dauid ex reuelatione domi-
ni mortuo ſaule aſcēdit in hebron,vbi factus eſt rex ſuper tribum iuda. Tūc verificatum fuit ꝙ inimi
ci eius ceciderunt:vt patet.Et tamen ꝙ ſupererat adhuc bellū cū eis:durauit enim ꝑ annos ſeptē bel-
lum.& erat bellum cū illiſmet qui fuerāt falſi teſtes cōtra dauidem:vt in decurſu expoſitionis manife-
ſtabit.Et ęſtuabat dauid deſiderio honorandi arcā domini/& conſtituendi habitationē ſuam prope
arcā domini in mōte ſion.quod nō poterat:quia hieruſalem(in quo eſt mōs ſion)non erat ſub pote-
ſtate eius.¶ Eſt itaq; materia pſalmi ad literam/fiducia dauidis in domino adhuc regis in hebron/ad
honorandū arcam domini & habitandum iuxta eā.quod claudit in ſe materialiter aſſecutionem re-
gni iſrael:formaliter enim ad domum dñi tēdit.Atteſtat autē dicto tempori titulus pſalmi apud græ
cos talis.pſalmus dauid anteq̄ liniret:hoc eſt vngeretur in regem ſuper totum iſrael.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid ex perceptis multis diuinis beneficiis iam non timens ab homine/ſed expectās beneficio-
rum cumulum,petit a deo quieſcere in domo dei/quęrere faciem noſſeq; vias eius/& nō tradi in deſi-
derium inimicorum ſuorum.
¶ Perſona loquens propheta eſt,recitans diuinam vocem.

Dominus lux mea. Diuiditur pſalmus in partes duas:ꝓpoſitiuam,& executiuā/ibi appropin
quantibus.¶ Proponit quattuor.Primū.dñs lux mea/iterna.Secundū.& ſalus mea/a malis. Ter-
tiū.dominus roboratio vitaꝝ mearum:hoc eſt robur dans vitę meę.Quartū qd̄ repetit.a quo time-
bo/a quo pauebo?Et legit vtrunq; interrogatiue.Ac ſi diceret.a nullo timebo a nullo pauebo,deo lu-
ce/ſalute & fortitudine mea.Fit aūt repetitio tum ad inſinuandam firmitatem ſecuritatis.tum vt alte
ra ex pręteritorum/altera ex futurorum periculorum ratione dicatur.
¶ Appropinquantibus. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractatur geminata illa par
ticula/a quo timebo.Secūdo illa/ſalus mea/ibi vnā petii.Tertio illa/lux mea/ibi audi dñe.Quarto illa/
roboratio vitarū mearum/ibi ne trade.¶ Bis dixerat/a quo timebo.Et ꝓpterea duo ſubiungit genera
periculorum.Primum pręteritorum.Appropinquantibus ſuper me malignantibus ad deuorandum
carnem meam,anguſtatores mei & inimici mei mihi ipſi impegerunt & ceciderunt. Et intelligitur
ad literā de exercitu iſboſeth duce abner contra dauidem congregato:de quo.2.reg.2.nam egreſſi ſunt
quaſi ad deuorandum dauidem:vtpote .xi.tribus contra vnam.Et tamen ipſi debilitati ſunt,ſeu im-
pegerunt & ceciderunt.Impegerunt quidem in ioab obuiantem eis:& ceciderunt/fugato eorum exer
citu.Appellantur autem malignantes,eo ꝙ ex malignitate concepta tempore ſaulis aduerſus daui-

dem/mouebantur contra dauidem. Vnde & signanter addidit, mihi: vt intelligeres malignitatem & inimicitiam totam contra eum. ¶ Secundum futurorum. Si castrametabitur/iterum, super me/contra me, exercitus/totius populi, non timebit cor meum/ab eo: si surget super me bellum, in hoc ego confidens/ꝙ deus vertet illud in bonum meum. vt intelligas totam fiduciam eius esse in deo ex experientia gestorum.

Vnã petii a domino. Tractatur hic illa particula/salus mea. Vbi aduerte ꝙ tota ratio istius psalmi ex parte dauidis explicatur in deuoto dauidis affectu ad domum domini. insinuans per hoc ꝙ tãtę perfectionis erat vt non tantifaceret adeptionem regni quanti ęstimabat assecutionem voti sui erga domum domini. Vnam/rem, inquit petii a domino/tanq̃ pręcipue intentam, hanc requiram. In quo clare patet & praeterita & perseuerans deuotio. Quae autem sit ista res petita/subiungit. sessio mea/sedere meum/quiescere meum, in domo domini omnibus diebus vitae meae. Et non dixit quiescere in regno, sed in cultu domini. Et ad literam statim adimplere conatus est hoc dauid/statuens domum suam iuxta domum domini: exemplo moysi ducis populi, cui ordinatum est a deo nume. 2. vt habitaret iuxta ostium domus domini. ℭ Quorsum autem hoc habuerit desiderium/manifestat ex speratis salutiferis fructibus. Primo ex parte sui duobus. Alter est. ad videndum in placiditate domini. In quo mentis eleuatio ad videndum quę dei sunt quiete/tanq̃ coram deo placide monstrante diuina speratur. Alter est. & ad quaerendum in templo eius. In quo diligentia inquisitiua eorum quae ad diuinam gloriam spectant/speratur in templo: vtpote loco orationi deputato. ¶ Secũdo ex parte dei primus fructus describitur. quoniam abscondet me in vmbraculo suo. Secundus. in die mali abscondere faciet me in abscondito tentorii sui. Aduerte hic ꝙ parui refert cõsentire puncto vt diximus, vel consentire aliis aliter punctantibus/quoniam abscondet me in vmbraculo suo in die mali: & postea subditur/abscõdere faciet me &c̃. sensus enim in idẽ redit. Sperat dauid ꝙ sicut moyses in die periculi quum populus contra ipsum & aaron insurgebat abscõditus est in tabernaculo domini/mittente domino nubem cooperientem tabernaculum (vt dicitur nume. 14.) ita sic vel aliter ex gratia domus dei ipse protegẽdus esset in occurrentibus: Bis autem hoc repetit. Semel ad significandum ꝙ domus dei erat sibi futurum refugium communiter/sicut refugium moysi semper erat tabernaculum domini. Et semel ad significandum ꝙ specialiter in die mali/in die periculi, domus dei esset sibi futurum refugium efficax. Et propterea dicit ꝙ ita abscondere me faciet in abscondito/in intimo secreto, tentorii sui: hoc est ita secure proteget me acsi essem absconsus in intimo tentorii diuini. De communi autem dicit ꝙ abscondet me in vmbraculo suo: quod protegit ab iniuriis aestus & imbrium. ¶ Tertius fructus. In petra exaltabit me/in solido & firmo fundamento exaltabit me in regem: non sicut saulem, qui statim deiectus est/tanquam non fuerit in petra exaltatus: Vnde dixit samuel ad saulem 1. reg. 13. quod si non fecisses/iam nunc firmasset dominus regnum tuum super israel in sempiternum: sed nequaq̃ regnum tuum vltra consurget: quęsiuit dominus virum sibi iuxta cor suum, & praecępit ei dominus vt esset dux super populum suum &c̃. ℭ Demum post descriptos fructus futuros adepta commoditate domus domini/describit effectus iam imminentes. Alterum ex parte dei. Et nunc exaltabitur caput meum super inimicos meos circuitibus meis. Sperabat dauid exaltandum se in regem super totum israel, quum esset rex super tribum iuda tantum. & circunquaq; inimicos habebat: vtpote constitutus inter tribus duodecim quarum vndecim aduersabantur ei. Et hoc adimpletum ad literam fuit. ¶ Alterum pro gratiarumactione: qui tamen potest connumerari tertius fructus ex parte dauidis adiunctus primis duobus. Et sacrificabo in tentorio eius sacrificia clangoris, cantabo & psallam domino. Vbi aduerte ꝙ dictio hebraica non significat purum sonum tubę: sed significat festiuum quendam sonum tubae. quem penuria vocabulorum & nunc & saepius clangoris nomine significabimus: eo ꝙ saltem sonum tubae significat (iubilatio autem qua alii interpretes vtuntur/finem illius soni innuit: quia ad iubilandum/ad hoc vt festiue se haberent, sonus ille fiebat) & quia pręceptum erat in lege vt sacrificiis festiuis cum iucunditate populi admisceretur huiusmodi sonus: vt dicitur nume. 10. Et propterea dicit sacrificia clangoris.

Audi domine. Tractatur hic illa particula/lux mea: petendo manifestari sibi diuinam faciem & doceri. ¶ Vtitur autem multis locis. Et primum ex parte intimi ac meditabũdi affectus. & propterea pręmittit. Audi domine vocem meam/internam: vocabo/intus hoc. miserere mei (in quo miseriam propriam recognoscit) & responde mihi/opere. Tibi/non homini, dixit/contemplando, cor meum: hoc est coram te locutus sum meditando verba tua sequentia: scilicet quaerite facies meas. meditabatur siquidem dauid haec dei verba in corde suo. Vnde & promittit obedire. facies tuas domine quęram: hoc est ad quod petiit miserere mei/ad quod pręmisit responde mihi. ¶ Et propterea subdit. Ne absconde facies tuas a me, ne declinare fac in furore seruum tuum. Dupliciter negatur facies principis subdito. Vel occultatione, quum non comparet/sed velum aliquod interpositum est.

& tunc vocatur abscondere faciem suam: Vel si apparet quidem/sed irato vultu:ita vt expectans gra/
tiam recedat/videns non esse tempus gratię. Et tunc dicitur facere declinare subditos in furore. Et pro
pterea vtrunq impedimentum petit tolli. ¶ Deinde vtitur altero loco ab inchoato beneficio. Auxiliū
meum fuisti/iam inchoasti adiuuare me, ne dimitte me & ne derelinquę me deus salutis meę/autor:
sed persenera & perfice coepta. Hactenus enim adiuuerat ipsum deus & in spiritualibus & in tempo/
ralibus/saluando a saule & eleuando in regem iuda: sed adhuc restabat vt fieret rex israel iuxta diuina
promissa per samuelem. Vnde tertio loco vtitur ab huiusmodi promissione. Quoniam pater meus &
mater mea dereliquerunt me. Ad literam. 1. reg. 16. nō est pręsentatus a patre & matre samueli dauid. &
propterea hic dicit ꝙ pater meus & mater mea dereliquerunt me: & dominus/per samuelem, colliget
me. i. collecturum me promisit. Quod adhuc implendum erat: adhuc enim non erat collectus popu/
lus israel in regnum dauidis. Hanc enim congregationem vocat collectionem sui; quia reuera colle/
ctio eius erat tanquam regis. ¶ Quarto demum loco vtitur ab hostibus. Doce me domine viam tuā.
Nolebat enim malis artibus ad regnum peruenire/ nolebat ad cultum domus domini nisi via iusta
pertingere: Et propterea petit tum doceri viam dei: tum deduci. & deduc me in semitam rectitudinis:
nihil enim prodest scire viam dei & non incedere per illam. Propter inspectores meos/hoc est malo ani/
mo respicientes me: hoc enim significat dictio hebraica. Illi siquidem qui adhuc supererant sequaces
saulis/& ęgre ferebant regnum transferri in dauidē, malo animo respiciebant dauidem. Et q̄uis dauid
non timeret ab eis (dixerat enim a quo timebo?) timebat tamen a deo, ne permitteret ipsum peccare/
& consequenter ruere.

Ne trade me in animam angustatorum meorum. Tractatur hic illa particula/ roboratio vitarū
mearum: commemorando ptā constantię ac fortitudinis beneficia. Ne trade inquit me in animam/
in desiderium, angustatorum meorum/saulistarum: quoniam surrexerunt in me/non tanquam hostes/
non iure belli, sed testes falsitatis & locutor iniquitatis. Commemorat pręterita quę acciderant in
diebus saulis/scripta. 1. reg. 24. quare audis verba hominum loquentium/dauid quęrit malum aduer/
sum te. Vbi patent testes falsitatis. Et. 26. maledicti sunt in conspectu domini/ qui eiecerunt me hodie
vt non habitem in hęreditate domini, dicentes. vade serui diis alienis. vbi patet locutor iniquitatis.
Propter quod subditur. Nisi credidi ad videndum in bonitate domini in terra viuentium: hoc est acsi
non credidissem ea quæ sunt futurę vitę. vel acsi non credidissem in pręsenti vita adhuc visurum
promissa mihi in bonitate domini. ¶ Intendit enim commemorare duo. Alterum ꝙ inimici sui non
tam zelo regni pro domo saulis/q̄ malignitate contra ipsum sunt: vt patet ex eo ꝙ olim fuerunt con/
tra eum testes iniqui &c. Alterum ꝙ constans perseuerauit in eo fides bonorum future vitę seu diuinę
promissionis sibi factę, hoc enim intendit dicendo ꝙ illi locuti sunt iniquitatem/acsi ipse dauid non
crederet se visurum in bonitate domini vel bona in terra viuentium (quasi ista sit terra morientium)
vel in terra promissionis: quę solis viuentibus vita animę promissa est in hæreditatem. ¶ Quibus
commemoratis/ subditur confortatio suiipsius. Spera ad dominum: roborare/& roborabit dominus
cor tuum, & spera ad dominum. Et quam olim habuerat/loquentibus aliis contra dauidem acsi non
crederet: & quam nunc in hebron habebat (in vtroq enim statu hanc animi fortitudinem habuit)
seipsum animando commemorat. Vbi aduerte spem pręuenire robur & robur pręuenire spem: vt
intelligas mutuo hęc se fulcire/& quod est liberi arbitrii & quod est diuinę gratię seinuicem coalere/
& intelligas dauidem in vtroq statu habuisse deum roborationem vitæ suæ. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus dauid .XXVII.

AD te domine clamabo: deus meus ne sileas a me/ nequando taceas a me,
& assimilabor descendentibus in lacum.
Exaudi domine uocē deprecationis meę dum oro ad te: dum extollo ma
nus meas ad templum sanctum tuum.
Ne simul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquita/
tem ne perdas me.
Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.
Da illis s̄m opera eorum: & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum.
Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera domini & in opera manuum eius: destrues illos &
non ędificabis eos.

Benedictus dominus: quoniam exaudiuit uocem deprecationis meę.
Dominus adiutor meus & protector meus: & in ipso sperauit cor meū & adiutus sum.
Et refloruit caro mea: & ex uoluntate mea confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis suę: & protector saluationum christi sui est.
Saluum fac populum tuum domine & benedic hereditati tuę: & rege eos & extolle illos usq; in ęternum.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Psalmus dauidi .XXVIII.

mihi taceas mihi
1 Propheta. AD te dn̄e uocabo: petra mea ne obsurdesce a me, neq̄ñ tacebis a me,
in cisternam
& assimilabor cum descensoribus cisternę.
2 Audi uocem deprecationum mearum in clamare meo ad te: in leuare meo manuū mearum ad adytum sanctitatis tuę.
3 Ne trahe me cum impiis, & cum operantibus iniquitatis: loquentibus pacem cū sociis
est
suis, & malum in corde eorum.
4 Da eis fm opus ipsorum & fm maliciam operationū eorum: iuxta opus manuū ipsorum da eis, redde retributionem suam illis.
deus
5 Quoniam non intelligent ad opera domini & ad opus manuum eius: destruet eos, & non ędificabit illos.
6 Benedictus dominus: quoniam audiuit uocem deprecationum mearum.
7 Dominus fortitudo mea & scutum meum: in ipso confisum est cor meum, & fui adiutus, gauisum est cor meum, & a cantico meo confitebor illum.
est est
8 Dominus fortitudo eis: & roboratio salutum christi sui ipse.
9 Saluum fac populum tuum & benedic hereditatem tuam: & pasce eos & extolle eos usq; ęternum.

TItulus est. Dauidi. De quo vt supra.
Circa materiam psalmi aduerte q̄ quum constet ex titulo dauidem esse autorem psalmi, & ea quæ dicuntur non excedere personam ipsius, consequens est de ipso dauide psalmum tractare. ¶ Quę autem tractentur in spē de ipso, ex psalmo oportet accipere. In quo clare apparent duo specialia. Alterum q̄ dauid timet deum negare sibi responsionē. Alterum q̄ timet trahi cum proditoribus: quos petit puniri. tertium generale est q̄ dicit se exauditum &c̄. ¶ Ex quibus simul collatis apparet dauidē timere ne culpa proditorum in ipsum redundet quo ad poenam hāc: scilicet q̄ deus non respondeat ei. Et propterea psalmus iste ad literam tractat solicitum timorem dauidis ob crimen nepotum eius qui proditorie interfecerunt abner. timuit enim ne propterea deus negaret sibi responsum. Et merito: quoniam sciebat regi sauli negatum fuisse diuinum responsum ob longe minus peccatum filii eius ionathę quando comederat modicum mellis: vt patet. 1. reg. 14. Congruūt autem omnes psalmi partes huic materię: immo & quodāmodo ipsa verba quę tunc dixit dauid. 2. reg. 3. contra nepotes suos ioab & abisai. Dixit enim. retribuet dominus facienti malum iuxta maliciam suam. quod hic clare in quarto versiculo dicitur. Imprecatus quoq; est indeficiens malum, dicens. non deficiet de domo ioab cadens gladio & indigens pane &c̄. quod hic in quinto versiculo dicitur, destruet eos & nō ędificabit illos. ¶ Est igitur ad literam materia psalmi, recursus dauidis ad deum vt non neget sibi responsum ob crimen nepotum suorum proditorum, sed puniat illos.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Dauid post nepotum crimē petit a deo vt r̄ndere velit sibi clamanti, & nepotes proditores puniat fm opera & maliciam eorum: habitaq; diuina responsione gratias agit & orat pro populo.
ℭ Persona loquens propheta est.

DOmine ad te vocabo. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiæ, & executiuā, ibi audi vocem. ℭ Proponit tria. Primum. ad te domine vocabo. Secundum. Petra mea, hoc est soliditas mea, ratio omnis firmitatis meę, ne obsurdesce a me, ne agas surdum me vocante te, quod est

dicere noli negare mihi responsionem more surdi. Tertium/& est periculum quod timet si deus faceret more surdi. Nequando taceбis a me/& assimilabor cum descensoribus cisterne. ¶ Preter parabolam surdi adducte alteram parabolam eorum qui descendunt in profundum puteum. Soliciti nanque multum sunt tales descendentes vt super os putei maneat semper aliquis responsurus clamanti ex inferiori parte putei. intantum enim volunt audiri vt crebro clament: & si contingat eos non audiri aut negligi ab existentibus vel debentibus existere super os putei/timent quodammodo se destitutos fore. Istis timet assimilari dauid/si deus clamanti ipsi non respondeat vt consueuerat respondere consultus. timebat siquidem quod deo non respondente/ipse tanquam destitutus & dubio mali euentus expositus foret. Et propterea dicit. nequando taceбis a me/hoc est ne si forte non responderis mihi, & sic ego assimilabor cum descensoribus cisterne/timentibus ne negligantur tanquam destituti. Merito autem timet: quia sciebat deum pro aliena culpa etiam punire in huiusmodi temporalibus: vt patet iosue.6. &.7. de casu populi propter peccatum achan.

¶ **Audi vocem.** Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula/ad te domine vocabo. secundo illa/nequando taceбis a me & assimilabor &c. ibi ne trahe. tertio illa/petra mea ne obsurdesce/ibi benedictus dominus. ¶ Proposuit itaque/ad te domine vocabo: exequitur modo ipsam vocationem. Audi vocem deprecationum mearum/non vnius tantum, in clamare meo ad te/non magnitudine vocis sed magnitudine affectus, in leuare meo manuum mearum ad adytum sanctitatis tue/hoc est ad sanctumsanctorum. illud. n. erat intimus locus diuine sanctitatis: in quo erat arca &c. Et dixit hoc: quia orabat eleuatis manibus versus sanctumsanctorum. Si tamen per adytum sanctitatis tue intelligas coelum, nullus est error. Et intendit quod orabat eleuando manus ad deum coelum versus. ¶ Vbi collige tria concurrentia ad hanc orationem: scilicet multitudinem deprecationum/clamorem cordis/& exteriorem reuerentiam in eleuatione manuum.

Ne trahe me. Tractatur hic illa particula/nequando taceбis a me & assimilabor cum descensoribus cisterne. Sciebat (vt predictum est) puniri innocentes a deo poenis temporalibus propter culpam aliorum. Et propterea sibi timens propter crimen nepotum petit. Ne trahe me cum impiis & cum operantibus iniquitatis, loquentibus pacem cum sociis suis/& malum in corde eorum. Ioab & abisai filios sororis sue vocat impios & operantes iniquitatem: eo quod proditorie locuti sunt pacem cum abner (qui iam in societatem transierat dauidis: & propterea socius appellatur) & tamen malum erat in corde eorum. Historia proditionis patet. 2. reg. 3. ¶ Petit autem non trahi non in culpam proditorum aut eorum poenam eternam, sed ne trahatur in causam: ne scilicet causa proditorum fiat sua quantum ad poenam temporalem. Sic autem vult se non trahi in illam causam vt tamen proditores puniantur. Et propterea subdit. Da eis/proditoribus/ioab &c. secundum opus eorum/exterioris occisionis, & secundum maliciam/internam, operationum eorum. Et exaggerans. iuxta opus/homicidii, manuum eorum/quod propriis manibus patrarunt, da eis: redde retributionem suam/quam meruerunt, illis. ¶ Quoniam non intelligent ad opera domini. Aut vtitur futuro pro preterito/intelligent pro intellexerunt: aut perseuerantem animi iniquitatem significat verbo futuro. Et intendit. Quoniam/ioab & complices, non intelligent/non penetrabunt, ad intima opera domini/deducentia me ad regnum. Ac si aperte diceret. quia non penetrant dei non hominis opus esse regnum meum: propterea enim que sunt hominum & non que sunt dei fecerunt. Et propterea congrua poena subiungitur. & ad opus manuum eius/scilicet dei punientis, destruet/deus, eos & non edificabit illos. Destruimus quandoque domum vt reedificemus illam in meliorem formam: sed poena istorum erit perseuerans. Et propterea dicit. Destruet eos, & nunquam edificabit illos. Et hec omnia in sententia habentur in loco allegato dicta a dauide contra ioab & suos.

Benedictus dominus. Tractatur hic illa particula/petra mea ne obsurdesce a me. Et quia duo petierat (alterum vt audiret. Alterum spectans ad facta: scilicet ne traheretur in causam proditorum) ideo gratias agit & quod audiuit/benedictus dominus quoniam audiuit: & quod vocem deprecationum mearum. Hinc enim habes duo: scilicet quod dauid post crimina nepotum recurrit ad deum & habuit diuinum responsum: & propterea gratias agit quod audiuit/quod non egit surdum sed respondit. & quod multas preces suas exaudiuit. & propterea pluraliter dicit deprecationum mearum: scilicet pro se/pro suis/ & pro populo. Hec enim tria ordinate subiungit. ¶ Et propterea gratias agit. Primo de seipso. Dominus fortitudo mea. dixerat enim petra mea ne obsurdesce: recognoscit modo effectum petre in fortitudine ad persistendum. & scutum meum/defendendo. in ipso/non in homine, confisum est cor meum & fui adiutus/ad assecutionem regni. Vnde gauisum est cor meum/intus/experiens diuinam gratiam in meo adiutorio: & a cantico meo/extra, confitebor illum/confessione laudis. ¶ Quo ad suos vero beneficium quoque fortitudinis recognoscit. Dominus fortitudo eis/sequacibus meis, & roboratio salutum christi sui ipse. Vbi ratio roborandi ad ea que salutis sunt sequaces dauidis/explicatur diuina vnctio qua dauidem vnxerat per samuelem in regem. Et intendit quod non obstante crimine ioab/deus ob statutam salutem dauidis christi sui fuit salutare robur eorum. ¶ Postremo vero pro vniuerso populo israel orat/tanquam rex

totius populi. erat enim tunc in procinctu vt vngeretur in regem super totum israel: vt patet .2. reg. 3.4. &.5. Saluum fac populum tuum/peculiarem/ electum &c̄. vt patet in multis locis pentateuchi: & benedic/benefac(benedicere quippe dei est benefacere)hæreditati tuę. Populus israel hæreditas dei appellatur(deutero.4. vos tulit dominus & eduxit de fornace ferrea ęgypti vt haberet populū hęreditarium sicut est in pręsenti die)pro quanto terram promissionis quę erat terra dei possidebat cum tot diuinis cōmunicationibus. Vtitur autem istis locis vt deo quę sua sunt cōmendet. Et pasce eos & extolle eos. ¶ Cōsidera ordinem. Primo petit ꝙ saluet. deinde ꝙ multiplicet. tertio ꝙ pascat. & quarto ꝙ extollat, non ad tempus sed vsq; ęternū. Quę petitiones ita late vt positę sunt intelligendę videntur: hoc est tam in corporalibus q̄ in spiritualibus. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus dauid .XXVIII.

Afferte domino filii dei: afferte domino filios arietum.
Afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius.
Vox domini super aquas: deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas.
Vox domini in uirtute: uox domini in magnificentia.
Vox domini confringentis cedros: & confringet dominus cedros libani.
Et comminuet eos tanq̄ uitulum libani: & dilectus quēadmodum filius unicornium.
Vox domini intercidentis flammam ignis: uox domini concutientis desertum, & cōmouebit dominus desertum cades.
Vox dn̄i pręparantis ceruos & reuelabit condensa: & in tēplo eius oēs dicent gloriam.
Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit dominus rex in ęternum.
Dominus uirtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Psalmus dauidi .XXIX.

1 Propheta. Date domino * filii fortium/date domino * honorem & fortitudinē.
2 Date domino * honorem nominis eius: incuruamini domino in pulchritudine sanctitatis.
3 Vox domini * sup aquas: deus honoris intonuit, dn̄s * super aquas multas.
4 Vox domini * in uirtute: uox domini * in decore.
5 Vox domini * confringens cedros: & confregit dominus * cedros libani.
6 Et saltare fecit eas quasi uitulum: libanum & sirion quasi filium unicornium.
7 Vox domini * excidens flammas ignis.
8 Vox dn̄i * parturire faciet desertum: parturire faciet dominus * desertum cades.
9 Vox dn̄i * parere faciet ceruas/& detexit saltus: & ī tēplo eius totus ip̄e dicēs est honorē.
10 Canticum. Dominus * diluuio sedit: & sedit dominus * rex ęterno.
11 Dominus * fortitudinem populo suo dabit: dominus * bn̄dicet populum suū in pace.

Titulus est. Psalmus dauidi. De quo vt supra.
Circa materiam psalmi aduerte ꝙ media psalmi pars continens septē voces dei/prę se fert obscuritatem materię: & propterea ex partibus extremis vtpote clarioribus conicere oportet materiam psalmi. ¶ Apparet in principio psalmi inuitatio ad diuinum cultum. Apparet secundo/immediate post voces subiungi diuinum cultum in dei templo: vbi dicitur & in templo eius &c̄. Apparet tertio in fine psalmi commemorari diuinam prouidentiam respectu totius generis humani in diluuio &c̄. & specialiter respectu populi sui in vltimo versiculo. ¶ Ex quibus omnibus coniectura fit psalmum istum tractare de cultu dei rōne diuinę prouidētię. Et si supponit̄ (qđ postea declarabit̄) septem has voces bn̄ficia p̄stita veteri pplo cōtinere vsq; ad terrā ꝓmissiōis adeptā, facile coniiciemus ꝙ psalmus iste ad lrām tractat bn̄ficia pristina rōe finis: hoc ē p q̄to diuinit⁹ fuerūt ordinata ad hūc finē vt ī vno templo colerēt deus/sic vt honorarēt & p̄dicarēt vt gubernator gn̄is humani & specialiter populi sui.

¶ Ita ꝙ ad literam psalmus iste intendit inuitare ad diuinum cultum: commemorando antiqua beneficia esse ad hoc eis concessa vt vnus deus in vno templo solus colatur gubernator vniuersi, & specialiter humani generis, & peculiarius populi sui.

ℂ SVMMARIVM EST.

ℂ Propheta inuitat ad recognoscendum & adorandum deum: cõmemorans beneficia populo collata vsq; ad terram promissionis, vt in templo dei honoretur deus rex ęternus, qui pręsedit diluuio & specialis est benefactor populi sui.

ℂ Persona loquens propheta est.

Date domino. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuã materię, & executiuam, ibi vox domini. ¶ Proponendo materiam, distingue inuitatos. inuitantur enim filii fortiũ. Vbi aduerte dictionem hebraicam sonare deos vel fortes vel arietes. ita ꝙ inuitati sunt filii fortium seu deorum. Quod tamen in idem redit: quia fideles sunt & filii fortium (abrahę, isaac & iacob) & filii dei, iuxta illud exo. 4. filius meus primogenitus israel. ¶ At si legeretur arietum, nullus explicite inuitaretur: sed oblatio agnorum a populo facienda significaretur pro iugi sacrificio, matutino & vespertino. Quia tamen inferius nulla fit mentio de sacrificiis, sed statim geminari videtur exhortatio ad modum impellentis, in qua explicatur quid dandum sit deo, ideo primus intellectus magis placuit, dicendo. date domino filii fortium seu dei, date inquam domino honorem & fortitudinem. Ecce ad quid inuitantur: ad dandum deo honorem & fortitudinem dupliciter. Primo confitendo ipsum esse fortem, immo fontem fortitudinis, & omni honore dignum. secundo honorando ipsum, & gratias ei agendo de cõmunicatis beneficiis per ipsius potentiam: quę sub eius clauditur fortitudine. ¶ Et quoniam poterat quispiam dicere. quid prodest deo ꝙ ego dem ei honorem & fortitudinem? subiungit propheta duas rationes. Alteram ex parte dei: ꝙ licet deus nõ fiat honorabilior aut fortior ex nostris actibus quibus damus ei honorem & fortitudinem, nomen tamen eius quo mundo innotescit recipit augmenta & detrimenta honoris & fortitudinis in oculis hominum. Et propterea subdit. date domino honorem nominis eius. Quo contra conqueritur deus esa. 52. & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Alteram ex parte nostri. incuruamini domino in pulchritudine sanctitatis. Nostra res agitur ꝙ incuruamus nos deo adorando ipsum in spiritu & veritate: vt dicitur ioan. 4. quod hic dicitur in pulchritudine sanctitatis, non in pulchritudine exterioris cultus (iuxta illud. populus hic labiis me honorat) sed in pulchritudine sanctitatis: quę est solius mentis decor.

ℂ Vox domini. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractanẽ illę particulę, date honorẽ & fortitudinẽ, honorem nominis eius. secundo tractatur illa, incuruamini, ibi & in templo eius. ¶ Circa primum aduertendum est ꝙ quia vnum & idem est dare honorem deo & honorem nominis eius (secundum enim explicat primum) ideo simul tractantur. Tractantur autem reddendo rõnem quare debent filii israel recognoscere diuinam fortitudinem & honorare deum, ex sensibilibus conditionibus & effectibus diuinę vocis. Vnde & prius describunẽ conditiones sensibiles diuinę vocis, & postea tres sensibiles effectus. ¶ Vbi aduerte ꝙ de creatione mundi scriptum est, dixit & facta sunt. de gubernatione autem ꝙ sapientia attingit a fine ad finem fortiter & disponit omnia suauiter. de reuelationibus quoq; diuinis scriptum est, locutus est deus ad abraham. & similia. Modo vbi de imperio dei non solum publico sed sensibili propheta tractat, appellat ipsum vocem domini: vt sensibile imperium more humano significatum intelligas: eo scilicet modo quo principes publice ac sensibiliter pręcipiunt. Vsq; ad tempus eductionis populi de ęgypto, imperium dei publicum erat modo intelligibili, & ad priuatos diuersimode loquebatur: vt patet in decursu scripturę. Ab eductione autem populi ex ęgypto, coepit sensibiliter loqui publice in manifestis portentis & prodigiis: & demum in monte sina cum tubis &c̃. ℂ Prima itaq; conditio diuinę vocis publicę, describitur dicendo vox domini super aquas. i. populos. in veteri siquidem testamento ad literam appellatione aquarum veniunt populi: vt patet esa. 8. & similiter in nouo, apoc. 17. aquę quas vidisti populi sunt & turbę & gentes & linguę. Et propterea materia diuini imperii exprimitur dicendo, super aquas. Vnde & subditur. deus honoris intonuit, hoc est cum honore publico locutus est. Et ne putes paucos populos, explicat. dominus super aquas multas, super populos multos: hebręos scilicet, egyptios, amorrheos, madianitas, chananeos &c̃. ¶ Secunda conditio. vox domini, non in debilitate aut remissione, sed in virtute, potenti & efficace super omnia. talis enim monstrata est in suis effectibus. ¶ Tertia conditio. Vox domini in decore. Apparuit siquidem diuinum imperium non solum robustum sed etiam pulchrum. tum in admirabili pręseruatione suorum: vt nec vnus quidem ex suis moreretur in tot bellis quum se exhibebant obedientes diuinę voci: vt patet in pugna contra madianitas tempore moysi, & postea contra chananeos tp̃e iosue. Tum in decora specie qua imperiũ dñi apparebat: & colũnę lucidę in nocte, & nubis per diem, & in monte sina &c̃. Tum (quod pręcipuum est) in decore & pulchritudinę animę. pcępta siquidẽ quę sensibiliter dedit in monte sina, ad decorẽ & pulchritudinẽ aĩ spectant: nihil turpe cõcedũt. ¶ Collige ergo cõditiões diuinę vocis, diuini ĩperii sensibiliter monstrati: ꝙ ẽ plenũ poteñę

& sancti decoris/& ꝙ respicit ad populos multos. ¶ Vide effectus. Primus effectus est deuastatio principum populorũ tam tempore moysi (scilicet madianitarum & amorrheorum) q̃ tp̃e iosue/scilicet chananeorum. Hos.n.describit sub similitudine cedrorum libani: quę dicunt valde procerę. Vnde amos.2.expsse dicitur. exterminauit ante faciem eius amorrheum, altitudo cedrorũ altitudo illius. Vox domini confringens cedros/ seon & og & reliquos reges: & confregit dominus/nõ paruos reges, sed cędros libani/ reges excelsos. Et saltare fecit eas/scilicet cędros/principes illos eradicauit sub spẽ cedrorum: quę qñ eradicantur ab impetu turbinis/saltant. Et apponitur similitudo saltandi quasi vitulum: hoc est tam facile q̃ facile est facere saltare vitulum terrore. Libanum & sirion quasi filium vnicornium. Libanus & sirion nomina sunt propria montium. Et sirion est vltra iordanem: hoc est non in terra promissionis. de quo dicitur deutero.3. tulimusq; terram de manu duorum regum amorrheorum qui erãt trans iordanem a torrente arnon vsq; ad montem hermon, quem sidonii sirion vocãt/& amorrhei sanir. Libanus autem est in terra promissionis: dicente ibidem moyse. transibo igitur & videbo terram hanc optimam & montem istum egregium & libanum. Quod non fuit ei concessum: vt ibidem subditur. Intendit itaq; per hos duos montes vtranq; partem terrę/vtranq; gentem: citra & vltra iordanẽ. Cur autem libanum & sirion comparauerit filio vnicornium/in promptu ratio est: quia potius voluerunt mortuę succumbere gentes illę q̃ cedere. De monocerote siquidem scribitur ꝙ nunq̃ capitur viuus. ¶ Secundus effectus est moderatio quam exercuit deus in populum israel in deserto. Et quoniã hęc moderatio constat ex duobus effectibus/ideo tertius simul tractatur. Peccante populo in deserto & diffidente de deo, tali deus moderatione vsus est vt omnes numeratos/quadraginta annis affligeret in deserto vsq;quo omnes morerentur exceptis iosue & caleph: & cum hoc paruulos eorum qui interim robusti sunt effecti ita adiuuit vt introduxerit in terram promissionis cum tanta salute &c̃. vt dictum est. ¶ Hoc moderamen describit propheta sub similitudine excisionis ignis/dicens. Vox domini excidẽs flammas ignis. Vbi aduerte ꝙ sicut superius per vocem super aquas multas potuissem exponere vocẽ domini super mare rubrũ/aquas marath/aquas raphadim/aquas cades/aquas amorrhei & demum aquas iordanis, ita hic possem exponere & de igne core/& de igne comburente castra/& de igne montis sinai & madianitarum &c̃. Videtur tamen mihi sensum literalem sub metaphora aquarum significare populos/& hic sub metaphora excisi ignis moderationem poenę. propter quod excisionem dictio hebraica significat. excidens enim non totum consumit/sed partem excidendo tollit. sic enim deum fecisse constat. ¶ Et propterea hoc declarans subiungit statim. Vox domini parturire faciens desertum. Parturire enim ad dolorem parturientis spectans/poenam significat numeratorum omnium qui mortui sunt in deserto. Vnde ne dubitares ꝙ de populo israelitico in deserto loquitur/ explanando subiungit. parturire faciet dominus desertum cades. In quo constat fuisse populum/ & crimen illud commisisse propter quod mortui sunt: vt patet nu.14.&.32. ¶ Et ad maiorem expressionem successiõis filiorum/subditur. Vox domini parere faciet ceruas. Ceruę difficilis dicuntur partus/ & animalia sunt valde timida. Et propterea merito/populus timidus & difficilis partus ad pariendũ viros robustos debellaturos tot populos/cõparatur ceruis, diuina virtute parientibus filios tanti roboris vt subiungatur. & detexit saltus. Qui enim detegit syluam/non solum frondes tollit sed & arbores. Et iuxta hanc similitudinem/quia deus abstulit populos habitantes in terra promissionis/dicitur detexisse syluas. Potest tamen hęc detectio syluarum referri ad deuastationẽ lucorum idolatrię. ita ꝙ prius descripta est deuastatio gentium/modo deuastatio cultus idolatrię in terra promissionis. Quae fuit adimpleta quum filii ceruarum ingressi sunt in illam.

Et in templo eius totus ipse dicens honorem. Tractatur hic illa particula incumamini. Post cõmemoratos diuini imperii sensibilis effectus sensibiles quos oẽs viderunt/subiungit finis eorum. Et in tẽplo eius. ecce cultus diuinus. totus ipse dicens honorem. Vbi non vna familia/non vna ciuitas sed vniuersa promissionis terra data populo israel describitur in vno templo dicens honorem deo. ¶ Et statim subditur canticum huiusmodi honoris. Dominus diluuio sedit, & sedit dominus rex ęternum: Prouidentia diuina quo ad duo cantanda describitur. Primo quo ad ęternitatem regiminis. & sedit dominus rex ęternum: non ad tempus regnans/regẽs/gubernans. Secundo quo ad punitionem & saluationem vniuersalem generis humani. dominus diluuio sedit. Presidens enim diluuio/& puniuit vniuersum genus humanum/& saluauit aliquos ad restaurationem humani generis. ¶ In speciali autem dominus fortitudinem populo suo dabit/qua subsistere possit: dominus benedicet/ multiplicatione, populum suum in pace/in ordinis tranquillitate. Vbi perspice vniuersam de prouidentia dei fidem in his versiculis cantatam: vt intelligas ad hoc institutum esse templum vt sciretur & glorificaretur deus a mundo vniuersalis gubernator/puniendo/saluando/benefaciendo, specialiter cultoribus suis. Explicantur autem hic beneficia temporalia conferenda populo/ quia hęc directe erant ad propositũ materię. introductis enim ex deserto in terram promissionis/deuastatis tot hostibus, opus erat fortitudine ad perseuerandum/ benedictione tum in prole tum in fructibus terrę/animalium &c̃. & super omnia pace. Et propterea horum trium meminit. Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶Pſalmus cātici ad dedicationē domꝰ dauid. XXIX.

Exaltabo te dñe:qm̄ ſuſcepiſti me/nec delectaſti inimicos meos ſuper me.
Domine deus meus clamaui ad te:& ſanaſti me.
Domine eduxiſti ab inferno aiam meā:ſaluaſti me a deſcēdētibus in lacū.
Pſallite domino ſancti eius:& confitemini memorię ſanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius:& uita in uoluntate eius.
Ad ueſperum demorabitur fletus:& ad matutinum lętitia.
Ego autem dixi in abundantia mea:non mouebor in ęternum.
Domine in uoluntate tua:pręſtitiſti decori meo uirtutem.
Auertiſti faciem tuam a me:& factus ſum conturbatus.
Ad te domine clamabo:& ad deum meum deprecabor.
Quę utilitas in ſanguine meo:dum deſcendo in corruptionem?
Nunquid confitebitur tibi puluis:aut annunciabit ueritatem tuam?
Audiuit dominus & miſertus eſt mei:dominus factus eſt adiutor meus.
Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi : cōſcidiſti ſaccum meum,& circūdediſti me lętitia.
Vt cantet tibi gloria mea & nō cōpungar:dñe deus meus in ęternum confitebor tibi.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Pſalmus canticū initiatiōis domus dauidi. XXX.

1 Propheta. Exaltabo te dñe[4] :qm̄ eleuaſti me/& nō lętificaſti inimicos meos mihi [de me].
2 Domine[4] deus meus clamaui ad te: & ſanaſti me.
3 Domine[4] aſcendere feciſti ex fouea animam meam : uiuificaſti me a deſcendere meo in foueam †. † foue
4 Cantate domino[4] gratioſi eius: & confitemini memorię ſanctitatis eius.
5 Quoniam momentum [eſt] in furore eius/uitę [ſunt] in uoluntate eius:in ueſpere pernoctabit fletus/& mane cantus.
6 Et ego dixi in quiete mea. Dictum proprium. non labar ęterno.
7 Propheta. Domine[4] in uoluntate tua ſtare feciſti monti meo fortitudinem : abſcondiſti facies tuas/fui territus.
8 Ad te domine[4] uocabo:& ad dominum † deprecabor. † domino meo
9 Oro. Quę utilitas in ſanguine meo in deſcendere meo ad foueam? nunquid confitebitur te puluis? nunquid annunciabit ueritatem tuam?
10 Audi domine[4] & miſerere mei:domine[4] eſto adiutor mihi.
11 Exauditio. Vertiſti luctū meū ad choreā mihi : ſoluiſti ſaccū meū/& cinxiſti me lętitia.
12 Propterea cantabit tibi honor & nō ſilebit:domine[4] deus meus ęterno confitebor te.

Titulus eſt.Pſalmus canticum initiationis domus dauidi. In quo titulo aduerte hiero.cum multis habere dedicationem/alios imbutionem domus dauidi. ¶Et quoniam titulus dat materiā pſalmo/ſciendum eſt ꝙ eadem redit ſententia quęuis interptatio acceptetur.Hebraica tamen dictio proprie initiationem ſignificat:quæ tranſumptiue in diuerſis materiis diuerſimode appellat. Initiatio ſiquidem vtendi templo/dedicatio vocatur:& applicandi pueros ad literas/imbutio:& ſic de aliis. ¶Domus ęquiuocum nomen eſt ad artificiale ędificium quod vocamus domum/& ad gentem ſeu progeniem alicuius:puta ad progeniem iacob/quæ vocatur domus iacob:& progenies leui vocatur domus leui.& ſic de aliis gentibus.In propoſito non ſumitur domus pro ędificio: vt pſalmus ipſe teſtatur/nulla in parte tractans de ędificio aliquo.Sed ſumitur domus pro gente ſeu progenie dauidis: iuxta illud.in domo dauid pueri ſui.Eſt.n.frequentiſſimus vſus huius noīs pro gente ſeu familia in ſacra ſcriptura:infinities.n.legimus domus dauid/domus iacob/domus iſrael &c. in hoc ſenſu.

¶ Vt autem materiã psalmi plenius intelligas/recole ꝙ tam.2.reg.7.q̃.1.paralip.17.nathan propheta diuino noīe promisit dauidi ꝙ ędificaturus esset domum dauidi: hoc est progeniem succedentem ei in regno. In qua promissione intelligitur promissus mesias de semine eius. Vnde & ipse dauid tunc gratias agens deo dixit. ideoq̄ locutus es super domum serui tui etiam in futurũ/& fecisti me spectabilem super omnes hoīes. Hoc.n.rōne mesię ex domo sua futuri dixit. neq̄ siquidem aliunde verificaretur ꝙ esset spectabilis super oēs homines. Post hæc dauid incidit in crimina adulterii & homicidii: pp quæ nathan inter alia dixit ei.2.reg.12.non recedet gladius de domo tua vsq̄ in sempiternum. Et licet de persona propria ꝙ non moreretur tunc fuerit dauid certior factus ab eodem (ex hoc ꝙ quũ dixisset peccaui domino / dixit ei nathan non morieris) de pœna tamen cōminata domui suę timidus remansit/vsq̄quo diuina reuelatione intellexit deum sibi placatum quo ad pœnam successionis filiorum in regno & generationis christi ex gente eius. ¶ Ad huiusmodi itaq̄ redintegrationē gentis dauidicę ad perpetuũ regnũ (p̄cipue in mesia) directe spectat hic psalmus: vt facile patere pōt intuenti progressum psalmi/describentis casum dauidis/& luctum eius cum releuatione eius ad laudandum deum &c̄. Hæc enim quadrant optime titulo. Est autem hmōi redintegratio appellata initiatio/quia priorem promissionem quę superuenerunt crimina aboleuerunt. Congruitq̄ ei dedicatiōis nomen: pro quanto tunc domus dauidis firma sanctione addicta est generationi mesię regis ęterni. ¶ Sensus itaq̄ tituli est. Psalmus/appositiue canticum. vt psalmi noīe intelligas substãtiam/hoc est cōmune nomen omnibus psalmis: iuxta illud act.1. scriptum est in libro psalmorum. sicut enim apud poetas vocantur eglogę/epigrãmata &c̄. ita substantiale nomen horum est psalmus. Canticum autē quod idē significat apponitur vt nomen officii: quia psalmus iste cantat initiationem domus.i.gentis dauidicã promissam seu firmatam ad perpetuam regni successionem.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid vbi ex quasi ęgritudine ad mortem liberatus, vitam ex diuina volũtate/momentaneũ vero malum ex diuina indignatione prodire cognouit/& ex multa securitate expertus in suo casu est ꝙ diuinę est voluntatis pręstare perseuerantiam in bono, supplex petit a cōminata pœna liberari ob diuinam tam laudem q̃ veritatem propagandam: & exauditus promittit exequi pollicita.

¶ Persona loquens propheta est.

Exaltabo te domine. Diuidit̄ psalmus ĩ ptes duas: ꝓpositiuã materię, & executiuã/ibi dñe deus. ¶ Proponit tria. Primo promittit. exaltabo te dñe/non in teipso sed in laudibus/in predicationibus &c̄. Secũdo affert cãm vnam. quoniam eleuasti me/in regem/in patrem mesię. Tertio subiungit aliam causam/immo firmitatem p notis. & non lętificasti inimicos meos mihi/hoc est non fecisti me materiam lętitię apud inimicos meos: quod fuisset si me punisses iuxta crimina mea.

¶ Domine deus meus. Incipit hic pars executiua tali ordine. Prĩo tractat̄ illa pricula/& nō lętificasti inimicos meos mihi. scđo illa/exaltabo te dñe/ibi ad te dñe. tertio illa/qm̃ eleuasti me/ibi vertisti luctum. ¶ Circa primum aduerte progressum. nam propheta explicat primo magnitudinē bñficii recępti ex magnitudīe piculi sub similitudine ęgri ad mortem. Describit siquidem seipsum fuisse quasi ęgrũ ad mortem pp cōmissa crimina/& a deo liberatum. Dñe inquit deus meus clamaui/magna cordis voce, ad te: & sanasti me. ecce ęgritudo. Dñe ascēdere fecisti/veniam concedendo, ex fouea/inferni, aīam meam: viuificasti me a descēdere meo in foueã. Ecce ęgritudo ad mortē: quũ essem in procinctu descendēdi in foueam sepulchri/viuificasti me. Et sic habes magnitudinē bñficii in sanatione corporis metaphorice/ & in eductione aię ab inferno proprie q̃tum ad demeritum. Textus hebręus habet foueę in dtō: sed cōgruitas mutauit in foueam. ¶ Deinde describit directe contra lętitiam inimicoꝝ gaudium sanctoꝝ ob tm̃ bñficiũ ex rōnibus ex pte dei. Vnde inuitat. Cantate dño gratiosi eius/hoc ē liberales ad bñfaciendũ gratis: & cōfitemini/cōfessiōe laudis, memorię sanctitatis eius/reddite memorabilē vfis laudibus diuinã sanctitatē qua tm̃ diligit sanctificare nos. ¶ Qm̃ momētũ in furore eius, vitę in voluntate eius. Dña duplex allegat̄ ex deo respectu nři boni & mali. Prima est ꝙ diuturnitas boni nři est ex voluntate dei, malũ aũt breue ex indignatiōe dei est. Vnde q̃ta est dña inter voluntatē & passionē ię/q̃ta est differentia inter id quod voluntas suapte natura vult & id qđ ex passione momentanea volumus, tantã intelligas eē dñam dispōnis diuinę ad nřm bonum & ad nřm malum. nã ad bonũ voluntate fert̄, ad malũ aũt indignatione/hoc est ad similitudinem indignati. Et ppea furori attribuit momentũ: tum qa passio est momentanea: tum qa effectus passionis in hac vita momentaneus est. Voluntati aũt attribuit vitam: quę est & maximũ & diuturnius nřm bonũ. ¶ Altera differētia subdit̄. In vespere pnoctabit fletus, & mane cantus. Ex differētia inter diem & noctem pspice diuersam tpis qualitatem: dum fletum deus in obscuritate nocturna tribuit, lętitiam aũt in laudibus suis inchoat a mane. Vt & hinc intelligas nō de nocte & die quas luce corporali distinguimus esse sermonem: sed ꝙ tpe tenebrarum mentis/tenebrarũ quo aīa in tenebris est, fletum dat deus: hoc est nō prius dat flere q̃ tenebrę animum cōphenderint. & ꝙ luce accedente intima dat interni cantus gaudia. Ex qua differentia habes ad lřam quod consueuit dici/ꝙ deus nō est prius vltor q̃ homo sit peccator.

In vespere

In vespere/nostri animi, pernoctabit fletus: & mane/ interne lucis, erit cantus. Et proprie dictio hebraica significat laudem mixtam cantui. ¶ Explanata primo magnitudine beneficii/explanato gaudio sanctorum de tanta diuini animi propensitate ad bonum nostrum, restabat tertio descendere ad propositum. Et primam proprii mali radicem aperiendo instruere nos ꝙ differentia dicta inter voluntatem & indignationem diuinam nõ oritur ex parte dei/sed ex parte nostri: ita ꝙ nos sumus in causa huius diuersitatis. Et ad hęc declarandum subiungit. Et ego dixi in quiete mea, nõ labar ęterno. ¶ Nota prudẽs lector obrepsisse dauidi peccatum nimię securitatis post promissionem ei factam primum de perpetuitate domus eius. Ecce ipse fatetur securitatem suam. Et ego dixi in quiete mea / regia diuinis promissionibus vallata. Quies non solum est status dicẽtis sed ratio dicẽdi: hoc est dixi apud me ratione affectę quietis in tanta affluentia bonorum spiritualium & tẽporalium. Ecce quod dixi. non labar ęterno/non peccabo nõ cadam a regno & promissionibus diuinis. ¶ Et vt intelligamus errorẽ securitatis suę subdit. Domine in voluntate tua. Acsi aperte diceret. ego quieti tot bonorum attribui perseueraturum me in bono, sed longe altiorem causam neglexi / longe aliter esse comperi: quoniam expertus sum ꝙ voluntas tua domine beneuola versus me/est vera stabilitatis causa. Domine in volũtate tua stare fecisti monti meo fortitudinẽ, abscondisti facies tuas/fui territus. Doctrina superius cantata in genere (scilicet vita in voluntate eius/& momentum in furore eius) modo applicať ad casum eius/modo cognoscit & confitetur ꝙ non ex sua firmitate sed ex diuina volũtate perseuerauit fortitudo ne caderet in peccatũ monti suo/celsitudini suę. Vnde ꝗ primum dñs deus abscondit faciẽ suam/hoc est ad instar abscondentis faciẽ subtraxit custodiam animę dauidis, statim ĩquit fui territus. Cõtrariatur fortitudini timor: & multomagis terror. Fatetur ergo se perdidisse fortitudinem, dum confitetur se fuisse territum. Et vere perdidit fortitudinẽ animi ad aspectum mulieris &c̃. ¶ Vbi vide appellatum superius furorem dei/modo appellari absconsionem faciei: vt intelligas deum circa malum culpę non efficere positiue sed negatiue: & hoc ipsum quod est negare custodiam suam/prouenire ex culpa nostra. Totius enim huius progressus (si diligentius perspectus fuerit) inuenitur prima radix. ego dixi in quiete mea/non labar ęterno: hoc est securitas in bonis adeptis. ¶ Hinc habes docte lector ꝙ non sufficit nobis ad perseuerandum in bono gratia virtutum/sed requiritur gratia diuinę voluntatis: hoc est gratuita dei custodia ad seruãdum hominem ne perdat gratiam virtutum. Hęc enim gratuita voluntas est de qua dominus ad paulum. sufficit tibi gratia mea.

Ad te domine vocabo. Tractať hic illa particula/exaltabo te domine: explanãdo oẽs animi sui vires tendere ad exaltationem dei postꝗ̃ cecidit. nam declarato casu suo/subiungit nũc quomodo surrexit: scilicet tendendo ad diuinam gloriam. Vnde ab hoc ꝓposito pseuerandi inchoat. Ad te domine vocabo/nõ in abundantia bonorum meorum confidam: & ad dominum deprecabor/cum supplicibus precibus recurram supplicando. Quę vtilitas in sanguine meo/hoc est in progenie mea (frequẽti siquidem vsu dicimus. hic est de sanguine meo/hoc est de gente mea) in descẽdere meo ad foueam? Quod ĩtelligitur de cõminata poena per nathan. non recedet gladius de domo tua in ęternum. Hęc enim significatur per descendere in foueam. Et in hac poena clauditur priuatio generationis messię ex domo dauidis. Et intendit proponere deo ꝙ si poena huiusmodi haberet locum/ad nihil esset vtilis ꝓgenies sua. Et ꝙ ad nihil esset vtilis probat. Nunqd confitebitur te puluis/nunquid annunciabit veritatem tuam? Vbi nota omnem vtilitatem complecti a ꝓpheta in duobus officiis: scilicet officio laudãdi deum/& officio manifestandi veritatem diuinam: vt hinc conspicias spũalem affectum poenitẽtis dauidis/nullam ęstimantis vtilitatem nisi vel ad dei laudẽ vel ad manifestãdum quę dei sunt. ¶ Et intendit ꝙ si progenies sua subiicitur poenę cõminatę/inutilis inuenietur: vtpote inhabilis & ad laudandum deum & ad manifestandam diuinam veritatem. Quod ex duobus verificatum fuisset capitibus. Primo ex parte psalmorum dauidis: quoniam reprobati fuissent: vtpote ab homine criminoso & damnate gentis editi. Secundo (quod pręcipue intẽtum videtur a propheta) ex parte messię: quia si sanguis dauidis in tota eius progenie descenderet in foueam sicut & alię progenies hominum (qđ esset si non terminaretur ad messiam regem viuentem in ęternum) non esset vtilis sufficienter ad laudandum deũ & manifestandam diuinam veritatem. nam omnes redigerentur in puluerem, & puluis ad neutrum officium est idoneus: prodeunte autem christo ex eius sanguine, ipse christus qui non redigeť in puluerem sed immortalis &c̃. inuenietur autor & manifestationis diuinę veritatis & quęrendi diuinam gloriam. ¶ Quia ergo non quęrit quę sua sunt in hac ratione dauid sed quę dei/multiplicat pręces. Audi domine/tua benignitate, & miserere mei/tollendo miseriam peccati: domine esto adiutor mihi /ad consecutionem tanti boni.

Vertisti luctum. Tractatur hic illa particula/quoniam eleuasti me. Primo declarando ipsam eleuationem, deinde declarando coniunctionem quoniam/ibi propterea. ¶ Declarat eleuationem suam duabus similitudinibus. Quarum prima spectat ad statum. Vertisti luctum meum. ecce similitudo ad statum lugubrem. Ad choream mihi. contra statum luctus e regione ponitur status ducentium choreas. ¶ Altera similitudo spectat ad vestitum. Soluisti saccum meum. Ecce similitudo ad vestitos

ſacco:vt olim exiſtentes in luctu ſe induebant. Et cinxiſti me lętitia.contra ſaccum ponitur cingulum lętitię:vt cingulo intelligas circūquaq; veſtitum lętitia. ℂ Cauſa autem cur ipſum eleuauerit ex ſacco & luctu in chorum lętantium/ſubiungitur.Propterea cantabit tibi honor & non ſilebit. Hic eſt fructus intentus ꝙ propter hanc/gratiam conceſſam mihi cantet tibi deo honor abſq; ceſſatione. Prius cantauit tibi honorabilis ſtatus meus,ſed ſiluit / hoc eſt ceſſauit propter crimina mea:in poſterum cantabit abſq; ceſſatione. ℂ Hinc colligimus ſecuritatem dauidis peperiſſe in eo negligentiam laudandi deum.ita ꝙ confiſus in affluētia diuinorum donorum(velut ſecurus de ſtabilitate)minus vacauit diuinis laudibus.Propter quod deus ſubtraxit ſuam cuſtodiam & permiſit ipſum cadere: vt de cętero ſolicitus eſſet ad cantandum deum ſine intermiſſione. Vnde & ſubdit / quod in principio promiſit repetens Domine deus meus ęterno /non ad tempus/ſine intermiſſione,confitebor te/confeſſione laudis.Amen.

ℂ VVLGATA EDITIO. ℂ Victori pſalmus dauid. XXX.

IN te domine ſperaui/non confundar in ęternū:in iuſtitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam:accelera ut eruas me.
Eſto mihi in deum protectorem & in domum refugii:ut ſaluū me facias.
Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me & enutries me.
Educes me de laqueo hoc quem abſconderunt mihi:quoniā tu es protector meus.
In manus tuas cōmendo ſpiritum meum:redemiſti me domine deus ueritatis.
Odiſti obſeruantes uanitates ſuperuacue.
Ego autem in domino ſperaui:exultabo & lętabor in miſericordia tua.
Quoniam reſpexiſti humilitatem meā:ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam.
Nec concluſiſti me in manibus inimici:ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.
Miſerere mei domine quoniam tribulor:cōturbatus eſt in ira oculus meus/anima mea & uenter meus.
Quoniam defecit in dolore uita mea:& anni mei in gemitibus.
Infirmata eſt in paupertate uirtus mea:& oſſa mea conturbata ſunt.
Super oēs inimicos meos factus ſum opprobriū uicinis meis ualde:timor notis meis.
Qui uidebant me/foras fugerunt a me:obliuioni datus ſum tanq̄ mortuus a corde.
Factus ſum tanq̄ uas perditum:quoniam audiui uituperationem multorum commorantium in circuitu.
In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me:accipere animam meam conſiliati ſunt.
Ego autem in te ſperaui domine:dixi.deus meus es tu,in manibus tuis ſortes meę.
Eripe me de manu inimicorum meorum:& a perſequentibus me.
Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum:ſaluū me fac in miſericordia tua domine,non confundar quoniam inuocaui te.
Erubeſcant impii & deducantur in infernum:muta fiant labia doloſa.
Quę loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem:in ſuperbia & in abuſione.
Quam magna multitudo dulcedinis tuę dn̄e:quam abſcōdiſti timentibus te.
Perfeciſti eis qui ſperant in te:in conſpectu filiorum hominum.
Abſcondes eos in abſcondito faciei tuę:a conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo:a contradictione linguarum.
Benedictus dominus quoniam mirificauit miſericordiā ſuam mihi:in ciuitate munita.
Ego autem dixi in exceſſu mentis meę:proiectus ſum a facie oculorum tuorum.
Ideo exaudiſti uocem orationis meę:dum clamarem ad te.
Diligite dominum omnes ſancti eius:quoniam ueritatem requiret dominus / & retri

buet abundanter facientibus superbiam.
Viriliter agite & confortetur cor uestrum:omnes qui speratis in domino.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Vincenti psalmus dauidi. XXXI.

1 Propheta. IN te dñe speraui:nõ confundar ęterno,in iustitia tua erue me.
2 Inclina ad me aurẽ tuam, cito libera me:esto mihi (in petrę) petrę roborationis/(in domũ) domui arcium, ad saluandum me.
3 Quia rupes mea & arx mea tu (es) :& pp nomen tuum duces me & deduces me.
4 Educes me de reti hoc (qđ) abscondeunt mihi:quia tu roboratio mea (es).
5 In manu tua cõmendabo spiritum meũ:redemisti me domine deus ueritatis.
6 Odiui custodientes uanitates frustra:& ego ad dominum confisus sum.
7 Exultabo & lętabor in gratia tua:quia uidisti paupertatem meam,cognouisti in tribulationibus animę meę.
8 Et nõ fecisti concludi me in manu inimici:fecisti stare in latitudine pedes meos.
9 Miserere mei domine:quoniam angustia mihi (est),tineosus fuit in ira oculus meus/anima mea & uenter meus.
10 Quia consumptę sunt in mœrore uitę meę/& anni mei in suspirio:impegit in delictũ meum uis mea,& ossa mea tineosa fuerunt.
11 Ab omnibus angustatoribus meis fui opprobrium & uicinis meis ualde,& timor notis meis:uidentes me foris,recesserunt a me.
12 Obliuioni traditus sum quasi mortuus a corde:fui quasi uas perditum.
13 Quoniam audiui infamiam multorum,timorem in circuitu: in consiliando simul super me,ad tollendam animam meam cogitauerunt.
14 Et ego super te cõfisus sum dñe :dixi. Oratio. deus meus tu.
15 In manu tua tempora mea (sunt) :libera me de manu inimicorũ meorũ,& a sequẽtibus me.
16 Illumina facies tuas super seruum tuum:saluum me fac in gratia tua.
17 Propheta. Dñe non confundar/quia uocaui te:cõfundent̃ ipii, tacebũt in fouea †. † fouea
18 Obmutescent labia falsitatis:quę loquẽtia (sunt) sup iustũ/durũ in sụpbia & despectione.
19 Quam multa bonitas tua (est) :quam seruasti timentibus te, (qua) operatus es sperantibus in te coram filiis adam.
20 Abscondes eos in abscondito facierum tuarum a superbiis uiri :abscondes eos in umbraculo a contentione linguarum.
21 Benedictus (sit) dñs : quoniã separauit gratiam suam mihi in ciuitate munitionis.
22 Et ego dixi in festinatione mea. Desperatio. abscisus sum de conspectu oculoꝝ tuorũ. Propheta. siquidem audisti uocem deprecationum mearum in clamare meo ad te.
23 Diligite dominum omnes gratiosi eius : fideles custodiens dominus (est) & retribuens super superfluum/faciens superbiam.
24 Roboramini:& roborabit (deus) cor uestrum omnes sperantes in domino †. † dño

TItulus est. Vincenti psalmus dauidi. De quo vt supra.
ℭ Circa materiã psalmi aduerte nec ex titulo nec ex autoritate sacræ scripturę alibi determinatã inueniri. Ex eo nanqꝫ ꝙ dñs in cruce dixit qntũ huius psalmi versiculũ (in manus tuas cõmendabo

spiritũ meum) nõ habet ꝙ psalmus iste ad literam de chrõ tractet. tñ quia verba dicta a chrõ differũt ab huius psalmi versiculo. nã chrs dixit in manus tuas: psalmus dicit in manu tua. vt ex ipsa differẽtia discerni possit ꝙ transumptiue accõmodauit ꝓposito suo verba illa dominus ex hoc loco. Tñ q̃a in hoc psalmo tot ꝓpria ipsi dauidi tractant, vt attestet ipsemet psalmus ꝙ ad literam loquitur de dauide. ¶ Ex psalmo itaq̃ colligendo materiã, quũ res gestę cõgruãt dauidi (quẽ cõstat ex titulo eẽ autorẽ psalmi) cõsequẽs est de ipso dauide psalmũ tractare. Et qm̃ clare tractat angustias eius & cõsilia inimicoꝝ de morte eius, q̃ bis legunt (semel tẽpore saulis & semel tpe absalon) oportet psalmum hũc de harꝫ altera ꝓsecutione itelligere. Et q̃a in. 18. versiculo dicit de inimicis ꝙ loquunt contra iustũ, & sunt labia falsitatis, isinuat ꝙ de tpe saulis est sermo. nã in ꝓsecutione absalon, dauid ob crimina sua patiebat: a saule aũt ĩpositis sibi criminibus iustus patiebat. Collatis quoq̃ angustiis quas se pati dauid in hoc psalmo refert, cũ gratiarꝫ actione quę circa calcẽ psalmi fit (.s. benedictus dñs qm̃ separauit &c̃.) apparet ꝓpriã huius psalmi materiã esse historiã angustiarũ dauidis in deserto mahon, postq̃ egressus est de ceila. Dicit enim. 1. reg. 23. ꝙ dauid diuina mĩsione monitus ne maneret in ceila, vagabat icertus: & ꝓdentibus zipheis, saul exiit ad quęrendũ dauidẽ: qui descẽdit ad petrã in deserto mahon. & ibi cinctus est ab exercitu saulis in modũ coronę: in tantãq̃ deuenit angustiam vt quodãmodo desperaret se posse euadere &c̃. Huic enim historię, manifeste quadrãt q̃ cõcludunt in fine psalmi: quadrãt & mala q̃ ꝓpheta dicit se pati: vt amplius patebit in decursu psalmi. ¶ Vnũ tñ qd obstare vr in versiculo. 10. (impegit in delictũ meũ vis mea) quõ nõ obstet sed magis attestet historię, tunc declarabitur.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid vbi suę in deo spei multiplicẽ reddidit rõnẽ, tũ miserias ꝓprias, tũ pericula ꝓpria a saule & complicibus deo exponens, opem petit: & ex diuinę iustitię retributione erga bonos & malos firmatus, gratias de sui liberatione agit, hortans alios ad ea quę dei sunt.

¶ Persona loquens propheta est.

IN te domine. Diuidit psalmus in partes duas: ꝓpositiuã materię, & executiuã, ibi esto mihi. Proponit quattuor. Primo spem suã in deo. in te, nõ in me, non in hoie, nõ in idolis, domine speraui. Secũdo certũ spei effectũ. nõ cõfundar ęterno. i. nunq̃ cõfundar. Vbi nota ꝙ confusio sumit dupliciter. Primo vt opponit exteriori glorię: put aliqs q̃ ignominiose tractat, cõfundi dicit. Et de tali cõfusione nõ est hic sermo: vt patet ex ipso cõtextu psalmi, quo ꝓpheta dicẽs se sperãtẽ in deo nunq̃ cõfundẽdũ, fatet in. xi. versiculo se fuisse opprobriũ & inimicis & vicinis &c̃. Alio mõ sumit cõfusio vt opponitur expectatę assecutioni: put expectãs aliqd, dicit cõfusus nõ assequẽdo illud. Et sic sumit in ꝓposito. Ita ꝙ spes in deo tã efficax describit vt nunq̃ remaneat sperãs cõfusus ab assecutione rei sperę, sed ĩfallibiliter assequet illã. Quod cõstat esse verum itegra existẽte spe. ¶ Tertio ꝓcem suã ex parte iustitię. in iustitia tua erue me. In quo & periculũ suum explicat, dicendo eripe me: & pro rõne tanti beneficii licet non ꝓpriam, dei tñ iustitiam interpellãt, dicẽs in iustitia tua. sciens se fouere iustã cãm: quia iniuste ꝓsecutionem patiebat a saule. ideo nanq̃ iplorat auxiliũ diuinę iustitię retributiuę ſm merita. ¶ Quarto eandem petitionẽ ex parte gratię. inclina ad me aurẽ tuã. Si puram iustitiã vellet, nõ peteret inclinationẽ auris ad se: qm̃ inclinatio huiusmodi, benignitatis est diuinę, nõ iustitię. Et dicit ad similitudinẽ principis in excelso sedentis, ad quem non põt vox existẽtis a longe inferius, peruenire nisi princeps inclinet ad illũ aurem: quod gratię esset. Nec solum apponit gratiam pro se, sed celeritatem auxilii: cito libera me. periculũ insinuans in mora. Et vere sic fuit in deserto mahon.

Esto mihi. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat illa particula, in te domine speraui. Secundo illa, inclina ad me aurẽ tuã, ibi miserere mei. Tertio illa, non cõfundar ęterno, simul cum illa, in iustitia tua erue me, ibi dñe nõ cõfundar. ¶ Circa primũ (scilicet in te domine speraui) vtit quinq̃ locis sue spei, explicando ꝓpria desideria & beneficia recepta. Primus est ex eo ꝙ deus initium fuit omniũ quę euenerunt dauidi, eligẽdo ipm ex officio pascẽdi oues ad militiã &c̃. Esto mihi petrę roborationis, domui arciũ ad saluandum. ecce petitũ. Subdit ratio spei. quia rupes mea & arx mea tu. Iuxta historiã dauid nõ potens se saluare in ciuitate ceilę, venit ad petram mahon: ĩ qua saluatus est, diuina prouidẽtia reuocante saulem ad occurrẽdum philisteis. Et ꝓpterea vtit ꝓpheta similitudine rupis & arcis (loco ciuitatis munitę) & petrę saluatricis. Et quia arces fortes ex situ, ędificãt in rupibus (hoc est in montibus saxosis) ideo propheta petens a deo euasionem suam, quæ per confugium ad huiusmodi arces solet prouenire, ait. Esto mihi petrę (hoc est in petram) roborationis, in rupem fortitudinis officio: appositiue domui arcium. Petra roboris est fundamentum domus arcium: & est arx fundata super petram, ad saluandum, non ad offendendum. Quia (ecce ratio) & petra seu rupes mea, fundamẽtũ oĩs firmitatis meę, & arx mea excelsa, securitas mea, tu. Iustũ est. n. vt rupes mea & arx mea fungantur officio saluandi me. Et dixit hoc ad literam, quia deus fuit primum fundamentum super quod fabricata est gratia dauidis tam inuisa sauli. Acsi aperte diceret deo. tu es fundamentum omnium propter quę patior a saule: & propterea peto & spero vt fungaris officio & rupis & arcis. ¶ Secundus est ex diuino noie. & propter nomen tuum duces me & deduces me. Fiducialiter petitionem

tanq̃ futuram affirmat. duces me, ad regnum promissum. nec solum duces sed etiam deduces me: hoc est (vt dictio hebraica sonat) suauiter duces. Et hæc propter nomen tuum. iustum quippe est, vt quod nomine tuo inchoatum est perficias: & hinc spero. Et dixit hoc, quia samuel diuino nomine & vnxerat eum & præposuerat sauli. ¶ Tertius est ex eo ꝙ solus deus erat fortitudo dauidis in causa regni, propter quam patiebatur. Educes me de reti hoc absconderunt mihi, quia tu roboratio mea. De reti abscondito sibi a saule mediantibus exploratoribus ad capiendum ipsum, fiducialiter quoq; affirmando petit liberationem, fultus ea spe qua solus deus erat qui pugnabat pro ipso. ¶ Quartus est ex fiducia in maioribus. Vbi nota ꝙ hactenus de spe sua circa temporalia bona rationem adduxit: modo ex sua in deo fiducia circa spiritualia bona suam spem probat. Supremum autem hominis bonum est anima quatenus officio fungitur spiritus. nostra siquidem anima quatenus viuificat corpus, vocatur anima: quatenus autem superiori bono vacat, vocatur spiritus: dicente paulo. caro concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem. Dicente domino. spiritus est deus, & eos qui adorãt, oportet in spiritu adorare. Vnde quum separatur a corpore anima, transit de statu animæ in statum spiritus. Ex hoc itaq; ꝙ spiritum suum commendaturus est deo, fiduciam suam in deo de maximis bonis manifestat. Vnde & more humano quo depositam rem charam, manui assignamus depositarii non ministrorum eius, ait. In manu tua, in immediata cura & custodia tua, commendabo, perseuerabo cõmendans, spiritum meum, animam meam quatenus officio hic fungitur spiritus, & tãdem quatenus ad statum transibit spiritus. propter huiusmodi enim statum conuenit hic versiculus migrantibus ex hac vita. ¶ Et ratio tantę spei subditur. redemisti me domine. Redemptus ad literam fuit dauid in patribus suis de seruitute egypti ad terram promissionis vt cultum deo in ea exhiberet. Hoc mysteriũ huius finis ad quẽ redemptus est populus intelligens dauid, assignat pro ratione suę spei immo securitatis, ꝙ ideo spiritum suum deo iugiter commendabit quia deus redemit eum, fecit eum esse dei ad officium spiritualis cultus exhibendum. Et propterea addit deus veritatis. Poterat dicere deus iustitię, deus fortitudinis &c̃. sed nihil horum dixit, sed tantummodo deus veritatis, qua pascitur spiritus: vt significaret ꝙ deus redemit sibi populum non colendus humanis figmentis, superstitionibus aut adinuentionibus, sed deus veritatis, actor, amator, & qui sola veritate colitur. Ac si apertius dixisset. quia tu me redemisti ad veritatis cultum tibi exhibendum, ideo in manu tua commendabo spiritum meum, qui viuit veritate. Vbi docte lector intueri potes vtranq; diuini cultus conditionem a propheta tactam. spiritum scilicet & veritatem. quas dominus ioan. 4. clarius explicauit. spiritus est deus, & eos qui adorãt op3 in spũ & veritate adorare. Cultus quippe diuinus substantialiter consistit in actibus mentis: quę ad superiora tendens spiritus vocatur. Verum hi spiritus seu mentis actus debent inniti veritati: vt scilicet colamus intus deum, credentes ipsum vnum solum deum, creatorem & gubernatorem vniuersorum &c̃. alioquin nõ colitur veritate, quãuis colatur spiritu: vt colitur ab hereticis, maumethanis &c̃. ¶ Ad contestandum autem se deo veritatis obsecutum, subdit. Odisti custodientes vanitates frustra, & ego ad dominum confisus sum. Optimus filius dei veritatis, tum odio habet obseruantes vanitates superstitionum, incantationum, idolatrię &c̃. (quę qui obseruant frustra obseruãt: hoc est & sine causa exhibentes diuinum cultum iis qui non sunt dii, qui non crearunt eos, qui nõ gubernant eos. & sine causa sperandi fructus: quia non est in potestate eorum satisfacere petentibus) tum fiduciam suam in solo deo locauit. ¶ Quintus est ex experientia perceptorum beneficiorum. Exultabo inquit & lętabor in gratia tua, sperans: quia vidisti paupertatem meam, postq̃ saul cœpit me persequi, cognouisti in tribulationibus animam meam, vitam meam. Et non fecisti concludi me in manu inimici, saulis dum ꝑsecutus est me in domo & in naioth: sed fecisti stare in latitudine pedes meos, dans mihi spatium fugiendi. Hęc enim oĩa beneficia receperat tunc temporis.

Miserere mei domine. Tractatur hic illa particula, inclina ad me aurem tuam, tali ordine. Primo commendat se deo ratione casus sacerdotum. & deinde ratione periculi imminẽtis sibi, ibi quoniam audiui. ¶ Circa primum aduerte ſm historiam ꝙ dauide existente in ceila venit ad eum abiathar filius achimelech sacerdotis fugiens stragem sacerdotum factam in nobe: vt patet. 1. reg. 23. Et tunc gesta sunt quę hic refert, & proponit se passum in oculis, in anima, in ventre &c̃. Per quę omnia intellige duo. Primo multiplicem passionem animi dauidis audita tam crudeli strage. Secundum ad cumulum doloris, penitudinem imprudentię suę qua fuit occasio tantę stragis. nam ipsemet est confessus. 1. reg. 22. ad abiathar, ego sum reus omnium animarum patris tui: sciebã enim in die illa ꝙ quũ ibi esset doeg idumeus, proculdubio annunciaret sauli: scilicet ꝙ pater tuus consuluit deum pro me, dedit mihi panes & gladium. Pro his itaq; ait. Miserere mei domine: quoniam angustia mihi, supple est audita tanta strage: tineosus fuit pro tineatus fuit seu tineauit si dici licet, in ira tanta, saulis, oculus meus, anima mea & venter meus. totus commotus & corrosus sum: oculus meus interior, anima in passionibus, & venter in corporis visceribus. Et explicans tinearum effectus. Quia cõsumptę sunt in mœrore vitæ meæ (hebraica appellatione numero plurali semper significant vitam: quia carent singulari talis nominis; vt iam dictum est) magnitudo mœroris consumpsit vitam meam. mœror

enim opponitur dilatationi cordis. Et anni mei/cōsumpti sunt, in suspirio: impegit in delictum meum vis mea. Imprudentiam suam qua non cauit a p̄sentia doeg idumęi appellauit offensionem per modum impingentis/eo ꝙ non voluntarie sed pręter intentionem peccauit. Et propterea magis effectum culpę q̄ culpam ipsam deflet. Ad similitudinem ergo hominis fortis viribus cadentis impingēdo in aliquod offendiculum/describit materiam luctus. Impegit in delictum meum/imprudentiam/incautelam meam, vis mea: & ossa mea tineosa fuerūt. Dictio hebraica sonat ossa vt comesta a tinea: quod si lingua latina pateretur/dici deberet tineata sunt seu tineauerūt. De ratione huius similitudinis dictum est in psalmo sexto: scilicet ꝙ ratione proprię culpę dauid vtitur metaphora tineę: quia ipsemet sibi fuit causa corrosionis. ego inquit sum reus omnium animarum patris tui. Per quam metaphoram intelligo non tam afflictionem corporis q̄ defectionem animi in hominibus ad sustentādum dauidem. ex illa siquidem clade non solum exterriti sunt omnes sustentantes dauidem, sed ad similitudinem consumptorum a tinea effecti sunt inutiles/non audētes amplius porrigere aliquid dauidi. propter hoc enim ossa sua/quasi sustentantia ipsum, velut adesa a tineis describit. ℣ Et huic sensui consonat continuatio subsequentium iniuriarum/consistentium in hoc ꝙ factus est opprobrium vicinis & amicis & habitus est pro perdito. Ab omnibus inquit angustatoribus meis/cātum est, ꝙ fui opprobrium & vicinis meis valde, & timor notis meis. Audita enim tanta sęntia habebatur dauid vituperio apud vicinos suos quantumcunq̄ prope (vicini enim vituperabant eum/timētes saulem: vt patet de nabal & de zipheis) & apud cognoscentes amicos & notos suos erat timor/hoc est ratio timoris: nullus enim audebat se profiteri amicum dauidis prę timore saulis. Videntes me foris, recesserunt a me/tanq̄ si obuiarēt contagiosę pesti. ℣ Obliuioni traditus sum quasi mortuus a corde. nullus enim mittebat ad eum. Vbi aduerte comparari obliuionē sui obliuioni mortui a corde. mortui enim etsi sunt in recordatione nostra in lingua/in libris/in laudibus/in sepulchris, nunq̄ tamen in corde: vtpote quibus nulla nostri cordis affectio vtilis apparet. Et intendit per hoc explicare integritatē obliuionis: vt sicut mortuus longe est a memoria cordis nostri/ita ipse totaliter datus erat obliuioni. Et vt magis explicaret subdit. fui quasi vas perditum. quod quia perditū est habetur pro derelicto: sic enim tūc habitus est dauid. Et intellige hebręo more noīe vasis quodcūq̄/siue illud sit vestis siue qd aliud. intēdit. n. cōcludere ꝙ fuit tāq̄ vas/hoc est res pdita: vtpote a tineis comesta/tāq̄ res inutilis reddita.

Quoniam audiui infamiam multorum. Cōtinuando quę redundarūt in eum ex occisione sacerdotum/adiungit subsecutum periculum vitę proprię. Non somniaui me factum esse opprobrium vicinis. Quoniā audiui infamiā/propriam seu vituperationem, non ex ore vnius sed multorum: & (qd̄ peius est) timorem in circuitu. Et ratio timoris est. quoniam in consiliando simul super me, nō ad tollenda bona mea sed ad tollendam animam meam cogitauerunt/consilia fecerunt. quod pluries & tūc in specie factum fuisse testatur historia. ¶ Inter hęc autem mala & pericula qualis ipse fuerit subiungit. Et primo quoad partem affectiuam. Et ego super te confisus sum domine/nō super hominem. Secundo quo ad partem contemplatiuam. Dixi/i mente mea eleuata ad te, deus meus tu. ecce eleuatio mentis in deitatis professionem. In manu tua/in cura tua, tempora mea/dies mei/anni/menses &c̄. ecce eleuatio mentis in diuinam potentiam & gubernationem. ℣ Tertio sm̄ partem desideratiuā/explicatam tribus petitionibus. Prima est. Libera me de manu inimicorum meoꝝ & persequentiū me. Inimicus nomen est odii: persequens nomen operis exterioris. Et hæc petitio directe respōdet supradicto timori ab iis qui fecerunt consilium ad tollendam aīam eius. Secunda petitio. Illumina facies tuas super seruū tuum. Ostēdisti faciem tuam obscuram super me dū me reddidisti opprobriū vicinis &c̄. monstra modo faciem tuam illuminatam/claram loco tot opprobriorum. Et pōt referri huiusmodi claritas ad claritatem notitię interioris de deo: vt loco exteriorum obscuritatum habeat claritatē internam diuinę faciei/diuinę pręsentię. Et potest referri ad claritatem exterioris glorię/vt faciat cessare huiusmodi vituperationes. hęc enim petitio supradictis opprobriis respōdet. Tertia est. Saluū me fac in gratia tua. Et hęc petitio respondet supradictę derelictioni & obliuioni. ab omnibus sum derelictus & obliuioni traditus, salua tu me, nō meritis meis sed gratia tua.

Domine non confundar. Tractatur hic illa particula/non confundar ęterno. Et quoniam (vt prędictum est) inseritur explanatio illius particulę/in iustitia tua libera me, ideo talis est ordo. Primo proponitur ratio non confusionis proprię. Domine non confundar, quia vocaui te/q. a recursum habui nō ad aliū q̄ ad te. Deīde statim annectit̄ ratio diuinę iustitię retributiuę vt ratio nō cōfusionis eius. & postea prosequitur effectum non cōfusionis/ibi benedictus dominus. Ratio iustitię retributiuę in deo habet vt reddat vnicuiq̄ sm̄ opera sua: hoc est male agentibus mala, timentibus autem & sperātibus in deo bona. Vtranq̄ partem propheta prosequitur/inchoans a retributione malorum. Ego inquit non confundar, sed confundentur impii/in sacros sacerdotes: & tacebunt in fouea/aut parati sibi casus seu sepulchri aut inferni. Vtrunq̄ enim verificatum est: nam & damnati sunt & ceciderunt gladio philistinorum. In hebręo fouę in casu datiuo habetur: sed cōgruitas mutauit in fouea. ℣ Et subiungitur ratio demeritoria. obmutescent labia falsitatis: quæ loquentia/supple sunt, super iustum

durum in superbia & despectione. Hæc enim omnia interuenisse in eloquiis saulis & suorum contra dauidem, manifestum est legenti historiam. Vbi aduerte congeriem deformitatum in locutione. Pri/mo ex genere, labia falsitatis. Secundo ex persona contra, quam, super iustum. Tertio ex re dicta, du/rum, non cedens sed excessiuum ac robustum ad pessundandum. Quarto ex ratione dicendi ex par/te dicentis, in superbia. Quinto ex ratione dicendi ex parte eius in quem dicitur, in despectione. Et sex/to ex perseuerantia dicendi: quia in præsenti, loquētia. ℣ De retributione vero bonorum subdit. Quā multa bonitas tua quam seruasti timentibus te. Non solum beatitudo futuræ vitæ est ineffabilis (iux/ta illud esa. 64. oculus non vidit nec auris audiuit quæ præparasti diligētibus te) sed etiam illius par/ticipatio, hoc est interna consolatio quam deus exhibet quibusdam in hac vita, explicari non potest: iuxta illud apoc. 2. vincenti dabo manna absconditum quod non nouit nisi qui accipit. Et de vtraq; propheta hic loquitur. De beatitudine quidem in seipsa dicit. q̄ multa est bonitas tua, quam seruasti, recondidisti exhibendam, timentibus te. De ipsa autem met participata subdit. quā operatus es spe/rantibus in te coram filiis adam. Sperantes in deo dupliciter inueniuntur. Quidam sine vexatione. Quidam cum vexatione. Et hi dicuntur sperātes in deo coram filiis adam: eo ꝙ ancoram diuinæ spei firmam tenent in conspectu hominum, non fracti persecutionibus, nō allecti honoribus aut delecta/tionibus. Hi sunt quibus deus exhibet īternam dulcedinem. Et propterea de his dicitur. operatus es, dictam bonitatem, sperantibus in te, non qualitercunq; sed coram filiis adam. Et declaratur huiusmo/di operatio diuina quo ad duo. Primo in persecutione factorum. Abscondes eos, sic sperantes, in abscondito faciei tuæ, notitiæ tuæ, gratiæ tuæ, a superbiis viri, persecutoris. Secūdo in persecutione ver/borum. Abscondēs eos, sic sperantes, in vmbraculo, supple tuo, a contentione linguarum. Aduerte hic similitudines. Abscondit dominus quandoq; aliquem in vmbraculo suo, ad reddēdum eum tutum. abscondit quandoq; aliquem ponendo illum iuxta se: quod est maioris securitatis & amoris. Iuxta has similitudines describitur deus, aliquos sperantes in se abscondere in vmbraculo suo: hoc est defen/sionem eis exhibere effectiuam vt non curent de conuitiis, opprobriis, & aliis linguarum iniuriis. & exhibet eis cōsolationem, sicut constitutis in refrigerio diuini habitaculi. Quibusdam autem abscō/sionem (hoc est defensionem effectiuam ne curent de persecutionibus) sic exhibet quasi adhibēdo cō/solationem facialis præsentiæ diuinæ. Ita ꝙ quanta est differentia inter esse in vmbraculo & esse co/ram facie dei, tanta est inter has absconsiones differentia. Merito ergo dixit se non confundendum ex parte diuinæ iustitiæ: quia diuina iustitia confundit impios & multam bonitatem seruat timentibus
se, quam exhibet hic sperantibus in eo coram filiis hominum. 1

Benedictus dominus Expedita interpositione iustitiæ prosequitur certum spei effectum (scilicet
non confundar in æternum) ab expertis in seipso. Et duo refert magna beneficia tūc percepta quibus 2
non est cōfusus ab expectatione sua. ℣ Alterū est. Benedictus dominus: quoniam separauit, hoc est mi/
rificauit, gratiam suam mihi in ciuitate munitionis: hoc est in ceila reuelando mihi ꝙ saul venturus
esset ad obsidendum ceilam, & ꝙ viri ceilæ traderent me in manus saulis. Historia clara habetur. 1. reg. 4
23. Appellatur autem ceila ciuitas munitionis, eo ꝙ munita erat seris & portis. Vnde tunc dixit saul.
tradidit eū dominus in manus meas, conclususq; est introgressus vrbem in qua portæ & seræ sunt &c. 5
℣ Alterū est. Et ego dixi in festinatione mea. Vbi tāgit historia subsecuta post egressum de ceila, in eo/
dē ca. subiecta. s. ꝙ saule cū suis circūdāte dauidē in deserto mahon, dauid desperabat se posse euadere a
facie saul. Hic. n. primus motus desperationis describit hic dicendo, & ego dixi in festinatione mea. non
fuit. n. desperatio deliberata, sed p modū festinæ passionis. Ecce quod dixi. abscissus sum de cōspectu ocu/ 6
lorum tuorum. Videns se cinctū, occurrit primus motus desperationis: ꝙ scilicet deus non curaret custodi/
re eum a saule. hoc enim significat abscisus sum de conspectu oculorum tuorum, custodientiū me. Sed hic
desperationis motus non est pfectus, sed supatus a rōne, a spe in deo. Et ꝓpterea subdit. siquidē audisti 7
vocē deprecationū mearū in clamare meo ad te. Ex quo patet ꝙ clamore cordis & deprecationibus
suppssit desperationis motū. Modus aūt quo fuit exauditus scribit ibidem: ꝙ venit nuncius vocans
saulem ad occurrendum philisteis. ℭ Comprobata non cōfusione sua ex expertis beneficiis, apostro/ 8
phat ad alios hortando ad duo. Primo ad diligendum. & ad hoc hortatur gratiosos, hoc est qui aliis 9
benefici sunt propter deum. diligite dominum omnes gratiosi eius. Et ratio subditur ex diuina remu/
neratione. quia fideles custodiēs dominus, supple est, & retribuens super superfluum faciens superbiā.
Vbi ineffabilis excessus retributionis diuinæ erga suos describitur. ita ꝙ non suffecit dicere retribuēs, 10
& apponere super superfluum, sed adiecit faciens superbiam: ad denotandum ineffabilem superexces/
sum. Nō enim supbia semp sumitur in malā partē, sed quādoq; in bonā pro magna excellentia: vt cla/ 11
re patet esa. 60. ponā te in supbiā seculorū, gaudiū in generationem & generationem. ℣ Secundo ad exequendum. Et ad hoc inuitat sperantes in deo. Roboramini, ad exequendum. Et vt sciant robur suum prouenire a deo, adiungit. & roborabit, deus, cor vestrum omnes sperantes domino, pro in do/mino: exemplo mei, qui sperans in domino roboratus sum. Et dirigi videtur ad literā tota hæc exhor/tatio ad milites eius, post euasionem tanti periculi. Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶Dauid eruditio. XXXI.

BEati quorum remissę sunt iniquitates::& quorum tecta sunt peccata.

Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea:dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci:& iniustitiam meam non abscondi.

Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus:in tempore opportuno.

Veruntamen in diluuio aquarum multarum:ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione quę circundedit me:exultatio mea erue me a circundantibus me.

Intellectum tibi dabo & instruam te in uia hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus:quibus non est intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum constringe:qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris:sperantem autem in domino/ misericordia circundabit.

Lętamini in domino & exultate iusti:& gloriamini omnes recti corde.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Dauidi eruditio. XXXII.

1 Propheta. BEatitudines [sunt] donati uenia rebellionis:tecti peccato [ingruenti].

2 Btitudines [sunt] hominis non imputabit dñs *ei culpā:& non [est] in spiritu eius dolus.

3 Quia tacui:ueterauerunt ossa mea in rugire meo tota die.

4 Quoniam die ac nocte grauabitur super me manus tua: uersa fuit humiditas mea in siccitates ęstatis. Selah.

5 Peccatum meum notificabo tibi,& culpam meam non cooperui:dixi. Dictum. confitebor super rebellionibus meis domino *. Propheta, & tu dimisisti culpam peccati mei. Selah.

6 Super hac orabit omnis gratiosus ad te tempori [in tempore] inueniendi:tantū inundationi [in inundatiōe] aquarum multarum/ad ipsum non peruenient [aque].

7 Oratio iusti. Tu absconsio mihi:ab angustia custodies me,laudibus euasionis circundabis me. Selah.

8 Deus. Faciā itelligere te,& docebo te in uia hac [qua] ambulabis:cōsulā super te oculo meo.

9 Non este sicut equus sicut mulus:non intelligendo in loro & freno os suum ad claudendum [esse ob] / non appropinquare ad te.

10 Multi dolores impio:& confidentem in domino* gratia circundabit ipsum.

11 Propheta. Lętamini in domino *& exultate iusti:& facite laudare oēs rectos cordis.

TItulus est.Dauidi eruditio. Ex quo titulo apparet non solum autor psalmi,sed doctrinalis materia quam eruditus fuit a spiritusancto dauid. Quae autē sit materia huius eruditionis,ab apostolo ad ro.4.insinuatur dicente.dauid dicit beatitudinem hoīs cui deus accepto fert iustitiā sine operibus/dicens.beati quorum remissę sunt iniqtates & quorum tecta sunt peccata:beatus vir cui nō iputauit

dominus peccatum. Hinc.n. habemus materiam huius eruditiōis eē ꝙ beatitudo hois consistit in iustitia quam deus sine operibus (hoc est sine meritis) confert hoi sibi accepto. Ex progressu aūt psalmi apparet hmōi gratiam in remissione peccatoꝝ maxime apparere. nam post propositam hmōi beatitudinem statim dauid subiungit modū quo ipse consecutus est hmōi grām sine meritis. & postea tractat modū quo genus humanū hanc assequitur gratiam. Vnde psalmus iste ad literam tractat eruditionem dauidi reuelatam de gratia remissiua peccatorum: quam ipse in seipso expertus manifestat. Vnde & paucis versiculis tractat de seipso.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid vbi excellentiam gratię diuinę donatiuę peccatorum aperuit: modum quo hoc fit, primū ex experta in seipso tam contraria miseria q̄ gratia veniae, & deinde ex cōmuni cursu sanctorum, dialogo inter deum & hominem formato explicat.

¶ Personę loquentes sunt tres: propheta, gratiosus, & deus.

Beatitudines donati venia rebellionis, tecti peccato. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam, ibi beatitudines hominis. Proponit hominē habentem duas conditiones esse beatum. Prima conditio est ꝙ condonata sit ei rebellio. In qua peccatū ex parte auersionis seu culpę siue offensę significatur. Altera conditio est ꝙ tectus sit peccato: hoc est a turpitudine & macula peccati, ne turpitudo aut macula peccati ingruat super eum. Sicut homo dicitur tectus a pluuia, ne cadat super eum. In prima habes donatum venia: in secunda donatū pręseruatione a peccando per gratiam dei. ¶ Vbi aduerte hebręum textum ministrare, rationem venię esse personam hominis: ita ꝙ quia homini ignoscitur ideo peccata delenł, & non econuerso. Hoc enim insinuat textus hebręus, dicens beatitudines hominis donati venia: quod non explicant interpretationes dicentes peccata dimissa, peccata tecta. Nec te turbet allegatio pauli: quoniam graeco scribens idiomate, attulit textum scdm translationem. 70. Et hoc in similibus intellige. ¶ Hic inquam non solum iustus sed ēt beatus exclamatur. Et est sermo de beatitudine in spe, quę in hac vita habetur. Quae quia est perfecta iustitia, & nullum describitur hic concurrere meritum, excitauit apostolum ad docendum hinc, beatitudinem hominis esse iustitiam gratuitam. Et vere sic est: quoniam nullus est homo expers peccati: & omnis peccati particeps, beatus fit per huiusmodi gratuitam iustitiam. ¶ Aduerte hic circa literam ꝙ ad seruandum textum hebręum oportuit me addere dictionē venia, quę in hebręo non est. Et hoc quia in lingua latina caremus participio passiuo construibili cum crimine rebellionis, significando hominem esse donatum venia talis criminis. Dixissem donati rebellione, nisi lectorum aures offendissem, oppositum significando.

¶ Beatitudines hominis. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractał illa particula, beatitudines donati venia rebellionis. secundo illa, tecti peccato, ibi super hac orabit. ¶ Circa primum tractatur modus remissionis culpę, explicando primo quid ex parte dei & quid ex parte hominis ad hmōi gratiam remissiuam culpę concurrit. Et ex parte dei ponitur vnum: scilicet non imputatio culpae, dicēdo. beatitudines hominis non imputabit dominus ei culpam. Vbi nota non dici beatus homo qui non habet culpam, aut cui deus confert talia & talia, sed ex sola negatione imputationis beatum dicit: vt hinc intelligas docte lector negationem imputationis non fieri sine collatione beatitudinis. Attenditur autem non imputatio quo ad poenā hostilem, quo ad odium diuinum. Electis enim deus peccata non imputat quo ad poenā inferni, nec quo ad hoc ꝙ eos odio habeat sicut odio habet reprobos: quibus ad vtrunqꝫ imputat peccatum. Vnde apparet ex parte dei summa gratia in hoc ꝙ non imputat nobis peccata quę fecimus. Et hoc ipsum est nostra beatitudo. Dicit autem in futuro imputabit, ad significandam perseuerantiam: seu ad futurę vitę tempus spectando. parū qppe esset ꝙ nunc non imputaret, si nunc parceret & postea imputaret. ¶ Ex parte quoqꝫ hominis ponitur vnum etiam negatiuum. Et non in spiritu eius dolus. Nullum meritum exigit qui negationem tantū doli non in verbo sed in spiritu interno requirit: hoc est ꝙ non sit fictus. spiritus enim sanctus disciplinę, fugiet fictū. sap. 1. Perinde itaqꝫ est dicere & non in spiritu eius dolus, & dicere & non in spiritu eius obex. deus enim non remittit peccata ponēti obicem gratię. ¶ Explicat deinde propheta se vtranqꝫ conditionem in sua miseria expertum esse. Et quantum ad obicem (quia scilicet ipse posuit obicem gratię dei) ait. quia tacui. Commisso adulterio tacuit dauid, dolose occultare volens adulterium cōmissum: vocando prius vriam & dando operam vt dormiret cum propria vxore: & quum hoc nō potuisset obtinere, tandem dolose mandauit ipsum occidi. Hunc spiritus sui dolum appellat tacere. ¶ Et statim subiungit poenam internam quam inde incurrit. veterauerunt ossa in rugire meo tota die. Veterascere ossa est partes animę (intellectum, voluntatem, affectum) debilitari respectu boni. Rugitus autem & ad famem animę respectu boni spectat: iuxta illud filii prodigi, ego hic fame pereo. rugitus enim passio est leonis famelici. Et significatur ꝙ veterauerūt ossa animę ex continua inedia boni operis. Potest quoqꝫ idem rugitus spectare ad iniquum dauidis appetitum occultādi sui adulterium. intantum enim rugiit ꝙ occidit vriam. Vbi vides miseriam ex doloso silentio. ¶ Quantum autem ad

diuinam actionem subiungit. Quoniam die & nocte grauabitur super me manus tua, versa fuit humiditas mea in siccitates ęstatis. Per oppositum ad non imputationem peccati, affert poenam aliam subsecutam ex proprio dolo. intus quidem veterauerunt ossa: extra autem aggrauata est manus dei super eum. Et dicitur aggrauari manus dei ſm similitudinem effectus: quia ad modum aggrauantis fecit dauidem magis ac magis ruere in peccatum: iuxta illud gre. peccatum quod per poenitentiam non diluitur, suo pondere ad aliud trahit. Aggrauauit enim deus manum super dauidem impoenitentem, dum subtrahendo gratiam fecit ipsum ruere in tot mala. Dicitur autem in futuro grauabitur, ad demonstrandam perseuerantiam. durauit enim huiusmodi aggrauatio manus amplius q̄ per nouem menses. ¶ Et ecce altera poena. versa fuit humiditas mea in siccitates ęstatis. Non solum fuit punitus in naturalibus vetustate ossium, sed in gratuitis. ita ꝙ perdidit omnem humorem gratię qua abundabat: nec solum perdidit foecunditatem gratię, sed incurrit ariditates ęstatis. Et intendit ꝙ anima sua venit in statum ita aridum respectu gratuitorum sicut est ariditas ęstatis. Per quod intelligimus priuatum fuisse dauidem gratia deuotionis & prophetię & aliorum interiorum donorum: & propterea dixisse, versa fuit humiditas mea in siccitates ęstatis. Sed considera ordinem poenarum: ꝙ radix omnium ponitur quia tacui, obicem posui. perditio enim tua israel ex te est, osee. 13. Et deinde subsequitur poena aggrauationis manus diuinę: quam subsequitur ariditas. ¶ Demum easdem cōditiones descriptas in modo remittendi peccatum, manifestat ex experta in seipso gratia venię. prius enim manifestauit ex contraria miseria, modo ex venia. Et quantum ad conditionem requisitam ex parte hominis, dicit. Peccatum meum notificabo tibi, & culpam meam non cooperui. Primum dicit in futuro, notificabo: secundum dicit in p̄terito, non cooperui. Vtrunqꝫ verificatur: scilicet preteritum in deliberato proposito, dixi: futurum in executione perseuerando, confitebor super rebellionibus meis domino. Nullum describit actum meritorium, sed solam confessionem peccati: quam constat non mereri veniam, sed potius tollere obicem gratię. ¶ Nota quoqꝫ duas partes huiusmodi recognitionis. Alteram p̄tām. dixi, deliberaui. Alteram perseuerantię. confitebor super rebellionibus meis: hoc est nō excusando sed accusando rebelliones meas. ita ꝙ rebelliones sint materia confessionis accusantis. neqꝫ enim deus eget vt nos notificemus ei peccata: sed ipsa nostri accusatio apud deum, notificatio vocatur. ¶ Conditio autem ex parte dei subiungitur. & tu dimisisti culpā peccati mei. Ecce quod superius dixit, nūc se expertum fatetur: ꝙ ad solam deliberationem perseuerantię confessionis, dimisit deus culpam peccati eius. Significanter autem dicit culpam: quia non statim remisit totam poenam: culpa autem non potest pro parte condonari & pro parte retineri: quia impium est dimidiam a deo sperare veniam, vt aug. dicit.

Super hac. Tractatur hic illa particula, tecti peccato. Postq̄ enim dauid explicauit modum quo tanta beatitudo gratię a peccatoribus poenitentibus habetur ex expertis in seipso, modo intendit explicare idem quo ad vniuersum genus humanum: declarādo modum alterum quo generi humano huiusmodi beatitudo conceditur: scilicet seruādo ne ruant. hoc enim est tegi a peccato. Vnde circa hoc primo describit modum quo iustis conceditur hęc gratia: quo scilicet seruantur ne ruant. secundo extenditur doctrina seruandi a ruina, ad totum genus humanum, ibi non esse. fuit enim eruditus dauid non pro seipso tantum sed pro omnibus. Et intendit ꝙ hanc beatitudinis gratiam mediante humili oratione iustus conseruabit: eget enim adiutorio diuino ne inundantibus tentationibus ruat. haec est gratia qua iustus tegitur a peccato ne inuoluatur illo. Super hac, beata iustitia gratię tuę, orabit supplex omnis gratiosus, non solum iustum sed etiam gratiosum se aliis exhibēs. Et tempus orandi subditur. tempori, pro in tempore, inueniendi. anteq̄ claudatur ianua tempus est inueniēdi gratiā. Ratio autem necessitans ad orandum est. tantum inundationi aquarum multarum, hoc est ob hoc solū ꝙ quum inundauerint aquę multę, impetus multi multarum passionum, ad ipsum, gratiosum, nō perueniant. Et dictio exclusiua tantum, excludit nectem venię preteritorum. De peccatore dixit, dixi confitebor & tu remisisti. de iusto dicit ꝙ non pro venia preteritorum sed pro cautela futurorum orare oportet. Et intellige haec prudēs lector de iusto quatenus iustus est. nam & ipse quatenus peccator est, dicere debet dixi confitebor. ¶ Tu absconsio mihi. Explicata necte orandi, subiungitur ipsa iusti oratio, continens tria. Profitetur primo tegendus ne peccet, tu absconsio mihi. secundo petēdo affirmat officiū absconsionis, ab angustia dęmonis custodies me. tertio ab omnibus circūquaqꝫ periculis peccandi saluationem, laudibus euasionis circundabis me. Appellant laudes euasionis gratiarūactiones cantando & laudando deum pro euasione a periculis peccādi. Significantius autem dicit circūdabis me: vt oī ex parte euasionem attribuat diuinę gratię. Si. n. aliquod periculum euasisset non ex diuina gratia, non circundaretur laudibus euasionis: sed quia gratię dei deputat quicquid non deliquit, ideo orando beneficium hoc recognoscens dicit, laudibus euasionis circundabis me. ¶ Circunspice hanc orationem: & inuenies omni ex parte constare eam ex professione diuinę gratię, sub vmbra sua iustū seruantis, custodiendo a spiritualibus inimicis & a reliquis occasionibus peccandi.

Faciam intelligere te. Posita oratione iustorum, ponitur per modū missionis diuina custodia, tria con-

tinens. Primum est ptinens ad donu intellectus. faciã intelligere te, pculdubio illuminãdo: intelligere ea quę sunt dei. Secundum pertinens ad instructionem morum. & docebo te in via hac ambulabis. i. qua ambulabis. Tertium. consulam super te oculo meo. Hoc fit quotidiana immo iugi diuina circũspectione super electos: secũdum autem fit per pręcepta legis: primum vero per lumen fidei. Omnia magna dona sunt: sed in tertio consummantur omnia: quod solis electis est propriũ. Hæc ad tegendũ electos a peccato. ¶ Sed ad vniuersum genus humanum subiungit diuina doctrina. Non esse sicut equus sicut mulus. Prius allocutus est deus iustum: modo extendit sermonem suum ad totum genus humanum. & propterea pluraliter dicit non esse sicut equus sicut mulus. Et vt intelligas in quo iubet hominẽ non assimilari equo & mulo, explicat subiungens. non intelligẽdo in loro & freno os suum ad claudendum, non appropinquare ad te. Et est sensus ꝙ equus & mulus non intelligunt claudi sibi os in loro & freno ob non appropinquare ad hominem consortio humanitatis: hoc est ꝙ eorum nõ appropinquare ad hominem ad humana officia sine loro & freno, est occasio necessitans ad claudendum os eorum in loro & freno. hoc equus & mulus non intelligunt. Nam si intelligerent gauderent freno & loro: quia equus & mulus equitati ab homine, multum nobilitantur, humanorum officiorũ consortes effecti mediante loro & freno: sed non intelligunt hoc. Et in hmõi non intellectione prohibemur assimilari equo & mulo. Et intendit deus ꝙ nos intelligamus lorum & frenum pręceptorum diuinorum apponi nobis ex eo ꝙ nostra sponte non appropinquamus ad deum. Si enim hoc intelligimus, intelligemus lorum & frenum diuinarum legum esse ad bonum nostrum: hoc est ad appropinquandum deo consortio diuinæ naturæ, similitudine mundi spiritus &c̃. Hæc est sententia huius parabole. ¶ Constructio autem literę supplenda est legendo sic. Non esse sicut equus sicut mulus, nõ intelligendo, non penetrando: hoc scilicet ad claudendum, hoc est vt claudant, os suum, equi & muli, in loro & freno esse, ob non appropinquare ad te, hominem. alloquitur enim deus genus humanũ. ¶ Hic est modus quo vniuersum genus humanum tegitur ne inuoluatur peccato: scilicet intelligendo bonum suum consistere in loro & freno diuinarum legum, sponteꝗ suscipiendo illas: vtpote reddentes nos proximos diuino consortio. ¶ Ratio autem huius monitionis, ab eadem diuina doctrina subiũgitur ex diuersa retributione malorum & bonorum. Nam quo ad malos subditur. Multi dolores impiorum parati sunt in futuro. Quo ad bonos vero. & confidentem in domino, gratia circundabit. Acsi aperte quis dixisset. Non sit vana monitio mea: quoniam contemptores opprimenẽ doloribus multis quorum non est numerus, obseruatores autem gratia replebuntur.

¶ Letamini in domino & exultate iusti. Audita dei doctrina, cõcludit propheta iustos nõ in seipsis sed in domino (a quo beatitudo est tantę gratiæ) lętari & exultare debere. Et (quod plus est) facite laudare, deum, oẽs rectos cordis, ẽt si nondum assecuti sunt pfectiõnẽ iustitiæ in operę. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus .XXXII.

EXultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.
Cõfitemini domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.
Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in uociferatione.
Quia rectum est uerbum domini: & omnia opera eius in fide.
Diligit misericordiam & iudicium: misericordia domini plena est terra.
Verbo domini cœli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis uirtus eorum.
Congregans sicut in utre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.
Timeat dominum omnis terra: ab eo autem cõmoueantur oẽs inhabitantes orbem.
Quoniam ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.
Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.
Consilium autem domini in ęternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.
Beata gens cuius est dominus deus eius: populus quem elegit in hęreditatem sibi.
De cœlo respexit dominus: uidit omnes filios hominum.
De preparato habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terram.
Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.

Non saluatur rex per multā uirtutē:& gigas non saluabitur in multitudine uirtutis sue.
Fallax equus ad salutem:in abundantia autem uirtutis sue non saluabitur.
Ecce oculi domini super metuentes eum:& in eis qui sperant super misericordia eius.
Vt eruat a morte animas eorum:& alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dominum:quoniam adiutor & protector noster est.
Quia in eo lętabitur cor nostrum:& in nomine sancto eius sperauimus.
Fiat misericordia tua domine super nos:quēadmodum sperauimus in te.

IVXTA HEBRÆVM. .XXXIII.

1 Propheta. Exultate iusti in dño [4]: rectis est pulchra laus.
2 Confitemini domino [4] in cithara:in uiola denaria cantate ei.
3 Cantate ei canticum nouum:bene facite sonare in clangore.
4 Quoniam rectum est uerbum domini [4]:& omne opus eius in ueritate.
5 Diligens iustitiam & iudicium:gratia domini [4] plena est terra.
6 In uerbo dñi [4] cœli facti sunt:& in spiritu oris eius omnis exercitus eorum factus est.
7 Congregans quasi cumulum aquas maris: dans in thesauris abyssos.
8 Timebunt a domino [4] omnis terra:ab ipso timebunt omnes habitantes orbis.
9 Quia ipse dixit & fuit:ipse pręcępit & stetit.
10 Dominus [4] rupit consilium gentium: irritas fecit cogitationes populorum.
11 Consilium domini [4] ęterno stabit:cogitationes cordis eius generationi & generationi.
† hereditati 12 Beatitudines sunt gentis cuius dominus [4] est deus eius:populus quem elegit in hęreditatem † sibi.
13 De cœlis respexit dominus [4]:uidit omnes filios adam.
14 De pręparatione sedis sue:animaduertit ad uniuersos habitatores terrę.
15 Creans simul cum visione cor eorum:intelligens ad omnia opera eorum.
16 Non est rex saluatus in multitudine exercitus: fortis non liberabitur in multitudine uirtutis.
17 Falsus equus saluti:& in multitudine uirtutis sue non saluabit.
† gratie 18 Ecce oculus domini [4] ad timentes eum: et expectantibus gratiam † eius.
19 Ad eruendum de morte animas eorum: ad uiuificandum eos in fame.
† domino 20 Vox iustorum. Anima nostra expectauit dominum [4] †:auxilium nostrum & clypeus noster ipse est.
21 Quoniam in ipso lętabitur cor nostrum:quia in nomine sanctitatis eius cōfisi sumus.
† tibi 22 Erit gratia tua domine [4] super nos,sicut expectauimus te †.

Titulus nullus est. ℭ Colligendo aūt materiam psalmi ex ipso,appāret materiam illius esse beatitudinem gentis ad cultum & hęreditatem dei electę:quam constat millies in scriptura esse filios israel.Et quātum ex psalmo apparet,psalmus iste tractat fœlicitatem populi israel tempore dauidis habitam:tum quo ad securitatem vitę ab inimicis: tum quo ad alimenta in terra promissionis, iam libera non vi armorum sed gratia dei.Hæc enim quattuor beneficia(scilicet electionis,vitæ,alimentorum,& diuinæ gratiæ salutiferę non in humanis viribus) clare ponuntur materia beatitudinis iustorum timentium deum & expectantium: vt intelligatur materiam psalmi ad literam esse,fœlicitatē populi promissam olim a deo adimpleri tunc.Et vere sic fuit:quoniam vsq; ad tempora dauidis populus fuit oppressus modo a syris,modo a moabitis,modo ab ammonitis,& reliquis: dauid autem primus omnes debellauit & vsq; ad euphratē extēdit terminos suos:vt dicitur.2.reg.8. Et ppea dicit omnem terram plenam gratia dei,& canticum nouum esse cantandum &c̄.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta inuitat iustos ad laudandum deum nouo cantico: q̄a factor coeli, maris & terrę, dissipatis humanis consiliis efficiet cōsilium de vna gente electa ex omnibus diuino intuitu prospectis gentibus ad cultum & hęreditatem suam, beanda non in humanis auxiliis aut viribus, sed in gratia dei expectata a timentibus deum & perseueratura in confidentibus in nomine sanctitatis eius.

ℭ Personę loquentes due sunt: propheta & iusti.

Exultate iusti in domino. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam, ibi in verbo domini. Verum pars propositiua subdiuidi potest: pro quanto primo versiculo proponitur verbis generalissimis materia psalmi, dicendo. exultate, non omnes sed iusti, in dño, non in homine, rectis pulchra laus. non est speciosa laus in ore peccatoris: sed pulchre applicatur diuina laus ori rectorum. Deinde singula horum proponuntur specialius: videlicet. Quod dixerat exultate, explicat adiungendo musica instrumenta. confitemini domino in cithara, in viola denaria cantate ei. Vbi aduerte hebraicam dictionem sonare quidem numerum denarium, sed non chordarum aut vocum: & propterea solus numerus explicatus est interpretando, relinquendo expositori intelligentiam chordarum. apparet enim ꝙ gratia materię denarius chordarum significetur. Et specificando magnitudinem negocii. cantate ei canticum nouum, bene facite sonare in clangore. Appellatione clangoris intelligitur sonus publice lętitiæ: qui tubis olim fiebat, hodie fit campanis. Et iubet propheta vt non solum fiat hic publicus sonus, sed etiam ꝙ bene fiat. Ex quo apparet publicam, magnā ac nouam subesse materiam gaudii publici. Et vere tunc fuit noua materia gaudii, adimpletio seu executio diuinę promissionis in tota terra promissionis. ¶ Dixerat secundo iusti, subiungēdo rationem, rectis pulchra laus: reddit modo huius consonantiæ rationem ꝙ deus est rectus in voluntate, in verbo & opere. Et quo ad verbum. quia rectum verbum domini. Quo ad opus. & omne opus eius in veritate. Quo ad voluntatem. diligens iustitiam & iudicium. ¶ Dixerat tertio in domino, sed non explicauerat speciale beneficium: proponit modo explicite materiam exultationis & noui cantici speciale dei beneficium: scilicet gratia domini plena terra. Tempore siquidem iosue; & iudicum & saulis non fuerat terra promissionis plena gratię, sed sm aliquas partes tantū: tpe aūt dauidis ad hoc peruenit ꝙ iam tota promissionis terra fuit plena gr̄ę diuinę, subactis oībus hostibus & quiescente in pace terra.

ℭ In verbo domini. Incipit hic pars executiua tali ordīe. Primo tractat illa particula, in domino. secundo illa particula, exultate (vt tamen determinata est ad materiā, scilicet quia gratia domini plena terra) ibi dominus rupit. tertio illa particula, iusti, ibi anima nostra. ¶ Declaraturus propheta electionem gentis vnius, premittit autoritatem & potestatem &c̄. electoris. intendens ꝙ ipse idem est elector qui creauit mundum: ne adinuentio humana putetur deputatio israel ad cultum diuinum. Inchoat ergo a creatione coelorum. In verbo domini, nō in labore, coeli facti sunt: & in spiritu oris eius (humano more loquitur) flatu oris eius, omnis exercitus eorum. Ex principio genesis accępit hoc propheta. igitur perfecti sunt coeli & terra & omnis exercitus eorum. vbi latinus interpres transtulit & omnis ornatus eorum. Et per metaphoram exercitus significatur ad literam ordo vniuersi, qui est summum bonum in ipso vniuerso. Intendit enim moyses describere ꝙ deus non solum fecit coelos, terram, astra, arbores, animalia &c̄. sed etiam ipsum vniuersi ordinem, adiungendo & omnis exercitus eorum: est enim exercitus significans ordinem. Et propterea propheta hoc in loco dixit. flatu diuini oris factus est omnis exercitus, hoc est vniuersus ordo, coelorum: tanquā significando maximam efficaciam & obedientiam, ꝙ solo flatu oris effectus sit tantus talisq; ordo tot coelestium corporum. Hęc quo ad coelos. ¶ Quo ad aquas vero. congregans quasi cumulum aquas maris: iuxta illud. congregentur aquę in locum vnum & appareat arida. Et assimilatur cumulo congregatio aquarum: pro quanto sparse aquę sunt rariores, collecte sunt spissiores: sicut sparsa grana si colligerentur in aceruū. Dans in thesauris abyssos. Aquę in duas quodammodo partes diuisę sunt. altera est aquarum apparentium: vt sunt maria, lacus & huiusmodi. Altera est aquarum non apparentium: de quibus certant philosophi. putantibus aliis dari subterranea loca latentium aquarum, aliis negantibus. quorū philosophia rationabilior apparet. Vnde per abyssos in thesauris intellige loca generatiua aquarum. huiusmodi enim loca dicuntur thesauri abyssorum. i. profundarum aquarum: pro quanto ibi est vis generatiua aquarum magnarum, immo quæ nunquam exhauritur. Et intendit propheta ꝙ aquas partim congregauit quasi in cumulum, partim posuit in thesauris: pro quanto vapores materiam aquę in locis generatiuis aquarum disposuit. ¶ Quo ad terram. Timebunt a domino omnis terra, ab ipso timebunt omnes habitantes orbis: quia ipse dixit & fuit, ipse pręcępit & stetit. Creationem terrę nō inducit nudam, sed vt rationem timoris diuini in pectoribus humanis: vt intelligas quorsum tēdit: scilicet ꝙ quia homines non timuerunt deum creatorem habitaculi humani, decreuit eligere gentē ad sui cultum & timorem. Intendit ergo ꝙ quia deus dixit imperio suo & fuit terra, pręcępit & stetit (perseuerauit) terra, ideo timebunt. i. rationē timēdi habebunt, a domino, ne puniat eos, omnis terra: hoc est vniuersi habitatores terrę.

Dominus rupit. Tractatur hic propria psalmi materia (φ gratia domini plena est terra) tali ordine. Primo declaratur firmitas efficax diuini consilii/explicando ipsam gratiam decretã a diuino consilio. deinde rõnem tantę gratiæ tractat. ℂ Circa primũ nota simul differentiam & modum. Differentiam quidem inter consilium diuinum & humana: φ diuinum stabile ac efficax, humanum fragile & irritum. Modum autem φ diuinum consilium adimpleuit seipsum destruendo consilia humana. Et intendit ad literam φ dominus rupit consilium gentium/& irritas fecit cogitationes populorum de oppressiõe filiorũ israel. Ægyptii.n. conati sunt detinere illos in seruitute. amalechitę deinde/amorrhei postea & cananei/syri/moabitę/ammonitę &c̃. ad illorum oppressionem vires suas exercuerunt, non casu sed ex consilio & meditatione. Vnde apte contra humana consilia effracta & irritata apponitur consilium diuinum. Consilium domini ęterno stabit/non frangetur: cogitationes cordis eius generationi & generationi/sine fine/non erunt irritę. ℙ Quod autem sit hoc consilium domini/explicatur dicendo. Beatitudines gentis/hoc est beatitudo erit illius gentis, cuius dominus est deus eius/hoc est quæ dominum colit pro deo. Altera conditio. populus/quem, elegit/dominus, in hæreditatem sibi: vt velut hæredes dei possideant terram dei. i. terram promissionis &c̃. Gens habens ambas istas conditiones erit beata: modo in his temporalibus/& demum in cœlesti patria. Hoc est consilium dei quo beatitudo seruatur habentibus has duas conditiones. Quarum secunda actionem dei electiuam populi/prima autem actionem nostram cultricem dei significat. In hebręo habetur hæreditati, sed congruitas mutauit in hæreditatẽ. ℙ Cuius singularis gratię ratio redditur ex tribus beneficiis diuinis cõmunibus toti generi humano/iunctis cum impotentia generis humani ad propriam salutem.

ℂ Vide singula. Primum diuinum beneficium cõmune est. De cœlis respexit dominus, vidit omnes filios adam. In quo beneficium generationis humanę ex diuina prouidentia significatur. nam filius nomen est generis: & propterea videre omnes filios hominis/est videre omnem generationem humanam. Videre autem hic sumitur practice: eo modo quo artifex videt agenda/& prouisor prouidenda. Fit autem mentio specialis de cœlo: quia mediante motu cœli deus conseruat generationem humanam. ℙ Secundum beneficium est gubernatio vniuersorum hominum in hac vita/quantũ ad ea quæ sunt cõmunia omnibus hominibus. De pręparatione sedis suę animaduertit ad vniuersos habitatores terrę. Homines quatenus habitatores terrę describuntur materia huius animaduersionis: quod nihil est aliud q̃ homines s̃m pręsentem vitam describi. non habitant enim terram nisi viuentes vita corporali. Animaduersio autem curam manifeste significat. Et hæc quoq̃ describitur de cœlo sub alio nomine: scilicet de pręparatione sedis suę. cœlum inquit ipse mihi sedes est. Et intendit φ de quiete sua in cœlo (non enim laborans aut egens sed quiescens & regnans/nullo indigens/habens omnia pręparata) curam habet hominum habitantium in terra. ℙ Tertium ad animam refertur intellectiuam. Et habet duos ramos. Primus est creationis. creans simul cor eorum. Vbi diligenter aduerte nõ dici in plurali corda eorum (ne putes animas hominum simul creari seu creatas a principio mundi) sed in singulari cor: vt hinc intelligas φ aduerbium simul iungit actum creãdi cum prius dicto actu videndi. Et est sensus. vidit omnes filios adam/creans simul cor eorum. simul enim prouidet generationi hominum & creat animam vniuscuiusq̃ quoniam dum generatur filius hominis/simul creatur illius anima. Et sicut hoc participium creans iungitur cum verbo vidit, ita hoc participium intelligens (quod subintelligitur in altero ramo) iungitur cum verbo animaduertit. Et est sensus. animaduertit ad vniuersos habitatores terrę/intelligens omnia opera eorum: hoc est opera voluntaria. nam opera quæ non sunt voluntaria, non sunt opera nostra sed naturę. Et si collegeris hęc beneficia, inuenies curam generationis humanę quantum ad corpus/& simul creationis quantum ad animam: appellatione enim cordis intelligitur anima intellectiua, in qua est voluntas quæ appellatur cor. inuenies item curam hominum viuentium quantum ad vitam corporalem, & simul curam actuum voluntariorum. Et hæc constat communia esse beneficia diuinæ prouidentię omnibus hominibus.

ℂ Cum tot autem beneficiis subditur differentia inter efficaciam humanarum virium ex vna parte & diuini oculi ex altera/quo ad hoc: φ humanę vires non sufficiunt ad saluandum, sed fallaces inueniuntur/sed deficere inueniuntur: diuinus autem oculus solus est sufficientissimus ad salutem gentis electę in hæreditatem sibi. Et intendit per hanc differentiam monstrare φ vere beatitudo erit gentis electę, quia quod vires humanę non possunt/solus diuinus oculus sufficienter in promptu confert. Hęc est sententia huius progressus. ℂ Vide singula. Et primo humanas vires ex tribus capitibus describi. Vel ex natura. & hoc significatur dicendo. fortis non liberabitur in multitudine virtutis/fortitudinis, suę/naturalis. Vel ex politica autoritate & multitudine. Et hoc significatur dicendo. non rex saluatus in multitudine exercitus. hic.n. auctas regia cũ ordine multi exercitus interuenit. Vel ex subiectis adminiculis. Et hoc significaᷣ dicẽdo. fallsus equus ad salutẽ, & in multitudine virtutis suę nõ saluabit/sessorẽ suũ. Ad quę tria capita reducunᷣ oẽs humanę vires. ℙ Oculus aũt dei (hoc est spẽalis cura diuina) respectu electę gẽtis describiᷣ relat⁹ ad materiã dispositã. s. timẽtes deũ & expectãtes grãm ei⁹. Acsi aperte diceret φ ideo hactenus oculus dñi nõ fuit sup̃ populo electo/q̃a non fuerũt timẽtes deũ

quia non poſuerunt ſpem ſuam in gratia dei, Quia ecce, in promptu ſemper eſt, oculus domini ſuper populum timentem eum, & expectantibus gratiam eius. Ad eruendum. ecce effectus oculi domini, liberare a periculis mortis & alimenta prębere tempore famis. Et ſignificatur per hæc magnitudo diuinę curę tum reſpectu humanarum uirium, efficiendo illa in quibus deficiunt ſępe humanę vires: ſcilicet liberare a periculis mortis, & alere tēpore famis. tum reſpectu ſtatus populi: qui ex ſuis demeritis ſubiectus iam erat mortibus frequentibus quę illi inferebantur ab hoſtibus, & penurię alimētorum, vſurpantibus hoſtibus fruges terrę. Commendatur enim diuina cura ex eo ꝙ timentes eū q̄uis ex prioribus peccatis, mortis & famis piculis ſubiectos, liberat a mortis piculis & a penuria annonę. Et intellige in his liberationem a reliquis malis. ¶ In hebręo legitur in datiuo gratię.

Anima noſtra. Tractatur hic illa particula, exultate iuſti. Vox enim iuſtorum eſt hęc, atteſtantium tum facto tum ſecuritate perſeuerantię ſubſequentis ꝙ ita eſt: ſcilicet ꝙ beatitudo eſt gentis electę, q̄a oculus domini eſt ſuper timentes & expectantes eum. Et factum quidem afferunt, teſtificādo. Anima noſtra expectauit dominum, defenſorem & adiutorem, non hominem. Auxilium. ecce oculus domini. quia ipſe dominus fuit auxilium noſtrum, ad bonum, & clypeus noſter, a malo. In quibus duobus oīa comprehenduntur. Et hęc ad literam vera patēt tēpore dauidis in tot victoriis & diuitiis regni illius. ¶ Securitatem autem. quoniam in ipſo. Duas radices ſecuritatis ꝙ ſubſequetur perſeuerantia diuinę gratię inducit. Alterā delectationis: alterā ſpei certę quæ vocatur fidentia. & vtriuſq; non in ſeipſo aut quocunq; homine ſeu temporali bono, ſed in deo. Quoniam inquit in ipſo, deo, lętabitur cor noſtrum. ecce delectatio. Quia in nomine ſanctitatis eius confiſi ſumus. ecce fidentia. Et lętitia ſcribit futura, fiducia vero pręterita, ad denotandum ordinem earum inter ſe. lętitia enim in deo, ſequitur ad fiduciam in eo. ¶ Ideo erit gratia tua ſuper nos (ecce perſeuerantia diuinę gratię) ſicut expectauimus te: hoc eſt erit tua gratia nobiſcum reſpondens noſtrę fiducię in te. Et dixit hęc dauid, ſignificando & monēdo vt perſeuerarent omnes in ſpe & gaudio circa diuina: prędicens ꝙ gratia dei inchoata perſeuerabit & creſcet iuxta populi fidem & ſpem in deo. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO.

¶ Dauid qñ cōmutauit os ſuū corā abimelech: & eiecit eū, & abiit. .XXXIII.

Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.
In domino laudabitur anima mea: audiant manſueti & letentur.
Magnificate dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipſum.
Exquiſiui dominum: & exaudiuit me, & ex omnibus tribulatiōibus meis eripuit me.
Accedite ad eum & illuminamini: & facies ueſtre non confundentur.
Iſte pauper clamauit: & dñs exaudiuit eum, & de oībus tribulatiōibus eius ſaluauit eū.
Immittit angelus domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.
Guſtate & uidete quoniam ſuauis eſt dominus: beatus uir qui ſperat in eo.
Timete dñm omnes ſancti eius: quoniam non eſt inopia timentibus eum.
Diuites eguerunt & eſurierunt: inquirentes autem dñm non minuentur omni bono.
Venite filii audite me: timorem domini docebo uos.
Quis eſt homo qui uult uitam: diligit dies uidere bonos?
Prohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolum.
Diuerte a malo & fac bonum: inquire pacem & perſequere eam.
Oculi domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum.
Vultus autem domini ſuper facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerunt iuſti: & dñs exaudiuit eos, & ex oībus tribulationibus eoꝝ liberauit eos.
Iuxta eſt dominus iis qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.
Multe tribulationes iuſtorum: & de omnibus iis liberabit eos dominus.
Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum: unum ex iis non conteretur.
Mors peccatorum peſſima: & qui oderunt iuſtum delinquent.
Redimet dñs aīas ſeruorum ſuorum: & non delinquēt omnes qui ſperant in eo.

IUXTA HEBRÆUM.

¶ Dauid in suo mutare sensũ suũ faciebus abimelech, & eiecit eũ & abiit. XXXIIII.

1 Aleph. Propheta. Benedicam dñm * in oĩ tpe: continue laus [erit] eius in ore meo.
2 Beth. In dño * laudabitur aĩa mea: audiẽt humiles & lętabuntur.
† dño 3 Ghimel. Magnificate dñm * † mecum: & exaltabimus nomen eius pariter.
4 Daleth. Quęsiui dñm *: & respondit mihi / & ex oĩbus timoribus meis liberauit me.
5 He. Respexerunt ad eũ: & illuminati sunt / & facies eoꝝ non confundentur.
6 Zain. Hic pauper uocauit: & dñs * audiuit / & de oĩbus angustiis eius saluauit eum.
7 Cheth. Habitans [est] angelus domini * circũcirca timentibus eum: & liberauit eos.
8 Teth. Gustate & uidete quoniam bonus dñs *: beatitudines [sunt] uiri [qui] sperabit in eo.
9 Iod. Timete dominum * sancti eius: quoniam non [est] defectus timentibus eum.
10 Caph. Leunculi depaupati sunt & esurierũt: & quęrẽtibus dñi * nõ deerit oẽ bonũ.
† mihi 11 Lamed. Ite filii / audite me †: timorem domini * docebo uos.
12 Mem. Quis [est] uir uolens uitas: diligens dies ad uidendum bonum?
13 Nun. Custodi linguam tuam a malo: & labia tua a loquendo dolum.
14 Samech. Cessa a malo & fac bonum: quęre pacem & sequere eam.
15 Hain. Oculi domini * [sunt] ad iustos: & aures eius ad clamorem eorum.
16 Pe. Facies dñi * in facientibus mali: ad faciendũ excidere de terra memoriã eoꝝ.
17 Zadi. Clamauerunt [iusti]: & dñs * audiuit / & ex oĩbus angustiis eorum liberauit eos.
18 Coph. Prope [est] dominus * confractis corde: & contritos spiritu saluabit.
19 Res. Multa mala [sunt] iusti: & ex omnibus ipsis liberabit eum dominus *.
20 Scin. Custodiens omnia ossa eius: unum ex eis non [est] fractum.
21 Thau. Interficiet impium / malum [propter]: & osores iusti desolabuntur.
22 Pe. Redimens [erit] dñs * aĩam seruorum suoꝝ: & nõ desolabũtur oẽs sperãtes in eo.

Titulus est. Dauidi in suo mutare sensum suum faciebus abimelech, & eiecit eum & abiit. Historia hæc habetur. 1. reg. 21. Vbi dicitur ꝙ dauid simulauit se fatuum: ita ꝙ ĩmutauit os suum corã achis rege geth, & collabebatur inter manus eorum / & impingebat in ostia portę / defluebantq; saliuę eius in barbam. & ꝙ achis uidens hominem insanire dixit / dimittite illum hinc ne ingrediatur domũ meam. & abiit dauid inde & fugit in speluncam odollam: vt statim subiungit capitulũ. 22. ¶ Et aduerte ꝙ rex geth in libro regum noĩatur achis / in hoc autem titulo noĩatur abimelech: ea vt aiunt ratiõe quia achis erat nomen proprium personę / abimelech vero erat nomen regium: sicut imperatores romani pręter noĩa propria (scilicet tiberius / claudius &c̃.) habebant nomen autoritatis / scilicet cęsar. ¶ Circa materiã psalmi est hic magna qõ: quia quũ psalmus instructorius euidẽter sit & nunq̃ faciẽs mentionem in spẽ huius bñficii quo dauid est liberatus a timore philistinoꝝ / sed tñ in genere, nõ apparet concordia inter psalmũ & titulũ. Ex autoritate quoq; petri apostoli vtẽtis hoc psalmo in tertio ca. primę epistolę / non habet certa materia; qñ ad instructionẽ morum affert. qui vult vitam diligere & dies videre bonos coerceat linguam suã a malo &c̃. ¶ Verum si instructio psalmi considerata diligentius fuerit, apparebit consonantia psalmi cũ titulo. Instructio siquidẽ hęc facta fuit a dauide tunc qñ venit ad speluncã odollã / & congregati sunt ad eum quadringenti viri / & factus est eoꝝ princeps: vt clare patebit in ꝓgressu. Titulus ergo demonstrat tp̃s instructiõis istius in verbo & abiit: vt patet. 1. reg. in principio. 22. ca. Nec vacat mysterio demonstratio tp̃is huius. tum quia inde scimus dauidem

a principio

a principio quo cōgregati sunt ad eum viri docuisse subditos suos timorē dñi.tū qa inde scimus quāta latebat in dauide hoie militari & iuuene bonitas:quā nisi ex hoc psalmo videremus/difficile esset credere.tum qa ex hoc manifestat ꝙ dauid exclusit rōnem scandali qđ poterat cōcipi de eo/quasi esset refugiū maloꝝ hoiūm:eo ꝙ ad ipm cōuenerūt oēs qui erāt in angustia cōstituti/& oppssi ęre alieno & amaro aio. Demōstrat secūdo titulus q̄ sunt illę tribulationes quas in psalmo commemorat dauid se euasisse.nā ex illo hēmus ꝙ sunt illę quas ante cōgregationē illoꝝ quadringētoꝝ viroꝝ ptulit. Demōstrat tertio ꝙ dauid recognouit euasionē suā de manu achis ex diuina fuisse gr̃a.ita ꝙ nō attribuit beneficiū hoc simulatę stultitię/sed diuinę ꝓtectioni.Et vere sic fuit.nā s̄m humanā rōnem vidēs achis rex dauidē hoiem tantę famę ad se cōfugientē actus insanoꝝ facere/potuit facile ęstimare simulationē esse,& explorare vnde hi gestus & a quanto tp̄e &c̄.Dat quarto titulus initium psalmo/ministrans materiā diuinę laudis.vnde patet vtilitas tituli respectu psalmi.¶ Materia autē in spē/ex ipso psalmo apparet ꝙ est īstructio ad timorē dei quadringētoꝝ viroꝝ qui ad dauidē cōuenerūt exēplo eius. Hęc est enim ad literam psalmi materia,insinuata quo ad tēpus & reliqua supradicta ex titulo.

¶SVMMARIVM EST.

¶ David īstructurus quadringentos viros qui ad se cōuenerāt,vbi seipm ꝓposuit exēplū tā ꝓsperitatis q̄ aduersitatis tp̄e ad recognoscēdū deū/& plura ꝓpterea sibi collata diuina beneficia significauit/inuitat eos ad timorē dei:ex eo ꝙ timētibus deū nihil deest/leones aūt depaupati sunt.Et docet eos ea in qbus cōsistit timor dei/alliciēs ex p̄mio vitę ad vidēdū bonū:suadēdo hoc ex eo ꝙ deus oculis/auribus/ꝓpinqtate/custodia ac vitę redēptione adest iustis,iniquos aūt ꝑdet ex eorum malicia.

¶ Persona loquens propheta est.

¶ Aduerte ꝙ hic psalmus est secūdus iter alphabeticos apud hebręos:vt hiero.interp̄tatio testatur.

B Enedicā dominū. Diuidit psalmus in ꝑtes duas:ꝓpositiuā materię,& executiuā/ibi magnificate.Proponit duo.Primū ꝙ in oī euentu emergentiū in tp̄e/intendit cōtinue laudare deū.Benedicam dñm/benedictione laudis,in oī tp̄e/aduersitatis vel ꝓsperitatis:cōtinue/indefesse,laus eius in ore meo/erit.Secūdum ꝙ ipse intēdit agere vitā laudabilē s̄m deū/nō curans mūdanoꝝ laudes sed humilium.In dño/nō in mundanis,laudabit aia mea/vita mea:audiēt/hāc vitā laudabilē,humiles corde/mansueti,& lętabunt/laudando hoc ꝓpositū.¶ Vbi nota ꝙ dauid considerans qualitatē viroꝝ qui ad se cōfugerant vt sub eo fugata pauptate licētiose viuerēt/strenue agendo more militari,ante oīa ꝓponit eis intētionē suā:qualis scilicet ipse intēdit esse:vt p hoc possent auditores intelligere quales velit eos esse.nā vult eos esse similes sibi.Et ꝓpterea duo ꝓponit.Alterū ꝙ in vtraq; fortuna intendit semp ꝓponere deū.Alterū ꝙ nō quęrit gloriā humanā/nō quęrit laudari ab ipsis:sed quęrit gloriā s̄m deum:& sufficit ei laus a mansuetis.Et vtrunq; horū directe percussit frontem profugorum:qui & quęrebant gloriam militarem & superare aduersitates licentiose:vt mos est talium profugorum.

¶ Magnificate dñm mecū.Incipit hic pars executiua tali ordine.Primū tractat tota materia ꝓposita ex ꝑte seu exēplo ipsius dauidis.Secundo tractat eadē ex parte instruendoꝝ/ibi gustate.¶ Instruēs igit dauid exēplo sui/inuitat ad id quod vtrobiq; fuit principale ꝓpositū.s.honorem dei.Magnificate dñm mecū/nō in seipso sed in aīs.tūc.n.magnū deū facimus,quū in opibus nostris īterioribus & exterioribus magnitudinē dei ꝓfitemur & veneramur.vnde nō dixit magnidicite sed magnificate/factis.& exaltabimus nomē eius/laudādo & glorificādo,pariter/simul.¶ Et ad hoc affert quattuor beneficia diuina.Primū.Quęsiui dñm/corde ore & ope:& exaudiuit mihi/etiā ope,& ex oībus timoribus meis liberauit me.Habuerat tunc dauid timores multos:& apud philistęos & abimelech(ꝓpter qđ simulauit se fatuū)& prius apud saulē/toties volentē ipm occidere.& ꝓpterea dixit/ex oībus timoribus meis liberauit me.¶ Secūdū.Respexerūt ad eū & illuminati sunt/& facies eorum nō cōfundentur . Post beneficiū in timoribus/ponit beneficium collatū sperātibus.Et quoniā in tertia persona pluralis numeri introducit,clarū nō est de qbus loquat.videt tn̄ mihi ꝙ loquit de seipso & sui similibus : occultans sub cōitate tertię ꝑsonę īternā gr̃am diuini luminis sibi cōcessā.parcebat.n.ꝓpriis laudibus:sicut paulus inquit.parco aūt ne quis plus existimet de me &c̄.vnde gr̃am ꝓphetici luminis sibi cōcessam/occulte insinuat.Respexerūt/ego & mei similes,ad eū/deū:& illuminati sunt/intus,& facies eoꝝ nō cōfundentur/ab expectatione sua.Pōt tn̄ hoc ad beneficiū patrū referri.prisci.n.patres respexerunt ad deū:& illuminati sunt,& facies eoꝝ nō cōfundent quin eueniāt eis ꝓmissa.multa enim fuerūt ꝓmissa patribus quę adhuc erāt adimplenda in populo israel.Post beneficia timoris & spei/beneficium pauperum tribulatoꝝ subiūgit.Hic paup/ipsemet dauid,vocauit/nō voce sed corde tp̄e pauptatis ꝓfugus a saule:& dñs audiuit/ꝓuidēdo,& de oībus angustiis eius saluauit eū.¶ Vnde & quarto subiūgit beneficiū angelicę custodię.Habitās angelus dñi circūcirca timentibus eū,& liberauit eos. Vbi nota duo. Primū ꝙ hoc beneficiū cōe manifeste ponit oībus timētibus deū:vt hinc ēt dauid parcat laudibus suis.ne iactare se videat dicēdo ꝙ habet angelū dñi custodē:quū tn̄ hoc vellet ītelligi ita sibi cōuenire ꝙ reliqs esset cōe si vellēt timere deū.Secūdū ꝙ angelus dñi custos describit habitans in circuitu timētiū deū. Hinc enim habes differētiā inter angelicā & humanam custodiā.custodia siquidem humana manēs

in vno loco/non manet in altero: sed ad hoc vt totũ circuitũ custodiat/oportet ꝙ eat circũcirca. angelica aũt custodia habitat in toto circuitu: ita ꝙ non oportet ꝙ circũeat, sed simul custodit vniuersum circuitũ. Hęc sunt quattuor loca/qbus dauid exemplo sui inuitat ad benedicendum dñm in oĩ tpe.

Gustate ⁊ videte. Tractaẻ hic eadẽ ꝓposita materia explicite: instruẽdo iuxta opportunitatem & capacitatem auditoꝝ/tali ordine. Primo allicit ad ĩchoãdũ ea quę sunt vię dñi. Gustate inqt & videte. Ad similitudinẽ expimẽtũ sumẽtiũ de aliquo cibo vel potu/ dicit vt gustẽt expiẽdo, & videãt certificãdo se de duobus. Primũ. qm̃ bonus dñs/semp iueniẻ a colẽtibus eũ/& bonus in se & bonus illis. Secũdũ. beatitudines/sunt, viri qui sperabit in eo. Btitudines hic pollicitę & in futuro, sunt eius qui sperabit. i. pseuerabit sperãs in eo. His duobus maxime indigebãt viri illi: & ꝙ deũ inuenirent bonũ sibi/& ꝙ ipsi bearenẻ sperando in deo. ¶ Secũdo monet eos ad timẽdũ deũ. hoc enim erat p̃cipuũ intentum dauidis. Et hoc secũdũ inducit post ꝓpositã gustationẽ. Acsi aperte dixisset. experimini/ inchoate modicũ, viã dei. Et si quęritis qũo fit ista experiẽtia? ecce modus. Timete dñm. timor dñi initiũ est gustandi & vidẽdi. Monet aũt blande. timete dñm sancti eius. Appellat milites suos sanctos. i. mũdos ab immundiciis idolatrię & gẽtilitatis/ & dicatos deo ad colendũ vnũ deũ. Vos inquit q estis iã dicati deo timete ip̃m: qm̃ nõ defectus timẽtibus eũ. Militares viri & p̃cipue ꝓfugi & grauati ęre alieno (quales erãt isti) volũt lucrari & ideo militare vt non desint sibi opportuna. Et ꝓpterea dauid huic appetitui occurrit/affirmãs ꝙ timẽtibus deũ nihil deficit. Quod itellige iuxta ꝓmissiones in deutero. factas. totus enim iste psalmus plenus est ꝓmissionibus tpaliũ bonoꝝ: qa spectat ad viros veteris testi/qbus ꝓmittebanẻ bona tẽporalia si manerẽt in cultu dei. Et hoc retine ꝓ toto psalmo: ne oporteat toties repetere. ¶ Et ad hoc affert signũ quod videmus euenire de facto. Leũculi/hoies p̃dones, depaupati sunt & esurierũt/vt expientia testaẻ: & quęrẽtibus dñm nõ deent omne bonũ/iuxta benedictiones deuteronomii. Vbi nota cautelã dauidis volẽtis auertere militares a p̃da. Nõ dixit eis nolite p̃dari/ne videretur malã existimationẽ habere de eis: sed vt abominabilẽ ꝓposuit eis rapinã/noiando eã leoninã/tãq̃ rẽ feris nõ hoibus cõgruentẽ. ℂ Tertio descendit ad istruendũ eos in particulari/a qbus debẽt cauere. Et ne videaẻ multiplicare p̃cępta/iuitat paterne vt filios ad discendũ timorẽ dñi ad quẽ iam inuitauerat. Ite/pro venite, filii. Olim principes appellabanẻ patres: & ꝓpterea dauid princeps vocat subditos filios. audite mihi/more hebraico ꝓ me: qa timorẽ dñi docebo vos. Ecce doctrina timoris dñi ĩchoãs a p̃mio. quis es vir qm volẽs/ꝓ vis vitã, diligens dies ad vidẽdũ bonũ? Nullus est qui nõ velit vitam: sed multi sunt nõ volẽtes vitã sic/scilicet diligẽdo viuere ad videndũ bonũ, sed siue videãt malum siue bonũ volũt vitã. Ad excludendũ istos insanos appetitus dicit dauid. quis vir volẽs vitã? & exponẽdo volũtatis affectũ: diligens dies/tẽpus vitę, ad videndũ bonũ. Hoc est p̃miũ quod in hac vita ꝓmittiẻ iustis. ¶ Ecce in quibus cõsistit timor dñi. Custodi linguã tuã a malo/a maledicẽtia: & labia tua a loquẽdo dolũ. sub quo cõpꝛehendiẻ fraus. Hęc quo ad linguã. Quo ad opus. cessa a malo/a nocumento ꝓximi, & fac bonũ. Quo ad studiũ. quęre pacẽ & sequere eã/quãtũ ex te est donec iuenias. Perspice hęc tria documenta vitam militarium regulare, & quo ad linguam & quo ad opera & quo ad studia. nam & sunt rixosi/& nociui/& licentiosę linguę ac etiam dolosę. Et propterea in his dauid timorem domini apud militares constituit.

Oculi domini. Reddiẻ rõ ꝓmissoꝝ: & iuxta duo ꝓmissa (vitę scilicet & bonoꝝ dierũ) vtriusq̃ ratio reddiẻ. Et primo bonorũ dieꝝ. deinde vitę/ibi iterficiet. Et cõsistit rõ ꝓmissoꝝ bonoꝝ dieꝝ in dr̃ia iter diuinã curã respectu iustoꝝ & iniquoꝝ: pro quanto deus promisit bona iustis & mala iniquis: vt patet in benedictionibus & maledictionibus deutero. Hanc autem differentiam proponit more humano de deo loquens/tanq̃ habente oculos & aures & reliqua mẽbra. Oculi dñi ad iustos/custodiẽdum: & aures eius ad clamorem eorum/audiendum. Facies domini/irata, in facientibus malum: ad faciendum excidere de terra memoriam eorum. Maximum malum quod ęstimãt homines est interitus memorię suę: sicut pro maximo bono ęstimant immortalitatem famę. Et propterea hic pro magna poena in pręsenti mundo dicitur. ad faciendum excidere de terra memoriam eorum. Vbi habes & iram dei in impios & punitionem. Respectu autem iustorum dixerat aures & oculos, sed non posuerat effectus. Et propterea subiungit effectus aurium: hoc est ad quid aures dei ad clamorem eorum. Ecce ad quid. Clamauerunt, & dominus audiuit: & ex omnibus angustiis eorum liberauit eos. ¶ Et quoniam humano more/salutares tam aures q̃ oculos oportet esse prope adiuuandos (nam longe distantes minus audimus & videmus ad subueniendum) ideo propinquitatem dei respectu iustorum infert propheta. Prope/supple est, dominus cõfractis corde/ timore dei/& contritos spiritu/non tumentes/non elatos, saluabit. Quo ad oculos vero custodiam subiungens/excludit simul obiectiones duas. Altera est de multitudine malorum: hoc est ꝙ q̃uis multiplicentur mala iusti/nihilominus deus liberabit eũ. Altera est cur totus iste sermo de videndo dies bonos/occupatur in liberatione ex malis. Hęc enim obiectio tacite excluditur/ affirmando multa mala iusti/hoc est ꝙ oportet iustos pati multa mala: & ex omnibus ipsis liberabit eum dominus. ¶ Fructus autem malorum iusti subiungitur/declarando diuinam custodiam quę diuinis oculis attribuitur. Custodiens dominus omnia ossa eius/iusti: ita ꝙ

vnum ex eis/ossibus,non fractum/supple est. In tribulatione iustorum ad similitudinem naturæ agit deus. Natura enim in ęgritudinibus nō mortalibus custodit ossa non carnes egri (vnde efficitur macer defectu carnium) sed postea carnes rest aurat: ita deus in tribulationibus iustorum custodit omnia ossa iusti/omnes virtutes animi quę sunt velut ossa sustentantia iustum, nec vna quidem virtus confringitur. Et ad hoc (scilicet ad custodiam virtutum) ordinat tribulationes iustorum: iuxta illud apostoli. virtus in infirmitate perficitur. & ne magnitudo reuelationum extollat me/datus est mihi stimulus carnis meę &c̄. Et intēdit dauid docere milites suos ꝙ etsi patientur velut ęgri/sint securi ꝙ custodit deus ossa eorum: hoc est custodit deus eos ad sanitatem futuram custodiendo virtutes animi. ad hoc enim oculi domini sunt super iustos. & sic videbunt quasi post ęgritudinem dies bonos. ¶ De vita autem promissa (quis es vir qui vis vitam) subdit differentiam similiter inter iustos & iniustos. Et circa vitam impii dicuntur duo: scilicet mors & desolatio. Interficiet impium malum/hoc est malicia propria demeritorie interficiet impium/minuet vitam eius: & osores iusti desolabuntur/ex ipsa culpa odii erga iustum. Quo contra de iustis subdit. Redimens dominus animam/vitam, seruorum suorum: & hoc contra primū. & non desolabuntur oēs sperantes in eo. & hoc contra secūdum. ¶ Aduerte hic ꝙ isti vltimi quattuor versiculi magis ad propositū exponunt ꝓphetice. vt postq̄ dauid mōstrauit rationem dictorum ex subuentione diuina communi iustis & timentibus deum, conclusurus sermonem redeat ad principium vnde inchoauit: scilicet ad seipsum/confirmans & accēdens milites suos ad seruandum quę monuit. quia ipse dauid q̄uis multa mō patiatur/tandem deus liberabit ipsum: & interficiet saulem & complices: & redimet vitam seruorum suorum qui cum dauide sunt. Et tunc est sensus literę. Multa quidem mala sunt modo iusti/meipsius dauidis: tamē estote securi, quia ex omnibus ipsis liberabit eum dominus. Et interim est dominus custodiēs omnia ossa eius/dauidis, ita ꝙ vnum ex eis non fractum/est. Interficiet impium/saulem, malum/malicia propria demeritorie vt dictum est: & osores iusti/dauidis, desolabuntur. Redimens dominus/erit, animam/vitam, seruorum suorum/mecum timentium ipsum: redimet enim de periculo occisionis. & non desolabūtur omnes mecum sperantes in eo. ¶ Et scito ꝙ hac instructione & promissione prophetica inducti sunt milites dauidis ad tantum dei timorem vt de eis dixerit seruus nabal. 1. reg. 25. homines isti boni satis fuerunt nobis & non molesti, nec quicq̄ aliquando periit omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto: pro muro erant nobis tam in nocte q̄ in die omnibus diebus q̄bus pauimus apud eos greges. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus dauid. .XXXIIII.

IVdica domine nocentes me: expugna impugnantes me.
Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.
Effunde frameam & conclude aduersus eos qui persequūtur me: dic animę meæ salus tua ego sum.
Confundantur & reuereantur: quærentes animam meam.
Auertantur retrorsum & confundantur: cogitantes mihi mala.
Fiant tanq̄ puluis ante faciem uenti: & angelus domini coartans eos.
Fiant uie illorum tenebrę & lubricum: & angelus domini persequens eos.
Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.
Veniat illi laqueus quem ignorat & captio quam abscondit apprehēdat eum: & in laqueum cadat in idipsum.
Anima autem mea exultabit in domino: & delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent. domine quis similis tui?
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem a diripiētibus eum.
Surgentes testes iniqui: quę ignorabam interrogabant me.
Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animę meę.
Ego autem quum mihi molesti essent: induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur.
Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar.

Et aduerſum me lętati ſunt & cõuenerũt:cõgregata ſunt ſuper me flagella & ignoraui.
Diſſipati ſunt nec compuncti:tentauerunt me,ſubſannauerũt me ſubſannatione,fremuerunt ſuper me dentibus ſuis.
Dñe quãdo reſpicies?reſtitue aiam meã a malignitate eorum,a leonibus unicam meã.
Confitebor tibi in eccleſia magna:in populo graui laudabo te.
Non ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi inique:qui oderunt me gratis & annuunt oculis.
Quoniã mihi quidẽ pacifice loquebant̃:& in iracũdia terrę loquẽtes/dolos cogitabãt.
Et dilatauerunt ſuper me os ſuum:dixerunt euge euge uiderunt oculi noſtri.
Vidiſti domine/ne ſileas:domine ne diſcedas a me.
Exurge & intende iudicio meo:deus meus & dñs meus in cauſam meam.
Iudica me ſm iuſtitiam tuam dñe deus meus:& non ſupergaudeant mihi.
Non dicant in cordibus ſuis euge euge animę noſtrę:nec dicant deuorabimus eum.
Erubeſcant & reuereantur ſimul:qui gratulantur malis meis.
Induantur confuſione & reuerentia:qui maligna loquuntur ſuper me.
Exultent & lętentur qui uolunt iuſtitiam meam:& dicant ſemper magnificetur dominus qui uolunt pacem ſerui eius.
Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam:tota die laudem tuam.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶ Dauidi. contra me XXXV. contra me

1 Christus. LItiga domine cum litigantibus meis:pugna cum pugnantibus meis.
2 Apprehende parmulam & ſcutũ:& ſurge in auxilium meum.
3 Euagina lanceam & conclude ex aduerſo perſequẽtes me:dic animę meę. Vox dei pe
tita ſalus tua ego.
4 Christus. Confundentur & erubeſcent quęrentes animæ meę:reuertentur retrorſum
& erubeſcent cogitantes mali mei.
5 Erunt ſicut gluma faciebus uenti:& angelus domini impellens.
6 Erit uia eorum tenebrę & lubricum:& angelus domini ſequens eos.
7 Quia ſine cã abſconderunt mihi foueam retis ſui:ſine cã foderunt animę meę.
8 Veniet ei deſolatio qua ignorabit:& rete ipſius quod abſcondit comprehendet eum/in
deſolatione cadet in ipſum.
9 Et anima mea exultabit in domino:& lętabitur in ſalute ſua.
10 Oſſa mea dicent. Vox oſſium christi domine quis ſicut tu,liberãs pauperem a fortio
re ipſo/& pauperem & mendicum a uiolento eius.
11 Christus. Surgent teſtes iniqui:quę neſciui interrogabunt me.
12 Retribuent mihi malum pro bono:ſterilitatem animę meę.
13 Et ego in egrotare eorum sic :ueſtis mea ſaccus/afflixi in ieiunio animam meam/& ora
tio mea ſuper ſinum meum reuertetur.
14 Quaſi ſocius quaſi frater mihi ambulaui:quaſi lugens mater ater incuruatus ſum.
15 Et in egritudine mea lętati ſunt & congregati ſunt:congregati ſunt ſuper me percu
tientes & neſciui/ſciderunt & non tacuerunt.
16 In blandiciis deriſionum uaniloquii:frendendo ſuper me dentibus ſuis.
dñi mei 17 Domine quãtum aſpicies?fac reuerti animam meam a deſolationibus eorum,a leũ
culis unicam meam.

18 Confitebor te in ecclesia multa:in populo forti laudabo te.
19 Non lętabuntur mihi inimici mei falso:osores mei sine causa/ annuent oculo,
20 Quoniam non pacem loquent̃:& super quietos terrę uerba deceptionum cogitab̃it.
21 Et dilatauerunt super me os suum : dixerunt. Vox iudęorum. heah heah uidisti oculos nostros.
22 Christus. Vidisti domine/ ne sile:domine ne elongare a me. † dñi mei
23 Expergiscere & uigila iudicio meo:deus meus & dñs meus † liti meę. be me † dñi mei
24 Iudica me sm iustitiam tuam domine deus meus:& non lętabuntur mihi.
25 Non dicent in corde suo. Vox iudęorum. heah animę nostrę. Christus. nec dicent. Vox iudęorum. absorbuimus eum.
26 Christus. Confundentur & erubescent pariter/gaudentes mali mei:induentur confusione & uerecundia magnificantes se super me.
27 Laudabunt & lętabuntur uolentes iustitiam meam:& dicent continue. Vox christianorum. magnificabitur dominus,uolens pacem serui sui.
28 Christus. Et lingua mea loquetur iustitiam tuam:tota die laudem tuam.

Titulus est.Dauidi.Ex quo licet autor habeatur psalmi,materia tamen non habetur.Sequēdo autem regulam apostolorum petri & pauli/apparet ꝙ psalmus iste ad literam tractat de mesia : eo ꝙ ea quę hic dauid dicit in propria persona/excedunt personam dauidis:hoc est non verificantur de ipso:& clare patet ꝙ verificantur de christo.¶ Apparet autem hoc ex tribus.Primo ex principio psalmi.in quo describitur pugna non solum animo/verbo & apparatu,sed actualis/dicēdo. pugna cum pugnantibus meis,apprehende arma/euagina lanceam.Constat autem in tota dauidis persecutione a saule/nunꝗ ventum esse ad pugnam actualem.Secundo quia in versiculo vndecimo expresse dicitur.surgent testes iniqui,quę nesciam interrogabunt me.quod nunꝗ in dauide impletum legitur:sed clare constat vtrunq̧ impletum fuisse in mesia.Tertio quia in versiculo.21.ait.& dilatauerūt super me os suum,dixerunt heah heah/vidisti oculos nostros.Hęc autem nunꝗ legimus occurrisse dauidi : sed impleta christo existente in cruce a tot derisoribus.Et ꝓpterea psalmus iste ad literam tractat de passione christi.¶ Quod confirmatur,ex eo ꝙ ipse christus ioan.15.verba huius psalmi affert de seipso implenda/dicens.vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est/quia odio habuerunt me gratis. Hoc enim in.19.versiculo huius psalmi habetur.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid in persona filii sui mesię/passionem eius proponit coram deo tanꝗ vexatus lite & tanꝗ vexatus pręlio.Et ea quidē quę sunt pugnę/prosequit̃ petendo vt deus armatus saluet se/resuscitando a mortuis,& desolet iudęos excidio hierosolimitano.ea vero q̃ sunt litis/prosequitur narrādo tum obiecta testium contra se/tum suam erga iudęos gratiam cum illorum ingratitudine/tum suam benignitatem cum illorum malicia.Et petit iudicari sm diuinam iustitiam ad confusionem iudęorum & iugem fidelium lętitiam.

¶ Persona loquens proprie propheta est in persona christi:recitat tñ vocem inimicoꝝ & chrianoꝝ.

Litiga domine cum litigantibus meis:pugna cum pugnantibus meis. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materię,& executiuam/ibi apprehende.Proponit duo pręgnantia. Alterum est.Litiga domine cum litigantibus contra me.in hoc enim narrat christus ꝙ vexatur litibus :& petit vt deus vexet etiam lite illos litigantes.Et similiter alterum est.pugna cum pugnantibus contra me.In quo narrat se pati bellum ab aliis:& petit vt deus prælietur contra illos. ¶ Vbi quantū ad sensum literę nota litem negocium esse iudiciale,pugnam autem negocium bellicum.Ita ꝙ petit christus sub similitudine vexati lite ꝙ iudicio(quod consistit in prolatione sententię)& sub similitudine pręlio impetiti ꝙ pręlio(quod consistit in factis/quod est executio sentētię) deus sit pro se:quoniam vtroq̧ modo patitur:iniuriis scilicet sub iudicibus/anna/caipha/pilato &c.& factis acerbę passionis . ¶ Quantum ad literam quoq̧ nota in hebręo haberi in primo proposito verbum sonans litem & participium eiusdem verbi.& propterea oportuit transferre litiga cum litigantibus meis. Et per omnia simile est in secundo /pugna cum pugnantibus meis. Verum est ꝙ pronomen quod pluralis est numeri in hebręo non potuit transferri cum consonantia.oportuit enim dicere cum litigantibus meis/cū pugnantibus meis:quod in latina lingua nō bene sonat sensum intentū.s.cōtra me.

¶ Apprehende parmulam. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractatur illa particula/

pugna cum pugnantibus meis. Secundo illa, litiga cum litigantibus meis, sibi surgent testes iniqui. ¶ Quantum ad pugnam, tali procedit ordine. Primo describuntur actiones petite. secundo effectus actionum in aduersariis. & tertio effectus earundem actionũ in ipso christo. ¶ Quattuor petit actiones dei humano more. Prima vt deus armet se: hoc enim est primum necessariũ pugnaturo. Apprehẽde parmulã & scutum. Iuxta dictiones hebreas primum significat scutum rotundum: secundum autem scutum grãde quod totũ operit hoiem. Per que intellige oia arma defensiua. ¶ Secũda actio est ꝙ ẽt armis offensiuis actualiter pugnet ꝑ ipso. Cõsurge in auxiliũ: euagina lanceam. sic enim in hebreo habetur. Aut enim metaphorice vtitur euaginationis noie, hoc est vtere lancea: aut de lanceis opertis quasi vagina loquitur. videmus enim hodie ẽt huiusmodi arma habere sua opcula. ¶ Tertia actio est ꝑcussio aduersariorũ. Cõclude ex aduerso persequẽtes me, obuiã eas ꝑsequentibus me & claude eos vt non possint euadere. ¶ Quarta actio respectu petẽtis. dic aie mee, salus tua ego. Vbi non petit fac saluã aiam meã, sed dic aie mee: vt intelligas ꝙ non petit saluari a morte (hoc est ne moriatur) sed petit securam reddi aiam suam diuina voce. more humano alloquens deum quasi ducem exercitus. veni armatus & redde oẽs securos, dicẽdo ego saluabo vos. ¶ Sed quũ hec omnia metaphorice a ꝓpheta inducant̃ de auxilio diuino exhibẽdo messie patienti, aduertendũ est ꝙ arma defensiua spectant ad ea curanda que christus noluit pati: puta ꝙ os eius non cõminueretur, & similia. Arma vero offensiua (quorũ actio describitur ꝑ modum clausure, dum dicit̃ conclude eos) possunt referri & ad confusionem quam iudei in mente sua incurrerũt: ita ꝙ fuerunt in mente confusi non habẽtes diuerticulum, quum audierunt a custodibus sepulchri christi rem gestam. Possunt quoq referri ad obsidionem hierusalem subsecutã ob crimen cõmissum contra christum: iuxta illud luc. 19. circundabunt te eo ꝙ non cognoueris tẽpus visitationis tue. Facile quoq est per huiusmodi arma dei, exponere media quibus deus vsus est vel ad confundendũ vel ad destruendũ iudeos. ¶ Quum dicitur quoq dic anime mee salus tua ego, securitatem resurgendi petit. & ꝓpterea hoc anime nomine vtitur, ab officio animandi corporis. Acsi apte dixisset. dic aie mee aianti corpus. quãuis separãda sis modo a corpore, ego tamẽ salus tua quantum ad animandi officium: quia per me resumes animandi officium incorruptibiliter quod modo habes corruptibiliter.

Confundentur. Diuine pugne effectus in aduersariis (iudeis scilicet) describit̃. Et primo quãtũ ad frustrationẽ intenti. Cõfundent̃, ex tuo ꝓlio, & erubescent q̃rentes aie mee, vite mee. Et hoc fuit adimpletũ: quia iudei querebant vitam christi extinguere sicut ꝑ mortem extinguit̃ vita aliorum hominũ. a quo intẽto confusi sunt & erubuerũt: quia vita christi nõ fuit extincta nisi per triduum. Reuertentur retrorsum & erubescẽt cogitantes mali mei. Et hoc quoq fuit adimpletũ: quia iudei precipuum malũ quo tendebant erat extinguere fidem christi: vt ipsimet testant̃. si dimittimus eũ sic, totus mundus vadit post eum. Et rursus dicunt pilato. ne forte veniãt discipuli eius & furentur eũ, & dicant plebi surrexit a mortuis, & erit nouissimus error peior priore. Manifeste siquidẽ per resurrectionẽ christi iudei reuersi sunt retrorsum. i. ad similitudinem fugientiũ cesserunt fidei christi: dum tot milia iudeorũ conuersa sunt ad fidem chri. ¶ Deinde subiungit̃ altera poena effectus eiusdẽ pugne: scilicet poena expulsionis de hierusalẽ. Erunt sicut gluma faciebus venti, & angelus dñi impellens. In quo ostẽdit̃ eorum dispersio tanq̃ rerum nullius momẽti qualis est gluma, & autoritas diuina ꝑ angelum dñi: vt intelligas dispersionẽ iudeorum q̃uis medio brachio romanorum, per angelicum officiũ tamẽ fuisse factã principaliter. Et adiungitur circa hãc dispsionis poenã. Erit via eorum tenebre & lubricũ, & angelus dñi sequẽs eos. Triplex malũ in via describit̃. tenebre quo ad oculos, lubricũ quo ad pedes, & ꝑsecutio angeli dñi nõ ꝑmittens eos passim ambulare. Per que intellige oẽs incõmoditates fuge. ¶ Tertia poena (scilicet desolatio hierosolimitana ꝑ romanos facta) subiũgit̃ ꝓposita cõgruentia cause. Quia sine cã absconderũt mihi foueã retis sui. Vbi isidias iudeorum aspice cõstare ex fouea & reti: tanq̃ foderint occulte foueã reti cooptã seu vallatã. Et ad foueã magis exprimendã subdit. sine cã foderunt, fossam fecerunt, aie mee, vite mee. Est autem hoc rete romanorum potestas, cuius timore iudei occiderunt christum. veniẽt romani, & tollent locũ nostrum & gentem. Et hoc fuit sine cã. quoniã nõ erat iudeis ratio timẽdi hoc ex predicatione christi: quoniam chrs non congregabat populum excitando ad arma aut tumultus aut seditionem aut ad dominium quodcũq temporale: vt euidentia monstrauit in passione eius. Ipso etiã aperte dicente. si ex hoc mũdo esset regnum meum, ministri vtiq mei decertarent vt nõ traderer iudeis. Propterea ergo veniet ei, populo, desolatio ignorabit. i. quam ignorabit, quale fuit excidiũ hierosolimitanũ: & rete ipsius, potestas romana, quod abscõdit, qua occultando veritatem comprehẽdit me, comprehẽdet eũ ita ꝙ in desolatione cadet in ipsum, rete. venerũt siquidẽ romani & abstulerũt locũ & gentem. ¶ Explicato effectu diuine pugne in ꝑsecutoribus, modo explicat eiusdẽ diuine pugne effectũ in seipso & quantum ad aiam & quãtum ad corpus. Nam quo ad animam dicit. Et anima mea, in resurrectione, exultabit in domino & letabitur in salute sua. non enim fuit plene libera a passione nec plene beata vsq ad resurrectionem. Quo ad corpus vero. Oia ossa mea dicent, oẽs partes corporis mei dicẽt in resurrectione. dñe quis sicut tu! quasi dicat nullus. liberãs pauperẽ, me, a fortiore

ipso.fortiores enim quãtum ad vsum ptãtis fuerũt pilatus & iudȩi occidentes chr̃m q̃ paup chr̃s abstinẽs ab vsu suȩ ptãtis.& pauperẽ & mẽdicũ a violẽto eius.Explicatio est eius qđ dixerat:qa chr̃s pauper & mendicus liberatus fuit a violẽtia illata corpori suo per flagella/clauos/crucẽ.¶ Vbi scito ꝙ mẽdicus iuxta hebraicã dictionẽ/ꝑprie significat pauperẽ q̃ fuit diues.interp̃tes enim circumloquuntur in hoc libro eum qui a diuitiis cecidit in pauptatem noie mendici.Et cõuenit christo:pro quanto ex statu honorabili quo habebatur vt propheta/cecidit in tãtam ignominiam . Et hoc sufficiat semel pro semper in similibus.

Surgẽt testes iniqui. Tractaȝ hic illa pcula/litiga dñe cũ litigãtibus meis/tali ordine.Primo tractãtur obiecta in iudicio.Surgẽt testes iniq.nõ solũ corã pontificibus iudeoꝝ/sed ẽt ipsi põtifices corã pilato & herode se testes exhibebãt ꝙ fecerat se regẽ &c̃.q̃ nesciui/ vtpote falsa,interrogabũt me/per os pilati tu es rex iudeoꝝ!¶ Secũdo narranȝ gesta hincinde.Et primo in genere. Retribuẽt mihi malum p bono.Ecce gesta in genere.ego egi bonum/& illi ingrati retribuent mihi malũ.Et specificando malũ/ subdiȝ.sterilitatem aiȩ meȩ.Dictio hebraica videȝ sonare non ꝑprie sterilitatẽ/sed dispositionem mulieris patiẽtis aborsum:quȩ ex hoc ipso ꝙ abortiuũ facit orbatur prole/& similis sterili est.Et quia iudȩi impediebant chr̃i p̃dicationem a fructu filiorũ sp̃ualium,ideo dicunȝ retribuisse huiusmodi sterilitatẽ seu orbationẽ aiȩ chr̃i/quȩ euãgelico verbo generabat filios.constat enim ꝙ iudȩi statuerant ꝙ siquis confitereȝ illũ esse chr̃m/extra synagogã fieret.¶ Postea in specie subiũgit gesta hincinde.Et primo ex parte sua narrat ꝙ pro eis omne bonũ coram deo fecit/& ẽt coram hoibus.Et de gestis corã deo quidẽ pro eis/ait.Et ego in egrotare eoꝝ/in infirmitatibus aioꝝ eorum/scilicet iudeorũ , feci hæc tria bona.vestis mea saccus/afflixi in ieiunio aĩam meã/& oratio mea ad sinum meũ reuertetur . Ad literã per hȩc tria intelligo vniuersa bona p̃sonalia quȩ chr̃s obtulit deo pro iudȩis.in sacco afflictionem corporis austeriore camisia:in ieiunio afflictionẽ vitȩ corporalis intus:in oratione sacrificiũ mentis. Horũ aũt triũ solus saccus in euangelio nõ legitur.ex aliis tamẽ q̃ leguntur de christo(scilicet ieiuniis & orationibus)conicere possumus ꝙ vsus fuerit austeriore camisia:vt se exemplũ perfectum exhiberet pastoribus & p̃dicatoribus, quos oportet castigare corpus suum & ĩ seruitutẽ redigere/ne quũ aliis p̃dicauerit reprobi efficianȝ.Quod aũt dicit orõnẽ suã reuersurã sup sinũ suũ/ad hoc spectat ꝙ licet orõ eius quãtũ ad sufficiẽtiã esset p oibus,quãtũ tñ ad efficaciã erat pro solo sinu ipsius/hoc est pro electis:iuxta illud ioã.17.ego p eis rogo,nõ p mũdo rogo.& ĩfra.non p eis tñ rogo,sed p eis q̃ credituri sunt p verbũ eoꝝ in me &c̃.¶ De gestis aũt corã hoibus subdit.Quasi socius quasi frater mihi ambulaui,quasi lugẽs mr̃ ater ĩcuruatus sum. In q̃bus exhibuisse se iudȩis socium/fratrem ac ẽt mr̃em compassione narrat.Quȩ in euangelio clare patent adimpleta:& vnico etiam verbo explicata . quicunq fecerit voluntatem patris mei,ipse meus frater soror & mater est matthȩi.12. Circa maternum tamen officium aduerte literam ꝙ iuxta textum hebrȩum oportet sic construere.ego lugens ater incuruatus sum quasi mater.Et ratio constructionis est:quia sunt masculini generis in hebrȩo illȩ tres dictiones/ lugens/ater/incuruatus,mater autem est fœminini.Et significatur maternum officium quo periclitãti filio ȩgro mater ĩcuruaȝ cum tristitia & tristitiȩ signis.Quod cõstat christum fecisse.vnde & videns ciuitatẽ fleuit sup illã/dicẽs.si cognouisses & tu &c̃.Hȩc quo ad gesta ex p̃te chr̃i. ¶ Gesta aũt ex parte iudeoꝝ narranȝ e regione.Et in ȩgritudine mea lȩtati sunt : Dixerat ꝙ ipse in ȩgritudine eoꝝ ieiunabat/orabat &c̃.mõ e regione contrariũ iudȩos fecisse narrat.& in ȩgritudine mea lȩtati sunt. Appellat ȩgritudinẽ suã chr̃s tẽpus passionis suȩ quo se eis vt ĩpotẽtẽ exhibuit.Quũ me infirmũ exhibui lȩtati sunt & cõgregati sunt/p̃cipes iudeoꝝ:vt patet capto chr̃o.nec solũ principes,sed cõgregati sunt sup me p̃cutiẽtes/ ꝑpheriza nobis q̃s est q̃ te p̃cussit,& nesciui/ad similitudinẽ nesciẽtis p̃cutiebãt ꝑpheriza.Nec solũ p̃cusserũt,sed sciderũt/flagellis carnẽ meã:fuit.n.chr̃s flagellatus. & nõ tacuerũt/& nõ ꝑpea destiterũt:vt patet in euãgelio.In blãdiciis derisionũ vanilogi frẽdẽdo sup me dẽtibus suis.Illusio illa/aue rex iudȩoꝝ/salutãdo & genuflectẽdo &c̃.describiȝ ĩ blãdiciis derisionũ vanilogi.erat.n.blãda derisio vanoꝝ verboꝝ.Quȩ tñ nõ suffecit iudȩis:sed quũ pilat⁹ mõstrasset eis chr̃m sic derisũ hmõi verbis blãdis derisoriis/ecce rex vester/regem vestrum crucifigam!magis ac magis clamabãt iudȩi crucifige/ more frendentium dentibus.Et propterea propheta vtrunq simul inserit:quia huiusmodi derisiones terminatȩ sunt ad obtentum crucifixionis.

Domine quantum aspicies! Narratis gestis hincinde coram iudice/narrat rationes gestorum vtrinq:quare scilicet ipse hæc fecerit & quare iudȩi illa fecerunt.Sed narrando exclamat/more oppressorum prouocantium iudicem ad considerationem negocii.Vnde exaggerando & humanum explicans affectum/ait.Domine quantum aspicies/hoc est quantum oportet esse prouocatiuum tui aspectus iudicialis . intendens ꝙ si hoc tam magnum non sufficit ad prouocandum iudicium,quantum erit illud quod prouocabit aspectum tuum ad iudicandum!quasi dicat/nullum tam magnum erit.¶ Duas subdit rationes gestorum suorum supradictorũ.Prima est ad ponendũ vitam pro redemptione mũdi.Secũda est ad cõstruendũ ecclesiã vniuersalẽ.Et vtraq ita ĩtroducitur vt rõ/ vt etiam portet secũ damnum iminens nisi deus iudicet. Vnde prima rõ inducȝ p modum resarciendi damni.Fac

reuerti aiam meã a desolationibus eorũ. Mortem tã acerbã appellauit desolationes iudęorũ: qa ad desolandũ & eradicãdũ chrm occiderũt ipm. A leunculis, ab inferno, vnicã meã, aiam destitutã ab oĩbus. Acsi apertius diceret. posui aiam meã in mortem vsq̃ ad infernũ, fac vt resurgat, vt tantum damnum: qđ spõte subii recõpensef. Altera rõ pponif p modũ damni vitandi. Cõfitebor te, pđicando, in ecclesia multa, omnium populorũ: in populo forti, ad martyrium, laudabo te: hoc est ppterea hęc oĩa feci, ne patiaris hęc perire. ¶ Rões aũt gestorum a iudęis subiungunf. Nõ lętabũtur mihi inimici mei falso. Machinati sunt principes iudęorũ falsam inimicitię cãm aduersus chrm: vt patet in consiliis & accusationibus eorũ. & huiusmodi machinatio assecuta effectũ, fuisset ratio lętitię principibus iudęorũ si chrs non resurrexisset & mũdum ad se nõ traxisset. Et ppterea p modum euitandę huiusmodi lętitię introducunf causę ex parte iudęorũ. Nõ lętabunf mihi. i. de me, inimici mei falso, accusantes me: osores mei sine cã, sine vlla culpa, annuẽt oculo. Aduerte hic q̃ negatio in principio versiculi posita, intelligitur ɋposita nõ solũ verbo lętabunf sed ẽt verbo annuent. Ita q̃ sensus est. nõ lętabunf, nõ annuent oculo. Et hoc annuere oculi, referf ad irrisionis tẽpus quo christo crucifixo principes sacerdotũ ad inuicem derisoria chri verba loquebanf: ac per hoc more deridentiũ alter alteri annuebat oculo, vide filiũ dei &c̃. Et intẽdit q̃ vtraq̃ iniqtas cessabit deo iudicãte. ℣ Vtriusq̃ aũt iniquitatis (scilicet confictę falsitatis & irrisionis) manifestationem subdit. Et falsitatis quidem. Quoniã non pacẽ loquentur. Caiphas tanq̃ pponens ea quę pacis sunt, dicturus pphetaf. expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo & nõ tota gens pereat. Hoc consiliũ pręuenit ppheta. Quoniam nõ pacem loquenf, non tendẽt ad pacem in veritate: & sup quietos terrę, sequaces meos, verba deceptionũ cogitabunt. ad exterminandũ enim fidẽ christi cogitauerunt hac vti fraude. Derisionis vero annuentibus oculis. Et dilatauerunt sup me os suũ, dixerunt heah heah vidisti oculos nostros. Maliciã suã pontifices insultãdo chro crucifixo inducunf manifestare. vbi enim debebant compati crucifixo, dilatauerunt, insultantes super me os suum: dicentes heah heah (interiectio est insultantis) vidisti, tu q̃ te faciebas messiam, oculos nostros, expertus es prudentiam, castigationem nostram in cruce.

Vidisti domine. Post narrata obiecta a testibus, post narrata gesta hincinde a christo & iudęis, post expositas rões gestorũ hincinde, more partis constitutę corã iudice petẽtis concludi in cã, petit chrs cõclusionem causę & cõsequẽter sniam. Conclusionem quidẽ. Vidisti dñe, merita cãę, nõ superest vt amplius informeris, ne sileas, cõclusionem cãę, dñe ne elõgare a me. Tanq̃ more humano dicat. cõclude in cã anteq̃ hinc recedas. Et quodãmõ adhuc nõ cõcludentẽ, humano more solicitat. Exurgiscere & vigila iudicio meo, terminãdo: deus meus & dñe liti meę, terminãdę vigila. Consequenter petit sententiam. Iudica me fm iustitiam, non humanam sed tuam, quæ pure veritati innititur, quę nõ potest falli, domine deus meus, vt intelligas hominem rogare. ℣ Tria aũt explicat continẽda in snia. Primum est. & non lętabuntur mihi. Secundum est. non dicent in corde suo heah animæ nostræ. Tertium. non dicent absorbuimus eum. In quibus tribus manifestat q̃ sententia procedens fm iustitiam dei, efficiet hæc tria. Primum q̃ christus non iudicabitur victus a iudęis: victores enim lętantur super victo. Et huiusmodi futuram lętitiam excludit a iudęis. Et consistit hęc victoria in principali articulo negocii: scilicet de propagatione fidei christianę. propterea enim põtifices iudęorum occiderunt christum vt doctrina christi extingueref: vt patet ex euangelio. Et propterea primum quod petit christus est q̃ iudęi non lętentur se vicisse: quoniam iustitia exigit christianam fidem propagandam esse. Et sic fuit impletum. In secundo explicaf glorificatio nois christi, talis & tanta vt non restet in corde iudęorum locus vnde possint insultare christianę vitę. Et hoc fuit adimpletũ missione spiritussancti, tanta multitudine miraculorum, tot testimoniis fidei ex scripturis &c̃. Ita q̃ iudęis ratione vti scientibus non est relictus locus in corde eorum vnde possint insultare christianę fidei: q̃uis sit spatiosus locus relictus in ore eorum. Et propterea dicitur. non dicent in corde suo heah, insultando animę nostrę. Christus vitam suam cõmunem christiano populo facit. & propterea dicit animæ nostræ. In tertio resurrectio corporis explicaf. nõ dicent, iudęi, absorbuimus eum. Quãuis enim dicere poterũt occidimus eum, non tamen dicere poterunt deglutiuimus eũ: vtpote qui iam manifeste resurrexi & viuo in ęternum. Hęc de sententia. ¶ Circa effectus vero sentẽtię, tum quo ad iudęos christi hostes, tum quo ad christi sequaces, subiungit. Confundentur & erubescent pariter, gaudentes mali mei. Nota solos illos iudęos hic comprehendi quorum malicia perseuerauit ita q̃ lętabantur q̃ christus passus fuisset: illi autem qui nõ ex malicia peccauerunt, imo visis iis quæ fiebant tempore passionis christi reuertebantur percutientes pectora sua, qui etiam conuersi legunf in actibus apostolorum q̃ p ignorãtiã peccassent, pro qbus ẽt chrs intercessit pater ignosce illis qa nesciũt qđ faciũt, nõ icludunf sub effectu huius sententiæ. Sed de prioribus adhuc subdif. induenf cõfusione & verecundia magnificãtes, linguas suas seu seipsos, super me. Aduerte hic repeti confusionis pœnam, qm̃ confundendi erant & in hac vita & in futura: vt rei probauit euentus. ℣ Quo ad sequaces autem christi. Laudabunt & lętabuntur, laudabunt cantando & cantabunt laudando, volentes iustitiã meã, quę est iustitia fidei mei crucifixi: & dicẽt cõtinue, vsq̃ ad cõsũmationẽ seculi hunc hymnum. magnificabif dñs volens pacem serui sui, iesus

christi. In his enim duobus (scilicet in magnificatione domini & in pace iesu christi) pendet vniuersa salus. Significantius autem explicatur deus volens pacem christi: vt intelligas non omnem pacem ei placere sed christi. pacem meam do vobis, pacē relinquo vobis, non quomodo mundus dat. Et quoniam scribendum erat: ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi, ideo christus subiungit. Et lingua mea, per christianos meos, loquetur iustitiam tuam, deus quam fecisti mihi iudicando secundum veritatem pro me: tota die, indefesse, laudē tuam, gratias agendo. Quod quotidie per membra sua adimplet. Amen.

VVLGATA EDITIO. Pro uictoria, seruo dñi dauid psalmus .XXXV.

DIxit iniustus ut delinquat in semetipso: nō est timor dei añ oculos eius.
Quoniā dolose egit in cōspectu eius: ut inueniatur iniquitas eius ad odiū.
Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere ut bene ageret.
Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit oi uię non bonę, maliciam autem non odiuit.
Domine in cœlo misericordia tua: & ueritas tua usq; ad nubes.
Iudicia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa.
Homines & iumenta saluabis dñe: quēadmodum multiplicasti misericordiā tuā deus.
Filii autem hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab hubertate domus tuę: & torrēte uoluptatis tuę potabis eos.
Quoniam apud te est fons uitę: & in lumine tuo uidebimus lumen.
Prętende misericordiam tuam scientibus te: & iustitiam tuam iis qui recto sunt corde.
Non ueniat mihi pes superbię: & manus peccatoris non moueat me.
Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare.

IVXTA HEBRÆVM. Vincenti seruo domini dauidi .XXXVI.

1 DIctū rebelliōis impio, intra cor meū: nō timor dei † corā oculis ei9. † deos
2 Propheta. Quia blanditus est ad se in oculis suis: ad inueniendum iniquitatem suam, ad odiendum.
3 Verba oris eius iniquitas & dolus: cessauit ad intelligendū ad benefaciendum.
4 Iniquitatē cogitabit sup cubili suo: stabit super uia non bona, malū nō abominabitur.
5 Dictum rebellionis. Domine in cœlis gratia tua: ueritas tua usq; cœlos.
6 Iustitia tua quasi montes dei, iudicia tua abyssus multa: adam & bestiā saluabis dñe.
7 Quā preciosa gratia tua deus †: & filii adam in umbra alarum tuarum sperabunt. † dij
8 Saciabuntur de pinguedine domus tuę: & torrente deliciarum tuarum potabis eos.
9 Quoniam tecum fons uitarum, in lumine tuo uidebimus lumen.
10 Propheta. Trahe gratiam tuam scientibus te: & iustitiam tuam rectis corde.
11 Non ueniet mihi pes superbię: & manus impiorum non mouebit me.
12 Ibi ceciderunt operantes iniquitatis: impulsi sunt, & non potuerunt surgere.

TItulus est. Vincenti seruo domini dauidi. Cuius prima particula patet superius. Per hoc autē φ dauid appellatur seruus domini, materia psalmi insinuatur. Seruitus quippe domini excludit libertatem peccādi, & cōstat ex timore domini: iuxta illud malach. 1. si ego dominus, vbi timor meus? Tractat siquidem ad literam psalmus iste de seruitute domini vt opponitur libertati peccandi, ita φ directe editus est contra libertatem peccandi causatam ex eo φ non apparet ratio timendi deum. Et hoc quidem nunc supponatur: clare siquidem patebit in prosecutione. Nec per hoc φ noīatur dauid seruus domini, limitatur materia psalmi ad dauidem: sed cōmunis est cuilibet seruo dei. Non frustra tamen apponitur dauid: sed ad denotandum φ ipse fuit autor non solum psalmi, sed inuentionis erroris versati in animo libere peccantium. Significatur itaq; per hunc titulum φ psalmus iste attribuitur dauidi.

seruo domini, quia adinuenit & excludit radicem libertatis peccandi contrariç seruituti domini.

SVMMARIVM EST.

¶ Dauid videns multos homines immortalitatem animę credentes in libertate peccãdi, ratusq; eos decipi fallacibus argumentis donorum gratuitorum, naturalis nobilitatis animæ & naturæ & status spiritualis in altera vita, occurrit soluens rationes eorum: vt vel sic resipiscant.

Personæ loquentes sunt duæ: propheta. s. & fultus libertate peccandi.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso **DIctum rebellionis impio intra cor meum.** Diuiditur psalmus in duas partes: propositiuam materiæ, & executiuam, ibi quia blanditus est. ¶ Circa partem propositiuam quia obscura est & corrupte consueuit legi, aduerte sensum. Intẽdit propheta proponere ꝙ fm iudicium suum rebellio, magnitudo sceleris, dicit impio, non cuicunq; sed carenti timore dei ante oculos suos. Quid sit autem illud dictum impio ab eius scelere, non proponit explicite, sed explicabit in quinto versiculo. vbi patebit ꝙ illud dictum est ratio excludendi timorem dei & libere peccandi. Quod implicite hic proponitur: dum explicatur impius talis ꝙ non est timor dei ante oculos eius. ¶ Quod vt plenius intelligas, videns dauid multos homines credentes & immortalitatem animæ & alteram vitam, absq; vllo timore dei libere omnifariam peccare, cogitauit intra se ꝙ iniquitas istorum decipit eos, promittendo animabus eorum quantumcũq; hic peccantiũ felicem in altera vita statum, quia deus est lux & vita &c̃. Et ad hunc errorem confutandum fecit hunc psalmum. & propterea non asserit hunc errorem ab iniquis dictum absolute, sed cum ista modificatione intra cor meum: hoc est fm ꝙ mihi videtur. Et huiusmodi errorẽ nõ attribuit homini sed crimini: vt non sit in culpa natura sed scelus. Et propterea nõ dicit, dictũ hominis, sed dictũ rebellionis: ita ꝙ crimen rebellionis introducitur dicens impio. Et specificando quali impio subditur. nõ timor dei ante oculos eius. Negatio timoris dei ab oculis mẽtis, est affirmatio cęcitatis respectu timoris dei: hoc est ꝙ ante oculos mentis eorum nulla ratio timẽdi deum videtur. Tales sunt impii qui tractantur in hoc psalmo.

¶ **Quia blanditus est ad se.** Incipit hic pars executiua tali ordine. Pri̇o tractat̃ illa particula, impio nõ timor dei corã oculis eius. Secũdo illa, dictũ, ibi dñe in coelis, recitatiue. & tertio eadẽ confutando dictum, ibi trahe. ¶ Declaratur quis seu qualis est impius nullam videns rationem timendi deũ, ex partibus eius quinq;. s. affectu, locutione, omissiõe, cogitatiõe, & opatione. Et affectus qdẽ describit̃ ad similitudinem blandientis: vt intelligas mentem istorum ipsismet blandiri, promittendo felicitatem futuram quantumcunq; hic peccent. Interna blandimenta significantur dicendo, in oculis suis. Et appellatione blandiciarum intelligitur ratio alliciens & delectans, tanq̃ blãdiendo decipiens. qualis enim vnusquisq; est fm affectum, tales ei consonant rationes: vt apparet in irato, cui consonant rationes vindictæ. Huiusmodi autẽ blandę rationes describuntur in primis ad duo officia. s. ad inueniendum iniquitatem suã, hoc est ad inueniendũ vias iniquas: & ad odiendum, ad odio prosequendũ quos volũt odio habere. blãdiuntur siquidẽ sibi rationibus & ad odium & ad inuentionem. ¶ Locutio vero. verba oris eius iniquitas & dolus. vt in his duobus intelligas oẽ vitium linguę: in dolo coopertum, in iniquitate manifestum. Omissio aũt. cessauit ad intelligendum ad benefaciendum. In quo omissio querẽdi veritatem & omissio cuiusq; boni operis apparet. Cogitatio deniq;. Iniquitatem cogitabit super cubili suo. In quo magnum studium ad inique agendum describitur: dum in cubili loco quietis cogitat iniquitatem. Operatio demum. Stabit super via non bona, perseuerabit super via non bona. Nec hoc sufficiet, sed malum non abominabitur. Minus dicit & plus significat. s. ꝙ malum amplectetur.

Domine in celis. Tractatur hic dictum rebellionis: inducẽdo ipsos impios tuentes libertatem peccandi alloquẽdo deũ, ex quadruplici capite. Primo ex hoc ꝙ deus nõ cõmunicat cõiter humano generi gratuita dona, quę sunt ꝑpria dona rationalis naturæ: vt sunt gratia, veritas, iustitia, & notitia iudiciorum dei. Quod explicant dicẽdo. Domine ĩ coelis, supremis, in excelsis creaturis, gratia tua, regnat, nõ in nobis: & vsq; ad coelos, inferiores, lunam. s. veritas tua, certa extẽditur. ac per hoc ĩ nobis omnia plena fallaciis. Iustitia tua, qua animus fit iustus fm te, inaccessibilis est quasi montes dei, hoc est montes tam excelsi vt sint potius montes dei q̃ hominum: iudicia tua, quatenus tua, sunt inscrutabilia a nobis quasi abyssus multa, que inscrutabilis est. Vbi aduerte truncatam esse locutionem contentam medio termino syllogismi. Ex hoc. n. ꝙ deus hęc bona incõmunicabilia, inaccessibilia & inscrutabilia statuit nobis, volũt inferre ꝙ nõ est nobis curãdũ de assequendis huiusmodi bonis animi, sed libere operandum: nam si deus vellet ꝙ nos soliciti essemus ad acquirendum huiusmodi bona animi, nõ restrinxisset sic illa. ¶ Secũdo ex hoc ꝙ deus bona corporalia cõiter dat nobis & brutis. Adam hoc est hominem, & bestiam, genus animaliũ, saluabis dñe, in hac vita continua generatione, nutritione, augmento &c̃. Et intendunt hinc inferre ꝙ quum prouisio corporalium sit cõmunis nobis & brutis, nõ est magis ꝑꝑ tꝑalia hæc bona vel mala timẽdus aut colendus deus a nobis q̃ a bestiis: quę nec timẽt nec colũt deũ, & hæc hñt a deo sicut nos. ¶ Tertio ex nobilitate naturæ hũanæ quãtum ad aĩam intellectiuã immortalem, imaginem dei. ita ꝙ ex hac parte hoĩes sunt filii & domestici dei: ac per hoc in alia vita erunt fm animam in domo dei, & velut pulli collecti sub alis proprii parentis. Et quia hoc est

primum fundamentum dicti istorum, ideo ad illius magnificationem premittunt laudem diuine gratie sic magnificantis homines omnes supra animalia irrationalia/ clamando. Quam preciosa/ quam estimanda, est gratia tua deus/qua omnes homines saluare in altera vita & qua naturam anime humane beatificare disposuisti/qua dignaris cōmunis pater noster esse.ecce & filii adam/hoc est homines suapte natura (filius enim nomen generis naturalis est) in vmbra alarum tuarum sperabunt/supponentur sub certa protectionis tue paterne spe/velut pulli prius dispersi quum colliguntur sub parentis alis. ita quod homines hic sunt velut pulli dispersi a deo,in altera vita erunt collecti sub deo proprio parente velut filii.Et quia domestici dei erunt,saciabuntur de pinguedine domus tue.& exponendo quod dicitur, addunt.& torrente/inundante impetu,deliciarum tuarum/spiritualium, potabis eos. Vbi clare vides quod intendunt non ex merito/nō ex bonis operibus sed ex natura intellectiue anime filios adam fore in alia vita beatos.¶ Et vt hoc magis suadeant afferunt quarto rationem ex parte spiritualis status quem proculdubio assequētur omnes anime humane,qui status cōmunis ac naturalis est omnibus substantiis spiritualibus.Et intendunt quod spiritualis status est plenus vite & luminis ex sua naturali propinquitate ad deum/ac per hoc nulla substātia spiritualis habens spiritualem statum(hoc est modum essendi)particeps est mortis aut tenebrarū,sed omnes sunt beate/plene vite & luminis. Ideo aiunt saciābuntur quia tecum fons vite/hoc est quia spiritualis status tibi simillimus(nam spiritus est deus)est fons vite.omnis siquidem vita quorumcunque viuentiū ex spiritu est.ac per hoc quicunque tecum.i.in spirituali est statu,est in fonte non in riuulis vite:in quibus sumus nos/partim vitam & partim mortem experientes in nobis. Et in lumine tuo videbimus lumen. Modo non videmus lumen sed phantasmata que sunt intelligibilia obscurissima:nec videmus in lumine diuino/hoc est claro,sed sicut in lumine crepusculi nocturni videmus in lumine intellectus agentis. in alia autem vita videbimus obiectiue lumē/intelligibilia secundum se clara,& in lumine claro puritatis spiritualis/quod vocatur lumen dei.Hoc est dictum rebellionis impiorum/ad suadendam libertatem peccandi. ¶ Vbi etiam aduerte quod inducuntur impii isti alloquentes deum:vt intelligas securitatem animi eorum,qua putantes se recte dicere/audent conferre hec cum deo.

Trahe gratiam tuam. Tractatur hic iterum dictum rebellionis ad confutandum ipsum.ita quod incipit nunc loqui propheta/respondendo singulis rationibus impiorū. Vbi aduerte(vt patet ex dictis) impios argumentatos esse ex quattuor capitibus:propheta autem explicite respondet tribus eorum. quarto autem(scilicet homines & iumenta saluabis domine)non aliter respondet:quoniā ex responsione ad primum/ satisfit etiam illi argumēto.¶ Primum ergo argumentū impiorum assumebat quod deus continet gratiam/iustitiam & veritatem &c.non cōmunicans ista cōmuniter generi humano.Respondet propheta falsum esse assumptū:quia deus omnibus hominibus quantūcunque minimis & vilibus(dispositis tamen)cōmunicat dona gratiarum suarum:iustitiam veritatem/gratiam &c. Et hoc est quod dicit alloquens deum. Trahe/ad modum trahentis cōmunica,gratiam tuam/vt rem tractam,scientibus te/scientia fidei.ecce dispositi in intellectu ad quos gratia trahitur a deo. & iustitiam tuā rectis corde. ecce dispositi in voluntate.Et describitur cōmunicatio horum donorum ad similitudinem trahentis: vt intelligas supernaturalitatem donorū,que oportet trahi/quasi violentiā pati ad hoc vt descendāt ad nos. Vide quoque dispositos describi in intellectu & in affectu: & cōsidera quod sicut nature bona non cōmunicantur nisi dispositis/ita par est vt dona diuine gratie cōmunicentur solis dispositis.sibi autē imputet quicunque ponit obicem.¶ Et per hoc satisfit motiuo de cōmunibus hominibus & brutis: quoniam ii ad quos trahitur gratia & iustitia dei/facile intelligunt qualiter homo propter temporalia bona debeat se habere ad deum.¶ Secundū argumētū fuit ex parte nobilitatis anime intellectiue: que quia cōis est oibus hoibus/oēs homines reddet beatos.Respondet propheta attendendā esse qualitatē morum/& nō sufficere qualitatem nature:ita quod si aia malis moribus imbuitur/non saluatur ex nobilitate nature. Hāc rñsionē intēdit significare/explicando deliberationē studii proprii ad cauendū a pctis. Tū velut ab intrinseco nascētibus/dicēdo. Non veniet mihi pes superbie/ad hoc studeo ne pes.i.affectus superbie surrepat mihi. Tum ab extrinseco suasis.& manus impiorum nō mouebit me/a recto.Acsi aperte diceret. ego habeo aiam intellectiuam,& studeo ad cauendū a pctis intus & extra:quia scio quod deus non attendit naturam aie sed iustitiā,cuius prima pars est declinare a malo. ¶ Tertium argumentū fuit ex parte spūalis status in altera vita:vtpote quia plenus vite & luminis beatis erat. Respondet propheta. Ibi/in illo statu spūali,ceciderūt operantes iniquitatis:hoc est demones/substātie spūales,qui fuerūt primi operarii iniquitatis. Nec solū ceciderūt sed impulsi sunt/in perpetuam obstinationē,& nō potuerūt surgere.Ex quo apparet falsum esse quod status spūalis ex hoc quod est propinquissimus deo reddat spūales substātias beatas.experientia siquidē cadentiū in tali statu demonū/testatur falsum esse dictū impiorum.¶ Aduerte hic quod status spūalis est plenus vite naturalis/quia est immortalis:& est plenus luminis naturalis,quia nulle sunt ibi tenebre phantasmatū. Cum hoc tamen stat quod sit ibi defectus vite beate/quod sit ibi defectus luminis supernaturalis/quod sint ibi tenebre pctōrum/quod sit ibi mors.i.afflictio anime & priuatio vite beate. Et hoc est in quo paralogizauerunt impii/non discernendo inter vitam lumenque nature & vitam lumenque gratie.Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶David.

NOli ęmulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem.
Q m̃ tãq; fenũ uelociter arescẽt:& quẽadmodũ olera herbaꝝ cito decidẽt.
Spera in dño & fac bonitatẽ:& inhabita terrã/& pasceris in diuitiis eius.
Delectare in domino:& dabit petitiones cordis tui.
Reuela domino uiam tuam/& spera in eo: & ipse faciet.
Et educet quasi lumẽ iustitiã tuã/& iudiciũ tuũ tãq; meridiẽ: subditus esto dño & ora eũ.
Noli ęmulari in eo qui prosperatur in uia sua:in homine faciente iniustitias.
Desine ab ira & derelinque fororem: noli ęmulari ut maligneris.
Q m̃ qui malignantur exterminabuntur:sustinẽtes aũt dñm ipsi hęreditabunt terram.
Et adhuc pusillum & non erit peccator: & queres locum eius & non inuenies.
Mansueti autem hęreditabunt terram:& delectabuntur in multitudine pacis.
Obseruabit peccator iustum:& stridebit super eum dentibus suis.
Dominus autem irridebit eum:quoniam prospicit ꝙ ueniet dies eius.
Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suum.
Vt decipiant pauperem & inopem:ut trucident rectos corde.
Gladius eorum intret in corda ipsorum:& arcus eorum confringantur.
Melius est modicum iusto:super diuitias peccatorum multas.
Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos dominus.
Nouit dominus dies immaculatorum: & hęreditas eorum in ęternum erit.
Non cõfundẽtur in tpe malo/& in diebus famis saturabũtur: qa peccatores peribuit.
Inimici uero dñi mox ut honorificati fuerint & exaltati: deficientes quemadmodũ fu- mus deficiẽt
Mutuabitur peccator & nõ soluet:iustus aũt miseret & retribuit.
Quia benedicentes ei hęreditabunt terram: maledicentes autem ei/disperibũt.
Apud dominum gressus hominis dirigentur:& uiam eius uolet.
Cum ceciderit non collidetur:quia dominus supponit manum suam.
Iunior fui/etenim senui:& non uidi iustum derelictum, nec semen eius quęrens panẽ.
Tota die miseretur & commodat:& semen illius in benedictione erit.
Declina a malo & fac bonum:& inhabita in seculum seculi.
Quia dñs amat iudicium/& nõ derelinquet sanctos suos: in ęternũ conseruabuntur.
Iniusti punientur:& semen impiorum peribit.
Iusti autem hęreditabunt terram:& inhabitabunt in seculum seculi super eam.
Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium.
Lex dei eius in corde ipsius:& non supplantabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustum: & quęrit mortificare eum.
Dñs aũt non derelinquet eum in manibus eius: nec dãnabit eum quũ iudicabitur illi.
Expecta dñm & custodi uiã eius/& exaltabit te ut hředitate capias terrã:cũ pierint pec- catores uidebis.
Vidi impiũ superexaltatũ & eleuatum sicut cedros libani.
Et transiui/& ecce non erat:quęsiui eum/& non est inuentus locus eius.
Custodi innocentiam & uide ęquitatem: qm̃ sunt reliquię homini pacifico.
Iniusti autem disperibunt: simul reliquię impiorum interibunt.
Salus autem iustorum a domino: & protector eorum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos dominus & liberabit eos/& eruet eos a peccatoribus & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

CIVXTA HEBRÆVM. CDauidi

1 Aleph. Propheta. NE cōmiſcere [studio] in malignantibus: ne emulare in facientibus iniquitatem.
2 Caph. Quoniam ſicut herba cito ſuccidētur: & ſicut herbę uiror areſcent.
3 Beth. Confide in domino & fac bonum: habita terram/& paſce [te] ueritate.
4 Vau. Et deliciare ſuper domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.
5 Ghimel. Volue ſuper dominum uiam tuam/& confide ſuper eo: & ipſe faciet.
6 Vau. Et educet ſicut lumen iuſtitiam tuam: & iudicia tua ſicut meridiem.
7 Daleth. Tace domino & expecta ipſum †: ne cōmiſcere in proficiente uia ſua/in uiro [quicquid cogitat] faciente cogitationes. † ipſi
8 He. Relaxa a furore & relinque iram: ne cōmiſcere tantum ad malefaciendum.
9 Caph. Quoniam malignantes excidentur: ſperantes dn̄i/ipſi hęreditabunt terrā.
10 Vau. Et adhuc modicū/& nō impius [erit]: & intelliges ſuper loco eius/& non ipſe [erit].
11 Vau. Et humiles hęreditabunt terram: & deliciabuntur ſup multitudine pacis.
12 Zain. Cogitans [erit] impius [de] iuſto: & frendens ſuper eum dentibus ſuis.
13 Aleph. Dominus † deridebit eum †: quoniam uidit qm̄ ueniet dies eius. † dn̄i mei † ei
14 Cheth. Enſem aperuerunt impii & tetenderunt arcum ſuum: ad faciendum cadere pauperem & mendicum/ad laniandum rectos uię.
15 Cheth. Enſis eorum ingredietur in cor eorum: & arcus eorum confringentur.
16 Teth. Melius [eſt] paucum iuſto/q̄ copia malorum multorum.
17 Caph. Quoniam brachia impiorum confringentur: & ſuſtentans iuſtos dn̄s [eſt].
18 Iod. Noſcens [eſt] dominus dies perfectorum: & hęreditas eorum ęterno erit.
19 Lamed. Non erubeſcent in tempore mali: & in diebus famis ſaturabuntur.
20 Caph. Quia impii peribunt: & inimici domini uelut precioſum arietū finiti ſunt/in fumo finiti ſunt.
21 Lamed. Mutuatus impius & non ſoluet: & iuſtus miſerans & dans.
22 Caph. Quia benedicti eius hęreditabunt terram: & maledicti eius ſuccidentur.
23 Mem. A domino greſſus uiri firmati ſunt: & uiam eius uolet [eſt].
24 Caph. Quando cadet non deiicietur: quia dominus ſuſtentans manum eius.
25 Nun. Puer fui/etiam ſenui: & non uidi iuſtum derelictū & ſemen eius querēs panē.
26 Caph. Tota die miſerans & mutuans [eſt]: & ſemen eius benedictioni [erit].
27 Samech. Ceſſa a malo & fac bonum: & habita ſempiterno.
28 Caph. Quia dominus diligens [eſt] iudiciū: & non derelinquet gratioſos ſuos, ęterno cuſtoditi ſunt/& ſemen impiorum ſucciſum eſt.
29 Zadi. Iuſti hęreditabunt terram: & habitabunt ſeculo ſuper eam.
30 Pe. Os iuſti loquetur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium.
31 Thau. Doctrina dei ipſius in corde eius: non labetur greſſibus ſuis.
32 Zadi. Aſpiciens [erit] impius iuſtum †: & quęrens ad faciendum mori ipſum. [ab alio] † iuſto
33 Iod. Dn̄s nō derelinquet eū i manu eius: & nō cōdēnabit eū in iudicari ipſum.

34 Coph. Spera ad dominum & custodi uiam eius:& exaltabit te ad hereditandũ terram,in excidi impios/uidebis.

35 Res. Vidi impium robustum & radicatum sicut arborem frondosam.

non mansit est est
36 Vau. Et transiuit / & ecce non ipse :& quesiui eum/& non inuentus.

est
37 Scin. Custodi perfectum & uide rectum: quia finis uiro pax.

38 Vau. Et rebellantes deleti sunt pariter:& finis impiorum incisus est.

est
39 Vau. Et salus iustorum a domino : roboratio eorum in tempore angustie.

40 Vau. Et adiuuit eos dominus & liberauit eos: & liberabit eos ab impiis & saluabit eos/quia sperauerunt in eo.

TItulos est.Dauidi.Ex quo patet autor psalmi.

¶ Circa materiã psalmi/ex ipso decursu psalmi manifeste patet ꝙ ẽ moralis.Et est editus a dauide iam sene:vt i.36. versiculo ipse testatur/puer fui ẽt senui. Expertus quippe diuinã veracitatẽ in seipso/ monet populũ veteris testi ad inherendũ deo & ad declinãdum a studiis malignoꝝ: quia iustoꝝ sunt bona pñtis vite,iniquoꝝ aũt mala. Hec est ad lrãm materia psalmi. ¶ Vbi nota ꝙ status veteris testi erat adeo imperfectus vt trahendi essent iudei ad cultum dei & bonos mores promissionibus bonoꝝ tpaliũm/& retrahendi a malis opibus metu pœnaꝝ tpaliũm. & ppea in fine deutero. multis capitulis ponunt he pmissiones & cõminationes. Vnde sequit ꝙ tũc tpis regulariter & p se/tpalia bona erant iustoꝝ:& silr tpalia mala iniquoꝝ,deo sic statuẽte.Et ppea tunc iustitia erat velut cã p se pductiua bonoꝝ tpalium,meritorie tñ: & silr iniqtas erat p se cã maloꝝ tpalium. Ita ꝙ sicut vere dicimus in naturalibus ꝙ oliua oliuã/bos bouẽ & hõ hoiem gñat (q̃uis p accñs aliter qñq; eueniat) ita vere erat tunc dicere ꝙ iusti prosperarent in tpalibus & iniusti deprimerent & exterminarent. Et hec sint dicta pro lrali intellectu tot assertionũ que in hoc psalmo explicant de pspitate iustoꝝ & exterminio iniquorum:qm vere erant pro illo tpe.Et ppea psalmus iste non dirigit ad singularem aliquã psonam,sed ad populum veteris testamenti.Et est psalmus iste canticum quoddam fundatum sup bñdictionibus & maledictionibus deutero.quas constat ad populum dirigi.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta imperfectum veteris testi populum monet ad non imitandum iniustos & ad sperãdum in deo/sectando iustitiam:quia iniustis mala tpalia/iustis vero bona tpalia decreta sunt a deo.

¶ Persona loquens propheta est.

¶ Aduerte quoq; ꝙ hic est tertius psalmus alphabeticus:vt patet in translatione hiero.

NE cõmiscere in malignantibus. Diuidit psalmus iste in partes duas: propositiuã materie, & executiuã/ibi deliciare.Proponit quattuor.s.duo genera studioꝝ.Alterũ imitãdi iniquos.& hoc proponit prohibẽdo. Alterum inherendi deo & faciẽdi bonũ.& hoc exhortando.Duo reliqua rñdent duobus primis.Nam alterꝝ est pœna iniquoꝝ.que proponit ad retrahẽdũ hoies a malo studio.Alterꝝ est pmium:ad alliciẽdũ ad bonũ studiũ. ¶ Prohibẽdo itaq; imitationẽ iniquoꝝ ait. Ne cõmiscere/studio similiũ affectuũ & opeꝝ,in malignãtibus/machinantibus ad malũ:ne emulare/imitari vel supare volẽs,in faciẽtibus iniqtatem.Malignitas intus/facere iniqtatẽ extra est.Ecce pœna. Qm̃ sicut herba/ agri,cito succident/sicut secat pratũ:& sicut herbe viror arescẽt.Herba.n.sui viroris cãm min⁹ fixã hñs/ facile arescit.Et fundant he silitudies sup hoc ꝙ iniquoꝝ bona tpalia nõ hñt cãm fixã i ipsis ipiis:qm̃ nõ hñt iustitiã,q̃ tũc tpis erat p se cã eoꝝ. ¶ Alterꝝ studiũ. Cõfide i dño & fac bonũ.confide in aio,& fac bonũ in ope.vtranq; ptẽ reqrit hoc studiũ.Ecce pmiũ.Habita terrã/pmissiõis quam deus dedit tibi,& pasce veritate:hoc ẽ pasce teipsum & alios veritate dĩnaꝝ pmissionũ ac bñficioꝝ.Ambo hec(.s.hitare terrã/& pascere seipsos & spũalib⁹ & tpalibus bonis dĩna veritate pmissis i deutero.)erãt pmia iustoꝝ.

¶ Deliciare super domino. Incipit hic pars executiua tali ordine. Pño tractat illa particula/cõfide in dño &c̃.absolute.secũdo tractat cum sua pœna illa pticula/ne cõmiscere &c̃.ibi ne cõmiscere.tertio tractat relatiue ad iniquos illa pticula/cõfide i dño/ibi cessa a malo. ¶ Monet propheta ad studiũ diuinoꝝ absolute i vtroq; statu.s.qetis & pturbatiõis. Qiuetis qdẽ.Deliciare sup dño/delicias tuas accipe sup deo datore & seruatore deliciaꝝ.Plus pcipit q̃ delectari in deo/q̃to plus est deliciari q̃ delectari. In quo affectũ iubet sic pfuse apponi diuinis vt deus sit delicie hoĩs.Et ecce fructus.& dabit tibi petitiones/nõ petitionẽ vnã sed oẽs,cordis tui/ẽt si ore nõ petieris. ¶ In statu vero pturbationis. Volue super dñm viam tuã.Metaphoricus ẽ sermo/ad silitudinẽ vertẽtis pondus aliqd sup sustẽtantẽ basim.Quod dixit petrus aplus/oẽm solicitudinẽ vrãm in eũ piicientes,hoc propheta dicit. volue sup dñm/sustentãtum,viam tuã/in qua turbaris/cãm tuã/curam tuam:& cõfide sup eo/non hesitando. Ecce fructus.&

ipse/dominus,faciet/opere adimplebit quod est faciendum in tali negocio.Et in spē.& educet sicut lumen iustitiam tuā.si opprimitur & occultaē iustitia causę tuę,educet sicut lumen/manifestabit clare sicut manifestaē lumen.Et iudicia tua/hoc est pro te/in tui fauorē,manifestabit sicut meridiē/luce clarissimā.Interim tñ tace dño/hoc ē sine querula voce sustine/noli interim murmurare, & expecta ipsum/ dñm.In hebręo hř ī datiuo ipsi.Expertus fuerat hęc dauid ī psecutiōe quā passus fuerat a saule.tacuit.n. & expectauit cōfidēs in dño:& tandē iustitia eius deducta est in lucē/& vindictę apparuerūt p dauide.

Ne cōmiscere in proficiente via sua. Tractaē hic studiū prohibitū in illa particula/ne cōmiscere in malignantibus &c̄.Et tractaē simul cū propositis ibi poenis/tali ordine. Prīo explicite prohibeē hmōi studiū pro q̄to oriē ex amore tpalis boni.Ne cōmiscere in proficiēte via sua/hoc est cū hoīe cui prospe succedunt desideria eius.faciente cogitationes:hoc est faciente quęcunq; cogitat/siue bona siue mala. Hoīes.n.cui oīa prospere succedūt/audent attentare quęcunq; cogitāt:prohibet propheta vt non moueatur hō amore similis prosperitatis ad cōmiscendū studia sua cum hmōi iniqs.Deinde prohibet ne moueaē tristitia.Contingit vt hō q non moueē amore hmōi prosperitatis absolute/moueaē tristitia. videndo.n.iniquū proficientē/honorari/laudari &c̄.& se non ęstimari,tristaē/indignaē/irasciē/furit: & inde mouetur ad mala studia q simplici amore tpalium nō mouebaē.Contra hanc radicem subiūgit propheta.Relaxa a furore/cāto ex descripta tristitia/mitiga furorē,& relinque iram . Ne cōmiscere/studiis tuis,tñ ad malefaciendum.Acsi aperte diceret.esto ꝙ indigneris de prosperitate iniquoꝝ quia tu despiceris,tñ hoc effice/ne cōmiscere ad malefaciendum.hoc.n. esset intolerabile/tristitia aūt & parua indignatio tolerabiles sunt.& ppea dixit relaxa a furore. ℭ Secūdo reddit rōnes multas huius prohibitionis.Prima est ex parte terrę promissionis. Q̄m malignantes exterminabunē, sperātes dñi ipsi hereditabunt terrā.Et hęc clare patet in deutero. ¶ Scda ex dr̄ia status impii & iusti fm caducitatem & stabilitatem.De caduco statu impii ait.Et adhuc modicū/tpis,& nō impius/supple erit:& intelliges/considerabis,sup loco eius/sup foelici statu ipsius,& non ipse/inueniē in eo.Quo contra de iustis.Et humiles/ corde,hereditabūt terrā/hereditate diuina possidebūt terrā promissionis.in quo firmitas hereditaria describiē. Et deliciabunē sup multitudine pacis/hoc est tranqlli status. ¶ Tertia ex vanitate machinationum impii aduersus iustū.Cogitans impius iusto/hoc est de iusto/cōtra iustum: & frendens sup eū/ iustū,dentibus suis/erit.Audisti machinationē, ecce vanitas. Dñs deridebit eū/impiū machinantem: hoc est ad modū deridentis pro nihilo ęstimabit eū.qm̄ vidit ꝙ veniet dies eius/dies ruinę impii. Et intēdit p hoc dicere ꝙ deus disponit prouidētia sua ꝙ anteq̄ impius exequaē quę cogitauit cōtra iustū/veniet dies ruinę eius . In quo explicaē diuina cura quā habet de iustis.Et scito in hebręo hři deridebit ei in datiuo. ¶ Quarta ex vanitate conatus impioꝝ aduersus iustos.Ensem aperuerūt/extrahēdo de vagina impii,& tetenderūt arcū suū:hoc est plus q̄ machinari. ad faciendū cadere pauperem & mendicū/psonas dignas miseratione:ad laniandū rectos vię/humanoꝝ operū,quos debebant honorare.Audisti conatū,ecce vanitas cū vindicta.Ensis eoꝝ ingrediē in cor/in ptes vitales , eoꝝ: & arcus eoꝝ confringenē/in ipsa tensione. ¶ Vbi aduerte ꝙ sup promissiōes deutero. dauid loquiē/expertus hec in psecutionibus quas passus fuerat a saule.Et declarat prouidētiam diuinam vario modo occurrere: vel impediendo/vt fractio arcus signat:vel vindicando/vt gladius intrans in cor denotat:vel differendo/vt pręueniens dies eius insinuat.

Melius pauculum iusto.Quinta rō ex pte diuinę assistētię in pugna/subdiē. Melius/supple est,paucū/ gentis,iusto/in bello:q̄ copia maloꝝ multoꝝ. Hęc ēt est vna promissio deutero.psequenē qnq; de vr̄is centum alienos.Q̄m̄ brachia impioꝝ/quātumcunq; multoꝝ , confringenē: & sustentans iustos dñs. ¶ Sexta rō ex pte bonę durationis. Noscens/notitia puisionis, dñs dies perfectoꝝ/hoc est pfecto corde ambulantiū corā eo:& hereditas eoꝝ/diuinoꝝ bonoꝝ,ęterno erit.Ita ꝙ nō erubescent in tpe mali/cuiuscunq; gn̄is:& in diebus famis nō solū nō egebūt sed saturabūtur.Quo cōtra de impiis.Q̄m̄ impii peribūt:& inimici dñi velut p̄ciosum arietū finiti sunt,in fumo finiti sunt. Preciosum arietū appellaē adeps arietū:q̄ incendebaē in sacrificio ad honorē dei & euanescebat in fumo. Iuxta hāc similitudinē describit propheta inimicos dñi cōsumi cito & euanescere in fumo vanę glorię . ¶ Septima rō ex pte vtilitatis.Mutuatus impius/ab altero mutuū accepit,& nō soluet/reddēdo mutuū.hoc.n.crebro accidit.Quo cōtra/& iustus soluet debitū cuicūq; debet.& p̄ter hoc miserās/hoc est effundet de suo in opibus misericordię,& dans/liberali largitiōe.Vbi vides opes iusti vtiles aliis i opes aūt impii nō solum inutiles sed nō reddētes debitū.impii.n.ēt ditiores nō curāt soluere debita. ¶ Octaua rō ex bn̄dictione & maledictiōe.Quia bn̄dicti eius.s.dei,hereditabūt terrā/promissionis: & maledicti eius succidenē/de eadē. ¶ Nona ex directiōe vię.A dño gressus viri/probi,firmati sunt/in hac vita:& viā eius/iusti,volet/ diriget deus.Ita ꝙ qñ cadet nō deiicieē:qa dñs sustentans manum eius/iusti cadētis anteq̄ deiiciatur. Metaphorica est locutio ad sil'itudinē p̄uenientis ad sustinēdā manū eius q cespitat. ¶ Decima & vltia rō ex pte diuinę curę respectu iusti & in seipso & in eius semine.Puer fui,ēt senui:& nō vidi iustū derelictū/in eius necessitatibus,& semen eius/filiī nō vidi,quęrēs panē/mendicās.Et rō est. Tota die miserās/ respectu psonaꝝ miserabiliū,& mutuās/egētibꝰ mutuo:& ppea semē eiꝰ bn̄dictiōi/a deo pmissę seruaē.

Cessa a malo. Tractatur hic illa particula/confide in domino & fac bonū/cum suo pmio, tali ordine Primo tractat directe illa particula/fac bonū/iuncto pmio.deinde illa/confide in dño/ibi spa. Vt aūt pfecte hortet ad faciendū bonū, proponit integram iustitiā. Cessa a malo: hęc est prima iustitię pars. & fac bonū: hęc est altera. Et est sermo de bono & malo morali. Ecce repetitum pmium.& habita sempiterno/ppromissiōis terrā. Quod esse pmium iustitię/explanat. Quia dñs diligens iudicium/est. quis deus non delectet in poenis peccatoꝝ, amat tñ iudiciū/reddere vnicuiq ius suū/fm propria merita.& hinc sequit. Et nō derelinquet gratiosos suos/qui miserent & cōmodant, sed ęterno custoditi sunt/ad ęternā hęreditatē promissionis terrę. Ecce ius redditum iustis. Iniustis aūt.& semen impioꝝ succisum est. Et quod dictū est in ptō/explanat ēt in futuro. Iusti hereditabunt terrā, & habitabunt seculo super eam. Modus aūt & rō iustitię(ne vnicuiq licentia det appellandi iustū quem maluerit)explicat:vt vel sic quilibet intelligat quod est malū a quo debet cessare/& bonū quod debet facere, vt sit iustus. Os inquit/iusti, loquet sapientiā:& lingua eius loquet iudicium. Doctrina dei ipsius in corde eius, nō labetur gressibus suis. Ratio iustitiæ ponit primo in corde/doctrina dei. deinde ponit in ore sapientia/& effectus sapientię iudicium:sapientis.n.est iudicare.& hæc oīa ad hoc vt nec vnus quidem gressus affectus seu operis labat. Nihil.n. prodesset/in corde hēre dei legem/& in lingua sapientiam diuinorum & iudicium humanoꝝ, nisi ad regulandos gressus aīę nīę vteremur eis. ¶ Ecce declarauit quod proposuit/cessa a malo & fac bonum.restabat declarare aliud assumptū: ꝙ quia deus amat iudiciū facere non relinquet gratiosos suos. Et ppea hoc declarans subiungit. Aspiciens impius iustū, & querens ad faciendū mori ipsum/supple qñq est. Dñs non derelinquet eum/iustū, in manu eius/impii: & nō condemnabit eū in iudicari ipsum. Vbi sensus intentus est ꝙ deus nō pmittet quū iudicat iustus iniquę ꝙ damnatio illius hēat effectum. hoc.n.est dictū nō damnabit eū/cum executionis effectu. In hebręo hr iusto in datiuo. ¶ Sed multę obiectiones occurrūt contra dictū hoc. nam vrias ethęus & naboth damnati cū executiōe sunt iniustissime:ita ꝙ deus reliquit eos manibus impioꝝ mori. Similiter hieremias/esaias(pter amaasa & abner)iniuste ab iniqs occisi sunt. Verum ex dictis patet rñsio: ꝙ promissiones istę quę factę sunt pplo/non exigūt ad sui veritatē verificari in singulis, sed sufficit ꝙ verificentur vt in plurimus:sicut ēt hoc sufficit vlibus institutionibus naturalibus.p accīs siquidem est qd in paucioribus euenit. Cum hac tñ regula scito duo. Alterū est ꝙ hic est sermo de iustis simplr & absolute/& nō de iustis fm qd/hoc est in tali cā. Abner & amaasa/naboth & vrias, quis constet ꝙ fuerint iusti fm qd(hoc est glibet in illa cā pro qua passus est)non tñ constat an fuerint iusti simplr/de qbus propheta loquit. Et ppea definiuit iustū ex doctrina dei in corde &c. Alterū est ꝙ ii qui in veteri testō tantę fuerunt pfectionis vt digni fuerint martyrio/ptinent ad statum noui testī, cuius est pfectio gīę. Et ppea non est mirum si esaias/hieremias/maccabęi/& similes iusti nō sunt a deo custoditi ne occiderentur:qm tractati sunt sicut sancti noui testamenti/petrus/paulus &c.& non sicut homines impfecti veteris testamenti:quibus ob suam impfectionem oportuit hæc temporalia auxilia promittere.

Spera ad dominum. Remansit particula illa cōfide in dño/postq̄ declaratū est fac bonū. Et ppea ad fiduciā in dño simul cum pmio hortat, adiungēdo spē/curā vię dei. Spera ad dñm & custodi viā eius/curā habe vię ad deū. Tanq̄ diceret.dixi cōfide in dño, scito fiduciam in dño integrari ex spe in deo & cura vię eius. Et q̄tum ad primum proponit pmiū vtrinq: hoc est & proprie exaltationis/& exaltabit te ad hęreditandū terrā.& videndi vindictā inimicoꝝ/in excidi impios videbis:hoc est videbis qñ excidentur impii de terra. Et hoc suadet qa expertus est. Vidi impiū robustū & radicatū sicut arborem frondosam.& transiuit/vir ille impius,& ecce nō ipse/supple erat:& quęsiui eū,& non inuentus/supple est. Ad lram expimentū hoc vidit in saule:quem vidit regē robustū, radicatum filiis & exercitu:& transiuit infra modicū tps(.40.lannoꝝ vel circa)& destructus est ipse cum domo sua. ¶ Quantū ad id vero quod dixerat & custodi viam eius/declarando subdit.custodi pfectum & vide rectū. Hæc duo ad curā vię dei cōcurrūt:videre/discernere rectū ab obliquo(oportet.n.p viā rectam incedere)& curā hēre pfectionis/cōplemēti integri, ne media via cōtingat deficere. Et siue p perfectū & rectū intelligas pfectionē & rectitudinē/siue tanq̄ in speculo pfectū virū & rectū virū intelligas, eadem snia redit. secūdus tñ sensus magis cōsonat lrę/subiungēti pro speculo & exēplo dñam euenientiū iustis rectitudinē pficientibus & euenientiū iniqs. Vnde pro pmii exēplo subdit. Quia finis viro pax. Pacis noīe intellige tranqllitatē ordinis ferētē secū reliqua bona. Et intēdit ꝙ sperās in deo/curā hēat & rectitudinis & pseuerantię exēplo viroꝝ rectoꝝ & pfectoꝝ:qa tandē finis viri pbi erit pax/erit salus qeta. Et hoc declarat pīo ex opposito fine iniquoꝝ. Et rebellātes deleti sunt pariter,& finis impioꝝ incisus ē. Si historiā rei gestę qris, in promptu est saul cū cōplicibus suis. ipsi.n.rebelles deo/deleti sunt pariter,& eoꝝ finis (proles.s.quæ remanserat)nō pseuerauit sed incisus est ne vltra pgrederet. Secūdo ex integra diuina ope exhibita & promissa iustis. Et salus iustoꝝ a dño. Quod supra dixerat pax/mō dicit salus. Sed qño a dño:imprimis roboratio eoꝝ in tpe angustię/supple ē dñs. Scdo & adiuuit eos/dñs ad bonū. Tertio & liberauit eos/a malis.nec solū liberauit sed & liberabit eos ab impiis,& saluabit eos/tādē. Ecce salus iustoꝝ a dño tot mediis effecta. Quia sperauerūt in eo. ecce meritū/quo differt iustus ab iniusto. Amen.

¶ VVLGATA

¶VVLGATA EDITIO. ¶Psalmus dauid in cõmemoratione. XXXVII.

Domine ne in furore tuo arguas me:neq; in ira tua corripias me.
Quoniam sagittę tuę infixę sunt mihi:& confirmasti sup me manũ tuã.
Non est sanitas in carne mea a facie irę tuę:nõ est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates meę supergressę sunt caput meum:sicut onus graue grauatę sunt super me.
Putruerunt & corruptę sunt cicatrices meę:a facie insipientię meę.
Miser factus sum & curuatus sum usq; in finem:tota die cõtristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus:& non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum & humiliatus sum nimis:rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum:& gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est/dereliquit me uirtus mea:& lumen oculorum meorum,& ipsum non est mecum.
Amici mei & proximi mei:aduersum me appropinquauerunt & steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt:& uim faciebant qui quęrebant aĩam meam.
Et qui inquirebant mala mihi:locuti sunt uanitates,& dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanq̃ surdus non audiebam:& sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens:& non habens in ore suo redargutiones.
Quoniã in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus.
Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei:& dum commouerentur pedes mei/super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum : & dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo:& cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei uiuunt & confirmati sunt super me:& multiplicati sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi:quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus meus:ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum:domine deus salutis meę.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Psalmus dauidi,ad faciẽdũ recordari. XXXVIII.

1 Propheta. Domine⁴ ne in ira tua argue me:& [ne] in ira tua castiga me.
2 Quia sagittę tuę descenderũt in me:& descendit sup me manus tua.
3 Non integritas in carne mea [erit] a faciebus irę tuę:non [erit] pax in ossibus meis a faciebus peccati mei.
4 Quia iniquitates meę transierunt caput meum:quasi onus graue grauabunt plus me.
5 Fetuerunt/computruerunt liuores mei,a faciebus insipientię meę.
6 Tortus fui/incuruatus usq; ualde:tota die niger ambulaui.
7 Quoniam lumbi mei impleti sunt uilipendio:& non [est] integritas in carne mea.
8 Debilitatus sum & contritus sum usq; ualde:rugii a sonitu cordis mei.
9 Domine† coram te omne desiderium meũ:& suspirium meum a te nõ est absconditũ. † dñi mei
10 Cor meum circuiuit:dereliquit me uis mea & lux oculorum meorũ,etiã ipsi nõ [sunt] mecũ.
11 Amãtes mei & socii mei e regione plagę meę stabunt:& proximi mei a lõge steterunt.

12 Cespitificauerunt quęrētes animę meę:& quęrētes malum meum locuti sunt prauitā
tes/& dolos tota die meditabuntur.

13 Et ego quasi surdus non audiam:& quasi mutus qui non aperiet os suum.

14 Et fui quasi homo qui non audiens:& non in ore eius sunt redargutiones.

†dñi mei 15 Quoniam ad te domine⁴ expectaui:tu respondebis domine †deus meus.

16 Quia dixi/ne forte gaudebunt de me mihi:in labi pedē meū/sup me magnificati sunt.

17 Quia ego claudicationi paratus sum:& dolor meus coram me continue est.

18 Quia iniquitatem meam annunciabo:solicitus ero de peccato meo.

19 Et inimici mei uiui/roborati sunt:& multiplicati sunt osores mei falso.

20 Et soluentes malum pro bono:impedient me pro meo sequi bonum.

21 Ne derelinque me domine⁴ deus meus:ne elongare a me.

†dñi mei 22 Festina auxilio meo,domine† salutis meę.

Titulus est.Psalmus dauidi ad faciendū recordari.De duabus primis dictionibus dictū est in aliis titulis.Restat declarare qd significet ad faciendū recordari.In hoc psalmo cōmemorant̄ peccata dauidis simul cū poenis illatis ei a deo.Et ppterea materia recordationis p̄sentis psalmi apparet q̄ sit status olim dauidis,quū pp peccata sua punitus a deo/recurrebat ad ipm deū.Ita q̄ ad hoc tendit titulus q̄ psalmus iste editus ē ad faciēdū recordari ipm dauidē prioris sui status,quo pp peccata sua punitus a deo/timebat amplius puniri.vtilis siquidē est hmōi recordatio/& frequens debet esse in aio eius qui peccauit.¶ Et qm̄ cōstat ex titulo autorē psalmi esse dauidē/& ex processu psalmi ipm cōmemorare ppria peccata/nihilq̄ dici ab ipso qd̄ excedat psonā ipsius,ideo ad lram psalmus iste de dauide tractat.Et qm̄ ex multis versiculis apparet tractari statū dauidis in psecutiōe quā passus est ab absalon/ppter crimina homicidii & adulterii quę cōmiserat (vt p̄dixerat ei nathan propheta.2.reg.12.) ideo materia huius psalmi ad literam est recordatio illius status quo dauid audita cōiuratione absalon/cognouit se puniri a deo ppter peccata ppria,& ad deū recursum habuit/timens acrius puniri.

¶SVMMARIVM EST.

¶David videns cōminatas sibi p nathan poenas incipere audita cōiuratione absalon/timensq̄ ne deus cōpleat quod inchoauit,petit ne iratus se castiget.tū qa meritę poene īolerabiles forēt.tū quia inflictas infamię/deiectionis/ignominięq̄ poenas cōplexus est diuino desiderio.tum quia amicos & inimicos tanq̄ surdus ac mutus sustinuit,expectans dei voluntatem/anxiusq̄ de euentu rei ppter illa q̄ hinc & inde videbat.Et demū petit deū sibi ppinquū & festinum adiutorem fore.

¶Persona loquens propheta est.

DOmine ne in ira tua argue me. Diuidit̄ psalmus in partes duas:ppositiuā materię,& executiuā/ibi nō integritas.Proponit duo.Alterū est.Dñe ne in ira tua/hoc est in iustitia vindicatiua more irati,argue me/verbis sententię cōdēnatiuę,& in ira tua castiga me/hoc est & nō more irati castiga me factis.Et manifestat p hoc timorē quē habet de ira & īdignatione diuina.Acsi apte diceret. argue me/castiga me,nō tū iratus & īdignatus.iratus qppe & īdignatus arguit & castigat exterminādo/excīdo vindictā iuxta offensas. Et hoc timebat dauid:ne deus se castigaret quātū mereret̄,sed castigaret se paterne sine ira/sine īdignatione. Aduerte quantū ad literā in textu hebręo negationē illā ne/negare vtrūq̄ verbū:scilicet argue & castiga.¶ Secundo pponit rōnem duplicē p̄dictę petitiōis.Altera est. Quia sagittę tuę descenderūt in me.Altera est.& descendit sup me manus tua.Cōminata mala dauidi a nathan ppheta vocat sagittas dei: eo q̄ ab ipso deo directa sunt/& velut a remotis a supnis descēderūt.Acsi diceret.iā impletū est verbū pphetę tui:qm̄ sagittę/mala a te cōminata p eū,descēderūt in me/tanq̄ sagittę ab excelsis iactę.Et similiter descēdit sup me/a supnis,manus tua/cętus absalon cum suis.hūc enim appellat manū dei ea rōne qa cognoscebat q̄ erat instrm̄ dei ad puniēdū se dauidē.

¶ Non integritas in carne mea. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractat̄ illa pticula/ ne in ira tua &c̄.Secūdo illa/quia sagittę tuę/ibi feruerunt. Tertio illa/ & descendit sup me manus tua/ ibi cor meū.Quarto iterū ex affirmatione tractat̄ illa particula/dñe ne in ira &c̄.(bis enim proposita fuit ira)ibi ne derelinque.¶ Circa primū reddit rōnem petitionis suę:quare scilicet p̄catus est ne iratus pcedat cōtra se.Et est ratio qa nulla partiū eius sufferre posset idignationē diuinam quā meretur ppter proprium peccatum.Et hoc manifestat ex parte iniquitatum suarū ex magnitudine & pondere:quia maiores sunt ipso/& plus pōderāt q̄ ipse.Nō integritas/nihil itegri,erit in carne mea/in viribus meis ībecillioribus,a faciebus irę tuę:hoc ē si iratus pcesseris cōtra me/nihil erit itegri in īferioribus

partibus meis. Et similiter nõ pax/nõ salus, erit ĩ ossibus meis/ptibus firmioribus, a faciebus pctĩ mei/ adulterii/homicidii. Nec refert p carnẽ & ossa itelligere nõ solũ firmiores ptes aĩ & ĩbecilliores, sed etiã quascũq; partes ptãtis/virtutũ &c̃. ipsius, comprehẽdẽdo & ĩferiores & supiores. Intẽdit.n. ad ĩsam per hęc duo explicare q nihil sui sufferre posset irã dei quã meret ex suo peccato. ¶ Quod declarat. Quia iniqtates meę trãsierũt caput meũ/supauerunt supremũ mei/siue in aĩo siue in posse siue in sape &c̃. q̃si onus graue grauabũt plus me/plus q̃ vires meę sufferãt. Metaphoricus ẽ sermo ad similitudinem oneris grauis positi sup caput/excedentis vires hoĩs suppositi. Significantiusq; dicit grauabunt: vt intelligas cum significare q si deus iratus procederet contra ipsum/tunc inueniretur quasi onus intolerabile opprimere ipm. interim aũt q nõ apparet deum procedere iratum/tolerabiles sunt sagittę.

Feruerũt. Tractat hic illa pticula/sagittę tuę descẽderũt in me. Vbi considera ordinẽ. Reddidit rõnẽ quare pcat deũ nõ irasci: reddit mõ rõnẽ, ĩmo declarat rõnẽ inchoatã quare mouet ad hmõi petitionẽ. Et est qa iã videt ĩchoatã punitionẽ/iã expit in se diuinas sagittas. Anteq̃ sagittas & manũ dñi expiretur/dixit peccaui dño: vbi aũt videt se puniri/& nescit quẽ exitũ punitio habitura sit, nõ solũ petit cuitationẽ irę sed enumerat poenas amplexas: vt vel sic humano more puocet ad cõpassionẽ. ¶ Feruerũt cõputruerũt liuores mei. Ordo pposterus. prius putruerũt & deide feruerũt. Prosequẽdo parabolam sagittarũ/refert liuores vulnerũ ex sagittis putruisse & feruisse: & hoc a facie ĩsipiẽtię. Nõ retorquet in sagittãtẽ/nõ retorquet in medicũ tãq̃ minus bñ curã egerit plagę: sed in seipm culpã reiicit/ĩsipiẽtiã suã accusans. Insipiẽtia siqdẽ opponit sapiẽtię, q̃ fm deum de oĩbus iudicat: & dauid posthabito iudicio fm deũ/alienã vxorẽ iuasit & maritũ occidit. Putredo aũt & fetor infamiã vident significare publicam quã incurrit dauid pp hęc crimina: puniuit siqdẽ deus eũ ẽt ĩfamia publica. ¶ Tortus sui ĩcuruatus vsq; valde, tota die niger ambulaui. Infamię adiũgit deiectio a regno. Audita siqdẽ cõiuratiõe absalon existẽs in hierusalẽ dauid rex/nõ solũ tortus seu flexus sed ĩcuruatus valde fuit: qa nõ agebat de aliq̃ depositione sed de totali deiectione. Vñ ipse puenies/vidẽs se tã valde humiliatũ egressus est hierusalẽ ad similitudinẽ nigrorũ: hoc est lugẽs & moerẽs &c̃. Et ppterea dicit. tota die niger ambulaui/ obscurus, nõ claritate fulgẽs regia sed lugẽs. ¶ Tertia poena adiũgit. Qm lumbi mei ĩpleti sunt vilipẽdio. Ad ĩsam absalon vt foedaret prem suũ/publice dormiuit cũ vxoribus dauidis quas reliqrat in hierusalẽ: & per hoc lũbi dauidis/pars eius generatiua, ĩpleta est vilipẽdio. Et qa nulla vxor eius remãsit ĩpolluta/subiũgit. & nõ ĩtegritas in carne mea/& nihil ĩtegritatis remãsit in carne mea/in vxoribus meis. vxor.n. caro est viri: vt apostolus dicit. ¶ Inter has poenas ĩflictas ei a deo/interserit dauid qualis tũc fuerit dispositio cordis sui. q̃ ptim apparuit ex signis exterioribus/ptim aũt fuit corã solo deo. Vnde quo ad exteriora dicit. Debilitatus sum & cõtritus sum vsq; valde. non ascẽdit equũ/nõ armauit se/nõ muniuit se in ciuitate aut arce sion, sed velut debilis/ĩpotẽs & depssus ĩmo cõtritus nudis pedibus opto capite venerãdo arcã dñi/cessit. Quo ad interna vero. Rugiui a sonitu cordis mei/nõ oris mei. Internus rugitus magni desiderii erga diuina/simul cũ debilitate & cõtritione volũtaria/fuit & hoĩbus ẽt tũc vtcunq; manifestatus: dicẽte dauide ad sadoch. si dixerit mihi dñs nõ places/psto sum, faciat qđ bonũ est coram se 2.reg.15. ¶ Et ne ficta hęc putes/deum adducit in testem. Domine coram te omne desiderium meum/ & suspirium meum a te non est absconditum. Vbi aduerte q more hominis moesti non explicat sententias integras, sed putat se intelligi.

Cor meũ circuiuit. Tractatur hic illa particula/&. descendit super me manus tua: ponendo in primis sub metaphora membrorum suorum effectus huiusmodi manus. Et incipit a corde. Cor meum circuiuit/motum preternaturalem habuit. Et prosequitur de virtute naturaliũ virium. dereliquit me vis mea/robur meum. Et vltra progredit ad oculos/dicẽdo. Et lux oculorum meorum: &(qđ plus est) etiam ipsi/oculi, non mecum/supple sunt. Per quę tria(cor/vim seu virtutẽ/& oculos)intendit aut describere seipsum ad similitudinẽ hominis cuius cor laborat motu preternaturali/naturales vires deficiunt/lux oculorum deest/& etiam ipsi oculi patiuntur, vt totum se miserabilem fuisse in illo casu describat/aut describere q filius qui erat velut cor eius successurus in regnum, circuiuit/ motum habuit preternaturalem cõtra eum, & q dereliquit ipm robur exercitus/quia sequebatur absalon, & lux oculorum eius/achitophel. De quo dicitur. 2.reg.16. cõsilium autem achitophel quod dabat in diebus illis, quasi siquis consuleret deum sic erat omne consilium achitophel quum esset cum dauid &c̃. Et ppterea hic appellat ipsum lucem oculorum meorum. Quod autem subdit/nec etiam ipsi oculi nõ sunt mecũ/alios videtur tangere consiliarios qui dereliquerunt eũ. nullus enim legit adhesisse dauidi nisi cusi. ¶ Deinde explicat effectus hoŗ trium quę dixerat/tali ordine. Primo describit seipsum audita coniuratione absalon qualiter habitus fuerit ab amicis. Amãtes mei/qui in veritate mõstrabãt mihi amorẽ, & socii mei/quos quasi socios habebã, e regione plagę meę stabãt/hoc est cõuenerũt ad me tãq̃ ad vidẽdũ hoĩem pcussum: sicut solẽt in repẽtinis casibus hoĩes currere ad vidẽdũ/non ad cõsolãdum sed ad mirandũ. Et describit hoc in futuro/ad denotãdã pseuerãtiã eoŗ in admiratione nõ in adiutorio. multi enim amãtes dauidẽ pseuerabãt amãdo & admirãdo. Et pximi mei/olim, a longe steterunt/nec ẽt venerũt ad vidẽdũ. ¶ Deinde narrat varia persecutionum genera q̃ cõcurrerũt in eius deiectione.

Et primũ est facti. Cespitificauerũt, hoc est cespitẽ fecerũt, q̃rẽtes aiẽ meẽ. Quod verificat̃ tũ in blãdis attractionibus q̃bus absalon quadriennio solicitauit corda viroꝝ israel. 2. reg. 15. tũ in ficto voto reddẽdo dño in hebron, vbi facta est cõiuratio. ¶ Secũdũ est verboꝝ. Et querẽtes malũ meũ, consultantes circa malũ mihi īferendũ, locuti sunt prauitates. Quod verificat̃ in cõsilio achitophel: q̃ non erubuit suadere tã publicũ incestũ, apud oẽs nationes prauissimũ. ¶ Tertiũ est meditationis. & dolos tota die meditabunt̃. In futuro dixit quod erat p̃teritũ, ꝑpter ꝑseuerantẽ aĩum in dolis. Tãq̃ exaggeret ꝙ adhuc meditabunt̃ dolos. tota enim illa ꝑsecutio fundata fuit in dolo. ¶ Descripto quales fuerint alii erga se dauidẽ, subiũgit qualis fuerit ipse inter ꝑsecutiones. Describit aũt se velut surdũ & mutũ, tũ ꝑposito tũ executione. Proposito quidẽ. Et ego quasi surdus nõ audiã, ꝑposui, deliberaui nõ audire iniurias acsi essem surdus: & quasi mutus essem qui nõ aperit, qui nõ põt apire, os suũ ad loquẽdũ. Executione aũt. Et fui quasi hõ qui nõ audiẽs, & nõ sunt in ore eius redargutiones. ¶ Quare aũt ꝑposuit & fecit sic, subiũgit. Quoniã ad te dñe expectaui, tu exaudies dñe deus meus. Vbi aduerte ꝙ ad literã dauid describit seip̃m qualis fuerit & corde & ope in egressu de hierusalẽ. in quo tã patiẽter oia sustinuit tãq̃ nõ audiret quẽ audiebat, & tãq̃ mutus nõ posset redarguere, quod maxime apparuit in maledictiõibus semei. Vbi ẽt expsse retulit cãm suã in deũ: vt patet. 2. reg. 16. Sed cũ hac veritate nõ restringas hãc dauidis expectationẽ ad solũ factũ semei, sed intellige respectu totius negocii. ¶ Propter quod subdit. Quia dixi, ne forte gaudebũt mihi. Iuxta historiã fugiẽs dauid a hierusalẽ, dubitauit an deus ꝑ huiuſmodi ꝑsecutionẽ motã ab absalon vellet se dauidẽ totaliter destruere vt meruerat. Et rõ. dubitandi nõ solũ fuit q̃a nesciebat volũtatẽ dei, sed ẽt ex signis. videbat enim ꝑsecutores suos multiplicatos, cõfortatos &c. seipsum aũt velut p̃cipitẽ ad totalẽ ruinã. Vñ rõnẽ sumptã ex his signis describit. Quia dixi, cogitaui, discussi mecũ. ne forte gaudebũt mihi, hoc est de me dicti q̃rẽtes aiam meã. hoc est de quo dubitaui. Primũ aũt signũ fuit. Et in labi pedẽ meũ, sup me magnificati sunt. Lapsum pedis sui appellat ipsam primã deiectionẽ de ciuitate regia: in qua magnificati sunt ꝑsecutores eius. Aliud signũ. Quia ego claudicationi paratus. Metaphorice describit seip̃m ruentẽ sicut debilis pede paratus ẽst ad claudicãdũ. Iã dixerat pedẽ suũ lapsum. & ꝑpterea cõsequẽter describit plagã seu dolorẽ pedis siue tibiẽ ex lapsu cõtractũ, ita ꝙ nõ põt ambulare nisi claudicãdo. ꝑdita enim administratione regni nõ poterat nisi velut claudicãs aliq̃d efficere. ¶ Et hinc sequit̃ aliud indiciũ. Et dolor meus corã me cõtinue. Materia doloris eius corã eo semp se p̃ñtabat, quũ videret se nõ nisi claudicãdo efficere res suas: & cõtinue audiebat distictius illã & illã & illã ciuitates sectari absalon. ¶ Cõfirmatio aũt indicioꝝ ex pte mei est. Quia iniq̃tatẽ meã, qua hẽc merui, annũciabo, egomet, nunq̃ negabo me totalẽ ruinã mereri: solicitus ero de p̃ctõ meo, an plenã ruinã inducat. ¶ Augent̃ quoq̃ īdicia ex parte inimicoꝝ. Et inimici mei viui, nõ sicut ego semimortuus, roborati sunt, nõ sicut ego destitutus: & multiplicati sunt, quum ego paucos habeã, osores mei falso. i. cũ multis fallaciis. Et soluẽtes malũ pro bono, īpediẽt me ꝑ meo sequi bonum. Describit p̃teritũ in futuro, ꝑp ꝑseuerãtẽ voluntatẽ īpediendi si possent. Et hoc dixit rõne aliquorum ingratoꝝ qui erant in coniuratione absalon, inchoando ab ipso filio: qui soluebat patri malum pro bono, & impediuit immo conatus est auferre regnum quia dauid erat nimis bonus, nimis indulgens filiis, non suspicans tantum facinus.

Ne derelinque. Tractat̃ hic iteꝝ illa particula, dñe ne in ira tua: q̃a bis fuit ꝑposita. Tractat̃ aũt ꝑsiciẽdo petitionẽ illã. Petiit primo ne iratus se exterminaret. Anunc ꝑgor factus auget mõ petitionẽ dupliciter. Primo addendo duas alias negatiuas. Altera est. ne derelinque me, mihi ipsi. Altera est. ne elõgare a me. Q ñq̃. n. custos seu tutor q̃uis nõ relinquat, elongat̃ tñ. Petit dauid neutrũ fieri: q̃a derelictus nõ põt subsistere: & ẽt si elõget̃, multũ timet. Quibus duab⁹ negatiuis petit deũ sibi ꝑpiquũ. ¶ Secũdo magis audẽs, auget petitionẽ petẽdo affirmatiuã. Festina auxilio meo dñe salutis meẽ. Vbi aduerte ꝙ prima petitio tẽdebat ad vitandum exterminium, hẽ autem petitiones tendunt ad accelerationẽ auxilii diuini. periculum enim erat in mora. Et fuerunt omnes exauditẽ. nam cito deus opem tulit, dissipans consilium achitophel, quo fuisset statim oppressus dauid: & non solum saluauit eum tũc sed postea, & restituit in regnum cito. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori pro idithũ psalmus dauid. XXXVIII.

DIxi custodiam uias meas: ut non delinquam in lingua mea,
Posui ori meo custodiam: qum consisteret peccator aduersum me.
Obmutui & humiliatus sum & silui a bonis: & dolor meus renouatus ẽ.
Concaluit cor meũ intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.
Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum.
Et numerum dierum meorum quis est: ut sciam quid desit mihi.
Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanq̃ nihilum ante te.

Veruntamen uniuerſa uanitas:omnis homo uiuens.
Veruntamen in imagine pertranſit homo:ſed & fruſtra conturbatur.
Theſaurizat/& ignorat cui congregabit ea:& nunc quę eſt expectatio mea, nonne do minus:& ſubſtantia mea apud te eſt.
Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:opprobrium inſipienti dediſti me.
Obmutui & non aperui os meum:quoniã tu feciſti/amoue a me plagas tuas.
A fortitudine manus tuę ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corri puiſti hominem.
Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius:ueruntamen uane cõturbatur oĩs hõ.
Exaudi orationem meam domine & deprecationem meam: auribus percipe lachry mas meas.
Ne ſileas:quoniam aduena ego ſum apud te & peregrinus/ſicut omnes patres mei.
Remitte mihi ut refrigerer:priuſq̃ abeam & amplius non ero.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincẽti ieduthun pſalmus dauidi. XXXIX.

1 Propheta. DIxi [hoc ſcilꝫ] .cuſtodiam uias meas:a [ne peccẽ] peccando in lingua mea,cuſtodiam ori
meo [more bouis] fiſcellam.donec impius coram me [eſt],
2 Obmutui ſilentio:tacui a bono/& dolor meus conturbatus eſt.
3 Incaluit cor meum itra me/in meditatiõe mea ardebit ignis:locutus ſum in ligua mea.
4 Fac ſcire me dñe *finẽ meũ/& mẽſurã dierꝫ meorꝫ q̃ ipſa [eſt]:ſciam quanti tẽporis ego [ero].
5 Ecce palmos dediſti dies meos/& tempus meum quaſi nihil coram te:tãtum tota uani
tas omnis homo ſtans. Selah.
6 Tantum in imagine ambulabit uir/tantum uanitate tumultuabuntur: cumulabit [uir] &
non ſciet cui [eſt] congregans ea.
7 Et nunc quid ſperaui domine † :expectatio mea tibi ipſa [eſt]. † dñi mei
8 Ab omnibus rebellionibus meis libera me:opprobrium ſtulti ne pone me.
9 Obmutui/non aperiam os meum:quia tu feciſti.
10 Fac ceſſare de ſuper me plagã tuam:a pręlio manus tuę ego finitus ſum.
11 In increpationibus ſuper iniquitate caſtigaſti uirum/& liqueſcere feciſti quaſi tinea
deſideratum eius:tantum uanitas omnis homo. Selah.
12 Audi orationem meam domine*/& clamorem meum auſculta / ad lachrymã meam ne
obſurdeſce:quia peregrinus ego [ſum] tecum,incola ſicut omnes patres mei.
13 Verte [mala] a me:& roborabor anteq̃ ibo & non ego [ero].

TItulus eſt. Vincenti ieduthun pſalmus dauidi. Ieduthun nomẽ eſt principis cantorum. erant enim tres cantorum principes:ſcilicet aſaph/& eman/& ieduthun.1.parali.25. Et tam dauid q̃ ieduthun eſt caſus datiui. Ita ꝙ ſenſus tituli eſt. Pſalmus dauidi/tanq̃ autori,& ieduthun uincenti/pre ſidenti quo ad muſicam attributus.
¶Circa materiam pſalmi ſcito pſalmum ſatis obſcurum. Quantum tamen ex ipſo apparet/tractat defectum humanorum ſtudiorum ad cauẽdũ a peccato & ad hoc ꝙ homo prouideat ſibi:& propter ea recurrẽdum eſſe ad diuinam gratiam tam circa mala culpę q̃ circa mala pœnæ. Apparet aũt hãc eſſe materiã pſalmi tũ ex principio (in quo cõtinet tota vis pſalmi) dixi cuſtodiam vias meas. tum ex ſtudio ſubiuncto circa vitandũ peccatũ linguę. tum ex ſtudio circa puiſionẽ vitę ſuę/a quarto verſi culo: vtrunq; enim ſtudium deſcribit defectiuum. tum ex concluſione ꝙ expectatio eius in deo eſt. tũ demum ex ſubiunctis correptionibus & petitionibus: vt patebit in progreſſu.

¶SVMMARIVM EST.

¶Propheta vbi narrauit se egisse psonā arrogantis sibi custodiā viaꝝ suaꝝ/& prius qdē ne peccaret verbo expertā ptinax ppositū nō mordēdi aliquē locutione,deinde vero vt prouideret sibi exptam ex noticia finis & cōmēsuratione tēporis studiū; inuenisse ambo hec studia deficere:narrat se nunc oēm spem suā in diuinam transferre grām/recognoscens errata in prioribus studiis &c̄.

¶Persona loquens propheta est.

Dixi custodiā vias meas. Diuidiť psalmus in partes duas: ppositiuā materię,& executiuā;ibi a peccādo.Proponit recitatiue deliberationē propriā ptām.dixi/deliberaui/pposui. Et negociū deliberatū.custodiā vias meas/actiones meas/curā habebo actionū meatum .¶Aduerte hic pphetā induere psonā hoīs qui deliberauit habere curā actionum suaꝝ.Et bene nota ꝙ persona ista inducit dixisse.custodiā/ego pprio studio/propriis viribus,vias meas.Hęc est materia psalmi.

¶A peccādo in lingua mea custodiā ori meo fiscellā. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo psona ista narrat studiū suū qd̄ adhibuit ne peccaret in locutione.Et narrādo illud,mōstrat simul defectū seu isufficiētiā huius studii.Secūdo narrat studium suum ad pṽidēdum vitę suę;mōstrās simul eiusdē isufficiētiā;ibi fac scire me.Tertio vertit se ad diuinā grām/ibi & nunc qd speraui dn̄e. ¶Circa studiū vitādi pc̄ti locutionis tali pcedit ordine,ꝙ primo dicit supmū se adhibuisse remediū.f.silentiū.certū est enim ꝙ silens nō peccat locutione. Vbi aduerte ꝙ qa pc̄m locutionis habet p subiecto locutionē,ideo psona ista supmū arbitrata est se adhibere remediū.abdicādo a se locutionē: nō p abscisionē lingue,sed p ptinax siℓetiū.nō ꝙ oīno silere decreuerit,sed ꝙ nullū verbū displicēs deo vel hoī decreuerit pferre.Et hoc significat ad similitudinē bouis capistrati fiscella/dicēs.A peccādo in lingua mea/ad declinādū pc̄m in lingua mea,custodiā/tenaci aio,on meo fiscellā.Fiscella enim est contexta ex iuncis seu funiculis:& apponiť pēdēs ante os bouis ne mordeat virētia virgulta. Et significat metaphorice assumptū tenax silentiū a verbis nociuis seu displicētibus velut ipedimētū ad mordēdum verbo/sicut fiscella est ipedimētū ad mordēdū dētibus.¶Descripto remedio apposito ad vitādū pc̄m locutionis,subiūgit psona hęc triplicē casum occurrētem/ordinate pgrediēdo.Primus est.Donec impius corā me,obmutui silētio.Et intēdit ꝙ occurrētibus ipiis(siue maledicēdo/siue cōtumelias aut cōuitia pferēdo/siue quolibet aliter corā offēdēdo)ego seruās silētiū nolēs displicere vilui/despectus sum corā hoībus. hoc enim significat obmutui silētio/ad similitudinē obmutescēris erubui/vilui pp silentiū.Ita ꝙ in hoc primo casu ex cautela sui studii icurrit hoc malū pœnę ꝙ erubuit/ vilipēsus est.¶Secūdus casus pgrediēdo est.Tacui a bono,& dolor meus cōturbatus est.Ordo pposterus.Primū dolor cōturbať:& pptcrea tacet bona q̄ deberet loq.Dr̄ dolor cōturbatus ad drīam doloris qeti.Sicut enim aqua seu aer cōturbatus molestat,ita dolor ai cōturbatus molestat & facit silere hoiem vbi oporteret loqui bonū/vel ad diuinā laudē vel ad vtilitatē pximi.Vbi ēt attende pgressum tā tristitię q̄ silentii. Tristitię quidē,qa occurrēte ipio tristatus est:postea aūt tristitia cōturbata est.Silētii vero:qa primū siluit:postea siluit a bono/nolēs sic displicere.¶Tertius casus est.Incaluit cor meū itra me/in meditatione mea ardebit ignis,locutus sum in lingua mea.Et intēdit ꝙ crescēte meditatiōe,excāduit & erupit i loquelā.Vide pgressum. Descripserat dolorē cōturbatū:mō describit ꝙ ex calore cordis adiūcta meditatione iniuriaꝝ/accēsus est in se ignis iracūdię.& sic subsecuta est icōtinētia locutionis. Et si bn̄ pspexeris,naturales causę iracūdię describunť.Altera ex passiōe/icaluit cor meū. altera ex mēte/in meditatione mea.Et ipsa iracūdia ad similitudinē ignis.Incōtinētia tn̄ nō valde imoderata significať/dicēdo in lingua mea/& nō dicēdo in ore meo.tanq̄ nō erupit in locutionē pfectā:q̄ fit non sola lingua sed labiis &c̄.Meminit.n.se tenere fiscellā appositā ori.& ppea succēsus ira loquiť in lingua tanq̄ retinēs adhuc fiscellā:hoc est ꝙ q̄uis nō abieceriť ppositū silētii/incurrit tn̄ ex passione iracūdię violationē silētii in lingua.Vbi cernere potes prudēs lector ꝙ humanū studiū ad silēdū displicētia p euitādo pc̄tō lingue/annexa habet hęc tria icōueniētia q̄ dicta sunt in his tribus casibus.f.pœnā vilipēsionis passiue/culpā silētii a bono/& tandem incōtinentiam murmurantem in lingua.

Fac scire me. Narrato studio humano ad euitandū pc̄m lingue/subiūgit eadē psona humanū studium ad prouidendum homini.Primum studium fuit ad vitandum malum:hoc autē est ad assequendum bonum.Sed nota differentiam:ꝙ primum studium narratum est deliberatiue/ custodiam fiscellam ori meo vt non peccem:hoc autem introducitur deprecatiue/ad significandum conatum humanum ad hoc studium:hoc est ꝙ nullus pōt sibi pmittere hmōi studiū sed conari ad illud. ¶Quod ex principiis ipsius prouidentię quę hic desiderantur appaeret.Conor in primis scire finem meum quē mihi prestituere debeo vt assequendum.Et est sermo de fine in hac vita . Difficile quippe est homini nosse quem finem sibi debeat prestituere assequendum in hac vita:scriptum est enim ecclesiastes.9.vidi sub sole nec velocium esse cursum/nec fortium bellum/nec sapientum panem/nec doctorum diuitias/nec artificum gratiam,sed tempus casumq; in omnibus:nescit homo finem suū &c̄.Conor deinde scire mensuram dierum meorum:hoc est scire commensuratē qualitatem dierum meorum negocio seu dispositioni vitę meę. Conor & tertio scire quantum mihi temporis superest ad viuendum,

aliter enim oportet ꝙ disponat senex/aliter quadragenarius/aliter iuuenis de vita sua. Hęc tria sunt principia prouidentię humanę.& nullum eorum est homini certum.⁋ Et propterea persona ista desiderando & precando insinuat conatum suum. Fac scire me domine finem meum,& mensuram dierum meorum quę ipsa/supple est: sciam quantum temporis/ego superuicturus sum. Ex rebus petitis intellige prudens lector ꝙ persona hęc non fundendo deo preces hęc profert: sed vtitur modo petendi/vt ostendat conatum humanum & necessitatē ad horum trium notitiam pro habenda prouidentia sufficiente. Testatur quotidiana experiētia conatum hunc. nam quilibet cupiens disponere de vita sua/primum cogitat de fine quem potest adipisci: puta viuere de mercatura/aut de arte militari seu medicinę &c̄.& deinde cogitat cōmēsurare qualitatem dierum suorum/operum/rerum &c̄. ad ea quę sunt opportuna ad talem finem.& in his omnibus attendit quanti temporis ego/quātum sibi superest temporis. ℭ Narrato studio prouidendi/inducit occurrentia quę impediunt huiusmodi studiū. Et primo ex parte dei. deinde ex parte hominis. Ex parte quidem dei. Ecce palmos dedisti dies meos. Ego conor cognoscere qualitatem dierum meorum,& video te ordinasse ꝙ dies mei cognoscātur de palmo in palmum/de hora in horam. nescimus enim quid superuentura pariat hora. Video deinde. Et tēpus meum quasi nihil coram te/ęstimatur: hoc est ita relinquis tempus vitę meę subiectum innumeris vanitatibus acsi pro nihilo illud habeas. Quod enim pro nihilo habetur, relinquitur/curratque currat: quod autem charum habetur/non sic relinquitur. Ex parte hominis. Tantū tota vanitas omnis homo stans: hoc est omnis homo stans in hac vita, tātū est vanitas/nō pars vanitatis sed tota: ita ꝙ omnis homo repletus est omni vanitate.⁋ Et intendit ꝑ hoc ꝙ homo ſm suum esse subiectus est omni vanitati: & non solum ſm esse/sed etiam ſm suum itelligere. Tām in imagine ambulabit vir. Differentia inter rem & imaginem rei (inter cęsarem & imaginem cęsaris/iter diuitias & imaginem diuitiarum/inter cibum & imaginem cibi/& sic de aliis) monstrat quantum differt ambulare in imagine & ambulare in ipsa rerum specie. Homo ambulat in imagine: quia in obscuritate & incertitudine euentuum ambulat. vnum imaginatur & aliud succedit: hoc est enim in imagine ambulare.⁋ Amplius labor humanus etiam vanus subiungitur. tantum vanitate tumultuabitur. Tot tumultus belli/tot tumultus negociationum, sola vanitate fiunt. Cuius signum subiungitur. Cumulabit/homo diuitias/status/regna,& non sciet cui congregās est ea. quod quotidie experimur. Vbi aduerte descriptum hoiem ſm esse/ſm cognoscere/ſm negociari seu operari, esse solam vanitatē. Et dixit hęc omnia ad narrandum obstacula studii humani ad prouidendū vitę suę. tanta enim vanitas/tantaq; incertitudo monstrat huiusmodi prouidentiam multum deficere.⁋ Nota argute lector ꝙ hęc duo studia humana quę persona ista attentauit & experta est deficere, non solum distinguuntur quia primū ad vitandum malum/secundū ad assequēdum bonum tendit: sed quia primū ex parte operis tentauit prouidere (subtrahendo scilicet locutionem displicētem ne peccaret in lingua) secūdū ex parte scientię seu prudentię tentauit prouidere: vt hinc intelligas prouidentiam humanam tam ex parte operis q̄ ex parte prudentię esse insufficientē. nec datur tertius modus prouidēdi.⁋ Aduerte quoq; ꝙ ꝑ hęc duo studia/intelligēda sunt ab horum exēplo reliqua humana studia. Quod enim de peccato locutionis vitando scriptū hic est/idē intelligendū est de reliquis: puta siquis ad vitandum peccatum nocendi aliis/subtrahit se a publicis votis seu officiis iustitię: & sic de aliis. sic enim persona ista fecit, volēs omnino silere quicquid alteri displicet seu nocet. Et hanc intelligo ad literam mentem esse prophetę: vt scilicet ab exemplo intelligamus reliqua. Cuius signum est ꝙ proposuit vniuersaliter/dixi custodiam vias meas: non has vel illas/non linguę tantum aut manuum.

Et nunc qd speraui dn̄e? Trāsit ꝑsona hęc (postq̄ cognouit defectus humanorum studiorum) ad diuinā ꝑfam/tali ordine. Primo explicat hmōi trāsitū. Secūdo corrigit dicta in primo studio/ibi ab oibus. Tertio corrigit dicta in secūdo studio/ibi in icrepationibus. Dixerat/dixi custodiā &c̄. Dixi olim.& nūc cōsideratis defectibus dico qd sperani dn̄e/p studia mea! quasi dicat vanū & mācū. Et ꝑpterea dico nūc. Expectatio mea tibi ipsa: hoc est ipsa expectatio mea/ipsa suapte natura tibi reseruat/ad te respicit/tu solus potes ei ɱdere.⁋ Ab oibus rebellionibus. Arrogauerat sibi in primo discursu curam ne peccaret. recognoscens postea se multis peccatis subiectum/a quibus se non potest liberare, petit ab omnibus rebellionibus meis libera me. Incurrerat in eodem primo studio erubescentiam silēdo coram impio, petit modo. opprobrium stulti ne pone me. Vbi petit ex gratia vt deus seruet se/ne det oppro/brium hominum stultorum/tacendo aut respondendo. Incurrerat tertio silentium a bono. quod & nunc repetit/ confitendo obmutui. Incurrerat quarto incontinentiam loquendi. Quam nunc corrigit proposito. non aperiam os meum/ex incontinentia. Et, ratio subditur. quia tu fecisti/tu fuisti autor iniuriarum/tristitiarum/dolorum: & propterea non debui silere a bono/nec debui murmurare, cōsiderando quia tu fecisti. Vnde & peto. Fac cessare de super me plagam tuam/ quę est mihi occasio peccandi: a pręlio manus tuę ego finitus sum. Per quod declarat ꝙ non petit cessationem omnis plagę, sed plagę magnę quę consumit. Quasi dicat. magnitudo plagę est mihi occasio peccandi, tolle quęso eam. Hęc quo ad primum studiū. ℭ De secundo autem. In icrepationibus sup iniqui/

tate caſtigaſti virũ. Retorſerat in ſecũdo ſtudio cãm iprouidẽtiæ humanę in deũ,ecce palmos dediſti dies meos. corrigit mõ,cõfitens ꝙ pp iniqtatẽ hoīs deus puniuit genus humanum: vñ ſubſecutus eſt hmõi iprouidẽtię defectus. Et loquit̃ ad lrãm de punitione hoīs in primo parẽte. In icrepationibus, multaꝝ maledictionũ,ſup iniqtate,cõmiſſa,caſtigaſti virũ,primũ parẽtẽ:& liqueſcere feciſti quaſi tinea deſideratũ eius. Liqueſcere feciſti. ponit̃ cã p effectu. niues.n.q̃ liqueſiũt diſſoluuntur & deſtruunt̃. Et itẽdit ꝙ deus iter alias poenas effecit vt id qđ eſt charũ hoī deſtruat̃ quaſi a tinea: hoc eſt pariat ſibi ipſi deſtructionẽ. tineę enim eſt corrodere illud vñ naſcit̃: ita vt qđ deſtruit̃ a tinea,patiat ſibiipſi deſtructionẽ. Talia eſſe deſideria nr̃a,expiẽtia teſtat̃. delectabilia enim q̃ appetimus,pariunt deſtructionẽ delectabiliũ. Extrema ſiqdẽ gaudii luctus occupat. et diuitię cõgregate in malũ dñi ſui &c̃. Et intẽdit ꝙ iniqtas hoīs eſt cã miſerię humanę. ⁋ Et qa miſerię humanę relatę ad naturã hoīs abſolute ſũt naturales cõſeqntes ex neceſſitate naturę,relatę aũt ad ſtatũ originalis iuſtitię ſũt poenę (qa deus hmõi miſerias ademerat,& hõ ppria iniqtate eas ad ſe reuocauit) ideo ꝑpheta vtrunqꝫ deſcribit. prius quatenus ſunt poenæ,in icrepationibus &c̃. & mõ quatenus ſunt naturales,tñ vanitas oīs hõ. Acſi apte diceret ꝙ licet errauerit retorquẽdo in deũ miſerias nr̃as,qa p iniqtate in poenas dedit, verum tñ eſt ꝙ oīs hõ ſuapte natura nõ eſt niſi vanitas. ita ꝙ approbat quo ad hoc ſupius dictũ. ℂ Propoſuerat ſe puiſorẽ vitę ſuę: mõ recognoſcẽs ſe,humiliter totũ ſe ſubiicit diuinę gratię. Et primo quantũ ad mẽtẽ: Audi orõnẽ meã dñe. orõ eni ẽ eleuatio mẽtis in deũ. Secũdo quãtũ ad affectũ. & clamorẽ meũ auſculta. ẽ eni ſermo de iterno cordis clamore. Tertio quo ad corpus. ad lachrymã meã ne obſurdeſce. Orat, clamat,plorat petẽs audiri. Quia pegrinus ego tecũ, icola ſicut oẽs pr̃es mei. Vide correctionẽ. Vbi prius arrogabat ſibi ſtudiũ ad puidẽdũ vitę ſuę, mõ nõ ſolũ ſupplicẽ ſed pegrinũ ſe recognoſcit ac exhibet: cuius nõ eſt puidere ſibi, ſed vti iis q̃ iuenit,iis q̃ parant̃ ab aliis. Et ad lr̃am pſona cõfugiens ad diuinã gratiã,fatet̃ ſe pegrinũ & icolã in hac vita: eo ꝙ nõ habet hic manẽtẽ ciuitatẽ,ſed futurã inquirit: vt apl̃s declarat de antiqs pr̃ibus ad heb. xi. Vñ & dauid. i. parali. vlti. dixit. pegrini.n. ſumus corã te & aduenę ſicut oẽs pr̃es nr̃i. ⁋ Nec pterea ꝙ hęc pfeſſio pegrini corrigit directe qđ dixerat,& tẽpus meũ quaſi nihil corã te. fatet̃.n. ſuã vitã nõ tanq̃ nihil ſit, ſed tanq̃ pegrini ſit haberi coram deo. Vtrobiqꝫ appoſuit corã te: vt ẽt ex verbis aduerteremus correctionẽ. Et vere ſic habemur corã deo: quoniã pſens vita pro peregrinationis itinere data eſt nobis,ad eundũ in coeleſtẽ p̃riam. quãdiu enim ſumus i corpore,pegrinamur a dño. ℂ Demũ petit. verte a me,& roborabor anteq̃ ibo & nõ ego. Qui prius ſtuduerat cognoſcere quanti temporis ego, mõ pro magna gr̃a petit vt paululũ vertat poenas a ſe,relaxet poenas humanę miſerię (q̃ ſunt obſcuritas in itellectu,pnitas ad malũ in affectu,& alia hmõi) ad hoc vt roboret̃ aīo, vt cõfortet̃ opibus meritoriis, anteq̃ moriat̃: hoc eſt dũ tp̃s eſt merẽdi. finit̃ eni ſimul & ſemel tp̃s viuẽdi & tp̃s merẽdi. Et deſcribit vitã pñtem a termino. anteq̃ ibo & nõ ego,ero: qđ eſt mori. Tunc enim hõ vadit,& nõ eſt amplius ipſe: quãuis remaneat aīa eius. Amen.

ℂ VVLGATA EDITIO. ℂ Pro uictoria pſalmus dauid. XXXIX.

EXpectans expectaui dominum:& intendit mihi.
Et exaudiuit preces meas:& eduxit me de lacu miſerię & de luto fecis.
Et ſtatuit ſuper petram pedes meos:& direxit greſſus meos.
Et immiſit in os meum canticum nouum:carmen deo noſtro.
Videbunt multi & timebunt:& ſperabunt in domino.
Beatus uir cuius eſt nomen dñi ſpes eius:& non reſpexit in uanitates & iſanias falſas.
Multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua:& cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annunciaui & locutus ſum:multiplicati ſunt ſuper numerum.
Sacrificium & oblationem noluiſti:aures autem perfeciſti mihi.
Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti:tunc dixi ecce uenio.
In capite libri ſcriptum eſt de me:ut facerem uoluntatem tuam deus meus uolui, & legem tuam in medio cordis mei.
Annũciaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna:ecce labia mea nõ ꝓhibebo dñe tu ſciſti.
Iuſtitiam tuã non abſcondi in corde meo:ueritatem tuã & ſalutare tuum dixi.
Non abſcondi miſericordiam tuam & ueritatem tuam:a concilio multo.
Tu autem domine ne longe facias miſerationes tuas a me:miſericordia tua & ueritas

tua semper susceperunt me.
Quoniam circundederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me, iniquitates meæ, & non potui ut uiderem.
Multiplicatę sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine ut eruas me: domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur & reuereantur simul qui quęrunt animam meã: ut auferant eam.
Conuertantur retrorsum & reuereantur: qui uolunt mihi mala.
Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi euge euge.
Exultent & letentur super te omnes quęrentes te: & dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum & pauper: dominus solicitus est mei.
Adiutor meus & protector meus es tu: deus meus ne tardaueris.

¶IUXTA HEBRÆUM. Vincenti dauidi psalmus. XL.

1 Propheta. EXpectãdo expectaui dominum: & inclinatus est ad me, & audiuit clamorem meum.
2 Et fecit ascẽdere me de fouea tumultus, de luto cęni: & statuit super petram pedes meos, firmans gressus meos.
3 Et dedit in ore meo canticum nouum, laudem deo nostro: uidebunt multi & timebunt & confident in domino.
4 Beatitudines uiri qui posuit dominum confidentiam suam: & non est uersus ad superbos & inclinantes mendacii.
5 Multa fecisti tu dñe deus meus separata tua & cogitationes tuas nobis, nõ ęstimando ad te: annũciabo & loquutus sum, uiguerunt a recensendo.
6 Mesias. Sacrificium & oblationem non uoluisti, aures fodisti mihi: holocaustũ & mundationẽ non petisti.
7 Tunc dixi. ecce ueni, in uolumine libri scriptum est super me.
8 Ad faciendũ uolũtatẽ tuã deus meus: uolui & doctrinã tuã in medio uiscerũ meorum.
9 Annũciaui iustitiã in ecclesia multa: ecce labia mea nõ prohibebo, dñe tu nosti.
10 Iustitiam tuã non abscondi in medio cordis mei: ueritatẽ tuam & salutem tuam dixi, non occultaui gratiã tuam & ueritatẽ tuam ecclesiæ multæ.
11 Propheta. Tu domine non prohibebis misericordias tuas a me: gratia tua & ueritas tua iugiter custodient me.
12 Quoniã circũdederũt sup me mala usq; nõ numerus: assequute sũt me iniqtates meę, & nõ potui ad uidẽdũ: uiguerũt plus q̃ capilli capitis mei, & cor meũ dereliquit me.
13 Velis domine ad liberandum me: domine auxilio meo festina.
14 Mesias. Confundẽtur & erubescẽt simul quęrentes animæ meę ad destruendum eam: retrahentur retro, & erubescent uolentes mali mei.
15 Destruentur super calce confusionis suę: dicentes mihi heah heah.
16 Exultabunt & lętabuntur in te omnes quęrentes te: & dicent continue. Hymnus. magnificabitur dñs. Mesias. diligentes salutis tuę.
17 Propheta. Et ego pauper & mendicus, dominus imputabit mihi: auxilium meum & liberans me tu, deus meus ne morare.

TItulus est. Vincenti dauidi psalmus. De quo vt supra.

¶ Materia psalmi / habetur ex autoritate apostoli pauli ad hebr. 10. afferentis verba psalmi huius de mesia: dū dicit. Ideo īgrediēs mūdū dicit. hostiā & oblationē noluisti / corpus aūt aptasti mihi: holocaustomata & pro peccato nō tibi placuerūt. tūc dixi / ecce venio: in capite libri scriptū est de me: vt faciā deus voluntatē tuā. Et exponit apl's de trāslatione veteris in nouū testm̄ / & de oblatione corporis christi in cruce: dicēdo. supius dicēs qa hostias oblationes & holocaustomata & p peccato noluisti / nec placita sunt tibi quæ fm̄ legē offerūt, tūc dixi vt faciā deus volūtatē tuā. aufert primum vt sequens statuat. in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis iesu christi semel. Ex quibus apostoli verbis clare patet psalmum istum de christo in carne veniente / & seipsum offerente in ara crucis / deq̄ gratia noui testamenti tractare. Est igitur materia huius psalmi / mesię expectati aduētus descriptus acsi iam tunc venisset cum multis effectibus &c̄.

SVMMARIVM EST.

¶ Expectans propheta mesiā / & venisse eum describēs, vbi perceptos fructus exauditiōis / eductionis / firmitatis / noui cantici / cōuersiōis multoꝝ / beatitudinis / multorūq̄ ac inffabiliū miraculoꝝ narrauit, ingredientem mundum mesiā tunc quum vetera sacrificia respuit deus introducit / ad faciendum voluntatem dei / volētis legē dei p̄dicantem iustitiam &c̄. Et quum se repletum malis & iniquitatibus recognouit / ac petit liberari & adiuuari cum confusione insultantium & lętitia quęrentium deum, supplex petit ne tardet.

¶ Personę loquētes sūt duę: propha agēs genus electoꝝ expectantium mesiam / & christus.

EXpectando expectaui dominum, ⁊ inclinatus est ad me. Diuidit psalmus in ptes duas: ppositiuā materiæ, & executiuā / ibi & audiuit. Proponit duo. Primū expectationē mesiæ. secūdū aduētū mesię. Et expectationē qdē significat ab actu expectādi / expectaui. A modo expectādi: hoc ē nō murmurādo / nō dormiēdo, sed ea ai spe / solicitudine & expeditione q̄ decet expectātes. & ppterea dicit expectādo. A te expectata / dn̄m. sic. n. cōsueuit appellari verus de' ī veteri testō. Et loqtur ppheta ī psona ppria & suæ domus & ppl'i israel & hūani generis. Aduētū vero mesię significat ab actu quo deus seipsū exinaniuit formā serui accipiēs. & īclinatus ē ad me. Vere siqdē p incarnatiōis mysteriū inclinatus est dn̄s ad me quū verbū caro factū est: ad me hoīem / ad me dauidē ī mea pgenie. Describit & hic & in seqūētibus quæ tunc futura erāt christi mysteria vt iam facta / propter certitudinem pphetię.

¶ Et audiuit clamorē. Incipit hic ps executiua tali ordine. Prīo tractaꝭ illa pticula / & inclinatus ē ad me. Secūdo illa / expectaui dn̄m / ibi tu dn̄e. Tertio illa / expectādo / ibi ego / paup. ¶ Circa pticulā primā aduētus chri aduerte ordinē psalmi. nā a posterius gestis ad prius gesta narrationē ordinat: prius narrās collata hoībus bn̄ficia p christū, & postea ipm chrm aduenietē. Vn̄ iuxta hūc ordinē numerat octo bn̄ficia. ¶ Primū ē. & audiuit clamorē meū. In quo significat aduētū chri fuisse a prībus nō solū expectatū, sed magno cordis clamore / multis p̄cibus petitū. Ita q dū inclinatus ē ad me, nō solū r̄ndit expectatiōi sed exaudiuit p̄ces sanctoꝝ. ¶ Secūdū ē. & fecit ascēdere me de fouea tumultus. Et p hoc si referaꝭ ad poenas alterius vitę significat limbū patrū. q zacha. 9. appellaꝭ lacus sine aq̄. Et hic appellaꝭ fouea tumultus: qa prēs tardāte chro erāt ibi ad sīlitudinē strepētiū, pro quāto ex culpa nō a se cōmissa sed a prīo parēte inclusi erāt. Et tn̄ christus fecit eos ascēdere secū quū ipse resurrexit a mortuis. Si autē ad p̄sentē uitā referaꝭ, clarū est p foueā tumultus significari statum mundi ante christi aduentum, qn̄ nulla erat cura de gēte futurę vitę sed tn̄ de uita p̄nti, q̄ in tumultu & strepitu cōsistit. fecit. n. chrs hoies ascēdere de fouea rumoꝝ p̄ntis vitæ, quū in amorē coelestis prię trāstulit. ¶ Tertiū de luto cęni. Per qd significat labilitatē coꝝ q̄ desiderabanꭍ ab hūano gn̄e. totū qppe humanū studiū versabaꭍ circa tpalia ī qbus nō pōt figi humanus aīus: sicut nō p̄t figi ī via luti cęnosi seu fecis pedes ambulantis / sed labunꭍ. De luto cęni. n. eduxit chrs hoiem quū eum abstraxit ab affectu labilis ac sordidę vitæ. ¶ Quartū. & statuit sup petrā pedes meos. In quo ad sīlitudīnē hn̄tis pedes sup petrā / firmitas fidei ac spei christianę significaꭍ. chrs. n. tūc statuit sup petrā pedes nros, quū sup firmū fundamētū credibiliū & desiderabiliū nos locauit. ¶ Quītū. firmās gressus meos. qd ē cōfirmatio p̄cedētis: vt nō solū affect' sed opa p gressus significata stabilierit chrs. qs nos ingt apl's sepabit a charitate chri? & marcus dicit, dn̄o coopante & sermonē cōfirmāte &c̄. ¶ Sextū. & dedit ī ore meo cāticū nouū / laudē deo nr̄o. In quo noui testamēti gr̄a describiꭍ ab autore: qa nō hō sed deus dedit. A manifestatiōe: qa non solum corde credēdum sed ore cōfitendum / in ore meo. A suauitate: quia cāticū: ac p hoc delectabile. Ab admirabilitate: qa nouū. & vere nouū qn̄ cātaꭍ verbū carnē factū eē. qn̄ nouitas hoīs tam ītus q̄ extra / immo nouitas totius creaturę in eo cantaꭍ: iuxta illud. ecce noua facio oīa. Ab officio / laudē deo nr̄o: vt intelligas noui testamēti canticū esse laudem dei, nō alterius q̄ nr̄i q colitur ī veteri testō. ¶ Septimū. videbūt multi & timebūt & cōfidēt in dn̄o. In quo cōuersio nō oīum sed multoꝝ ad christū significaꭍ tribus actibus. s. videndi / timēdi / & sperādi. quoꝝ ordo satis clare patet. Et ē sensus q nō oēs sed multi videbunt christum in carne / seu beneficia hæc supradicta in christianis: & vidēdo timebūt deū, & timendo futurum iudicem confident in eo redemptore. ¶ Octauum. Beatitudines viri / hoc est beatitudo

est non cuiusq sed illius uiri, qui posuit dñm cõfidentiam suam. ne putares vanã esse cõuersionẽ multorũ ad christũ, curauit statim subiũgere beatitudinẽ corũdẽ, appositis cõditiõibus eoꝝ q cõuertunt. Et, ẽ sermo de beatitudine vera, q̃ hic ĩ spe & tãdẽ in re hr. viri q posuit nõ hoiem, nõ seipsum sed dñm cõfidẽtiã suã, sic ꝙ nõ est versus ad supbos & inclinãtes mẽdacii. Parum aut nihil prodesset fide se christianũ exhibere, moribus aũt verti ad imitãdos supbos & inclinãtes mẽdacii, ꝑ mẽdaciũ: hoc est habilitãtes mẽdacia velut suasibilia. tales. n. inclinãt mẽdacia velut humilia verba q̃ fiãt credibilia. Et intẽdit ꝑ haec duo, peccata tam ex volũtate q̃ ex intellectu. supbia. n. primum tenet locũ inter peccata affectus, & mẽdaciũ inter peccata intellectus. ℭ Post enumerata octo bñficia ꝑ aduẽtũ christi collata gñi humano, excusat se ꝓpheta a numeratione reliquoꝝ beneficioꝝ: ne putares numerata esse oĩa. Et apostrophãs ad ipsũ deũ, multa inqt fecisti alia tu dñe deus meus separata (hoc est mirabilia tua) & cogitationes tuas nobis. Vbi cerne in sepatis opera miraculosa quae mesias fecit: in cogitationibus autẽ affectũ ad nos, dicẽdo cogitatiões tuas nobis. cogitauit. n. deus nõ sibi sed nobis mysterium incarnationis & humilitatis & passiõis & reliqua huiusmodi. q̃ tñ inestimabilia tñ inenarrabilia esse subiungit. Inestimabilitatẽ quidẽ. nõ estimãdo ad te: hoc est nullũ habet locũ estimatio relata ad te in mysterio incarnationis: qa superat oẽm ꝓportionẽ & estimationẽ. Inenarrabilitatem vero. annunciabo, quãtumcũq ꝑseuerẽm annũcians in futuro, & loquutus sum, quantũcũq ĩ ꝓterito dixerim, multiplicati sũt mirabilia tua & cogitatiões tuę a recensendo, superant oẽm nũerum, omne recensere.

Sacrificium. Descriptis beneficiis collatis humano gñi ꝑ aduẽtũ christi, describit mõ aduẽtus christi. & disponẽte spũ sancto introducit a ꝓpheta ipse christus loquẽs, tanq̃ ingrediẽs mundum: vt paulus apostolus declarat. Narrat itaq christus tria. s. quid fecit, quid voluit, quid annũciauit in hoc suo aduẽtu. Narrãdo autem quid fecit, iuxta apostoli expositionem quãtũ ad rem factã, dicit ꝙ fecit dei voluntatẽ offerendo seipsum in ara crucis ꝑ sanctificatiõe nñi. Quãtũ uero ad tẽpus faciẽdi, ꝙ tũc hoc fecit qñ deus refutauit sacrificia veteris legis. quod ad virtutẽ oblationis eius referẽdũ est: ꝙ. s. sacrificiũ corpis eius in cruce, fuit rõ cõsũmãdi sacrificia veteris legis. & sic nouũ cõditum est testamentũ. ⁋ Vide singula. In veteri testamento quadripartitę erãt oblatiões. alię siquidẽ erãt oblationes panis, vini, mellis & similium. & pro hoc genere dicitur oblationem. Alię hostię pacificę: vt votiua, & gratuita sacrificia. quorum una pars cremabatur deo: alia in vsum sacerdotum, & tertia in vsum offerentium cedebat. & pro hoc genere dicitur sacrificium. Alię hostię pro peccatis. quarũ una pars crematur deo, altera vero in vsum cedit sacerdotum. pro quibus dicitur & mundationem. Alię holocausta: quę tota incendebãtur deo. pro quibus dicit holocaustũ. Ita ꝙ oĩa cessare significãs ait. sacrificiũ & oblationẽ nõ voluisti, holocaustũ & mũdationẽ nõ petisti. haec quo ad cessationẽ legaliũ sacrificioꝝ. ℭ Quo vero ad ipsũ chri aduẽtũ ait. Aures fodisti mihi. Loco cuius apl's iuxta trãslationẽ. 70. allegat, corpus ꝑfecisti mihi. Sed eadẽ est sentẽtia: quia. 70. totũ posuerunt pro pte. Imo textus hebręus ptẽ pro toto, aures pro corpe: & fossio auriũ, q̃ est aptatio seu dispositio auriũ, pro aptatione seu dispositione corporis. Significat itaq incarnationis mysteriũ dicẽdo corpus aptasti mihi, seu aures fodisti mihi. neq. n. solas aures fossas sine reliquo corpore dedit. Et explicat natura carnis & sensus in christo: quae non explicatur noie corporis: quũ ẽt plãtę habeãt corpora, & nõ carnẽ aut sensum sicut habens aures. Nec caret mysterio ꝙ christus ab auriũ fossione describit suum corpus: qm̃ ꝑ hoc significat se hoiem perfecte edoctum esse a deo de diuina voluntate. auditus quippe est sensus disciplinę. Vnde in euangelio ait ioan. 8. quae audiui a patre haec loquor. Tunc quum aures fodisti mihi, quum vetera noluisti sacrificia, dixi, affirmaui. ecce nunc, in ꝓsentia, veni, spõtaneus, ad faciendum voluntatem tuã deus meus. veni inquit ipse in euangelio, nõ vt faciã voluntatẽ meã sed voluntatẽ eius qui misit me. Hãc voluntatẽ diuinã explicat apl's diuinũ velle de sanctificatione humana ꝑ mysteriũ crucis christi. Ita ꝙ dicens veni ad faciẽdũ volũtatẽ tuã deus meus, intendit ꝙ venit ad redẽptionẽ mundi sm voluntatẽ dei ꝑ oblationem corporis in cruce. ⁋ Et ne hunc aduentum, ne hãc dei voluntatẽ velut rem nouã horreas, aut humanum figmentum putes, affert antiquum sacrę scripturae testimoniũ de promisso mesia ad faciẽdũ hãc dei voluntatẽ. In volumine libri scriptũ est sup me. Apl's post septuaginta dixit in capite libri. Sed nõ mutat sentẽtia. volumen. n. libri sacrã scripturã significat ꝓmittẽtẽ mesiã: iuxta illud. filius qdẽ hois vadit sicut scriptũ ẽ de illo. Caput aũt libri significat nõ locũ sed intẽtionẽ: pro quanto in precipua intentione sacrę scripturę scriptũ est sup mesia: finis. n. legis & prophetarũ christus est.

Volui & doctrinã tuam. Postq̃ christus narrauit quid fecit in aduẽtu suo, narrat consequenter quid voluit. volui & doctrinam tuã in medio viscerum meoꝝ. Dixerat ꝙ cessantibus legalibus sacrificiis dixi ecce veni: ne putares christum ad abolendam legem dei venisse, testatur ꝙ volui, non verbis aut signis exterioribus, sed intimo corde intra viscera mea legem tuam, quam dedisti per moysen. Et dixit hoc tum ad excludendum humanas astutias, quasi christus monstrauerit se velle legem moysi, & tamen in corde suo intenderit illam soluere: vt maumethus fecit de euangelio. In cuius signum tradidit nobis omnes libros canonicos legis & prophetarum, autentica autoritate suscipiendos. Tum ad differentiam legalium cerimoniarum: ne putares legem dei cessare sed

refutari cessantibus sacrificiis veteris legis adueniente oblatione corporis christi, sed cum illorum cessatione ex intimo corde legem dei voluit, ita ꝙ nec iota vnũ aut vnus apex pręteribit ab ea.

Annunciaui. Absoluto quod voluit, subiungit tertio quod prędicauit, dicẽs se ṕdicasse quatuor: iustitiam, veritatem, salutem, & gratiam. Vbi aduerte explicari non solum res ṕdicatas, sed etiam quibus & q̃uo ṕdicauit. Annunciaui, ṕdicaui, iustitiam, non hanc vel illam, sed iustitiam oẽm, in ecclesia multa, vniuerso mundo. christus enim etsi proprio ore ṕdicaret iudęis tm̃, quia tñ ea ratione ṕdicabat vt diffunderetur euangelium vniuerso mundo, ideo se annunciasse dicit in ecclesia multa, quę ẽ ecclesia vniuersalis Ecce quibus annunciauit. ¶ Modus autem. ecce labia mea non prohibebo, dñe tu nosti iustitiã tuam non abscondi in medio cordis mei. Vbi ex futuro nõ prohibebo, & ṕterito non abscondi, habes perseuerantiã in prędicãdo. habes in labiis ꝙ proprio ore nõ dedignatus est in praedicationis officio perseuerare. habes in negatione absconsionis integritatẽ; hoc est ꝙ nihil omisit ṕdicare quae prędicanda erant pro diuina iustitia. ¶ Adiũgit prędicatę iustitiae. veritatem, non figmẽtum, tuam, nõ humanã, & salutẽ, nõ vanitatẽ, tuã, nõ humanam, dixi, ṕdicaui. & (vt vno verbo dicat) nõ occultaui gratiã tuam & veritatem tuam ecclesiae multę: hoc est vniuersas vias tuas (quae cõsistunt in gratia tua & veritate tua) nõ occultaui vniuersali ecclesiae. Et hoc specialiter dicitur ꝑꝑ mysteriũ incarnationis & redẽptionis humanae, quod ex gratia & veritate emanauit adimplendo promissiones factas patribus, & sine meritis nostris gratiose saluando nos.

Tu domine. Tractatur hic illa particula, expectaui dñm. Ita ꝙ postq̃ mesias loquutus est & explicauit aduẽtum suũ, propheta primũ in persona totius humani generis expectantis apponit & prophetiã & ṕces quibus declarat necessitatem aduentus christi, propter delẽda peccata nostra: & deinde introducit iterum mesiam declarantem aduẽtũ suum fore quibusdam in ruinã, ibi confundentur. ¶ In primis itaq; causam aduentus mesię ex parte nostrae miseriae aperit prophetando. Tu dñe non prohibebis misericordias tuas a me, misero, mittendo mesiam ad releuãdum genus humanum a miseriis: sed gratia tua, sine meritis nr̃is, & veritas tua, iuxta promissa facta a te patribus, custodiẽt me, a malo, cõtinue, vsq; ad cõsummationẽ seculi. ¶ Et declarans miserias nostras, subdit. Quoniã circũdederunt sup me, non super fortunas meas, mala, poenae, vsq; nõ numerus, vsq; adeo ꝙ eorũ nõ est numerus: & asse quutę sũt me iniq̃tates meę. ne putares mala poenae sustinere hominẽ sine sua culpa, apṗhẽderũt me iniq̃tates meę ex q̃bus circũdederũt me mala poenalia: & istę iniq̃tates viguerũt, multitudine, plusq̃ capilli capitis mei. Vide proportionẽ. dixerat poenas sine numero: modo dicit culpas innumerabiles plusq̃ capillos capitis: vt tam culpas q̃ poenas hoĩs intelligas sine numero. ¶ His generalibus adiungunt in specie duę poenę. Altera obscurati intellectus. & nõ potui ad vidẽdũ. quod errores tot ṗhorũ nõ valentiũ videre verã salutis humanae viã testantur. Altera est peruersi studii. & cor meũ dereliquit me. Studiũ humanũ ex corde ante christi aduẽtum dereliquit hominẽ, dereliquit curã verę salutis hominis, solicitãdo & sectãdo delectabilia, diuitias, famam, gloriã, & huiusmodi. ita ꝙ cor meum nõ dereliquit diuitias aut famã, sed dereliquit me. Et haec duo erãt cõmunia mala humani generis ꝯm partẽ animi superiorẽ. & propterea in spẽ explicata sũt. Velis dñe ad liberãdum me, domine auxilio meo festina. In hebręo significatur velle in modo imperatiuo: sed quia illo caret latina lingua, ideo loco imperatiui quod deṕcatiue tenebatur, translatum est velis. Prophetiae de futura diuina gratia, & miserię proprię explicatę, adiungit preces supplicãdo tum vt velit, tum vt celeriter exequatur. Velit quidem liberare a malo, celeriter autem ferat auxilium. per hoc contestans se non posse liberari, non posse adiuuari nisi per aduentum eius.

Confundentur. Ne putares totũ genus iudęorum expectans mesiã saluãdum ꝑ mesiae aduẽtũ, ꝓphetat hic dauid aliquos pituros ob eorꝝ neq̃tiã, & aliquos gauisuros. pręuidit. n. quosdã iudęos occisuros christũ, & insultaturos &c̃. quosdã aũt amplexuros illius doctrinã & fidẽ. Et ꝓpterea haec ꝓphetãdo introducit iterũ mesiã haec dicẽtẽ. Confundenꝰ & erubescent simul, quãtũ ad spũalia sine pnĩa, iudęi quęrẽtes animę meę, vitę meę, ad destruẽdũ eã. retrahentur retro & erubescẽt, quãtũ ad statũ tẽporalẽ, uolẽtes mali mei: hoc est volẽtes malũ meũ. Destruẽtur, ab exercitu romanorꝝ, sup calce confusionis suę dicentes mihi heah heah: hoc est insultãtes mihi. Et vere in fine confusionis suae iudęi destructi sunt a romanis. tũ q̃a prius cõfusi sunt ꝑ tot miracula de veritate aduẽtus mesię, & tandẽ indurati destructi sunt. tũ q̃a destructio quã passi sunt a romanis est in calce, est vltima: vtpote sine regressu. Significãtius aũt explicanꝰ ṗdẽdi iudęi nõ oẽs sed insultãtes chr̃o: q̃m monẽte angelo, iudęi credẽtes chr̃o, tũc tẽporis secesserũt in regnũ agrippę, ne simul perirẽt cum icredulis: vt eccl'iastica tradit historia. Quo cõtra de credẽtibus ĩ ipm̃ dicit. Exultabũt & lętabũt ĩ te oẽs quęrẽtes te: & dicẽt cõtinue, dilectores salutis tuae, hunc hymnum. s. magnificabitur dominus.

Et ego pauper & mendicus. Tractatur hic illa particula, expectando. Declarat siquidem propheta conditiones suas, quibus aperit se more expectantium expectare. Prima conditio est paupertas. & ego pauper & mendicus; hoc est non solum sum pauper (vt pote indigens necessariis ad salutẽ) sed ẽt sum mendicus, hoc est q̃a cecidi a diuitiis in paupertatem. hoc. n. dictio hębraica significat.

Et vere sic est:qm̃ cecidi a diuitiis originalis iustitiæ.Et intendit hanc cõditionem/ꝙ expectat more pauperis obsecrantis(cum obsecrationibus enim loquitur pauper)& recognoscentis casum suum. ¶Altera conditio est velut clientela/significata dicendo.Auxilium meum & liberans me tu es.clientulus ego sum/non habens alium qui liberet & auxilietur nisi te.Et intendit per hocꝙ more clientis expectauit.¶Vtriꝗ autẽ conditioni apponit spem diuinæ gratiæ.Paupertati quidem.Dominus imputabit mihi/ad meritum(intellige de merito congrui)ꝙ expecto vt pauper & mendicus. Clientelę autem.Domine mi ne morare.In qua petitione tantam fiduciam demonstrat/vt non aduentum sed celeritatem aduentus petat.Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶Pro uictoria psalmus dauid. XL.

BEatus qui intelligit super egenũ & pauperẽ:in die mala liberabit eũ dñs.
Dominus conseruet eum & uiuificet eum/& beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius.
Ego dixi.domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi:quando morietur & peribit nomen eius?
Et si ingrediebatur ut uideret/uana loquebatur cor eius:congregauit iniquitatem sibi.
Egrediebatur foras:& loquebatur in idipsum.
Aduersum me susurrabant omnes inimici mei:aduersum me cogitabant mala mihi.
Verbũ iniquũ constituerunt aduersum me:nũquid qui dormit nõ adiiciet ut resurgat?
Etenim homo pacis meę/in quo speraui / qui edebat panes meos:magnificauit super me supplantationem.
Tu autem domine miserere mei & resuscita me:& retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam uoluisti me:quoniam non gaudebit inimicus meus sup me.
Me autem propter innocẽtiam suscepisti:& confirmasti me in conspectu tuo i ęternũ.
Benedictus dominus deus israel a seculo & in seculum:fiat fiat.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Vincenti psalmus dauidi. XLI.

1 Propheta BEatitudines erunt intelligentis ad pauperem:in die mali liberabit eũ dñs.
2 Dominus custodiet eum/& uiuificabit eum/& beabitur in terra:& nõ trades dñe eum in animam inimicorum eius.
3 Dñs sustẽtabit eum super lectum doloris:totum stratum eius uersasti i ęgrotatiõe ei9.
4 Homo.Ego dixi.dñe miserere mei:medere animę meę,quoniam peccaui tibi.
5 Christus.Inimici mei loquentur malum mihi. Vox iudęorum recitata. quando morietur & peribit nomen eius?
6 Christus. Et si uenit eos quispiam ad uidendum/falsum loquetur:cor eius congregabit iniquitatem sibi,egredietur ad extra/loquetur contra me.
7 Simul super me mussitabunt omnes odientes me:super me cogitabunt malum mihi.
8 Verbum belihal infusum in ipso conuentu. Vox iudęorum recitata.& qui iacuit christus non addet ad surgendum.
9 Christus.Etiam uir pacificus meus:ꝗ confisus sum in eo,manducans panem meum/magnificauit super me calcaneum.
10 Et tu domine miserere mei & fac me surgere:& soluam eis.
11 In hoc cognoui quoniam uoluisti me:qm̃ non clanget inimicus meus super me.

12 Et ego in perfectione mea [meruit] : suſtētaſti in me, & feciſti ſtare me faciebus tuis ad ęternū.
13 Benedictus dominus deus iſrael a ſeculo & uſq; ſeculum: amen & amen.

Titulus eſt. Vincenti pſalmus dauidi. De quo vt ſupra.

℄ Materiam pſalmi / habemus ex autoritate chriſti ioan. 13. eſſe paſſionem eius. nam ibi lotis pedibus diſcipulorum / anteq̄ aperte diceret vnus veſtrū me traditurus eſt / dixit diſcipulis ſuis. non de oībus vobis dico / ego ſcio quos elegerim: ſed vt adimpleatur ſcriptura / qui manducat mecū panem leuabit cōtra me calcaneum ſuum. quod in verſiculo. 9. huius pſalmi ſcribitur. Ex hoc enim ꝙ adimplendam eſſe dixit ſcripturā hanc in iuda proditore / manifeſtauit conſequenter contextum pſalmi huius de ſua tractare paſſione. Eſt igitur ad literam materia pſalmi paſſio chriſti pro humano genere, adiuncta ſimul eiuſdem reſurrectione.

SVMMARIVM EST.

℄ Poſt deſcripta dona dei in chriſto curā habente pauperis humani generis deſcribit ipſius paſſio ex iudęoꝝ machinatione / exploratione / detractione / murmuratione / conatu ad extinguēdū / iudęq; proditione: & demū reſurrectio chriſti cū poteſtate iudiciaria &c̄. deſcribitur / gratias agendo deo.

℄ Perſonę loquentes ſunt tres: ſcilicet propheta / genus humanum recognoſcens ſtatum ſuum / & chriſtus: pter voces recitatas.

Beatitudines intelligētis ad pauperē. Diuidit pſalmus ī ptes duas: ppoſitiuā materię, & executiuā / ibi dn̄s cuſtodiet. Proponit duo. Primū beatum eſſe applicantē intellectū ſuū ad ſalutē pauperis. Et intēdit ad lrām deſcribere tū officium chri / dicēdo intelligēs ad pauperē. ad hoc. n. verbū caro factū ē vt curā hēret paupis, nō huius vel illius ſed hūani generis / indigētis neceſſariis ad vitā aīę / ad vitā ęternā. Tū beatitudinē ipſius / dicēdo beatitudines. vere ſiqdē chrs ſm ꝙ hō fuit beatus ab initio cōceptiōis ſuę ī mīno vtero ſm ſupiorē ptē aīę: q̄uis ſm corpus non fuerit beatus vſq; ad reſurrectionē. Et qa hic de totali beatitudine ē ſermo, ideo ītellige beatus ptim ī re & ptim in ſpe. ℣ Secūdū. in die mali liberabit eū dn̄s. Vbi ꝓponit tū paſſio eius / ſignificata p diē mali: dies. n. paſſiōis ē dies mali poenalis. tū reſurrectio eius / ſignificata p liberationē. nā p reſurrectionē liberatus eſt a die malorum.

℄ Dn̄s cuſtodiet eū. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primū tractat illa particula / beatitudines ſeu beatus Secundo illa ad pauperē / ibi ego dixi. Tertio illa / in die mali / ibi inimici mei. Quarto illa / liberabit eū dn̄s / ibi & tu dn̄e. Quinq; itaq; beatitudinis ptes ꝓphetat de chro. Pria eſt reſpectu mali. Dn̄s cuſtodiet eū / pculdubio ītātū vt nihil ei euenerit quod non voluerit. Secunda eſt reſpectu boni quod ē vita. Et viuificabit eū / vita grę. vidimus. n. eū plenū grē & veritatis. Tertia ē reſpectu beatitudinis. et beabit in terra. Quod ad lrām impletū ē: qa in terra in mīno vtero beatus fuit ſm aīam: & rurſus in terra reſurgēs beatus fuit ſm corpus. ita ꝙ plenā beatitudinē ī terra habuit. Vnde ſingulariſſimū chriſti priuilegiū ꝓphetatur dicēdo / & beabit in terra: quia ſolus fuit ſimul in terra viator & beatus, & tādē plenitudinem beatitudinis in terra aſſecutus. ℄ Quarta reſpectu glorie nōis eius. Et non trades / tu deus, eū / meſiā, ī aīam / ī deſideriū / ī volūtatē, inimicoꝝ eius / iudęoꝝ. Volebant & ad hoc ſtudebant pōtifices iudęoꝝ vt occidēdo chriſtū exterminarent nomen eius: deus aūt nō adimpleuit voluntatem eorum, ſed econuerſo per occiſionē chriſti fecit totū cōtrarium eius quod deſiderabat animus iudęorum: quia propterea exaltauit eum & dedit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, conuertitq; mundū ad fidem chriſti. Vnde ſignificanter nō dicitur in manū inimicorū / ſed in animam inimicorum: quia chriſtus eſi traditus fuit manibus iudęorum, nō tamen traditus fuit animo & intentioni eorum, qua intendebāt exterminare nomen & fidem eius. ℣ Quinta reſpectu proprie paſſionis. Dominus ſuſtentabit eum ſuper lectū doloris, totum ſtratum eius verſaſti in ęgrotatione eius. Lectus doloris metaphorice paſſio chriſti ſignificatur. In quo aduerte ꝙ deſcribitur ad ſimilitudinem iacentis in lecto doloris / ita ꝙ non inueniēs requiem verſat ſe per totum lectū. nec dubiū ꝙ ęgrotatio (hoc eſt paſſio) chriſti incępit ex quo natus eſt chriſtus. Lectus autem vniuerſa delectabilia humana (vtpote in quibus homo quieſcit) ſignificat. Et quia chriſtus in vniuerſis delectabilibus humanis afflictus ē (vt patet diſcurrendo) ideo totum ſtratum eius verſatum dicitur in ęgrotatione eius / in ſtatu infirmitatis aſſumptę. vnde pars beatitudinis in tanta paſſione deſcribitur ſuſtentatio. Dominus ſuſtentabit eum / vniuerſitate virtutum & potentia meritoria ad ſalutem totius mundi.

Ego dixi. Tractatur hic illa particula / ad pauperem: introducendo genus humanum loquens. Vbi nota ꝙ non introducitur genus humanum in omnibus ſuis ſuppoſitis, ſed in recognoſcentibus ſtatum miſeriæ ſuæ. Quod ex eo patet ꝙ ait. ego dixi / confeſſus ſum / affirmaui tria. Primum miſeriam ꝓpriam / domine miſerere mei. Secundum ęgritudinem animæ / medere animæ meæ. Tertium cauſam vtriuſq; / quoniam peccaui tibi. Dicere quippe hæc / eſt non omnium hominum, ſed tantum recognoſcentium ſe & recurrentium ad diuinam gratiam pro miſericordia & ſalute animæ. ℣ Genus hie pauperem / vtpote miſerum & ęgrum ex offenſa dei.

Inimici mei. Tractatur hic illa particula/in die mali:explicando mala quæ passus est christus tum ab inimicis tum a domesticis. Introducitur autem christus loquens & describens hæc mala. Et primum intentionem expressam inimicoꝝ. Inimici mei/pōtifices & principes iudęorum,loquētur/explicite dicēt,malū/duplex,mihi.s.qñ morietur!ecce malū mortis.& peribit nomē eius!ecce malum extinctionis fidei christianę. ⁋ Secundū explorationē. Et si veniti/quispiā eorum,ad videndum/quæ pdico/quæ doceo,falsum loquetur/hoc est falso cordę loquetur:vtpote simulando & explorando: vt pluries patet in euangelio. magister hæc mulier modo deprçhensa est in adulterio.& rursus magister scimus quia verax es/si licet dari censum cæsari &c̄. Nec solū explorādo loquetur,sed cor eius congregabit iniquitatem sibi. Lege exploratores in resurrectione lazari:& videbis congregasse eos iniquitatem sibi, dum ierunt ad pontifices/narrantes quod viderant/pleni iniquitate. vnde collegerunt pontifices concilium contra iesum:vt ioan. refert ca. xi. ⁋ Tertium concitationē. egredietur ad extra/loquetur:hoc ē hi qui ad explorandum venerunt,egredientes a me/loquētur cōcitādo alios:vt patet in exēplo adducto. vñ subiūgit effectus cōgregatiōis eoꝝ. Simul sup me/vniti,sup me mussitabūt/occulte loquentur, oēs odientes me:nec solū loquentur,sed etiā super me cogitabunt malum mihi. Hoc apparet in conciliis eorum in quibus & cogitauerunt & dixerunt contra christū. quod est quartū. ⁋ Quintū denique. Verbū belial infusum in ipso. Cum exaggeratione narrat christus vltimam iniuriam sibi mortuo illatam/qñ pontifices nihil credentes de resurrectione christi,cōuenerūt ad pilatum dicētes ꝙ seductor ille dixit,post tres dies resurgam. Vbi nō timebant ꝙ resurgeret:sed pro cōstanti psupponendo ꝙ nō resurgeret/conati sunt adhibere remedium ne discipuli eius furarent corpus &c̄. Hoc verbum totaliter destruens spem resurrectionis,cū exaggeratione dicit verbum belial(hoc est sine freno/sine regula/nullam dei rationem habentis)infusum/imbibitum,in ipso/collegio eorum. Et qui iacuit/mortuus i sepulchro,nō addet ad surgēdum. Quod si intelligatur assertiue/,negat christum iacētē in sepulchro surrecturū. Si autem interrogatiue,sensus ē ꝙ christus qui iacuit in sepulchro/nōne addet nobis onus ꝙ resurrexerit!quasi dicat sic/nisi prouideamus. Et significat timorem quem habuerunt pontifices ne discipuli christi dicerent plebi ꝙ surrexit a mortuis/& erit nouissimus error peior priore. Hæc quo ad inimicos. ℭ Quo ad domesticos aūt. Etiam vir pacificus meus/iudas iscariotes pacifice a christo tractatus & conuersatus cum eo: ꝙ confisus sum in eo/tribuēdo ei apostolicum officiū/& prçter hoc officium dispensatoris cōmendans ei loculos,manducans panem meum. erat enim cōmensalis christi/& pascebatur a christo:quia quæ dabantur/propter christum dabātur:& etiā panis buccellam a christo sibi datā mādũcauit. non obstantibus tot beneficiis magnificauit super me calcaneum. Offensam proditionis significat ex similitudine animalis calcitrantis contra eum qui curam illius habet. Et ē ratio similitudinis:quia repente contra omnem rationem contingit huiusmodi calcitratio contra hominem habentem curam illius equi. Solent enim huiusmodi animalia quātumcūq; aliis molesta fuerint/pacifice se habere cum curatore suo. propterea. n. præmissum est/pacificus meus/in quo confidebam/comedens panem meum:vt ostendatur contra omnem ratione huiusmodi repentina calcitratio. Et ne putes leuem calcitrationem/ait magnificauit:ita ꝙ nō solum leuauit calcaneum cōtra me, sed magnificauit illud/magnam effecit supplantationē:vtpote tradendo me morti.

Et tu domine miserere mei. Tractatur hic illa particula/liberabit eū dñs:dum christus prius orat, deinde exauditum se dicit:& demum gratias agit. ⁋ Orādo tria petit. Primum remotionem miseriarum quas patiendo & moriendo incurrit.& tu domine miserere mei. Secūdum resuscitationem corporis sui.& fac me surgere. Tertium autoritatē iudiciariam.& soluam eis/iuxta merita eorum: quod est officium iudicis. ⁋ Exauditum autem se aperit. In hoc cognoui ꝙ voluisti me,ꝙ non clanget/tuba gaudii & victoriæ,inimicus meus/iudęus,super me. Cognouerat christus homo anteq̄ resurgeret ab initio conceptionis suæ ꝙ deus voluit in ipso: hoc est ꝙ deus complacuit sibi in christo. sed cognouerat speculatiue:in resurrectione autem cognouit experientia.& propterea dicit in hoc cognoui/experimentaliter:prius enim hoc non fuerat expertus. Et intendit per negationem clangoris inimici/victoriam suam qua vicit mortē resurgendo. ⁋ Et ego in perfectione mea. Aduerte hic christo multiplici iure obtigisse resurrectionem/iudiciariam potestatem &c̄. Et quantum ad præsens propositum spectat/duplex ratio tangitur. Altera orationis. & tu domine miserere mei &c̄. Altera meriti. meruit siquidem christus hæc omnia/& exauditus est in omnibus pro sua reuerentia. Et ratione meriti subiungit. & ego in perfectione mea. Acsi aperte diceret. non solum peto,sed meritum perfectionis affero. Et ego in perfectione mea/meriti ꝙ,sustentasti in me/mundum ne in ęternę damnationis baratrum rueret:& fecisti stare me faciebus tuis ad ęternum/hoc est fecisti sedere me ad dexteram tuam in ęternum. ⁋ Gratias dęmum agens. Benedictus/benedictione laudis,dominus deus israelis/hoc est non alius deus q̄ deus veteris testamenti,a seculo & vsq; seculum:amen & amen. Geminatur coniunctione & desiderium fiat & fiat/propter sacietatem vtriusq; naturæ(animæ & corporis)in resurrectione. Vel geminatur affirmatio vere & vere,vt vtroq; cultu(scilicet interno & externo/animo & ore/absq; fictione) laudetur deus. Amen.

¶ VULGATA EDITIO. ¶ Victori/intellectus filiis core psalmus. XLI.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum:ita desiderat anima mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum:quando ueniam & apparebo ante faciem dei?
Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte:dum dicitur mihi quotidie ubi est deus tuus?
Hęc recordatus sum & effudi in me animam meam:quoniam trāsibo in locum tabernaculi admirabilis usq; ad domum dei.
In uoce exultationis & confessionis:sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea:& quare conturbas me?
Spera in deo:quoniam adhuc confitebor illi/salutare uultus mei & deus meus.
Ad meipsum anima mea conturbata est:propterea memor ero tui de terra iordanis & hermonii a monte modico.
Abyssus abyssum inuocat:in uocę cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua & fluctus tui:super me transierunt.
In die mandauit dominus misericordiam suam:& noctę canticum eius.
Apud me oratio deo uitę meę:dicam deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei?& quare contristatus incedo/dum affligit me inimicus?
Dum cōfringūtur ossa mea:exprobrauerunt mihi qui tribulāt me inimici mei.
Dum dicunt mihi per singulos dies:ubi est deus tuus?
Quare tristis es anima mea:& quare conturbas me?
Spera in deo:quoniam adhuc confitebor illi/salutare uultus mei & deus meus.

¶ IUXTA HEBRÆUM ¶ Vincenti intelligentia filiis core. XLII.

1 Propheta Sicut cerua glocitabit super fluenta aquarum:sic anima mea glocitabit
† di ad te deus†.
† dij † deo uiuo 2 Sitiuit anima mea ad deum†/ad deum uiuum†:quando ueniam & uidebo facies dei†?
† deorum 3 Fuit mihi lachryma mea panis die ac nocte:in dicendo ad me tota die:ubi est deus tuus?
4 Horum recordabor & effundam super me animā meā: meditando qm̄ transibo in numero/ince
† deorum dā cū eis usq; domū dei†/in uoce cantus & cōfessionis multitudo festiuans erit.
† dij 5 Quid incuruaberis anima mea & tumultuaberis super me:expecta deum†/quia adhuc
confitebor eum oppositione salutes facierum eius.
6 Deus meus/super me anima mea incuruabitur:ideo recordabor tui de terra iordanis &
hermoniorum/a monte paruo.
† uoci 7 Abyssus ad abyssum uocās est in uocę† canalium tuorum:omnes fractiōes tuæ & undæ
tuę super me transierunt.
8 Die pręcipiet dn̄s gratiam suam & nocte canticū suū mecū:oratio est deo uitarū mearū.
9 Dicā deo. Orō. petra mea q̄re oblita es mei?q̄re ater icedā in opp̄ssione inimici?
10 In occisione in ossibus meis?exprobrauerūt mihi angustatores mei in dicere suo ad me
tota die/ubi deus tuus?
11 Propheta. Quid incuruaberis super me anima mea & quid tumultuaberis super me?

expecta

expecta deum†, quoniã adhuc cõfitebor eũ [appositiue] salutes facierum mearum & deum meũ. † di.

Titulus est. Vincẽti intelligẽtia filiis core. Et est sensus ꝙ psalmus iste est intelligentia ocultorũ, attributa filiis core vt qbus reuelatio facta est, vel saltẽ vt cantoribus. nã filii core non solũ fuerunt ianitores (vt dicitur. 1. paral. 26.) sed ẽt fuerunt cantores: vt patet. 2. paral. 20. Vbi dicitur. porro leuitę de filiis chaath & de filiis core laudabant dominum deum israel voce magna in excelsum. Quia tamẽ ordinate fiebat ista distributio, ideo prępon itur vincenti. i. prę sidenti musicę.

¶ Ex quo titulo nõ habeẽ materia psalmi, nisi generaliter ꝙ est intelligentia quędã. verũ ex ipso psalmo facile patet ꝙ ppheta in psona populi dispersi & affectãtis apparere corã deo in hierusalẽ loquiẽ. desiderat enim venire & apparere ante faciẽ domini: quod est desiderare cultũ dei in hierusalẽ. Narrat se interim multipliciter afflictum: & specialiter blasphemiis inimicorum, vbi est deus tuus? Quod insinuat ipsum in captiuitate esse, & adhuc non liberatum a deo. Verũ an iste psalmus tractet ad literam affectũ populi in captiuitate babylonica suspirantis ad regressum in hierusalẽ (cõcessum tãdẽ a cyro persarũ rege) an tractet de affectu totius populi israel ad mesiã pmissum in hierusalẽ, sub dubio relinquo. Longa siquidẽ dilatio significata in versiculo. 9. (petra mea quare oblita es mei &c̃.) consonat magis regressui ad mesiã: qm̃ in captiuitate babylõica nõ fuit multa dilatio: imo extabãt tpe regressus adhuc hoĩes qui viderãt primũ tẽplũ: vt diciẽ. 1. esdrę. 3. Vtcunq̃ sit, satis constat ꝙ de affectu dispersi populi ad veniendũ ad hierusalem (locũ diuini cultus) psalmus tractat ad literam.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Populus israel dispersus, ad diuinũ cultũ in dei tẽplo sitit. tũ hinc qa deus blasphemaẽ, inde ob promissum reditũ ad domũ dei. tũ hinc ob multiplicẽ ppriã afflictionẽ, inde ob memoriã diuinę opis in primo igressu terrę pmissiõis. Et supplicat ne differat reductionẽ, cõfortãdo seipm̃ iterum i diuina spe.

¶ Persona loquens propheta est.

Sicut ceruа glocitabit sup fluenta aquarum. Diuidiẽ psalmus in partes duas: ppositiuã materię, & executiuã, ibi horũ recordabor. Proponit tria. Primũ magnũ desideriũ suũ ad deum, ad similitudinẽ ceruę desiderãtis aquas. Vbi aduerte duo. Primũ ꝙ aĩal de quo est sermo, in hebręo significaẽ foeminini generis: sed aiũt nõ esse vsquequaq̃ certum ꝙ foemina hęc sit cerua: quum possit ẽt itelligi caprea. Alterũ ꝙ dictio hebraica sonat clamorẽ pprium illius aĩalis: puta ceruę. Et ideo qa sicut hinnire est equorũ, rugire leonũ, mugire taurorũ, ita glocitare ceruorũ, oportuit interpretẽ dicere. sicut cerua glocitabit, hoc est sua naturali voce clamabit, sic aĩa mea glocitabit ad te deus, hoc est pportiõaliter sua naturali voce aĩa clamabit ad te deus. Et pponitur vtrunq̃ in futuro: qm̃ psalmus iste intelligẽtia est futuri tũc status iudęorũ in dispersione. rõne siquidẽ talis futuri status pphetat dauid ꝙ aĩa sua clamabit ad deũ sicut cerua ad fontes aquarũ. ¶ Secũdũ. Sitiuit aĩa mea ad deũ. Ne putares similitudinẽ ppositã intelligi de affectu aquę ad balneum, explicat ꝙ de affectu aquę ad potum intendit, dicens. Sitiuit aĩa mea ad deũ, nõ pictũ, sculptũ aut fictũ, sed deũ viuũ. Quid aũt sitit subiũgit. quando veniã & videbo facies dei? Videre facies dei appellat psentare se templo dei. Vnde pceptum erat, ter in anno apparere corã deo. Et describiẽ ibi facies dei, pp̃ter psentiam dei tanq̃ in loco electo ad cultũ diuinũ. Consonatq̃ rõ faciei more humano: qm̃ facie hõ cognosciẽ & cognoscit. Et sic diciẽ videre facies dei, vt q̃si recognoscat deũ vt subditus dominum. Et scito ꝙ in hebręo habeẽ in datiuo deo, deo viuo: sed mutauit cõstructio ad deũ, deũ viuũ. ¶ Tertiũ. Fuit mihi lachryma. Ratio tãti desiderii nõ est solũ carere bono desiderato (scilicet apparere corã deo) sed magis est malũ magnũ quod interim patior. Nã fuit mihi lachryma mea panis. i. ad similitudinẽ cibi necessarii, nõ ad horam sed die ac nocte, in dicendo mihi tota die: hoc est dum inimici dicerent mihi in faciẽ tota die pseuerando hanc blasphemiã, scilicet vbi deus tuus? Similis enim modus blasphemãdi legitur. 4. reg. 18. Vbi rapsaces populo ezechię dicebat. Vbi ẽ deus emath? vbi est deus sepharuaim &c̃. (subiũgẽdo) vt possit eruere dñs hierusalẽ de manu mea. Est ergo sensus blasphemię. vbi est deus tuus liberãs te. Tristis vere animus de inhonoratiõe dei, pascitur lachrymis, non habens aliud impsentiarum remedium: amans quippe non potest sentire tam continuam contumeliam amati sine continuis lachrymis. operatur enim magna amor dei si est in aĩo, & si operari renuit, amor non est inquit greg.

¶ Horũ recordabor. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, quando veniam & videbo. Secundo illa, sicut cerua &c̃. sitiuit aĩa mea ad deũ &c̃. ibi deus meus. Tertio tractaẽ illa, fuit mihi lachryma &c̃. ibi die pcipiet. ¶ Aduerte ꝙ tria sunt pposita. s. bonũ affectatũ. s. apparere in domo dñi: & hoc explicatũ est in secũdo versiculo. Et afflictio aĩ: q̃ tangiẽ in primo versiculo in afflictiõe ceruę vexatę, & ppterea sitiẽtis. Et demũ moestitia cõtinua de blasphemia dei: q̃ explicata est in tertio versiculo. Horũ trium, recordabor, hoc est nõ postergabo hęc, nõ tradã obliuioni sed ad memoriã reuocabo: & reuocãdo ad memoriã hęc, effundã sup me aĩam meã, reducã intellectũ & affectũ meũ ad meipsum. Primi reg. 1. anna samuelis mater dixit ad heli sacerdotẽ. effudi aĩam meã in cõspectu dñi,

quãdo ſeipſam in deũ reduxerat orãdo.iſte aũt qa ad ſeipm̃ ſuas meditationes reuocare intẽdit,effundã inquit ſup me aĩam meã meditantẽ.Quid aũt meditaturus ſit ſubiungit.qm̃ tranſibo in numero, incedã cũ eis vſq; domũ dei.Inter memoriã triũ dictoꝝ maloꝝ,cõſolatio miſcet meditãdo diuinã ꝓmiſſionẽ.hanc enim denotat cõiunctio qm̃:quia ipſa eſt vera cã reditus ad domũ dei. Et ꝓpterea ait. qm̃ tranſibo in numero/in numeroſitate comitatus.Nec trãſibo accelerans aut diuulſus,ſed incedam cũ eis/hoc eſt pedetẽtim ambulans cũ iſta multitudine.talẽ ſiquidẽ ambulationẽ ſonat dictio hebraica:vt intelligas ſecuritatẽ itineris.Et hoc nõ per partẽ itineris,ſed vſq; domũ dei.Nec ſola aderit ſecuritas:ſed in voce laudis/q̃ fit cantãdo,& cõfeſſionis/diuinę virtutis,multitudo feſtiuãs/ſupple perget. Et impletũ eſt hoc ad lrãm teſte ioſepho in.xi.li.anti.in ſecũdo regreſſu zorobabel ſub dario rege perſarũ,qñ in cymbalis ierunt ex babylonia in hieruſalem.¶ Ex qua ꝓmiſſione apoſtrophat ꝓpħa ad ꝓpriã aĩam/cõfortando ipſam.Quid incuruaberis aĩa mea & tumultuaberis ſup me?Depingit hic pugna animę contra hoiem,ex eo ꝙ aĩa grauata multum triſtitia ꝓpter deſiderati boni abſentiã/nimis deiiciebatur:hoc eſt ꝙ triſtitia incuruabat/deiiciebat aĩam a viuacitate ſpei,& cõturbabat tranquillitatẽ aię.Hęc enim duo ſignificant,dũ nõ interrogando ſed cohibendo & arguẽdo ait.qd incuruaberis/ex celſitudine tantę ſpei,aĩa mea:& tumultuaberis/ꝑ modũ tumultuantis inquietabis,ſup me.Expecta deũ (hinc apparet ꝙ incuruatio reſpectu ſpei ĩducta eſt)qa adhuc cõfitebor/confeſſione laudis, eũ/deũ:nec ſolũ eũ ſed etiam ſalutes facierum eius.i.pręſentię eius/hoc eſt ſalutes multas in domo domini,quod eſt bonum tam deſideratum.

Deus meus/ſup me aĩa mea incuruabitur. Tractat hic multitudo afflictionũ ſignificata in primo verſiculo:tria declarãdo.Primo ꝑiculũ icuruationis aię a ꝑfecta rectitudine viuę ſpei. Deus meus (fiducialiter exponit deo ꝑiculũ)aĩa mea incuruabit a ꝑfecta rectitudine ſpei,ſup me.Dixerat ſuprus/ effundã aĩam meã ſup me:dicit mõ ꝙ iſta effuſio nõ ſufficit.Et rõ in altero verſiculo ſubiũgit.Abyſſus ad abyſſum vocãs in voce canaliũ tuoꝝ,oẽs fractiones tuę & vndę tuę ſup me tranſierũt.Multitudo tribulationũ hic ſignificat ex ſimilitudine aquarũ duplici.Prima penes inũdationes aquarũ ſup terrã ex duabus partibus:ſcilicet ex elemẽtis ſuperioribus per pluuiã/& ex elemẽtis iferioribus ꝑ eruptionem fontiũ. Vñ dicitur in geneſi ꝙ apertę ſunt cataractę coeli & rupti ſunt fontes abyſſi. Et ex vtraq; parte meatus appellant hoc in loco canales ſeu fiſtulę dei:& dicit ꝙ in voce canaliũ/hoc eſt in ſonoro curſu ſeu deſcẽſu aquarũ ꝑ canales ſeu fiſtulas tuas tã ex nubibus q̃ ex fontibus,abyſſus/hoc eſt profunditas vna aquarũ,ad abyſſum eſt vocans/hoc eſt inuitãs & ꝑtingens.nã ſm naturã quum aquę tã affluẽter e nubibus & fontibus fluũt vt ſonent/iungit vna ꝓfunditas alteri. In terra iungitur lacus fluminibus ꝑ redundãtiã,& vnus lacus alteri per effluxũ:ita ꝙ apparet quãdoq; terrę pars magna velut vnũ mare.Et intẽdit dicere ꝙ abyſſus inuitat abyſſum in tãto effluxu aquarũ ꝙ nõ pluere aut fluere ſed per canalia ſonãdo ruere appareãt aquę.Et intẽdit ꝑ hãc parabolã ꝙ ſicut tẽpore magnarũ inundationũ abyſſus abyſſum ſic inuocat,ita in hac ſua captiuitate afflictio afflictionẽ inuitat. ¶ Altera ſimilitudo eſt penes aquas maris,in quibus ſunt vndę maximę infractę in ſeipſis & vndę etiam magnę quę confringuntur ad obſtacula occurrentia. Vtraſq; vndas dictiones hebraicę ſignificant.& q̃ primo loco poſita eſt ſignificat vndas q̃ cõfringunt(& ꝓpterea dicunt hebraice fractiones)altera autẽ infractas. Et intendit ꝙ omne genus tribulationum venit ſup nos.¶ Remediũ aũt in lrã interponitur.metrica ſiquidẽ ſcriptura nõ ſeruat exacte ordinẽ ſniarũ,ſed interſecat eas.Remediũ eſt memoria beneficiorũ diuinoꝝ quę olim collata fuerũt populo quũ primo ĩtroductus eſt in terrã ꝓmiſſionis. Vbi aduerte ꝙ ſupius cõſolatus eſt ſe/meditãdo ꝓmiſſionẽ diuinã de futuro beneficio reductionis in domũ dei: mõ cõſolatur ſe ex memoria pti ſimilis beneficii/dicẽs.Ideo ne incuruet aĩa mea inter tot tribulationes,recordabor tui deus de terra iordanis & hermonioꝝ a mõte paruo.Clara eſt recordatio dei de terra iordanis. ſignificat enim beneficia diuina tẽpore ioſue,qui ĩtroduxit populũ ex iordane in terrã ꝓmiſſionis.Clara quoq; eſt recordatio dei de terra hermonioꝝ:qm̃ ſignificat beneficia collata populo tpe moyſi in debellatione regũ amorreoꝝ trans iordanẽ.ſ.ſeon & og.hęc enim fuerũt a torrẽte arnon vſq; ad montem hermon:vt patet deute.3.Pluraliter aũt credit ſignificari ꝓpter diuerſitatẽ partium ad diuerſas nationes ſpectãtiũ. Vñ dicit ibidẽ ꝙ ſidonii vocãt ipm̃ ſirion/& amorrei ſanir.vt perinde ſit dictũ hermonioꝝ acſi fuiſſet dictũ hermon/ſirion & ſanir.¶ Nõ liquet aũt qd intelligat ꝑ montẽ paruũ.Quidã putant mizar eſſe nomẽ ꝓpriũ mõtis,& dictũ a mõte mizar:ſed qa in ſcriptura hoc nõ appare/nõ audeo cõſentire.Vnde rectius eſt vt a monte paruo ĩtelligamus a mõte oreb:qui eſt mõs dei & primus locus in quo ĩchoauit deus loq ad moyſen de eductione populi ex egypto in terrã ꝓmiſſionis,qui eſt mõs paruus.Et cõſonat ſentẽtię:vt populus cõſoletur ſe ex fine/de terra iordanis,ex medio/& hermonioꝝ,& ex principio liberationis & eductionis populi in terram promiſſionis/a monte paruo.In hebręo habetur in datiuo voci,ſed conſtructio mutauit in voce.

Die ꝓcipiet dñs. Tractatur hic ille verſiculus/fuit mihi lachryma mea &c̃.tali ordine.Primo deſcribitur merces:ſcilicet ꝙ pro eo ꝙ fleuit die ac nocte,dabit deus die quidem gratiam ſuam mecum: in qua comprehenduntur vniuerſa dona dei gratuita.nocte vero canticum ſuum mecum: in quo

comprehendiẽ vniuersa lętitia spẽs in deo. ¶ Deinde describiẽ mediũ: scilicet ꝙ interim ꝙ deus det hęc in templo suo, vtar medio orõnis. Oratio, interim mea, deo vitarũ mearũ, autori & conseruatori. Dicã deo. ecce orõ. Petra mea quare oblita es mei, ad similitudinẽ obliti retardas reductionẽ mei? Et rursus quare ater icedã, hoc est ad similitudinẽ lugẽtiũ ꝓcedo de tristitia in tristitiã? Ita ꝙ duo mala explicat. Et ꝙ obliuioni datus est. Et hoc minus malũ esset nisi ꝓcederẽ de tristitia in tristitiã: qđ est in accumulatione maloꝝ esse. Ac si diceret. quare in vtroq; malo (dilationis scilicet & augmẽti maloꝝ) me vides nõ succurrẽdo? ¶ Occasiones aũt augmẽti maloꝝ subiũgit tres. Prima. in oppressione inimici. in quo significaẽ oppressio populi dispersi ab inimicis. Secunda. in occisione in ossibus meis. In quo significari videẽ occisio maioꝝ, qui sunt velut ossa populi: vtpote qa sicut ossa sustẽtãt corpus ita primates sustinẽt populũ, monẽdo, cõfortãdo, exẽpla ꝑbẽdo. Vel significatur occisio iminẽs. quã constat magis iminere primatibus ꝙ plebi: vt patet de mardocheo. cõsueuerũt enim irati principes seuire in capita multitudinis. Tertia. exprobrauerunt mihi angustatores mei in dicere suo ad me tota die vbi deus tuus? Hę sunt rõnes dicendi deo. quare oblitus es mei, & quare ater incedã? Aduerte hic ꝙ primũ ꝓpheta itroducit cõsolationẽ ex meditatione ꝓmissi beneficii. deinde ex recordatione receptorũ olim beneficiorũ. & nũc tertio ex oratione recurrẽdo ad deũ: vt integra sit afflicti cõsolatio durãte afflictione. ¶ Demũ iteꝝ apostrophat ad aĩam suã. Quid incuruaberis aĩa mea? Et repetunẽ versiculi supiores, cũ triplici tñ differẽtia. Prima est ꝙ hic repetiẽ interrogatiuũ, & qđ tumultuaberis sup me? Et hoc ad augmẽtũ increpationis spectat. Secũda est ꝙ hic diciẽ ꝓnomẽ meaꝝ, salutes facierũ mearũ: ibi dictũ est salutes facierũ eius. vt itelligas ꝙ confitebiẽ salutes & ꝑsentię diuinę, hoc est in domo dei: & ꝑsentię proprię. In quo videẽ significare ꝙ ipsemet videbit has salutes: ac ꝑ hoc nõ multũ distare. Et reuera vt dictũ est, multi coꝝ qui viderãt tẽpluũ prius, interfuerũt fundationi secundi templi. Tertia: qa hic addiẽ & deũ meũ, ꝑ gratiã cultus. ¶ Recole & aduerte ꝙ in hoc psalmo ꝓpheta loquiẽ in ꝑsona populi dispersi. & ꝓpterea quũ conuertit sermonẽ ad aĩam suã, videẽ ꝙ sit parabolicus sermo: hoc est ꝙ sicut in vno & eodẽ hoĩe hõ ẽm partẽ supiorẽ. i. mentẽ, cõfortat seipm ẽm partẽ iferiorẽ (quã significat aĩa ab officio aĩandi corpus, a respiciẽdo iferius significata) ita in vno populo velut vno corpore mystico pars superior ꝙ magis sapit ea q̃ dei sunt, cõfortat ibecilliorẽ partẽ magis sapientẽ ea quę sunt affectus carnalis. Et iuxta hãc similitudinẽ intelligimus psalmũ hũc dictũ a populo in ꝑsona spũalium qui itelligebãt & firma spe expectabãt aditũ in hierusalẽ, summa auiditate illũ cupiẽtes: vt erant daniel, zacharias, aggeus &c̃. Et hi inducunẽ cõfortare infirmiores, minoris spei & maioris murmuris. Quos ẽt vt blande intelligas confortatos, describit a supioribus appellatos aĩam suam. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. .XLII.

Vdica me deus & discerne causam meam: de gente non sancta ab homine iniquo & doloso erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti, & quare tristis incedo dum affligit me inimicus?
Emitte lucem tuam & ueritatem tuam: ipsa me deduxerũt & adduxerũt in montem sanctum tuum & in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deum qui lętificat iuuentutem meam.
Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es aĩa mea, & q̃re cõturbas me?
Spera in deo: quoniam adhuc confitebor illi, salutare uultus mei & deus meus.

¶ IVXTA HEBRÆVM. XLIII.

1 Propheta. IVdica me deus† & litiga litem meam: a gente non gratiosa, a uiro doli & iniquitatis erues me. † dij
2 Quia tu deus fortitudinis meę: quare elõgasti me, quare ater icedã ĩ oppꝛssiõe inimici?
3 Mitte lucem tuam & ueritatem tuam: ipsa ducent me, introducent me ad mõtem sanctitatis tuę & ad tabernacula tua.
4 Et introibo ad altare dei† ad deum lętitię, exultationis meę: & confitebor te in cithara deus† deus meus. † decorum † dij
5 Quid incuruaberis anima mea, & quid tumultuaberis super me? expecta deum†, quoniam adhuc confitebor eũ oppositiue salutes facierum mearum & deum meum. † dijs

TItulus nullus est.

¶ Materia psalmi (vt ex ipso apparet) eadem est cũ materia psalmi p̃cedentis. nã manifeste hic agit̃ de liberatione ppl̃i a gẽtilibus, & de reditu ad domũ dei: & sil̃r cõfortat seip̃m ppl̃s vt prius.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Populus dispersus petit liberari a gente prophana & duci ad domum dei, sacrificaturus & laudaturus deũ: interimq; seipsum confortat in diuina spe.

¶ Persona loquens propheta est in persona populi dispersi.

IVdica me deus. Diuidit̃ psalmus in ptes duas: ppositiuã materię, & executiuã, ibi a gẽte. Duo p̃ponit. Alterũ est. iudica me: hoc est ius dicito, s̃niam profer pro me. Et in hoc petit nõ differri p̃mulgationẽ sententię. Alterũ est. & litiga litẽ meã. In quo executionẽ sentẽtię pro cã sua petit. Et primum quidẽ petit tanq̃ a iudice. secũdũ tanq̃ ab executore, imo ab agẽte cãm suã. Et p̃inde dictũ est litiga litẽ meã, acsi dictũ fuisset p̃fice, ad optatũ effectũ deduc litẽ meã. ¶ Vbi aduerte q̃ psalmus iste est velut cõplemẽtũ psalmi p̃cedẽtis: & ppterea incipit petendo expeditionem causę. nã psalmus p̃cedens descripsit populũ sitientẽ, meditãtem, recordantẽ ac orantẽ, non tamen explicite petẽtem: iste autem introducit populum petentẽ tum seip̃m iudicari, tum litẽ suam ad optatum finem duci.

¶ A gente nõ gratiosa, a viro doli & iniquitatis erues me. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat̃ illa p̃ticula, iudica me deus. Secundo illa, & litiga litẽ meã, ibi mitte lucẽ tuã. ¶ Circa iudiciũ intẽdit pponere ex vna pte cõditiones gẽtiũ iter quas est dispsus, & ex altera pte cõditiones suas: ex his inferẽs s̃niam dãdã pro se. Cõditiones gẽtiũ pponit tres. Prima est nõ gratiosa: hoc est nõ benefica, nõ benigna. per quã negationẽ videt̃ isinuare negationẽ oĩum virtutũ. Secũda q̃ est dolosa intus in aĩo. Et tertia q̃ est iniqua extra i factis. Et ex his demeritis statim ifert. erues me, eripies me, a gẽte tã iniq̃. ¶ Cõditiones aũt suas, ex pte dei nõ ipsius populi cõputat. q̃a tu deus fortitudinis meę. Non audet allegare merita, sciẽs q̃ p̃ culpa sua dispsus est: sed audet allegare honorẽ dei: q̃a. s. tu es deus fortitudinis meę. & p̃tentę, quũ itroduxisti me in terrã p̃missionis a principio. & subsecutę, defendẽdo me tãto tp̃e in terra p̃missiõis. & futurę: q̃a nõ aliũde expecto fortitudinẽ nisi a te. Ex hoc iquã q̃ tu es deus oĩs fortitudinis meę, cõsequẽs est vt me iudices nec amplius differas: q̃re elõgasti me, quare ater icedã in oppressione inimici! Acsi apte diceret. cõsiderãti q̃ tu es deus fortitudinis meę, mirũ est, mirũ apparet, q̃ tantũ elõgasti me, elõgatione tp̃is: & sil̃r q̃ tãto tp̃e incedã tristis, moerẽs. Et est repetitio summaria dictorũ in p̃cedẽti psalmo: vbi orãdo dixit. petra mea (qđ idẽ est qđ firmitas mea) q̃re oblita es &c̃. Sed qđ ibi attribuit obliuioni, hic attribuit volũtarię elõgatiõi. ¶ Et aduerte q̃ duplices suas cõditiones pponit populus. Et ex parte dei: q̃a deus ẽ fortitudo eius. Et multiplici afflictione quã patit̃, exaggerãdo afflictiones: dũ cõiungit eas cũ illa cõditione q̃ deus est fortitudo eius. Hinc enim admiratiue subiũgit, quare elõgasti! quũ appareat q̃ debeat esse oppositũ. Collige itaq; inde conditiones gẽtis iniquę, hinc tot afflictiones populi cuius solus deus est fortitudo, & inferes sententiã liberationis.

Mitte lucẽ tuã. Tractat̃ hic illa p̃ticula, litiga litẽ meã: petẽdo vt p̃ducat illã ad finẽ executiõis. Et primo petit mediũ, nõ arma sed lucẽ & veritatẽ. Vbi pph̃a manifeste p̃uidit reductionẽ dispsi ppl̃i ad hierusalẽ (siue tp̃e mesię siue tp̃e zorobabel) nõ futurã potẽtia aut vi armorũ, sed diuina illustratiõe efficiẽdã. vñ nõ petit, extẽde brachiũ tuũ, sed mitte lucẽ tuã. Quod verificatũ ẽẽ i aduẽtu mesię, nõ est dubiũ: ambulãtibus. n. in regiõe vmbrę mortis lux orta ẽ eis. Reductio quoq; captiuitatis babylõicę facta ẽ mittẽte deo lucẽ, clarificãtẽ & mẽtẽ cyri regis & iudęos, q̃ q̃si obscuri iacebãt iter tenebras gẽtiũ. nã (vt dr̃. 2. parali. vlti. & in p̃cipio esdrę) suscitauit dñs sp̃m cyri regis persarũ: & p̃dicauit clare dei nomẽ & reedificationẽ tẽpli cũ libertate iudęorũ redeũdi i hierusalẽ. Vbi app̃et missa a deo lux & veritas: postmodũ renouata in dario, xerxe & artaxerxe. Et vltra veritatẽ cognitã q̃ deus gubernat mũdũ, missa est veritas p̃missionis factę de reductione populi in hierusalẽ: vt p̃miserat p̃ hieremiã. ¶ Deĩde subdit̃ efficacia lucis & veritatis. Ipsa ducẽt me, nec solũ ducẽt sed itroducẽt me ad mõtẽ sc̃titatis meę (q̃ ẽ mõs moria: in quo cõstat edificatũ ẽẽ tẽpluũ. 2. parali. 3.) & ad tabernacula tua, circa tẽplũ &c̃. ¶ Tertio explicat̃ finis reditus. Et itroibo ad altare dei, offerẽdo sacrificiũ: nec solũ ad altare sed ad ip̃m deum lętitię exultatiõis meę. Parũ esset sacrificare in altari, nisi mẽte offerremus mẽtes n̄ras deo. qui dicit̃ deus lętitię internę, exultationis externę tũc futurę: vt itelligas deũ tõnem totius lętitię. Et cõfitebor te in cithara deus deus meus: nõ erit vana aut pphana lętitia, sed ad laudẽ dei, adiũctis ẽt organis musicis, sĩgnificatis per cithatã. ¶ Demũ apostrophat ad aĩam suam, de verbo ad verbũ sicut in calce p̃cedentis psalmi. Vnde non est opus repetere expositionem. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO, ¶ Pro victoria filiis core eruditio. XLIII

DEus auribus n̄ris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis.
Opus quod operatus es in diebus eorum: in diebus antiquis.
Man9 tua gẽtes dispdidit & plãtasti eos: afflixisti pp̃los & expulisti eos.
Nec eni in gladio suo possederũt terrã: & brachiũ eorũ nõ saluauit eos.

Sed dextera tua & brachium tuũ & illuminatio uultus tui: quoniam cõplacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus & deus meus: qui mandas salutes iacob.
In te inimicos nostros uentilabimus cornu: & in noĩe tuo spernemus isurgẽtes in nos.
Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos confudisti.
In deo laudabimus tota die: & in nomine tuo confitebimur in seculum.
Nunc autem repulisti & confudisti nos: & non egredieris deus in uirtutibus nostris.
Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt nos diripiebant sibi.
Dedisti nos tanq̃ oues escarum: & in gentibus dispersisti nos.
Vendidisti populum tuum sine precio: & non fuit multitudo in cõmutationibus eorũ.
Posuisti nos opprobrium uicinis nostris: subsannationem & derisum iis qui sunt in circuitu nostro.
Posuisti nos in similitudinem gentibus: cõmotionem capitis in populis.
Tota die uerecundia mea contra me est: & confusio faciei meę cooperuit me.
A uoce exprobrantis & obloquentis: a facie inimici & persequentis.
Hęc oĩa uenerunt super nos: nec obliti sumus te/ & inique non egimus in testõ tuo.
Et non recessit retro cor nostrum: & declinasti semitas nostras a uia tua.
Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos umbra mortis.
Si obliti sumus nomen dei nostri: & si expandimus manus nostras ad deum alienum.
Nonne deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis.
Quoniam propter te mortificamur tota die: ęstimati sumus sicut oues occisionis.
Exurge/ quare obdormis domine? exurge & ne repellas in finem.
Quare faciem tuam auertis: obliuisceris inopię nostrę & tribulationis nostrę?
Quoniã humiliata est in puluere aĩa nostra: conglutinatus est in terra uẽter noster.
Exurge domine: adiuua nos & redime nos/ propter nomen tuum.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti filiis core intelligentia. XLIIII.

1 Propheta. DEus † in auribus nostris audiuimus: patres nostri narrauerunt nobis, qđ
opus operatus es in diebus eorum/ in diebus antiquitatis.
2 Tu manu tua gentes expulisti & plantasti eos: malefacies populis/ & emisisti eos.
3 Quoniã non in gladio suo hereditauerunt terram/ & brachiũ eorum nõ saluauit eos: sed dextera tua/ & brachium tuum/ & lux facierum tuarum, quia uoluisti ipsos.
4 Tu ipse me rex meus: deus † pręcipe salutes iacob.
5 et In te angustatores nostros cornupetemus: in nomine tuo conculcabimus insurgentes nostros.
6 Quia non in arcu meo confidam: & gladius meus non saluabit me.
7 Quia saluasti nos de angustatoribus nostris: & odientes nos confudisti.
8 ideo In deo † laudauimus tota die: & nomen tuum ęterno confitebimur. Selah.
9 Etiam elongasti te & erubescere fecisti nos: & non egredieris in exercitibus nostris.
10 Facies uertere nos retro ab angustatore: & osores nostri diripuerunt sibi ñra e nos.
11 Dabis nos quasi ouẽ escę: & in gẽtibus uentilasti nos.
12 Vendes populum tuum sine opulentia: & non multiplicasti tibi in cõmutationibus eorũ.

13 Pones nos opprobrium uicinis nostris:subsannationẽ & irrisum circundãtibus nos.
14 Pones nos prouerbium in gentibus:cõmotionem capitis in populis.
15 Tota die erubescentia mea coram me:& confusio facierũ mearum cooperuit me.
16 A uoce exprobrantis & blasphemãtis:a faciebus inimici & ultoris.
17 Omne hoc mali uenit nobis:& obliti nõ sumus tui/& non mentiti sumus in pacto tuo.
18 Non est tractũ retro cor nostrum:& nõ deuiauit gressus noster a semitis tuis.
19 Quoniam contriuisti nos in loco draconis:& operuisti super nos in umbra mortis.
20 Si obliti sumus nõis dei nostri/& extendimus palmas nostras deo alieno,
† dij 21 Nunquid non deus † inuestigabit istud:qm̃ ipse est cognoscens occulta cordis.
22 Quoniã sup te euãgelizato interfecti sumus tota die:reputati sumus ut ouis macelli.
† dñi mei 23 Expergiscere/quare dormies dñe † : uigila,ne elongare sempiterno.
24 Quare facies tuas abscondes:obliuisceris afflictionẽ nostrã & oppressionẽ nostrã:
25 Quoniam incuruata est pulueri aĩa nostra:adhesit terrę uenter noster,
26 Surge/auxiliare nobis:& redime nos propter gratiam tuam.

Titulus est. Vincẽti filiis core intelligẽtia. De quo vt supra in titulo psalmi.42.
¶ Quę aũt sit materia/nõ apparet ex titulo. Vnde inuestigãdo illã scito aliqd circa materiã psalmi manifestũ & aliqd ambiguũ esse. Manifestũ qppe est cõmemorari diuina beneficia collata populo hebręo℞ quum introductus est in terram promissionis/deo pro illis pugnante,& deplorari ꝙ in p̃sentia totum oppositũ deus facit:& hoc sine ipsius populi flentis culpa. Ambiguũ autem restat quo tempore hęc quę posterius deflenꝭ mala/verificata sunt:an scilicet tẽpore veteris an tẽpore noui testamẽti. Et est rõ dubii:quia nullibi in tota historia veteris testamẽti inueniunꝭ verificari hęc duo simul: scilicet tãtam populi afflictionẽ quãta hic describiꝭ/& simul tãtã populi inocentiã quãta hic describitur. Et bene nota ꝙ ẽ sermo de populo & nõ de singulari ꝑsona:vt thobia seu hieremia. populus qppe iustus nusq̃ legitur sic afflictus vt hic describitur. Vnde materia istius psalmi nõ est populus captiuus ĩ captiuitate babylonica aut quacunq; alia tam israel q̃ iuda:quoniã constat ꝙ ꝑpter sua peccata fuerunt dispersi. Et similiter nõ est populus afflictus sub antiocho:intantũ vt.2.macca.5.dicaꝭ. erant autẽ toto triduo.80.milia interfecti.40.milia vincti,nõ minus autẽ venundati, Quia ꝑpter eo℞ peccata (vt ibidẽ diciꝭ)hoc euenit. Et intantũ tũc recesserũt a deo iudęi ꝙ in.6. capitulo subdiꝭ. nec simpliciter se quisq̃ iudeũ confitebaꝭ:& quũ liberi sacra celebrarenꝭ/cogebanꝭ hedera coronati libero circuire. Populus aũt de quo psalmus iste tractat/nõ est oblitus dei/nec inique gessit in testamẽto dei/nec recessit retro cor eius:& ꝑpterea quasi admiratur ꝙ deus se affligit tanti vehemẽter. In oppositũ autẽ sonãt verba psalmi,sonantis populum istum esse iacob & filios antiquo℞ patrũ iudęo℞. ¶ Rursus si hęc mala non verificantur in populo hebręo/oportet assignare historiam quãdo in nouo testamẽto verificata hęc fuerĩt:& quum nullibi inueniaꝭ ꝭm historię sensum hoc verificatũ,nõ minor cõsurgit ambiguitas. Quoniã aũt nõ res sermoni sed sermo rei debet esse subiectus/& ex rerũ gestarũ historiis constat nõ esse hic sermonẽ de populo veteris testamẽti flente hmõi mala cũ tanta inocẽtia, cõsequẽs est vt populus testamẽti noui cũ summa innocẽtia vehemẽtissime afflictus ꝓpheteꝭ/deflens tot mala simul cũ innocẽtia. ⁋ Nec obstat ꝙ nõicetur populus iacob:quoniã millies christianus populus in sacra scriptura appellaꝭ israel seu iacob/ꝓ vnitatẽ fidei in populo vtriusq; testamẽti. Appellanꝭ quoq; filii iudęo℞.tũ quia salus ex iudęis est:vt diciꝭ ioan.4.tũ quia primi fundatores ecclesię(quorũ tẽpore hęc verificata sunt)fuerunt ẽt natione iudęi. ⁋ Similiter nõ obstat ꝙ in nouo testõ nõ fuerint verificate spẽs malo℞ hic enumerato℞:puta ꝙ fuerĩt venditi. plures enim in sacra scriptura spẽs ꝓ genere poniꝭ:& sicut poenę inferni describunꝭ ex similitudine poena℞ fletus/stridoris dentiũ/vermium & hmõi,ita poenę populi primitiuę ecclesię describunꝭ ad similitudinẽ poena℞ populi fugiẽtis a pręlio/direpti/subiecti/vẽditi/occisi. ⁋ Et q̃uis tõ hęc ex rebus gestis sufficiẽs sit ad suadẽdũ populũ istum eẽ populũ primitiuę ecclesię,fulciꝭ tñ ex autoritate sacrę scripturę. nã paulus apostolus ad ro.8.affert verba huius psalmi de seipo & sui similibus dicta. Quis nos separabit a charitate chri:tribulatio &c. sicut scriptum est. qa ꝑpter te mortificamur tota die,ęstimati sumus sicut oues occisiõis. Vndiq; ergo apparet psalmũ istũ ad literã introducere populum christianum vehementer afflictũ in apostolis & martyribus. vnde merito sortitus est titulum eruditio seu intellectus tanti mysterii.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Populus christianus primitiuę ecclesię in tribulatione magna constitutus/confert diuinę protectionis & opis beneficia exhibita priori populo quo ad tēporalia bona/cū imutato deo & rege ac facilitate similiter nūc ptegendi & adiuuādi ēt in tēporalibus:& tñ mutatā in cōtrariū diuinā sniam expetit,deū repellēte/cōfundēte/nō adiuuāte imo subiiciēte eos inimicis/ponēte eos in derisum &c̄.quum nec in his oībus peccauerit.recurritq; demum ad deum vt adiuuet & redimat.

¶ Persona loquens propheta est in persona populi.

DEus in auribus nostris. Diuidit psalmus in duas partes: ppositiuā materię,& executiuā ibi tu manu tua.Proponit vnū.s.diuinū opus in veteri testō patratū/tanq̄ basim cōtrarietatis & admirādę mutatiōis.Intelligētia siqdē pręsentis psalmi versat circa cōtrarietatē diuini opis in veteri & nouo testō:dū in testō veteri deus p populo iusto opabat ptegēdo a malis tpalibus & seruādo in bonis,in nouó aūt opatus ē affligēdo populū iustū/priuādo bonis tpalibus & replēdo malis.Et ppterea pponēdo opus qd' opatus es/pponit materiā psalmi vt basim tātę cōtrarietatis.¶ Ascēdēs igit mente ad deū pfectus primitiuę ecclesię populus,a deo ichoat.Deus in auribus nr̄is/nō p iterpositos nuntios/nō p vagā famā,audiuimus/sed patres nr̄i q ex officio nos debēt erudire narrauerūt nobis opus qd' opatus es in diebus eorū/hoc ē qd' ipsi viderūt,in diebus antiqtatis:vt p hoc itelligas appellatiōe patrū nō significasse postremos tm̄ genitores,sed oēs sibiīuicē succedētes pres pribus. loquitur enim iuxta mandatum legis,vt primi parentes annuncient filiis/& illi suis filiis/& sic deinceps. Quotidie autem hoc etiam vere dicere possumus:dum audimus moysen/samuelem &c̄.annunciantes nobis in scriptis suis opus quod operatus est deus in diebus eorum.

¶ Tu manu tua. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo populus explicat opus qd opatus est deus corā pribus sub rōne effecti ab ipso deo.Secūdo ibi/tu ipse rex/explicat idē opus sub rōne facilitet efficiēdi ēt nūc. Tertio explicat sub rōne omissi nūc & trāslati in cōtrariū/ibi ēt te elōgasti.Quarto manifestat q̄ ista mutatio est in cōtraria/ibi oē hoc venit nobis.Quito supplicat p adiutorio & redēptione/ibi exurge.¶ Licet itaq; multa fuerint mirabilia dei opa in veteri facta testō,hic tñ nullū particulare opus explicat:sed tanq̄ vnū totale opus oia cōplectēs explicat opus expugnatiōis inimicorū & itroductionis in terrā pmissionis.Expugnationis qdē.Tu manu tua/nō nr̄a,gētes/habitātes i terra pmissionis,expulisti & plātasti eos.Ordo ppposterus/sed necessario pmutatus.prius fuerūt gētes chananeę plātatę & deīde expulsę:sed pro rōne expulsionis affert plantatio/manifestādo dn̄ū dei q̄ in ptāte eius fuit expellere,vtpote q plātauerat easdē:sicut i ptāte dn̄i q plātauit arborē/est euellere eā.Malefacies populis/illis,& emisisti eos. In malefaciēdo significat modus expulsionis:scilicet occidēdo variis modis. In cōiūctione aūt futuri & pteriti significat pseuerātia:q̄ deus nō tm̄ p tūc sed ēt in futurū pseueraturus esset in expulsione populorū.nō eni simul oēs expulsi sunt vt patet in libro iosue & iudicū.Et q̄ manus tua hoc fecerit/patet:qm̄ nō in gladio suo hęreditauerūt terrā/pres nr̄i.Et p hoc excludunt oia arma.& brachiū eorū nō saluauit eos.& p hoc excludit naturale robur.¶ Introductionis aūt.sed dextera tua/operatio tua fauorabilis(q̄lis fuit opatio tot miraculorū ibi iteruenientiū:vt exiccatio maris & iordanis &c̄.)& brachiū tuū/opus tuū forte i tot debellatiōib⁹;& lux faciei tuę/illustratio gr̄ę tuę dirigēs in agēdis.hęc.n.tria cōcurrerūt.Quia voluisti ipsos.hęc ē tota rō facti/ qa dilexisti ipsos pres nr̄os.

Tu ipse rex meus. Tractat hic diuinū opus sub rōne facile efficiēdi de nouo. Et intēdit q̄ quia ipse est idem deus qui prius,si pceperit fiet sicut prius.ita q̄ non interuenit aliqs defectus nec ex parte dei nec ex parte populi qn simile opus fiat si deus tm̄ mō pcepit.Et quantū est ex parte dei tu ipsemet/qui olim,rex meus/habes idē officiū/ita es rex meus nūc sicut tunc:deus/natura ipse qui prius,pcipe/non oportet vt labores/solū tuū imperium sufficit,pcipe/hoc est si pręceperis,salutes iacob.i.populi tui.Ecce efficacia similis antiquę.In te angustatores nostros cornupetemus,in noīe tuo cōculcabimus insurgentes nos/sicut fecerūt patres nostri antiq.¶ Ex parte vero populi excludit primo impedimētum fiducię in seipso.qa nō in arcu meo confidā,& gladius meus non saluabit me.Excludit secūdo ipedimētū igratitudinis.Quia saluasti nos de angustatoribus nostris & odiētes nos cōfudisti,ideo in deo laudauimus tota die/laudes diuinas diximus:& nomē tuum in ęternum cōfitebimur:hoc est & laudabimus & laudauimus:hoc est laudabimus nō inchoātes laudare sed laudauimus ēt prius. Et bene nota q̄ quis hęc oia istius particulę quantum ad modum dicendi assertiue scripta sint/siue in pterito siue in futuro,intentio tñ dicentis populi nō tendit ad asserendū futura & facta absolute/sed in euentu pcepti diuini:hoc est si deus pcipiat salutes.Quem intellectū textus ipse porrigit/dicendo.pręcipe salutes iacob,& in te cōculcabimus inimicos nostros/quia nō cōfidemus in nobis &c̄. Quid enim aliud per hoc significat,nisi q̄ te pcipiēte/nos in te cōfidētes vincemus:& cōsequenter subactis inimicis,qa saluasti nos & laudauimus & laudabimus:hoc est non inchoātes tunc/sine intermissione laudes tuas dicemus.Monstratur siquidē per hęc nō res gesta aut gerenda absolute, sed facilitas diuini operis/& ex parte dei actoris/& ex parte populi bene dispositi ad suscipiendum diuinū beneficium:vt intelligas ex neutrius partis defectu venire hanc mutationem.

Etiam elongasti. Tractaẽ hic mutatio diuini opis. Vbi cõsidera ordinẽ.olim tu manu tua pdidisti inimicos/saluãs patres:& nũc idẽ ipse es & te pcipiẽte simile opus esset, qa recte dispositi sumus: attñ video ꝙ cũ his oibus totũ cõtrariũ facis. Explicat aũt cõtraria opa p oppositũ ad opa fauorabilia q̃ solita sunt pstari in bello.ita ꝙ sub parabola bellicoꝝ cũcta mala describunẽ q̃ primitiua ecclesia passa est. ¶ Vñ inchoat a priuatione ducis:intẽdens ꝙ deus nõ est dux eorũ sicut fuit dux patrũ. Etiã elõgasti/te a nobis & nos a te,& erubescere fecisti nos/te elongato & nõ cõparẽte.hoc enim subiũgit.& non egredieris in exercitibus nostris/tanq̃ dux pugnãs p nobis. Et hinc sequnẽ effectus fugę nostrę a facie hostiũ.facies vertere nos retro ab angustatore. Et effectus direptionis.& osores nri diripuerũt sibi/bona nostra nobis fugiẽtibus. Tertius effectus. Dabis nos quasi oue escę:hoc est dabis nos occidendos quasi oues q̃ occiduntẽ in escã humanã. Quartus effectus. Et in gẽtibus vẽtilasti nos:hoc est eos q nõ occidenẽ/ad similitudinẽ ventilãtis disperges in gẽtibus quocũq; ierint. Quintus declaratiuus huius quarti. Vẽdes populũ tuũ sine opulẽtia/tua:hoc est sine acqsitione opũ p pcio populi. Et explicando hoc subdit.& nõ multiplicasti/opes tuas,in cõmutationibus eoꝝ. Et intẽdit p hęc ꝙ tã parui ęstimatus est populus sicut q venditẽ p nihilo. ¶ Sextus.pones nos opprobriũ vicinis nostris. Hactenus de malis rerũ & psonę:modo de malis oppositis glorię/famę & hmõi. Quoꝝ primũ est contumelia.pones nos opprobriũ vicinis nostris/tãq̃ viros criminosos. Secũdũ est derisio.subsannationẽ & irrisum circũdantibus nos/tanq̃ stultos.& hę duę passiones exaggeranẽ ex eo ꝙ apud vicinos/nõ aliquos sed oẽs circũcirca.tolerabilius est enim haberi iniquũ aut stultũ ab extraneis(vtpote ignotis nobis)q̃ a vicinis. Tertiũ est detractionis ĩprecatorię. Pones nos pverbiũ in gẽtibus:hoc est deducemur in pverbiũ quum ĩprecanẽ verbi gratia veniat tibi sicut petro/sicut paulo.vel execrãdo tracter sicut chrianus & hmõi.hoc est enim poni pverbiũ in gentibus. Quartũ est ignominię publicę.cõmotionẽ capitis in populis. Quintũ est iudicialis vexatio qua a principibus & iudicibus inimicis multipliciter affecti sunt. Et huic adiungitẽ erubescẽtia.tota die erubescẽtia mea corã me:& cõfusio faciei meę/erubescẽtis, cooperuit me.a voce exprobrãtis & blasphemãtis,a facie inimici & vltoris. Nõ sufficiũt signa agitati capitis popularis,sed adhibenẽ voces iniuriaꝝ & ẽt blasphemię cõtra deũ/adhibeẽ pręsentia inimici odio hñtis & vĩdictã exercẽtis. Per qđ significaẽ autoritas principũ exprobrãtiũ martyribus quasi supstitiosis aut magis/blasphemãtibusq; fidẽ chri:q cũ hoc ꝙ sunt inimici hñt offm̃ vltoris/qm̃ hñt gladiũ ad vindictã malefactoꝝ. ¶ Si q̃ris modũ quo añdicta mala bellica verificanẽ in populo primitiuę ecclesię,facile apparet ĩtelligẽtibus populũ primitiuę ecclesię velut bellũ exercuisse cũ mũdo,& deũ nõ pugnasse p eo quãtum ad tpalia bona vel mala:nõ.n.occidit psequutores eoꝝ. Et iõ dr̃ ꝙ nõ fuit dux eoꝝ.filr multi sctõꝝ velut terga verterũt,dũ latuerũt in speluncis & latebris/& de vna ciuitate fugerũt ĩ aliã. Direptio bonoꝝ occisio & dispsio,ĩ gestis sctõꝝ clare patẽt. Vẽditio nõ nisi metaphorice in textu ĩtroducitẽ:nã cõstat deũ nũq̃ pprie vẽdidisse.& adĩpleta est,nõ solũ p quãto misit deus sctõs ĩ mũdũ tã viles tãq; p nihilo hãbitos,sed ẽt quãtũ ad vsum vẽditoꝝ ĩ seruitutẽ:nã chriani pp fidem chri habiti sunt vt serui ad secãda marmora/ad portãda onera:vt patet in gestis martyrũ. Reliqua quę spectãt ad ignominiã/irrisionẽ & iudicia,nõ egẽt expositione:quũ manifeste adĩmpleta legamus.

Omne hoc venit vobis. Tractaẽ hic cõtrarietas diuini opis ex pte populi. Declarauit in pticula superiori opus dei in nouo testõ eẽ cõtrariũ opi antiquo quãtũ ad ipsam spẽm opis:qa antiquos defendit,istos nõ solũ nõ ẽ tutatus sed subiecit hostibus/seruituti/ignominię &c̃. ¶ Poterat q̃spiã dicere hãc cõtrarietatẽ diuini opis puenire ex cõtrariis meritis prioris ppli & noui.s.qa prior pplus erat iustus & nouus ẽ iniquus. Hãc obiectionẽ ĩtẽdit excludere/apiẽdo prio retẽtã ĩnocẽtiã ĩter tot mala. Oẽ hoc malũ descriptũ,venit nobis:& obliti nõ sum⁹ tui.(in quo excludiẽ oẽ pctm̃ negligẽtię & ignorãtię) & nõ mẽtiti sumus in pacto tuo:ĩ quo excludiẽ oẽ pctm̃ cõtra legẽ de cultu dei.fœdus.n.ĩter deũ & populũ erat vt ipe eẽt deus eoꝝ & ecõuerso. Nõ ẽ tractũ retro cor nrm̃:(in quo excludiẽ pctm̃ iternũ tã iniquę q̃ remissę volũtatis)& deuiauit gressus nr̃ a semitis tuis. Vbi aduerte ꝙ negatio nõ ĩ principio versiculi/determinat vtrunq; verbũ.s.ẽ tractũ & deuiauit.ita ꝙ sensus ẽ/& nõ deuiauit gressus nr̃ a semitis tuis. In quo excludiẽ oẽ pctm̃ cõtra pcępta legis. Ex qb⁹ appet ꝙ ppl's iste retinuit ĩnocẽtiã ĩtegrã. ¶ Et qa dixerat oẽ hoc venit nobis/nõ sumus obliti &c̃.mõ explicat rõnem vtriusq;:scilicet & mali & ĩnocentię. Et est rõ qa deus est autor cũm istoꝝ maloꝝ. Qm̃ cõtriuisti nos in loco dracõis. Dicit populus se cõtritũ in loco draconis/vel pp criptas in qbus hitabãt velut dracones:vel quia vt venenosi hoies hẽbanẽ a mũdo,reputãte religionẽ chrianã quasi venenũ.& sic cõterebanẽ velut draco. Et operuisti sup nos in vmbra mortis. Cõtinua mortis cõminatio/continua edicta contra christianos/continuę inqsitiones vmbra mortis appellanẽ:qua cooperiri dicunẽ sancti pptet principũ ptãtem sup illos. ¶ Tertio pbat populus suã ĩnocẽtiã ex diuino testimonio. Si obliti sumus nõis dei nr̃i/& si extẽdimus palmas nras deo alieno,nunquid nõ deus inuestigabit istud?quasi dicat certũ est ꝙ inuestigabit & puniet. Et sic habes testimoniũ ex parte inqsitionis diuinę. Deĩde ex parte nõtitię diuinę. Quoniã ipse cognoscẽs/supple ẽ,occulta cordis. Duplr.n.posset hõ peccãs euadere ĩpunis.aut qa lateret deũ:& hoc excludiẽ qa nouit occulta cordis.aut qa nõ curaret:& hoc excludiẽ qa inuestigabit istud. Quarto,

adifigit: ꝑprie inocẽtię maximã charitatem ac ſctitatem. Quoniam ſup te interfecti ſumus tota die;
reputati ſumus vt ouis macelli. Maiorẽ charitatem nemo habet vt aiam ſuã ponat qs pro amicis ſu
is: nõ propter nos/ſed ſuper te ꝑdicato & ꝑdicando occidimur &c̃. In ſiĩtudine aũt ad oues macelli ſi
gnificatur non ſolum patientia ouilis, ſed etiam neceſſitas ac vtilitas ęſtimata ac iudicata a principi
bus mundi de chriſtianorum occiſione. reputabant. n. neceſſarium ac vtile fore occidere chriſtianos
ſicut neceſſarium & vtile eſt occidere oues macelli.

¶ Expergiſcere. Supplicat demũ populus ut de⁹ ſurgat/auxiliet & redimat. Vbi aduerte ꝙ quia pe
titio ẽ rei q̃ nõ hñ/& ppl's primitiuę eccleſiæ erat tãtę ꝑfectiõis vt nõ peteret auxiliũ diuinũ ad hoc ut
nõ pateret (vt patet ex eo ꝙ multi eoꝝ dicebãt. has epulas ego ſemꝑ optaui) ſalutẽ aũt ſpũalẽ hẽbãt/
nec ĩ cõferẽdo illã deus ſe hẽbat vt dormiẽs, iõ petit ppl's primitiuę eccleſiæ duo. Primũ accelerationẽ
pacis eccl'ię: vt. ſ. fides chriſtiana poſſit publicẽ ꝑdicari vbiqꝫ ita vt qlibet poſſit libere abſqꝫ ꝑſequutio
nĩ metu chrian⁹ fieri & eẽ. Et hoc ĩtẽdũt petere/dicẽdo auxiliare nob. Quę gratia fuit dilata vſqꝫ ad cõ
ſtãtini tẽpora. Alterũ eſt acceleratio glorificationis corpoꝝ. quod (ut apoſtolus teſtatur ad ro. 8.) ipſi
intra nos gemimus adoptionẽ filioꝝ dei expectãtes redẽptionẽ corpis nr̃i. Et hæc petitio ſignificat dı
cẽdo. & redime nos. Vtriqꝫ ãt petitiõi ſubſeruit petitio expgiſcẽt. More itaqꝫ hũano cõcludit alloquẽs
ppl's deũ. expgiſcere, q̃re dormies dñe/q̃re ad ſiĩtudinẽ ꝑtrahẽtis ſõnũ te hẽbis. Nec iterrogãdo ſed ſuſpi
rãdo & gemẽdo dicit q̃re. & ſubdit. Euigila, ne elõgare ĩ ſempiternũ/ne ad ſiĩtudinẽ elõgãtis ſe ꝑmittas
eccl'iam ĩ his ꝑſequutiõibus! Quare faciẽ tuã abſcõdes/ad ſiĩtudinẽ abſcõdẽtis faciẽ grę tuæ te hẽbis:
obliuiſceris afflictionẽ nr̃am & anguſtiã nr̃am/ad modũ obliti te hẽbis. Qm̃ ĩcuruata eſt puluere aĩa
nr̃a, adhęſit terræ uẽter nr̃: hoc ẽ qm̃ afflictio ppl'i tui tã ſm̃ paſſiões aĩ q̃ corpis ꝑuenit ad terminũ. Et
terminus qdẽ patiẽdi ea q̃ ſpectãt ad aium (vt ſũt ignominia/cõfuſio/irriſio/& hmõi) ſignificatur per
ĩcuruationẽ aiæ ad puluerẽ: tãq̃ nõ ſit aliqd ĩferi⁹ ad qđ poſſit ĩcuruari. Terminus aũt patiẽdi ea q̃ ſpe/
ctãt ad corpus (vt ignẽ/gladiũ/feras/&c̃.) ſignificat p adhęſionẽ vẽtris ad terrã: tanq̃ nõ ſit locus ĩferi/
or quo poſſit hũiliari q̃ vẽtre iũcto terræ: ſic. n. tot⁹ hõ ſm̃ añiorẽ ꝑtẽ terræ ĩfigit. Tanq̃ apte dixiſſet. qa iã
ĩpleta ẽ mẽſura patiẽdi. vñ quũ dixiſſet/expgiſcere/vigila, adifigit ſurge/auxiliare nobis: non ne patia/
mur, ſed vt multiplicet eccl'ia tua ĩ libtate pacis tuæ. Et hoc quo ad hãc vitã. Et redime nos/de ſuture
corruptiõis q̃tũ ad corp⁹. et hoc quo ad accelerãdũ reſurrectiõis tẽpus. Cũcta aũt petimus non pp nr̃a
merita (ſcimus. n. ꝙ nõ ſũt cõdignę paſſiones huius tẽporis &c̃.) ſed propter gratiam tuam. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori pro liliis filiorum core eruditionis canticũ
amantiſſimum. XLIIII.

ERuctauit cor meũ uerbũ bonum: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus ſcribę: uelociter ſcribentis.
Speciosus forma pręfiliis hominum/diffuſa eſt gratia in labiis tuis: pro
pterea benedixit te deus in ęternum.
Accingere gladio tuo ſuper femur tuum: potentiſſime.
Specie tua & pulchritudine tua: intende proſpere procede & regna.
Propter ueritatẽ & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagittę tuę acutę: populi ſub te cadent in corde inimicorum regis.
Sedes tua deus in ſeculum ſeculi: uirga directionis uirga regni tui.
Dilexiſti iuſtitiã et odiſti iniqtatẽ: ꝑpea unxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo lętitię ꝑ cõſortib⁹ tuis.
Myrrha & gutta & caſia a ueſtimentis tuis/a domibus eburneis: ex quibus delectaue
runt te filiæ regum in honore tuo.
Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato: circundata uarietate.
Audi filia & uide & inclina aurem tuã: & obliuiſcere populum tuum & domũ p̃ris tui.
Et cõcupiſcet rex decorẽ tuũ: quoniã ipſe eſt dñs deus tuus, & adorabunt eum.
Et filiæ tyri in muneribus: uultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filiæ regis abintus: in fimbriis aureis circumamicta uarietatibus.
Adducentur regi uirgines poſt eam: proximę eius afferentur tibi.
Afferentur in lętitia & exultatione: adducentur in templum regis.
Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

Memor ero nominis tui domine:in omni generatione & generatione.
Propterea populi confitebuntur tibi in ęternum & in seculum seculi.

ℭIVXTA HEBRÆVM. ℭ Vincenti super sosannim filiis core intelligentia cāticum dilectionum. XLV.

ideo sum
1 Propheta. MOuit cor meum uerbum bonū: dicens ego opera mea regi, lingua
est tanq̄
mea calamus scribentis uelocis.
o mesia
†dñi 2 Pulchruisti plus filiis adam,infusa est gratia ī labiis tuis:ppea bn̄dixit te deus†ęterno.
3 Cinge gladium tuum super femur:potens gloria tua & pulchritudine tua.
4 Et pulchritudine tua prospice:equita super uerbum ueritatis & humilitatis iustitiæ, & docebit te terribilia dextera tua.
sunt
5 Sagittę tuę acutę : populi sub te cadent in corde inimicorum regis.
est est
†dñi 6 Thronus tuus deus†seculo & semper :uirga rectitudinis uirga regni tui.
†dñi 7 Dilexisti iustitiā & odisti iniustitiā: ppea unxit te de9†de9 tu9 oleo lętitię pl9 sociis tuis.
ad odorē
8 Myrrha & aloe/ casia oibus uestibus tuis:a palatiis eboris/unde lętificauerūt te.
tibi auri
9 Filię regum in charis tuis: stetit coniux dexterę tuę in massa ophir.
10 Vox patrū. Audi filia & uide & īclia aurē tuā:& obliuiscer ppl̄m tuū & domū prīs tui.
est ueneranda
†dñi 11 Et concupiscet rex pulchritudinem tuā: quia ipse dn̄s†tuus ,& incuruare ipsi.
honorabit te
12 Et filia tyri in munere :facies tuas depcabuntur diuites populi.
est
13 Propheta. Tota honorata filia regis interna:de intersertionibus auri uestis eius.
erūt uiolte
14 In phrigianis ducetur regi:uirgines post eam,sodales eius/ducte tibi.
15 Ducentur in lętitiis & exultatione:ingredientur in palatium regis.
†principib9 16 Pro patribus tuis erunt filii tui:pones eos principes†in omni terra.
17 Vox apostolica. Faciam recordari nomen tuum in omni generatione & generatione:
propterea populi confitebuntur te seculo & semper.

TItulus est.vincenti super sosannim filiis core intelligentia canticum dilectionum. ℣ Vincenti i psidenti musicę,super instrumento vocato sosannim,filiis core.i.cantoribus ex filiis core,intelligentia.per quod significatur mysterium magna intelligentia dignum quod in hoc psalmo tractatur. & vere maxima intelligentia est psalmus iste:quia penetrat verbum carnem factum esse.Cāticum dilectionum,inter regem & reginam,inter mesiam & ecclesiam.℣ Constat.n.in primis autoritate pauli ad hebr.1.psalmum hunc de diuinitate mesię tractare:dum dicit.Ad filium autē thronus tuus in seculū seculi,virga equitatis virga regni tui.dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem:propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis.Quod i.6.&.7.versiculis huius psalmi habet. Cōstat secūdo ex progressu psalmi,quę dicuntur nō nisi de mesia posse intelligi.Fatentur quoq; iudei psalmum hunc ad literam de mesia tractare.Vnde & thargum ī versu.2. pulchritudo tua o rex mesia maior filiorum hominum.Et in versu.7.at o tu rex mesia quoniam dilexisti iustitiam &c̄.Vndiq; itaq; habetur materiam huius psalmi esse mesiam,& consequenter cōiugem eius ecclesiam.

ℭSVMMARIVM EST.

ℭ Propheta describit mesiam a pulchritudine,gratia,fortitudine militari,successu prospero equitantem ita vt dextera & sagittis suis populos corde subiiciat sibi:eundemq; deum regnantem virga rectitudinis,odio iniquitatis,vnctum pre aliis confitetur,sic vt nec vestes aut domos eburneas obsequiūue filiarū regū pretermittat.A cōiuge deinde monita,tota gloriosa,deducēda in regis palatiū &c̄.cōmēdat,adiūctis futuris filiis pricipibus vniuersæ terræ,cū ppetua memória & laude nois ei9 apud pplos.

¶ Personæ loquentes sunt propheta, patres & apostoli.

Mouit cor meũ verbũ bonũ. Diuidit̃ psalmus in ptes duas: ppositiuã materiæ, & executiuã ibi pulchriusti plus filiis. Proponit tria. Primũ, quod ẽ pcipuũ. dicẽs ego opa mea regi. I hoc. n. manifestat ppheta qd intẽdit dicere ĩ ope huius psalmi, explicãdo regi: hoc ẽ ꝙ itẽdit tractare rẽ regiam alloquẽdo regẽ. Et qa nõ dr̃ regi hierl'm, nec regi assyrioꝝ, sed absolute regi, significat̃ ille q p excellẽtiã est rex. s. mesias. & in hoc pponit̃ materia psalmi. ¶ Duo aũt reliqua pponit velut annexa ad declarationẽ istius. Alteꝝ ex pte cordis. mouit cor meũ verbũ bonũ. Existẽtibus in corde hoĩs verbis bonis & verbis malis, offiñ cordis. i. volũtatis est mouere ad dicẽdũ ad operãdũ &c̃. tã verbũ bonũ q̃ verbũ malũ. vñ & dñs ĩ euãgelio dicit ꝙ de corde exeũt adulteria, furta &c̃. Asserit ppha ꝙ ĩ ope hui⁹ psalmi cõstruẽdo cor meũ mouit verbũ bonũ qd intus erat. mouit inquã vt pdeat extra in locutiõe & scriptura. Nec dubiũ ꝙ verbũ hoc sit oĩfariã bonũ. s. vtile, delectabile & honestum, nõ huic vel illi sed toti vniuerso. ¶ Alterũ ex pte linguę. lingua mea calamus scribẽtis velocis. Et intẽdit p assimilationẽ linguæ ad calamũ scribẽtis velocis, modũ quo cõdidit hũc psalmũ. tum quãtũ ad prõptitudinẽ: qa non meditãdo sed tã cito dixit hũc psalmũ q̃ cito scriptor velox scriberet. per quod significat̃ ꝙ mẽs pphę ĩ prõptu hũit hæc chr̃i mysteria. Tũ quãtũ ad sũmarie dicẽdũ, velut p capita. sicut enim velociter scribens notat res per capita, ita propheta mysteria christi non nisi per capita hic scripsit.

¶ **Pulchriusti plus filiis adam.** Incipit hic ps executiua tali ordĩe. Prĩo describit mesiã quãtũ ad cõditiões psonę. Secũdo describit eũdẽ sub siĩitudine eqtis armati tanq̃ pricipis exercitus, ibi cīge gladiũ tuũ. Tertio sub siĩitudine regis, ibi thronus tuus. Quarto quãtũ ad cõiugẽ, ibi stetit cõiux. Quinto quãtũ ad ppagationẽ filioꝝ, ibi p pr̃ibus tuis. ¶ Describit ĩ primis psonã mesię a duabus ptibus: pulchritudĩe. s. & loq̃la. Sub pulchritudĩe cõtinent̃ oẽs cõditiões visibiles: sub loquela audibiles. Ex his. n. duobus cognoscit̃, laudat̃ vel vitupat̃ hõ, & maxime priceps. ex effigie siqdẽ, pportione mẽbroꝝ, statura, colore, prĩo occurrit iudicãdus hõ. & silr̃ ex mõ loquendi, ex iis q̃ dicit & huiusmodi, indicamus pcipue hoĩem: duob⁹ porrigẽtibus sensib⁹, visu & auditu. ¶ Vñ quãtũ ad pulchritudinẽ. pulchriusti plus filiis adã. Per quod significat̃ ꝙ fuit & apparuit pulchrior oĩbus hoĩbus. Quod nõ ĩtelligo de pulchritudine corpali (quũ hoc sacra scriptura nõ tradat: & pulchritudo exigat nõ solũ pportionẽ sed ẽt magnitudinẽ quãtitatis: christus aũt nõ legit̃ fuisse magn⁹, quãtitate corpali) sed ĩtelligo de pulchritudine moꝝ, aĩ, & demũ naturæ. Pulchruit ĩ primis pulchritudine deitatis: deĩde gr̃æ sine mẽsura: & demũ exterioꝝ moꝝ. Cũ hoc tñ tene christũ ſm corpus fuisse speciosum prę filiis hoĩum negatiue: hoc ẽ ꝙ nullus fuit speciosior illo: qñ formatus ẽ virtute spũsancti, cuius cõmẽsuratissimũ ẽ opus. & forte fuit ẽt speciosior positiue prę filiis hoĩum. Ita ꝙ significãter dicitur pre filiis, ad excludẽdum primum hominẽ: q fuit etiam cõmẽsuratissimus factus a deo. ¶ Circa loquelam subiungitur. Infusa est gratia in labiis tuis. Gratia proprie hic dicitur qua sermo reddit̃ gratiosus auditoribus. & ad literã christus tã gratiose loquebat̃ vt ministri iudęoꝝ missi ad cõprehẽdendum iesum, redeuntes audita illius prędicatione, interrogãtibus pontificibus, quare nõ adduxistis illum? respõderunt, nunq̃ sic locutus est homo sicut hic loqtur. ioan. 7. Cum hac tñ gratia in modo loquendi, intellige quoq; gratiã in dictis, ordine & efficacia dicendi, docendi, monendi, & persuadendi. & vtranq; infusam: hoc est a deo effluxam. ¶ Propterea benedixit te deus ęterno. Effectus pulchritudinis & gratię sermonis hic est. ex his. n. hoc est mediãtibus istis, benedixit, multiplicauit, te deus ęterno. Benedictio in sacra scriptura quo ad augmentationem & multiplicationẽ sumitur frequenti vsu. Et ad literam videmus adimpletum ꝙ mediãte pulchritudine deitatis, gratię, morum &c̃. christi, & similiter mediante verbo pdicationis benedixit deus christum in ęternum: & augmentando ipsum quo ad gloriam corporis &c̃. & multiplicando quo ad filios hoc est fideles. & vtrũq; in ęternum: vt patet.

Cinge gladium tuum. Describitur hic mesias tanq̃ eques imperator exercitus, prius quo ad arma. deinde quo ad equũ. & demum quo ad actionem ꝑlu. Ita ꝙ parabola est ꝙ iste accingat ensem suum super femur seu latus suum, fortis &c̃. & ꝙ in decore suo prospere equitet super equum veritatis &c̃. & exerceat dexteram suã terribiliter, ita ꝙ sagittę eius penetrent corda inimicorum: & sic populi ei subiciãtur. Hæc est metaphora. ¶ Sensum autem oportet singillatim penetrare. Gladius christi teste apostolo verbum est dei. & gladium spiritus quod est verbum dei. Cinge gladium tuum, ppara diuinũ verbum, hoc est euangelium, tuum, non alienum, super femur. Quum debuisset dicere super latus, ratione mysterii dixit super femur, in quo est vis generatiua: vt intelligas per femur partem generatiuam, quæ baptismus est. Et congrue dicitur cinge gladium tuum super femur: hoc est ppara verbum euangelicum super baptismum. Et hoc ad literam impletum constat, ordinante christo doctrinam euangelicã cum baptismo. euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c̃. ¶ Potẽs gloria tua & pulchritudine tua. Fuit potẽs christus in pdicatione & baptismo. tũ ex gloria sua: quę maxime apparuit ĩ miraculis: vt ioãnes euãgelista testat̃. & hæc comitata sunt pdicationẽ & baptismũ: iuxta illud. dño cooperãte & sermonẽ cõfirmãte sequẽtib⁹ signis. Tũ ex pulchritudine sua, hoc ẽ plenitudĩe gr̃ę & veritatis qb⁹ pulcher ẽ chr̃s. Ita ꝙ potens fuit chr̃s & gl'ia miraculoꝝ, & pulchritudine gr̃æ ac veritatis ad attrahẽdum

mundū ꝓdicando & baptizando. ¶ Et scito ꝙ dictio hebraica nō adamussim sonat gloriā, sed mediū
q̄d iter laudem & gloriam: velut laudem magna voce. Et propterea interp̄tes multi ex altero extremo
scilicet gloria cui magis appropinquat, interp̄tati sunt gloria tua. Hæc quo ad p̄parationem. ¶ Se
quitur equitatio. Et pulchritudine tua/ oīs gratiæ & veritatis, ꝑfice/ ad meliora semp ꝓgredere: eq̄ta su
per verbū veritatis & hūilitatis iustitiæ. ego ī hoc natus sū vt testimoniū phibeā veritati. & discite a
me q̄a mitis sū & hūilis corde. Ita ꝙ chr̄s eq̄tauit/ velut eq̄tās ꝓgressus ē, sup veritate & hūilitate iusti/
tiæ/ nō ignauię. tū ī ꝓpriis vitę ac doctrinę actionib⁹: tū ī ascēsu crucis: tū ī actiōibus alioꝝ. Oīa siq̄dē
documēta ei⁹ sūt documēta veritatis: & hoc quo ad ītellectū. & hūilitatis, nō q̄liscūq; sed iustitiæ/ hoc
ē debitę: & rursus iustitiæ/ hoc ē iustificātis. & hoc quo ad volūtatē. Doctria siq̄dē chr̄i exigit hūilitatē/
nō superogatiōis sed debitā: q̄ oīs ītellectus ī captiuitatē redigit̄ ī obsequiū chr̄i/ q̄ oīs volūtas ei tenuit
subiici cui debet/ & q̄ iustificat̄ oīs hō. ¶ Seq̄t̄ actus p̄liādi. & docebit te terribilia dextera tua. Vtit̄ p/
pheta consueto loq̄ēdi more/ quo dicimus ille princeps docuit manu sua terribiles duces q̄s ipse ē/ si
gnificādo p hoc q̄ fortiter pugnauerit cōtra illos. Docere ē apte mōstrare/ expiētia teste. Dextera tua/ fa
uorabilis ē assistētia chr̄i ad euāgeliū. & hæc ē docēs facto. Terribilia sūt tormēta oīs gn̄is & mors/ pu
gnātia cū chr̄o. hæc. n. didicerūt expientia q̄s ē chr̄s/ demēfatus p ꝓnomē te: dū fuerūt supata a dextera
chr̄i. Cōstrue sic. Et dextera tua/ fauorabilis assistētia tua, docebit/ facto expiētię, terribilia/ tanq̄ ꝑsonas
discētes, te/ tanq̄ rē quā discūt. Cōstat aūt hæc adīpleta eē ī passiōibus martyrū: & ī primis supata mor
te (q̄ ē vltimū terribiliū) ī passiōe chr̄i. ¶ Post dexterā q̄ ē instr̄m cōflictū, subiūgūt̄ sagittę/ q̄ sunt instr̄a
sepata. ita ꝙ nō solū manu sed sagittis pugnās describit̄. Sagittę tuę acutę. Quāuis possint ap̄li intelli/
gi sagittę externę chr̄i (iuxta illud esa. 49. posuit me sicut sagittā electā) melius tn̄ apparet intelligere
sagittas chr̄i internas: q̄ sūt sp̄ūales īmissiōes mouētes aīum hoīum ad fidē/ spem & charitatē. Et hæ ve
lut sagittę a remotis mittunt̄, acutę: vtpote penetrātes corda. Et sunt verę tuæ/ ita ꝙ nullius alterius:
q̄a solus ipse pōt hūanū cor penetrare. ¶ Haꝝ sagittarū effectus ē. ppl̄i/ nō vnus ppl̄s sed multi/ sine nu
mero, inimicoꝝ regis/ q̄ es tu/ hoc ē nō credētiū tibi (nullos. n. hēbat chr̄s inimicos nisi nō credētes/ si/
ue iudęos siue gētiles) sub te cadēt, nō in corpe sed in corde: hoc ē subiicient̄ tibi ex corde, subiicientur
tibi fide/ spe/ charitate. hoc ē. n. cadere corde sub chr̄o. Et hic termin⁹ p̄lii quo inimici sūt subacti corru
entes sub chr̄o/ suscipiēdo iugū fidei ī corde. ¶ Aduerte hic & p ꝓdictis & p dicendis in hoc psalmo, ꝙ
q̄a sub metaphora psalmus iste tractat cōditiōes mesię & c̄. ideo expōnes istę nō sūt mysticę, sed ad sen
sū spectāt l̄ralē. cōstat. n. sensū l̄ralē metaphorę nō eē ipsam metaphorā, sed q̄d intēdit̄ significari p illā.
Thronus tuus deus. Post descriptū mesiā sub specie pr̄icipis militātis ac vincētis, describit̄ idē me
sias sub spē regis quātū ad deitatē/ dignitatē/ ꝑpetuitatē/ p̄tātē/ bonitatē/ gr̄æ excellentiā/ vestes/ domos/
ac aulicas. ¶ Vide singula. Primo vocat. O deus. in quo fatetur regem istū esse deū. Thronus tuus. di/
gnitatem explicat regiam. Seculo & semper: vt verā æternitatē intelligas. Sceptrum seu virga rectitu/
dinis sceptrum regni tui: hoc est potestas regni tui est ad rectitudinem faciendam & administrandā/
ad ordinandum non recta. Per quod significatur id quod impossibile est humano cuiq; regno: scilicet
reducere omnia ad rectitudinem. Hoc enim facit sceptrum christi: dum merita omnia rectificat per
p̄mia/ & culpas omnes recto subiicit ordini puniendo. ¶ Dilexisti iustitiam/ in omnibus. Ecce bona
voluntas. Multi siquidem reges etsi recte exercent sceptrū regni, in suis tamen animis non sunt bo/
ni. contra quod post sceptrū/ hic adiungitur dilexisti iustitiam: vt intelligas internum amorē ipsius iu/
stitię. Et odisti iniustitiā. Et hoc dicitur propter reges qui etsi amant iustitiā/ nō tamen ita ꝙ odio ha/
beāt iniustitiā: sed ꝓpter occurrētia aliqua amicoꝝ/ consanguineoꝝ & c̄. nō euitāt iniquitatē, omitten
do punire iniustitiam. ¶ Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lętitię plus sociis tuis. Nota cōtextū.
Quem prius appellauit deū/ thronus tuus deus, eundem alloquēdo appellat vnctum a deo/ propter/
ea vnxit te deus deus tuus: vt intelligas vnam hypostasim seu personam esse deum & vnctum a deo:
hoc est esse deum & hominem. Et potes per oleum lętitię intelligere gratiam vnionis: qua verbū caro
factū est/ qua homo est deus identitate hypostasis. Et sic coniunctio ꝓpterea/ denotat effectum consecu
tum ex gratia vnionis: q̄ hic appellat̄ vnctio oleo lętitię. nā ex illa cōseq̄tur veritas antedictoꝝ: scili/
cet thronus tuus deus seculo & semper & c̄. ex hoc. n. ꝙ verbum caro factū est/ effectū est vt idem deus
& homo thronū habeat in ęternum & c̄. Propterea/ propter hos effectus, vnxit/ oleo lętitię/ gratia vnio
nis affecit, te/ ratione humanę naturæ, deus/ omniū, ex hac ipsa vnctione deus tuus singularissime (sci
licet per gratiam vnionis hypostaticę) plus sociis tuis/ beatitudinis capacibus/ vniuersis creaturis in/
tellectū habentibus. nulli siquidem alteri gratia vnionis cōcessa est. Et appellauit actionē diuinam qua
verbū caro factum est vnctionē: quia ipsa cōstitutus ac appellatus est vnctus/ christus/ mesias: sicut tē/
porales reges apud hebręos/ vnctiōe cōstituebāt̄ reges. ¶ Myrrha & aloe casia omnibus vestibus tuis/
appositę fuerunt, a palatiis eboris/ quod fit de dente elephantis. Non solū vestes oēs nulla excepta suf/
fumigatę describunt̄, sed palatium describit̄ eburneum: hoc est crustulis eburneis intus incrustatū: si/
cut nos marmoreis tabellis crustata templa videmus. Vnde. 3. reg. vlt. dicit̄ ꝙ achab rex israel ędifica/
uit domum eburneam. & amos. 3. dicit̄. peribunt domus eburneæ. Magnoꝝ siquidē regū in orientali/

bus regionibus erat hēre aulā aliquā sic ebore crustatā. Vnde lętificarunt te filiæ regū/officio suffumi
gādi vestes & psonaliū obseqo'(in quo excellētia ministrātiū psonæ mesiæ significaƭ ex regali gñe,dū
describunƭ filię regum in obseqnio eius)in charis tuis/in iis quæ sunt tibi chara:hoc est nō solū grata
sed æstimata & in precio habita. Vtrūq3 dr/& lętificauerunt/& in charis tuis:ne alterū defuisse intelli/
gas. Sunt q lætificare ęrunt principē,sed nō in charis ei:sunt & q chara principi ministrāt,sed nō lęti/
ficando.filiæ regū vtrūq3 fecerūt. ℣ Aduerte hic quo ad lrām ne exigas veritatē aromatū q̄ hic noianƭ
in hebræo:qm̄ forte ęris impossibile. Sat sit nosse induci aromatum spēs quibus vestes regię coluntƭ,
vel suffumigādo/vel aspergēdo/vel quouis alio mō. Et p casiā intellige nō casiā fistulā q̄ est medicina/
lis:sed casiā aromaticā,q̄ est virga quædā aromatica. per aloem intellige lignū aloes. Et quo ad vsū suf/
fumigationis videmus suauē odorē fumi ex præparato ligno aloes in aulis pricipum. Quo ad vsum
vero aspersionis legimus puer.7. aspersi cubile meū myrrha/aloe & cinamomo. ℭ Circa significatum
p huiusmodi silitudines oportet aduertere vt partes metaphorę sibi cōgruant. Et qm̄ spēs aromaticę
ad odorē spectāt/& odor bonus famam bonā significat(dicente aplo. christi bonus odor sumus, alius
odor vitæ i vitā &c̄.)& vestes chri sanctas opatiōes significāt(dicēte ioāne i apoc. de vestibus byssinis
q sunt iustificatiōes sanctoꝝ)cōsequēs ē q christi opa spirātia odorē optimę famę itelliguntƭ p vestes
spirātes odorē myrrhę/casię/ligni aloes &c̄. Palatia eburnea cōstat eē magnificas aīas sm virtutē,i qb9
habitat chrs. Quæ ex pte materiæ describunƭ excellētissimę:nulla qppe materia cōgrua ad domus edi
ficiū,apparet excellētior ebore. Et ex pte quātitatis ac formæ describunƭ oīa excellētissima:vtpote pala
tia. vt vtrunq3 intelligas nō quascūq3 sanctas mētes sed supmas. ℣ Filię regū in obsequio describunƭ:
vt spūalem excellētiā psonaꝝ ministrātiū itelligas per filias regū. Quarū actio describiƭ lętificare ipm
mesiā in illis rebus ac actionibus q̄ gratę ac charę sunt ipsi mesiæ:hoc est in magnis virtutū actibus
(q soli sunt res charę mesiæ)lętificare ipsum/lętitię materiā pbere. Et qm̄ describunƭ filiæ regū non so
lū lętificare in charis eius/sed pponitur vn̄ seu ex qbus,significaƭ p hoc q filiæ regū ministrādo aroma
ta/vestes & palatiū suauiter redolere fecerunt. Per quod significaƭ extēsionē boni nois christi effectā per
filias regū:hoc est mētes valde illustres:quales fuerūt apli & alii sanctissimi viri. Quātus ēt illustres sm
gloriā huius mundi personæ/ad hoc multum cōtulerint. constantinus enim suscipiens christi fidē/fe/
cit redolere vestes christi. cōstantia quoq3 filia eius multum ad id contulit inter nobiles romanas &c̄.

Stetit coniux. Descriptis cōditionibus mesiæ quo ad psonā/militiā & regnū,describiƭ mō ex coniu/
ge. Vbi parabola cōsistit i hoc:q describiƭ mesię spōsa ad illius dexterā cū auro / tāq̄ extra domū exi/
stēs suscipiēs monitiōes solitas fieri puellis venientibus ad viros suos,adiectis pmissiōibus multis tū
amoris tū honoris. deide tanq̄ data cōmoditate vt spōsa vestiaƭ illustrioribus vestibus(i quo subitel/
ligiƭ regē se cōtulisse i palatiū & spōsam iterum ornari)describiƭ spō'ę ornatus cū ipsius deductiōe ad
regē i palatiū cū societate virginū & sodaliū. Hæc est parabola. ℭ Vide singula. Stetit. non dixit sedit:
qm̄ describiƭ tanq̄ ingressura domū/describiƭ velut cui obuiauit rex extra i atrio. Et vere stetit:q3 mili/
tās ē ecclia/nō triūphās/nō regnās i pnti vita. Aduertēdū ē.n. q quēadmodū mesias descriptus ē prius
militās & deide regnās,ita cōiux eius prius describiƭ vt spōsa veniēs ad virū/& deinde itroducta in pa
latiū regis:q3 prius ē ecclia militās/deinde triūphās. ℣ Coniux. Dictio hebraica nō pprie significat cō
iugē,sed mulierē relatā ad seruitiū viri i gñatiōe. quā interpretes cōiugis noie significauerūt. Quæ sit aūt
hæc mulier,apls ad ephe. manifestat/aperiēs q ē ecclia. Dexteræ tuæ(in quo ēt seruat morē pricipū ho
norātium cōiuges ad dexteras)hoc est potioribus bonis tuis/q̄lia sunt bona spūalia,in massa ophir/
hoc ē i massa auri. aurū.n. descriptū ē a loco ophir. Per massam auri intellige auꝝ informe multū simul
iunctū seu cōpactū,tanq̄ dotē seu munus quod secū detulit mulier. Et significaƭ p hoc ecclesię inten/
tio:aurea qdē/q3 optima. in massa aūt,quia formabilis p christi doctrinā i distinctas formas ecclesia/
sticoꝝ sacerdotū/ordinū/graduū &c̄. Quā in hoc pcipue ostēdit q venit ad hoc vt iungaƭ mesię/ad hoc
vt seruiat ipsi. ℭ Sequiƭ monitio. audi filia. Cōsuetū est aduenientem sponsam monere vt imbuat mo/
res domus mariti/relinquēdo mores & patrię suę & domus patris sui. Et ppea hic describitur velut su/
scipiēs paternas monitiones a senioribus seu parētibus spōsi:q in pposito pres christi/pphetę sancti/
q3 veteris testamēti sūt. ℣ Admoneƭ aūt ecclia iungēda christo circa qnq3. Pmo audi. Fides.n. ex auditu ē
veteris & noui testamēti. Et appellaƭ filia instructionis & amoris:vt ēt ex noie gratius instruaƭ. & vere
est filia priarcharū & pphetarū. Secūdo & vide/discerne credēda a nō credēdis/sperāda a nō sperādis/di
ligenda ab odio habēdis/opanda ab omittendis &c̄. Tertio & inclina aurē tuam:humilia caput tuū.
aurē pro capite posuit:hoc est in captiuitatē redige intellectū tuū. Quarto & obliuiscere populū tuū
& domū patris tui:hoc est doctrinā/mores/ritus ppli tui,siue gentilis siue iudaicę pfidię:& domū pris
tui/diaboli. vos ex pre diabolo estis. seu etiā pris carnalis vt sic/q̄ten9 carnalia sapit. Obliuiscere/p obli
tis habe. Et huic monitiōi annectiƭ pmissio ei9 qđ maxime desideraƭ a spōsa.s. amari a suo cōiuge:& si
tāto magis a rege. & cōcupiscet rex pulchritudinē tuā. Magnificat pmissionē ex dignitate cōiugis/di/
cēdo rex. ex magnitudie amoris/dicēdo cōcupiscet. ex q̄litate ipsius spōsę/dicēdo pulchritudinē tuā. Et
hoc procul dubio ad lrām verificaƭ de chro respectu ecclię:dū cōcupiscit pulchritudinē ei9 eleuaƭ i coelū.

¶ Quinta monitio. Et incuruate ipsi/mesie/debitũ honorẽ illi exhibẽdo vt subdita: qa ipse/mesias, dñs tu⁹: supple ẽ. Huic monitiõi apponit̃ p̃miũ honoris: q.s. tu honoraberis ab aliis. Et filia tyri i muner facies tuas deprecabuntur diuites populi. Quãtum ad parabolã, puto meminisse tyri ciuitatis extrane: qm̃ tyrus ciuitas fuit opulẽta iuxta mare/vacãs negociatiõibus plurimis, vñ eẽt ab extraneis muneribus multis honorãda. Et significat̃ p filias tyri & diuites populi / honor exhibẽdus ecclesiæ a gẽtilibus & potẽtibus huius seculi dupl't. s. oblatione muner & pce gfaꝝ. Et vtrũq; adimpletũ videmus: principibus & populis offerentibus munera ecclesiæ/& pẽtẽtibus intercessione ecclesiæ diuinã gfam.
¶ Cõpleta monitiõe/vt cõmoditas def spõsę ornãdi se subintellecta cessiõe regis, q vere cessit ascẽdẽs in coelu postq̃ obuiauit spõsę stãti (hoc ẽ eccliæ militãn) p mysteriũ incarnationis/passionis &c. (psonaliter. n. occurrit imo venit. eã fecit ad atriũ· nõ ad coeli palatium) post hæc describitur ornatus spõse. Tota honorata filia regis interna, de interfertionibus auri vestis eius. Aduerte q hactenus est tacitũ genus spõsę: nũc explicat̃ q est de genere regio/dicẽdo tota honorata filia regis. Quod aũt dicit interna, ad hoc spectat q sponsa dum nouis vestibus vestitur/exuitur vestes quas erat induta desuper: & sic inuẽta est in interioribus vestibus gloriose induta. Et propterea dicit q tota interna honorata est. nõ enim ecclesia est quæ deũ labiis honorat & cor eius lõge/est ab eo: sed intus tota plena est virtutis/cui soli debetur honor. Vestis autẽ qua induitur/describitur opere phrigiano seu plumario sic desuper tecta vt filis auri confecta sint receptacula circularis vel cuiuscũq; alterius figuræ lapidum p̃ciosorum: quẽadmodũ videmus in ecclesiasticis vestibus lapillos insertos sparsim per vestes. hoc enim significatur dicendo/de interfertionibus auri vestis eius. ¶ Et explicans amplius qualitatem vestis / subdit. In phrigianis/que vulgo dicũtur recamatę, ducetur regi. hinc apparet q rex recesserat. virgines post eam/reginã: sodales eius/scilicet reginę, ductę/erũt, tibi/mesię. ¶ Modus aũt eundi. Ducentur/regina/ virgines & sodales, in lętitiis/internis, & exultatione/externa: ingredientur in palatium regis. Significatur per hæc q ecclesia/hoc est in vnitate ecclesiasticę fidei spei & charitatis, ducũtur animæ ad christũ tam virgines (integrę/innocentes/perfectiores) q̃ sodales/hoc est societate charitatis etsi non tanta perfectione iunctę. Apparet autem q ingressus iste/ad coelestę palatium intelligẽdus sit: vbi residet rex/vnde genuit filios. Post ascensionem quippe suã/ ingressa iam ecclesia tot animarum sanctarum in coelum, pro patribus suis genuit hic istos filios apostolos/mittẽdo spiritumsanctum. Et ppterea subdit.
Pro patribus tuis. Reliquũ erat describere mesiam a prole futura. Et consistit parabola in hoc: q iuxta morem nuptiarum imprecatio fit futurę sobolis foelicis/perpetuę &c. Itaq; nõ imprecando sed prophetãdo ait ad mesiã/seu ecclesiam coniugem. Pro patribus tuis/prophetis & patriarchis/ex quibus natus es fm carnẽ, erunt filii tui/apostoli quos ecclesia per sacrum baptismum generabit: pones eos/apostolos, principes/non iudeæ aut syriæ, sed in omni terra. Quod impletum videmus. ¶ Sequit effectus principatus. Faciam recordari nomen tuum in omni generatione & generatione. Introducitur enim apostolica vox obsequens christo. faciam recordari nomen tuum / non nomen meum, in omni generatione & generatione. Memoria nominis christi finis est principatus apostolici: memoria autem de qua scriptum est. memores erunt mandatorum tuorum ad faciendum ea. Propterea/qa faciam recordari nomen tuum, populi confitebũtur te/mesiam, seculo & semper. ¶ Nota ordinem. christus constituit apostolos in principes: ipsi efficiunt memoriam non sui sed christi: & sic infertur q populus cõfitetur christũ. vt hinc intelligas quo ordine fructus populi ex platonũ depẽdet studio. Amẽ.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori filiis core pro iuuẽtutibus psalmus. XLV.

DEus noster refugium & uirtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerũt nos nimis.
Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.
Sonuerũt & turbatę sũt aquæ eorũ: cõturbati sũt mõtes i fortitudie ei⁹.
Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ dei: sanctificauit tabernaculũ suum altissimus.
Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eã deus mane diluculo.
Conturbatę sunt gentes & inclinata sunt regna: dedit uocem suam & mota est terra.
Dominus uirtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob.
Venite & uidete opa dñi: q posuit prodigia sup terrã/auferẽs bella usq; ad finẽ terræ.
Arcum conteret & confringet arma: & scuta comburet igni.
Vacate & uidete: quoniam ego sum deus/exaltabor in gentibus & exaltabor in terra.
Dominus uirtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob.

IVXTA HEBRÆVM. Vincenti filiis core sup iuuenculis canticū.

1 Propheta. Deus† nobis protectio & fortitudo: auxilium in tribulationibus inuē tus est ualde.
2 Ideo non timebimus in mutari terrā: & in labi montes in corde marium.
3 Sonabunt/intumescent aquę eorum: trement montes in superbia sua. Selah.
4 Flumen /diuisiones eius lętificabunt ciuitatē dei†: sanctificando tabernacula excelsi.
5 Deus† in medio eius /non labetur :auxiliabitur ipsi deus† in uoluendo mane.
6 Attonitę sunt gentes/lapsa sunt regna: dedit in uoce sua /liquefiet terra.
7 Dominus exercituum nobiscum: fortitudo nobis deus iacob. Selah.
8 Ite/uidete opera domini: qui posuit desolationes in terra.
9 Faciens cessare bella usq; extremum terræ: arcum cōfringet & concidet lanceam/ plau stra comburet in igne.
10 Mesias. Relaxate & cognoscite quoniam ego deus†: exaltabor in gentibus & exalta bor in terra.
11 Propheta. Dñs exercituum nobiscū: fortitudo nobis deus iacob. Selah.

Titulus est. vincenti filiis core super iuuenculis canticum. Vbi scito φ dictio hebraica quā inter pretes significarūt iuuēculis/a nōnullis dr̄ φ est nomen ꝓprii instrū musici. Quod qa non con stat posthabemus: & vt noie appellatiuo vtētes/amplectimur significationē iuuēcularū. Cōsonat eni hoc materiæ psalmi: quā ex ipso psalmo oportet accipe. Appet manifeste in hoc psalmo φ de tēpo re mesię tractat̄: quū dr̄ φ facit cessare bella vsq; ad extremū terræ, arcū cōfringet & cōcidet lanceā &c̄. tāta siqdē & tā vlis pax nullo alio tpe ꝑmittit̄ nisi tpe mesię: vt patet esa. 2. vbi expresse de tpe mesię dr̄. Et cōflabūt gladios suos in vomeres & lāceas in falces/non leuabit gens cōtra gētē gladiū, nec exerce bunt̄ vltra ad ꝑliū. Et eadē ꝓmissio hr̄ michee. 4. fere de verbo ad verbū. Et qa ex manifesto psalmi sen su tractat̄ h̄ de ciuitate dei/q̄ dr̄ lętificari diuisiōib⁹ fluminis, cōsequēs ē φ materia hui⁹ psalmi ad li teram sit ciuitas mesię: quæ proculdubio est ecclesia pro tempore illo quo talem ac tantam habuit pacem qualis & quanta hic describitur. Et quia donum hoc consecuta est ecclesia tempore iuuētutis suæ, ideo congruit titulus super iuuenculis.

SVMMARIVM EST.

Ciuitas dei non timet tā terræ q̄ maris motus terribiles, sed manēs īmota lętat̄ fluminis riuis trā quillis: & adiuta ē tā valide vt diuina voce cōcussa sint regna &c̄. Inuitat deinde ad videndum opera dei: vt ex opibus videāt qm̄ mesias est deus, exaltandus in gentibus & in terra.

Personę loquentes sunt propheta in persona ecclesię iuuenis/& mesias.

DEus nobis ꝓtectio ⁊ fortitudo. Diuidit̄ psalmus in ptes duas: ꝓpositiuā materiæ, & executi uā/ibi Iō nō timebimus. Proponit vnū/multis cōditiōibus fultū. Qd ꝓponit̄ ē φ deus iuētus ē i nr̄is angustiis auxiliū. Cōditiōes sunt duę dei. s. φ ē ꝓtectio & φ est fortitudo nobis. Vna auxilii. s. valde/q φ ē valde auxiliatus. Deus inquit nobis ꝓtectio/a malo, & fortitudo/ad ꝑsistēdū in bono, inuē tus est/experientia teste, valde/non parum, auxilium in angustiis.

Ideo nō timebimus. Incipit h̄ ps executiua tali ordine. Pri͏̄o tractat̄ illa ꝑicula/i angustiis. Scdo illa iuētus ē auxiliū valde/ibi flumē. Tertio illa. fortitudo & ꝓtectio/ibi ite. Quarto illa/deus/ibi relaxa te. Tribulationes duplices describūt̄. s. i terra & i mari, Iō nō timebimus i mutari terrā, & in labi mō tes i corde mariū. Magna securitas hoim i deo excludēs timorē i tāta mutatiōe: dū. s. mouet̄ terremo tu terra, dū mōtes ex terremot⁹ magnitudie labunt̄ i ꝓfundū mariū: cū his accidētibus. s. Sonabūt, intu mescēt aq̄ eorū/tot mariū: tremēt mōtes/a tumoribus aq̄, in supbia sua/i excellētia celsitudinis suę: hoc ē quāuis superbi & celsi sint. Et est ordo ꝑposterus. nā primum est sonare seu intumescere aquas: dein de moueri terram: postea tremere montes: & demum labi eos in mare. Potest & superbia determina re fluctus maris intumescentis. ita φ describantur aquę maris primo sonantes: deinde intumescen tes: & demum in procellas erectę supra montes. Locutio ista metaphorica est. Et ut metapho ram intelligas, aduerte parabolam qua vtitur propheta. Proponit enim ciuitatem quandam ri uos fluminis in se habentem: & facto circūcirca terremotu tam vehementi vt tremant montes/

& concussi submergantur in mari/aquę quoq; maris sonent & intumescant/& procellas etiam comminátes mõtibus faciát,ipsa tñ ciuitas qa deus ē in medio eius nõ cõmouet/sed adiuuat a deo:ita q fluminis eius riui trãquilli lętificãt eam/sanctificádo tabernacula ipsius.Hæc est metaphora.Et est sensus q ppl's christianus euágelizãs fidẽ christi nõ timet cõmotionẽ terrenoꝝ hominũ cõtẽ/nec cõmotionẽ labẽtium aio principũ in corde mariũ habitátiũ(hoc est multis & innumeris populis psidentium)quãtũcũq; aq̄ hoc est populi sonẽt/clamẽt/intumescãt/& procellas tormẽtoꝝ exaltent:quãtũcũq; mõtes tremãt,hoc est cõmoueãt aduersus fidẽ christi ẽt timore ne religio christiana crescat.Et p tremorem intellige omnem aliam passionem significari qua principes a rectitudine rationis cadentes/ inordinatum motum incurrerunt.

Flumen. Prosequẽdo parabolã,tractat illã particulã/auxiliũ inuẽtus est valde:declarãs auxiliũ diuinũ inter tot terribilia collatũ ciuitati.Declarat aũt sine ordine.nã ſm ordinẽ incohandũ est.deus ĩ medio eius.Per qd significat pricipiũ auxilii pñtia diuia.De⁹ ĩ medio ei⁹/ciuitatis dei.vbi fuerit duo vel tres cõgregati ĩ noie meo/ibi sũ ĩ medio eoꝝ.Et hinc infert cõtrariũ terremotus.s.nõ labet.s.ciuitas hñs deũ in medio.⁋ Et tũc sequit secũdũ.auxiliabit ipsi deus ĩ voluẽdo mane.Auxiliũ dei matutinũ describit:vt intelligas nõ eẽ tardũ sed hora congrua/dum voluit tẽpus ex nocte in mane.⁋ Et tunc ordinate sequtur tertio loco.Flumen,diuisiões eius lętificabũt ciuitatẽ dei.Post ĩmotã ciuitatẽ a malo/post auxiliũ matutinũ ad bonũ,cõgruit lętitia.Vbi quãtũ ad parabolã sicut ciuitas nõ est lapsa ex terremotu,ita flumẽ nõ est alteratũ ex tumẽtibus & sonãtibus aqs.Et facito pũctũ post flumen:subaudiẽdo ē supple sic q diuisiões eius/riui eius,lętificabũt ciuitatẽ dei.Ad lfam aũt flumen est gra spũalis : iuxta doctrinã dñi in euãgelio.flumina de vẽtre eius fluẽt aq̄ viuæ.Hoc aũt inqt ioãnes/dixit de spũ quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ.Spũs ergo sanctus diuisiõibus suis/diuisionibus graꝝ diuidẽs singulis prout vult,lętificabit ciuitatẽ dei/christianũ pplm,ab vnitate fidei/spei/charitatis &c̃.ciuitatẽ dei appellatũ:sanctificãdo tabernacula excelsi. Vbi debuisset dicere sanctificãdo domos(ciuitas.n.ex domibus construit)dixit tabernacula/pp mysteriũ.tabernacula qppe sunt peregrinãtiũ & militãtiũ,domus aũt permanẽtium:vt intelligas q de ecclesia militante tractat dixit tabernacula.Et ne intelligeres materialia habitacula hoiũ/ apposuit excelsi:vt pateat hoies ipsos appellatos tabernacula excelsi , eo q in ipsis habitet deus velut peregrinus & militãs.viuo ego iam nõ ego,viuit aũt in me christus inqt apl's.Iunge ergo duplicẽ effectũ fluminis:sanctificare hoies in qbus de⁹ hitat,& lętificare vnitatẽ eoꝝ diuersitate graꝝ. ¶ Attonitę sunt gẽtes/lapsa sunt regna:dedit in voce sua/liquefiet terra.Descripto diuino auxilio quãtum ad effectus in ipsa ciuitate,describit idẽ quãtũ ad effectus externos in hostes.Et incohãdo a cã.Dedit/deus/supple virtutẽ,in voce sua/euãgelica.Et ecce tres effectus.Primus . attonitę sunt gẽtes/tãto euãgelii tonitruo sonãte & coruscãte.Secundus.lapsa sunt regna/idoloꝝ.Tertius.liquefiet terra/dura corda vniuersę terrę ad silitudinẽ liquescẽtiũ resoluẽtur ĩ lachrymas peccatoꝝ suoꝝ.Quæ oĩa adipleta ad lfam legimus.⁋ Dñs exercituũ nobiscũ,fortitudo nobis deus iacob.Hæc ē pfessio ciuitatis christiãę.Vt ĩtelligas eũdẽ eẽ deũ chrianoꝝ & veteris testi & pfiarchaꝝ,dicit ipa ciuitas q dñs exercituũ(sic.n.appellabat ĩ veteri testõ deus)ē nobiscũ:& q deus iacob/ac p hoc isaac & abrahã(sic.n.appellabat de⁹ añ datã legẽ.exo.3.ego sũ de⁹ abrahã/de⁹ isaac & de⁹ iacob)ipse nõ ali⁹ ē fortitudo nobis.

Ite videte. Tractat hic illa pticula/ptectio & fortitudo:inuitãdo mũdũ ad cõsiderãdũ opa dei q̄ fecit ptegẽdo & roborãdo euãgelicos viros.⁋ Inuitat ciuitas dei hoies mũdi ad cõsiderãdũ opa dei quo ad duo.Prĩo quãtũ ad sub̃am facti:hoc ē desolatiões tẽploꝝ & cultuũ idolatrię.Et hoc significat dicẽdo:q posuit desolatiões in terra.Deinde quãtũ ad modũ faciẽdi:qa.s.desolauit idolatras absq; bello / absq; armis vsq; ad extremũ terrę.Et hic modus significat dicẽdo.faciẽs cessare/in hac desolatiõe,bella,nõ in vno loco sed vsq; extremum terræ.Et declarãdo cessationẽ belli,subdit destructionẽ armoꝝ bellicoꝝ.arcũ cõfringet & cõcidet lãceã:plaustra/bellica,cõburet in igne.Describit.n.ex his actiõibus q nec bello nec cõminatiõe armoꝝ(vtpote fractoꝝ/cõcisoꝝ/cõbustorũ)vsus est ad desolationẽ idolatrię.Et ad hoc inuitãdo dicit.ite/videte opa dñi.Dictio hebraica significat venire & recedere:& ppea ĩterptes transtulerũt ite/cõe vtriq; actui.siue veniẽdo ad nos testes/siue pergendo ad res ipsas,ite/adhibete studiũ,& videte/certificate vos:ad hoc.s.vt videatis opa dñi. ⁋ Põt nihilominus alr exponi cessatio belli cũ destructiõe armoꝝ:vt.s.significet alter effectus.s.pax / vl'i eccl'ie data post trecẽtos annos vel circa a pdicatiõe euãgelii/incipiẽs tpe cõstãtini.Sed prĩa expositio mihi videt ad lfam & magis cõmẽdatiua diuinã opis:& admirabilior ē modus ille q̄ pax ista.Vtraq; tñ ad mesię tẽpus spectat:sed modus ille pcipue.ponẽs ẽt dñam iter opa dei in veteri testõ & ĩ nouo:qrũ in veteri nõ sine bellis desolauit chananeos & amorreos,ĩ nouo aũt sine armis desolauit oẽs idolatras.Quãuis ẽt sit differentia aliunde:q illę desolationes fuerunt in minimo spatio terrę,istę vsq; ad extremum terræ.

Relaxate. Tractat hic illa particula/deus.Et introducitur mesias ipse alloquẽs mundũ. Relaxate/minuite passiões aĩoꝝ vroꝝ/lentas eas reddite(vtpote impedientes vos a cognitione veritatis)& cognoscite/studete cognoscere,qrũ ego deus/supple sum q desolaui idolatras sine armis / sine bello.Et videte effectũ.exaltabor in gentibus/per fidem eorũ,& exaltabor in terra/qui iã sum exaltatus in coelo. Quæ omnia

oia adipleta ad literá videmus. Et tam sunt admirabilia, vt si hoies semotis passionibus studeant co/gnoscere veritatem, cognoscét (nó p rónem demonstratiuam sed per euidétiam credibilitatis) q̈ chri/stus est deus. Demum ciuitas dei replicat professionem suam gratias agendo. Dominus exercituũ nobiscũ, fortitudo nobis deus iacob: vt supra. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Victori filiis core psalmus. XLVI.

OMnes gétes plaudite manibus: iubilate deo in uoce exultationis.
Quoniam dominus excelsus, terribilis: rex magnus super omné terram.
Subiecit populos nobis: & gétes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem suam: speciem iacob quem dilexit.
Ascendit deus in iubilo: & dominus in uoce tubę.
Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite.
Quoniam rex omnis terræ deus: psallite sapienter.
Regnabit deus super gentes: deus sedet super sedem sanctam suam.
Principes populorum congregati sunt cum deo abraham: quoniam dii fortes terrę uehementer eleuati sunt.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Vincéti filiis core psalmus. XLVII.

1 Propheta. OMnes populi sonate palma: clangite deo † in uoce laudis. † dijs
2 Quoniam dominus [est] excelsus, terribilis: rex magnus super omnem terram.
3 Ducet populos subter nos: & regna sub pedibus nostris.
4 Eliget nobis hereditatem nostram: celsitudinem iacob quam dilexit. Selah.
5 Ascendit deus † in clangore: dominus † in uoce cornu. † dij
6 Canite deo † canite: canite regi nostro canite. † dijs
7 Quia rex uniuersę terrę deus † [est]: canite intelligentia. † dij
8 Regnauit deus † super gentes: deus † sedit super thronum sanctitatis suę. † dij † dij
9 Principes populorum congregati sunt, [vt sint] populus dei abraham: quoniam deo † prote/ctores terrę [se dediderit] ualde eleuato. † dijs

TItulus est. Vincenti filiis core psalmus. De quo vt supra.

ℭ Circa materiá psalmi aduerte q̈ ex septimo & octauo versiculis (qbus manifeste assignatur pro ratione festiui cátus, qa rex vniuersę terrę deus, quia regnauit deus sup gétes) habet psalmũ istum tractare de tpe mesię. ná tpe testi veteris etsi deus esset dñs totius mũdi & oium gétiũ, nõ tñ dicebatur regnare sup gentes, sed sup populũ iudęorũ: vt patet. 1. reg. 8. & 12. quũ populus petiit regé. & prius exo. 19. vbi deus dicit populo. eritis mihi in peculiũ de cũctis populis & i regnũ sacerdotale. Tpe aũt mesię regnũ dei extésum est ad vniuersam terrá. & ad lrãm regnauit sup gétes: sup quas prius regnauerát dii gétiũ. nunq̃ enim tpe veteris testi verificat̃ ppriе loquédo, regnauit deus sup gétes. Nec vnq̃ in veteri testõ affuit rõ inuitádi. canite deo canite, canite regi nřo canite: qa rex vniuersę terrę deus, qa regnauit sup gétes. sed hoc reseruabat̃ tépori mesię. Attestat̃ hinc quintus versiculus. ascendit deus in iubilo seu clágore. In móte nanq; sina apparuit deus in clágore buccinę, sed nõ ascédit imo descédit de coe/lo. Hic aũt manifeste dr̃ q̈ ascédit cũ sono: qđ nusq̃ alibi legit̃. Attestat̃ quoq; vltimus versiculus. principes populorũ cõgregati, sunt populus dei abrahá: hoc. n. tpe mesię adimpletũ videmus: quando re/ges terrę effecti sunt populus dei, ita chřiani sicut alii. Est ergo ad lrãm materia psalmi, chřs in coelũ ascendés & in coelo sedens, atq; regnans p fidé in vniuersa terra super gentes.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta in persona ecclesię inuitat omnes populos ad laudem dei in sonis & cantu: quia me/sias ascendit, sedensq; in throno suo regnauit super omnem terram, super omnes gentes: ductis po/pulis & regnis sub pedibus ecclesię, redactis in populum dei abrahá principibus mundi: quia se ob/tulerunt deo valde eleuato.

¶ Persona loquens/propheta est in persona ecclesię.

OMnes populi sonate palma. Diuidit psalmus in ptes duas: ppositiuã materię, & executiuã/ ibi ducet populos. Proponit primo inuitationẽ oium populorum ad glorificandũ deũ tripliciter: scilicet sonãdo manu/hoc est instris musicis q̃ sonãt manu: vt psalterium/cithara/viola/organa &c̃. & sonãdo flatu. hoc. n. significat clangite. Et sub hoc intellige oia instra musica q̃ sonant flatu humano: vt tubę/buccinę &c̃. Et demũ cantu humanę vocis. hoc. n. significat in voce laudis. dictio eni hebraica significat laudẽ cantando seu cantũ laudando. In qbus tribus comprehendit vniuersam musicã. Vnde prudẽs lector potes conijcere materiã psalmi esse maximi & vniuersalis gaudii materiã: vbi oẽs populi cũ vniuersa musica inuitant ad glorificandũ deũ. ¶ Proponit deinde rõnem istius inuitationis: q̃ fm veritatem est vna (.s. q̃ mesias regnat sup oẽm terrã) verum multis adiectis conditionibus describit dicẽdo. qm̃ dñs, non humilis sed excelsus ac terribilis/timendus, rex non paruus sed magnus, non super iudęam sed super omnem terram.

¶ Ducet populos. Incipit hic ps executiua tali ordine. Primo declarat illa pticula/dñs excelsus terribilis. Secũdo illa/rex magnus sup oẽm terrã/ibi ascẽdit. ¶ Aduerte hic q̃ ppheta loquit in psona ecclesię mesię: & affert effectus dñi terribilis & dñi excelsi. Terribilis quidẽ. Ducet populos subter nos & regna sub pedibus nris. Adipletũ videmus/sub ecclesię iugo ductos populos & regna sub pedibus eius. Qui effectus qm̃ ex diuina procedit reuerentia, ideo fructus dñi terribilis futuri iudicis ponit. ¶ Excelsi vero. Eliget nobis hęreditatẽ nram, celsitudinem iacob quã dilexit. Ecclesia siquidẽ recognoscens se esse coheredẽ chri, hęreditatẽ suã regnũ chri appellat. dicẽs q̃ deus excelsus eliget nobis hęreditatem nram: hoc est regnũ mesię/nostrũ ex debito antiquę pmissionis, eliget dare nobis/non patribus nris qui tãtope hoc expectarũt. Et ne dubites hęreditatẽ nram esse regnũ mesię, subdit appositiue. celsitudinẽ iacob/populi israel, quã/celsitudinẽ, dilexit. Ita q̃ eliget dare nobis pmissam celsitudinẽ populi israel hęreditatẽ nostrã. cõstat. n. hmõi celsitudinẽ esse regnũ mesię. Et optime cõgruit vt excelsus effectus celsitudini causę tribuatur. ¶ Aduerte hic q̃ ecclesia inducit nõ solũ regnũ mesię/sed subiectionẽ populorum vt materiã gaudii oibus populis: vt itelligas non esse subiectionem coactã aut seruilem, sed reuerẽtialem constitutiuã subiectorũ in dominos (iuxta illud. cui seruire regnare est) imo redigẽtẽ subiectos in collegas/in cohęredes inuitantium. Vnde merito omnes populi gaudere debent.

Ascẽdit deus. Explicato fructu in nobis/explicat mõ causa: tractando illam particulam/rex magnus super omnem terram. Et inchoat ab ascensione, quę fuit principium fructus spiritus in nobis: iuxta illud ioan. 7. nondum erat spiritus datus/quia iesus nondũ erat glorificatus. Ascendit/in coelum, deus mesias/non purus homo sed homo & deus, in clangore: dñs in voce cornu. Vbi per metaphoram sonorum intellige festiuum ascensum. Propter qd̃ adiungit sono cantus. canite deo canite. Et rursus canite regi nostro canite: vt intelligas eundẽ deũ ac regem nostrum qui mesias vocatur. ¶ Et quia dixerat/super omnem terrã/subdit. Quia rex vniuersę terrę deus/qa iam deus regnat in vniuersa terra per fidẽ, canite intelligentia hoc est fm eruditionem & intelligẽtiam artis musicę. Et vt magnitudo regni explicet/subdit. Regnauit deus sup gentes/exclusis idolis. & amplius deus sedit sup thronum sanctitatis suę/hoc est ad dexteram patris: hęc est enim thronus sanctitatis eius. Principes populorum cõgregati/reges diuersorum populorum cõgregati, nõ in vno loco sed in vna fide spe & charitate, sunt populus dei abraham. In christo sicut nõ est barbarus aut scytha/masculus aut foemina, ita non est seruus aut dñs/princeps aut subditus: sed oẽs sunt populus dei. Fit autem mentio dei abraham: vt intelligas principes populorum transisse in populũ dei qui vocatur & est deus abraham: qui fuit primus separatus a cultu idolatrię ad colendum deum/qui vocatur pater fidei nostrę. vt hinc intelligas populum mesię esse fm rẽ & fidẽ ipsum populum dei abraham, perfidos autem iudęos solo nomine esse populum dei abraham. Et adiũxit hanc clausulam propheta/vt explanaret modum quo deus subiecit populos ecclesię & regna sub pedibus eius. Hic enim est modus: q̃ sedente christo ad dexteram patris, principes populorum congregati vnitate fidei/sunt populus dei abraham. Quod ad literam adimpletum videmus: quando constantino & alijs magnatibus suscipientibus fidem christi/omnia regna subiecta sunt ecclesię. Ordina literam sic. Principes populorum congregati sunt/in vna fide &c̃. vt sint populus dei abraham. Oportet autem sic ordinare: quia verbum sunt apud hebręos est pars preteriti congregati sunt/& non est pręsentis temporis: sed nos exponendo/pro clariori sensu vsi sumus vt pręsenti. ¶ Causa autem subiungitur. quoniam deo protectores terrę valde eleuato. Aduerte hic propter obscuritatem in textu hebręo, deo esse casus datiui/terrę esse casus genitiui/reliqua (scilicet protectores & eleuato) esse casus regiminis. Propter quod interpretes elegerunt ponere protectores in casu nominatiuo/& eleuato in casu datiuo. vt sit sensus. Quoniam deo valde eleuato (vtpote qui ascendit & sedet ad dexteram patris) protectores terrę/hoc est principes quibus ex officio incumbit protegere terram/se dediderunt. Sic enim quadrat ratio/quadrat coniunctio quoniam. nam quia principes terrę se dediderunt deo eleuato, ideo congregati in vnitate fidei sunt populus dei abraham. Amen.

VVLGATA EDITIO. Psalmus cantici filiis core. XLVII.

MAgnus dominus & laudabilis nimis:in ciuitate dei nostri,in monte sancto eius.
Fundatur exultatione uniuersę terrę:mõs sion/latera aqlonis/ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognoscetur:quum suscipiet eam.
Quoniam ecce reges congregati sunt:conuenerunt in unum.
Ipsi uidẽtes sic admirati sunt/cõturbati sunt/cõmoti sunt: tremor apprehendit eos.
Ibi dolores ut parturientis:in spiritu uehementi conteres naues tarsis.
Sicut audiuimus sic uidimus in ciuitate domini uirtutũ/in ciuitate dei nostri:deus fundauit eam in ęternum.
Suscepimus deus misericordiam tuam:in medio templi tui.
Secũdum nomen tuum deus sic & laus tua in fines terrę:iustitia plena est dextera tua.
Lętetur mons sion & exultent filię iudę:propter iudicia tua domine.
Circundate sion & complectimini eam:narrate in turribus eius.
Ponite corda uestra i uirtute eius & distribuite domos eius:ut enarretis i ꝓgenie altera.
Quoniã hic est deus deus noster in ęternũ & in seculũ seculi:ipse reget nos in secula.

IVXTA HEBRÆVM. Cãticũ psalmi filiis core. XLVIII.

Propheta.
1 MAgnus dominus & laudatus ualde est :in ciuitate dei nostri/monte sanctitatis eius.
2 Pulchra spõsa lętificans totã terram:mons sion/latera aquilonis/ciuitas regis magni.
3 Deus † in palatiis eius agnitus est protegendo. † dii
4 Quia ecce reges congregati sunt:transierunt simul.
5 Ipsi uiderunt sic: mirati sunt, territi sunt/accelerati sunt.
6 Tremor apprehendit eos ibi:dolor quasi parturientis.
7 In uento orientali confringes naues tarsis.
8 Sicut audiuimus ita uidimus in ciuitate domini exercituũ/in ciuitate dei nostri:deus† firmabit eam usq; ęternum. Selah. † dii
laudari
9 Putauimus deus† gratiam tuam in medio templi tui. † dii
est est
10 Sicut nomen tuum deus † sic laus tua super extrema terrę:iustitia plena dextera tua.
11 Lętabitur mons sion/exultabunt filię iudę:propter iudicia tua.
12 Circundate sion & circũite eam:numerate turres eius.
13 Ponite cor uestrum antemurali/eleuate palatia eius : propterea narrabitis generationi posterę.
14 Quoniã iste deus† deus noster ęternum & semp:ipse ducet nos ęternaliter. † dii

TItulus est. Canticum psalmi filiis core. Vbi quia idem significant canticum & psalmus, sumitur hic canticum a cantandi officio/psalmus vero pro hymno qui cantatur. communi siquidem nomine omnes hymni huius libri/appellantur psalmi. Vnde ex titulo nihil apparet de materia psalmi. Circa quam est aduertendum/esse aliquid clarum & aliquid obscurum. Clara sunt duo. Alterum ꝙ psalmus iste loquitur de ciuitate hierusalem. tum quia loquitur de ciuitate in monte sion. tum quia meminit templi dei: quod constat fuisse in sola hierusalem. Alterum ꝙ loquitur de ciuitate hierusalẽ in statu florido. tum quia ponit in ea dñm magnum & laudatũ valde &c̃. tũ ꝗa ponit in ea lętitiam mõtis sion & filiarum iudę. Ambiguũ aũt est an ad literam describatur terrestris hierusalẽ quantũ ad gloriã mũdi huius/an hierusalẽ mystica. Qꝛ enim non describat floridus status fu

gloriam mundi terrestris hierusalē:ex eo habet̄ φ status floridus hierusalem fuit tpe salomonis. cōstat aūt nō describi hic ciuitatē tpe salomonis:ex tribus. Primū. qa hic describitur reges cōgregatos:simul trāsisse:vidisse:admiratos esse:et timore & dolore quassatos:qđ nunq̄ legit̄ tpe salomonis. Secūdo quia hic narrant̄ naues tarsis confractę vēto orientali:qđ nunq̄ salomonis tpe legit̄. Qđ si ad naues tarsis cōfractas tpe iosaphath referri dicat̄, iam recedit̄ a describēdo fœlicitatē ciuitatis. nā cōtritio illarū nauiū/ad infortuniū spectat hierusalē:in hoc aūt psalmo describunt̄ ea q̄ p̄speritatis sunt. Tertio quia in hoc psalmo nulla fit mētio de duobus p̄cipuis bonis ciuitatis tpe salomōis. s. de ipso rege & de copia diuitiaꝝ: tāta φ argētū p̄ nihilo haberet̄: vt dicit̄. 3. reg. 10. ¶ Quod aūt somniāt aliq̄ esse hic sermonē de terrena fœlicitate hierusalē tpe messię: vt somniū relinquat̄. vidimus. n. messię tpe nō magnum dñm nec laudatū valde in hierusalē, sed quasi seruum vituperatum valde. ¶ Vnde restat φ ad lr̄am psalmus iste est parabolicus: & sub metaphora hierusalē terrestris describit hierusalē sp̄ualem: hoc est ecclesiam chr̄i, q̄ est participatio q̄dam hierusalē cœlestis: dū iidē sunt ciues hic peregrinātes & militātes: ibi postea triūphantes. Ita φ nō ponimus tres ciuitates hierusalē, sed duas cū apostolo ad gala. 4. terrestrē. s. & cœlestē: quia nō hēmus hic manentē ciuitatē sed futurā inq̄rimus. Sed nomē ciuitatis cœlestis hierusalē cū diuitiis suis cōicat̄ pręsenti ecclesię: pro quanto hęc est in spe & in merito qđ illa est in re & in p̄mio. Et sic vocat̄ & est participatiue hierusalē cœlestis. Vnde & nr̄a conuersatio in cœlis est. ¶ Est igitur ad lr̄am sermo de sp̄uali hierusalē: vera ciuitate messię. Quod nō solū per locū a diuisione facta dicimus, sed ēt ex narratis in psalmo colligimus: dū narrat̄ deū confregisse naues tarsis: q̄bus vehebā/tur cōgregati reges cōtra ciuitatē hierusalē. Hoc. n. nisi sp̄ualiter itelligat̄/nullā habet ex historiis fidē: sed itellectu de cōi cōcursu principū mūdi aduersus ecclesiā chr̄i in primitiua ecclesia/optime q̄drat.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta in p̄sona fideliū messię, describit deū tū magnū:tū laudatū valde in ciuitate & mōte dei. Et magnū q̄dē ex cōfractione nauiū vehētiū reges cōgregatos cōtra ciuitatem. Laudatum vero: quia iuxta cogitationem & auditionem vidimus gratiam eius in templo ipsius cum laude iustitię. inuitādo omnes ad lętitiam & augmentum sion vt perpetua sit dei gloria in posteritate. Hoc est summarium parabolę tractatę in hoc psalmo.

¶ Personę loquentes sunt propheta & ciues.

Magnus dñs & laudatus valde. Diuidit̄ psalmus in partes duas: p̄positiuā materię, & executiuā: ibi pulchra. Proponit duas dei cōditiones: scilicet magnus & laudatus. & vtrāq̄ valde: determinādo loca in q̄bus est valde magnus & laudatus. Alter locus est in ciuitate dei nostri/hierusalē. Alter in mōte sanctitatis eius: qui est mons moria, in quo erat locus templi. & p̄pterea vocatur locus sanctitatis dei. De quo dixit iacob/terribilis est locus iste &c̄.

¶ Pulchra. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo declarat̄ illa particula/in ciuitate. Secūdo declaratur illa particula/magnus dñs in ciuitate/ibi deus in palatiis. Tertio illa/& laudatus in monte sanctitatis suę/ibi putauimus deus. ¶ Quia nō diffinierat ciuitatē nisi ex parte dei (appellādo eā ciuitatē dei nostri) describit mō ipsam ciuitatē q̄nq̄ cōditionibus. Prima est a pulchritudine. pulchra spōsa. ita φ ciuitas ē pulchra ad similitudinē spōsę speciosę. Per qđ cōmēdat̄ ēt ab amore: sicut spōsa pulchra est amabilis & cōcupita &c̄. ¶ Secūda. lętificans totā terrā. Inter partes terrę sortita est pulchritudinē: & vltra hoc ē materia gaudii reliq̄s partibus terrę. Vñ thre. 2. hieremias itroducit ambas has cōditiones/dicēdo sup hierusalē destructa. heccine est vrbs p̄fecti decoris/gaudiū vniuersę terrę! Hebręi dicūt hoc secundū verificari rōne salubritatis aeris cōis oībus nationibus: dicētes vñcunq̄ ex toto orbe aduētantes hoies/incolumes seruari in hierusalē: quū tñ videamus transeuntes ad remota climata infirmari. Intelligo ego rōne diuini cultus in sola hierusalem vigentis appellatam gaudium vniuersę terrę. ¶ Tertia. mōs sion. Explicat̄ p̄ mōtē sion nō solūmō locus. s. hierusalē a nobiliori ipsius pte (scilicet mōte sion) sed etiā ratio oīum: diuinus. s. cultus. nā mōs sion locus erat diuini cultus: ibi. n. erat arca dei tēpore dauidis: & in eius superiore parte monte moria ędificatum est tēplum. ¶ Latera aquilonis. Si verum est φ mons moria est ad literam aquilonaris monti sion seu hierusalē/vt aiunt, significatur p̄ latera aq̄uilonis templum dei ibidem ędificatum postea. Pōt tamen ad literam excellentia hierusalem terrestris describi ex hoc φ est velut collateralis aquiloni: hoc est babyloni seu ciuitati regię regum aquilonis. Ita φ dicta est latera aquilōis, acsi fuisset dicta par aquiloni. in aquilone enim a quo pandetur omne malum hierusalem/fuit prima monarchia: & hierusalem adeo diues & gloriosa euenit tempore dauidis & salomonis vt certaret de gloria diuitiis &c̄. cū aquilone. Et p̄pterea describitur φ est etiā latera (hoc est ad latera) aquilonis/tanq̄ par illi. ¶ Vltima. ciuitas regis magni. i. messię qui est rex magnus expectatus a iudęis: vt intelligas eandem esse ciuitatem dei nostri & regis magni messię. Et hęc quidem de terrestri hierusalem sic sunt vera vt ad literam ideo descripta sint vt spiritualis hierusalem conditiones intelligas. Quod ex sequentibus conuincitur: quia non possunt quę sequūtur/de materialibus palatiis & nauibus intelligi.

Deus in palatiis eius. Tractatur hic illa particula/magnus dñs in ciuitate/declarando effectum in

quo est cognita magnitudo diuina.s.ꝓtegendo seu auxiliando. Deus in palatiis eius.s.hierusalem, agnitus est ꝓtegendo. Describit aũt deũ cognitũ in palatiis: vt intelligas deũ cognitum a magnatibus habitãtibus palatia. Et qdẽ quãtũ ad parabolã, describit̃ itellectũ diuinũ adiutorium a magnatibus: eo ꝙ raro magnates mũdi recognoscũt deũ adiutorẽ, sed attribuũt (si nesciũt aliã cãm) astris vel casui: plebei aũt sunt qui recognoscũt deũ. Vt ergo vniuersaliter deũ cognitũ adiutorẽ itelligeremus, dixit deũ ꝓtectorẽ in palatiis cognitũ. ¶ Quia ecce reges cõgregati sunt. Audi effectũ in quo mõstratũ est diuinũ adiutoriũ. Describunt̃ reges hostes ciuitatis hierusalẽ cõgregati, transeuntes simul mare ex vna parte: ex altera parte describit̃ deus in vẽto oriẽtali cõfringẽs naues tarsis, vehentes transeũtes reges. Ita ꝙ videntes reges se periclitari, mirati sunt, territi sunt, accelerati sunt, ad euadẽdũ, tremor apprehẽdit eos ibi; nec solus tremor sed dolor q̃si parturiẽtis, in ꝑiculo mortis cõstitutę. Hic ẽ effectus quo deus ẽ agnitus in palatiis. Et ꝓpterea ciues hierusalẽ introducũt̃ dicẽtes. Sicut audiuimus, a ꝓphetis & pr̃ibus de diuinis opibus, ita vidimus in ciuitate dñi exercituũ, i. ciuitate dei nr̃i, deus firmabit eã vsq; ęternũ. Idubia fide ac spe ex ista experiẽtia dicimus ꝙ deus firmabit eã, hierusalẽ, vsq; ęternũ. Hęc est parabola. ¶ Historia nusq̃ inuenit̃ materialiũ nauiũ & huiõi regũ sic cõgregatoꝝ. Et ꝓpterea sensus parabolę est ꝙ deus est cognitus magnus in palatiis, in magnificis domibus q̃les sunt apostoli & martyres, roborãdo eos. Quia ecce. Demõstrant̃ in primitiua ecclesia reges mũdi cõgregati, nõ in loco sed aĩo vno & eodẽ cõtra fidẽ chr̃i. Et ꝓpterea describunt̃ trãsire simul mare ad destruẽdũ hierusalẽ (eodẽ siquidẽ tp̃e & aĩo conabant̃ oẽs ad destruendũ hierusalẽ spũalem, hoc est ecclesiam chr̃i) sed deo in vẽto oriẽtali, hoc est spũsancto flante ab oriẽte, hoc est a messia (de quo scriptũ est zacha. 6. ecce vir oriẽs nomẽ eius) cõfringente naues tarsis, potẽtias mũdanas: cõprehendẽdo diuitias & reliqua in quibus cõfidunt hoĩes, quę erãt quasi vehicula hoĩum cõtra fidẽ christianã. Hęc enim oĩa cõtregit spũs orientis virtutibus & miraculis. Quę spũm virtutũ & miraculoꝝ ipsi reges viderũt sic ꝙ mirati sũt primo, deinde territi sunt & accelerati sunt. in nõ multo siquidẽ tp̃e susceperunt fidẽ vniuersi populi. tremor apprehẽdit eos ibi, vbi spũs virtutũ & miraculoꝝ cõfudit vires humanas: & similiter dolor quasi parturiẽtis. Vbi vides significari ad lr̃am ꝙ spũsancto cõfringente vires humanas ꝑsecutoꝝ, tandem mirati & territi, etsi non ipsi, successores tñ eoꝝ tremore diuini iudicii & dolore ꝓprioꝝ scelerũ accelerati sunt ad susceptionẽ fidei. Et ꝓpterea chr̃iani fatemur gr̃as agẽdo. Sicut audiuimus, a prophetis, ita vidimus in ciuitate dñi exercituũ, in ecclesia militante, in ciuitate inquam dei nostri: & non dubitamus ꝙ deus firmabit eam, ecclesiam, vsq; ęternum.

Putauimus deus. Tractat̃ hic illa particula, laudatus in monte sanctitatis suę: declarãdo visam laudẽ & hortãdo ad augmentũ. ¶ Et visam quidẽ laudẽ in extẽsione ad fines terrę significat, cõparatiue ad tẽplum dicẽdo. Putauimus, hactenus, deus gr̃am tuã, laudari, in medio templi tui, in quo est cultus tuus. sed nũc videmus tã extẽsam laudẽ tuã ꝙ sicut nomen quo diceris deus est vere tuũ, q̃a nulli alteri vere cõuenit, sic & laus est tua sup̃ extrema terrę, expãsa, ita ꝙ laudaris iã in vniuersa terra solus deus. dextera tua nõ est sicut dextera humana, partim iustitię & partim iniq̃tatis habens, sed plena est iustitię: q̃m nõ operat̃ nisi iusta iuste, nec facit nisi iustitię. Et quãtũ ad parabolã spectat, visa est dextera tua plena iustitię in cõfringẽdo naues tarsis. Quantũ vero ad sensum parabolę, significat̃ cultum diuinũ q̃m hactenus fuerat in tẽplo hierosolymis, inueniri in toto orbe, iuxta verbũ dñi ad samaritanã. venit hora q̃ñ nec hierosolymis nec in monte hoc adorabitis &c̃. Significaturq; assistentia diuina in martyribus visa plena iustitię, nullã admittẽs iniq̃tatẽ. nihil enim damnationis est iis qui sunt in chr̃o iesu. ¶ Vnde & subdit̃. Lętabit̃ mons sion, exultabũt filię iudę ꝓpter iudicia tua. Quod quantũ ad parabolã, liquet describere subsequentẽ lętitiã habitantiũ in hierusalẽ & in tribu iuda. Secũdũ autẽ parabolę sensum, ꝓphetat̃ lętitia primitiuę ecclesię in cõtumeliis & tormẽtis: iuxta illud. ibãt apostoli gaudẽtes a cõspectu cõcilii, q̃m digni habiti sunt pro noĩe iesu cõtumeliã pati. Perfectiores ergo ꝑ montẽ sion & filias iudę significant̃, gaudẽtes ꝓpter iudicia dñi quę incœperunt a domo dñi: iuxta verbum apostoli petri. tempus est vt incipiat iudicium a domo dei &c̃. 1. pet. 4. ¶ Exhortatio aũt ad augmentum laudis subiungitur. Circundate sion & circuite eam. Ordo pręposterus. primo debẽt circuire, & deinde circundare eã muris. Numerate turres eius. quarto ponite cor vestrum antemurali. & quinto eleuate palatia eius: ad hũc effectũ vt enarretis generationi posterę, quoniã iste deus, deus noster ęterno & semꝑ, ipse ducet nos ęternaliter. ¶ Quantum ad parabolam, munienda & exaltanda dicitur ciuitas ad hoc vt posteritati consulatur quo ad sciendum deum ducem &c̃. Quantum vero ad sensum parabolę, modus describitur quo diuina laus est extensa ad fines terrę. Primo circumeũdo sion, vniuersum locum ecclesię dei. deinde circundando eam muro apostolicorum virorum, protegẽtium. tertio numerando turres. Turris fortissima nomen domini: ad eam confugiet iustus & saluabitur prouer. 18. Ac per hoc numerare turres sion, est numerare diuina nomina: hoc est distincte habere rationem diuinarum notitiarum. Quod ad literam tũc incœpit adimpleri quum apostoli condiderunt symbolum fidei: tot enim turres numerarunt quot fidei articulos distinxerunt. nam articuli fidei sunt velut turres ecclesię: vtpote firma refugia & propugnacula in omnibus excursiõibus hereticoꝝ.

¶ Quarto ponendo cor ad antemurale: hoc est etiam ad ultimas defensiones ecclesię. quis infirmatur (inquit apostolus) & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vror? Hoc est habere cor & nō solum linguam ad antemurale ecclesię. ¶ Quinto eleuando palatia/magnificas domos/pręficiendo ecclesiis viros perfectiores: qui respectu aliorum sunt sicut palatia respectu domorū. Quod in primitiua ecclesia seruatum esse constat. His enim mediis peruentum est ad hoc vt enarrauerint posterę generationi (.i. nobis in quos fines seculorum deuenerunt) duo. Primum. quoniā iste mesias deus/deus noster ęternum & semper. In quo eius diuinitas prędicatur a parte ante & post. Secundum. ipse ducet nos ęternaliter. In quo eius officium prędicatur: christus enim est dux noster ad ęternitatem. In his siquidem duobus vniuersa fides continetur. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori filiis core psalmus. XLVIII.

AVdite hęc omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem.
Quiq; terrigenę & filii hominum: simul in unum diues & pauper.
Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.
Inclinabo in parabolā aurē meā: aperiā in psalterio propositionē meā.
Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circundabit me?
Qui confidunt in uirture sua: & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.
Frater non redimit redimet homo: & non dabit deo placationem suam.
Et pręcium redemptionis animę suę: & laborabit in ęternum & uiuet adhuc in finem.
Nō uidebit interitum quū uiderit sapientes morientes: simul insipiēs & stultus pibūt.
Et relinquent alienis diuitias suas: & sepulchra eorum domus illorum in ęternum.
Tabernacula eorum in progenie & progenie: uocauerunt nomina sua in terris suis.
Hō cū in honore esset nō itellexit: cōparatus est iumētis isipiētibus/& silis factus e illis.
Hęc uia illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.
Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.
Et dn̄abuntur eoꝝ iusti in matutino: & auxiliū eoꝝ ueterascet in inferno a gloria eoꝝ.
Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi: cum accęperit me.
Ne timueris cū diues factus fuerit homo: & cū multiplicata fuerit gloria domus eius.
Quoniam cū interierit non sumet oīa: neq; descendet cum eo gloria eius.
Quia anima eius in uita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.
Introibit usq; in progenies patrum suorum: & usq; in ęternū non uidebit lumen.
Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti filiis core psalmus. XLIX.

1 Propheta. AVdite hoc omnes populi: auscultate omnes habitantes orbis.
2 Etiam filii adam etiam filii uiri: simul diues & mendicus.
3 Os meum loquetur sapientias: & meditatio cordis mei prudentias.
4 Inclinabo parabolę aurem meam: aperiam in cithara ęnigma meum.
5 Quare timebo in diebus mali, iniquitas calcaneorum meorū circundabit me?
6 Confidentes super opulentia sua: & [qui] in multitudine diuitiarum suarum gloriabunt.
† dijs 7 [falso sunt q] Frem/non redimendo redimet uir: non dabit [vir] deo† pręcium suum.
8 Et chara [illi] redemptio animę eorum: & cessabit [per montē] seculo.
9 Et uiuet [fama] adhuc sempiterno: non uidebit foueam,
10 Quando uidebit sapientes [q] morientur [cū fama]: simul insipiens & bestialis peribunt, & dere-

linquent aliis opulentiam suam.

11 Intimum eorum domus eorum seculo: habitacula sua generationi & generationi, uocauerunt in nominibus suis super terras.

12 Et homo in claritate nõ pernoctabit: assimilatus est, sicut bestię exequatę sunt.

13 Hęc uia eorum/insipientia ipsis: & post eos in os eorum current. Selah.

14 Quasi ouis in fouea† positi sunt, mors pascet eos: & dominabũtur in eos recti mane: & figura eorũ ad cõsumendum foueã ab habitaculo sibi.

15 Tñ deus† redimet aĩam meam de manu fouee, quũ assumet me .Selah.

16 Ne time quum ditabitur uir: quum multiplicabitur honor domus eius.

17 Quoniam nõ in mori suo tollet oĩa: non descendet post ipsum honor eius.

18 Quia aĩę suę in uitis suis benedicet: & laudabunt te quum benefacies tibi.

19 Ibit usq; generationem patrum suorum: usq; ęternum non uidebunt lumen.

20 Homo in claritate & nõ intelliget: assimilatus est sicut bestię exequatę sunt.

TItulus est. Vincenti filiis core psalmus. De quo vt supra.
¶ Circa materiã psalmi cõstat primo ꝙ mouet̃ qõ de cã timẽdi dies mali ĩ qnto versiculo. Cõstat deide ꝙ recitat̃ via diuitũ huius mũdi circa redẽptionẽ aię: & reprhẽdit̃ tãdẽ I.13. versiculo. hęc via illoꝝ ĩsipiẽtia ipsis. Cõstat tertio ꝙ subdit̃ dfia ĩter illos & iustos: ꝙ illi sicut oues in iferno positi sunt, mors pascet eos: iusti ãt dñabunt̃ eoꝝ &c̃. Cõstat demũ moneri hoies ne timeãt quũ multiplicata fuerit glia diuitis: qa nõ comitat̃ eũ post mortẽ sed ĩ ęternũ nõ videbũt lumẽ. ¶ Ex qb⁹ diligẽter pspectis ac collatis/apparet prĩo ꝙ qõ pposita q̃rit de cã nr̃i timoris respectu maloꝝ post mortẽ. ad hoc.n. directe spectat descriptio dãnatoꝝ & dñium iustoꝝ: ad hoc spectat nõ eẽ timẽdũ multiplicatũ honorẽ diuitũ, qa nõ cũ eo pgit post mortẽ: ad hoc quoq; spectat recitata via diuitũ circa redẽptionẽ aię. Vñ cõcludẽdũ est ꝙ psalmus iste ad lr̃am tractat cãm humani timoris respectu maloꝝ post mortem.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta vbi ĩuitauit mũdũ ad audiẽdã sapiẽtiã & prudẽtiã qõnis de timore poenaꝝ futurę vitę: ĩtroducit prĩo sapiẽtes mũdi ponẽtes foelicitatẽ ĩ ĩmortalitate famę, ita ꝙ ĩ hac sola differt hõ a brutis: & narrat multiplex eoꝝ studiũ ad hmõi ĩmortalitatẽ cõsequẽdã. Deide reprehẽdit eoꝝ ĩsipiẽtiã/describẽs poenas iniquoꝝ & pmia iustoꝝ post mortẽ: in quo cõsistit solutio qõnis. adiũgẽs ꝙ gloria mũdi nihil prodest mortuis: necnõ mõstrans in quo vere differt homo a brutis.

¶ Persona loquens propheta est.

AVdite hoc. Diuidit̃ psalmus ĩ ptes duas: ppositiuã materię, & executiuã/ibi cõfidẽtes. In pte ppositiua multo apparatu pponit qõnẽ/ĩuitãdo oẽs & singulos hoĩes mũdi. audite/exterius, hoc/hãc re, oẽs ppl'/oĩa collegia: auribus pcipite seu auscultate/ĩtus attẽdite, oẽs habitatores orbis/singuli hoĩes. Etiã filii adã/ẽt filii viri: hoc ẽ tã ignobiles (quoꝝ genus nõ illustrat̃ nisi qa sũt hoĩes) q̃ nobiles/ex noiato viro genus trahẽtes. simul diues & mendicus. Post dfiam gñis subdit̃ ẽt fortunaꝝ/ diues & mẽdicus. ¶ Ecce ad qd ĩuitant̃. Os meũ loquet̃ sapias/diuinã & humanã: & meditatio cordis/nõ ex pcipitatiõe sed ex diuturna meditatiõe, prudẽtias/actionũ humanaꝝ, sil'r ſm deũ & ſm hoĩes. Hęc quo ad rẽ dicẽdã. Quo ad modũ vero dicẽdi. Inclinabo parabolę aurẽ meã/hũiliabo ad parabolicũ modũ aurẽ meã. Debuisset dicere os meũ aut verbũ meũ/& tñ dixit aurẽ meã pp mysteriũ. vt ĩtelligeres eũ dictuꝝ audita nõ ĩuẽta a seipso/sed quę aure pcępit a spũ sctõ. ita ꝙ posuit aurẽ p re audita. Inclinabo parabolę/rẽ auditã a me, apiã in cithara/hoc est in cãtu metrico (ex sono cithare correspõdẽte metro carminis describit qõnẽ metrice pponẽdã in cãtu) ęnigma meũ/difficilẽ qõnẽ. ¶ Ecce qõ. Quare timebo in diebus mali, iniqtas calcaneoꝝ meoꝝ circũdabit me? Appellant̃ dies mali dies cõtẽtiui mali simpl'r vt distiguunt̃ cõtra dies cõtẽtiuos mali ſm qd. Et ppea qa poene pñtis vitę sũt malũ ſm qd/futurę aũt sunt malũ simpl'r, iõ dicendo quare timebo in diebus mali/cãm q̃rit q̃re timebit mala futurę post mortẽ vitę. Timebo inq̃t/in psona hoĩs timẽtis poenas ĩferni. Et vt ĩtelligas ꝙ nõ q̃rit cãm dementoriã/subdit iniqtas calcaneoꝝ meoꝝ circũdabit me: hoc ẽ cur timebo sic ꝙ iniqtas ẽt minima circũdat me timore. Iniqtate calcaneoꝝ significat̃ iniqtas ĩfimę ptis: puta pctũ carnis. Vbi bñ nota ꝙ totũ cadit sub qõne. f. cur timebo in diebus mali pp pctũ cõmissum. & exaggerãdo/ĩducit minima

peccata inducentia magnum timorem: vtpote circūdātia hoīem timore. Vbi vides prophetam seruare quod pmisit. s. sub metaphora pponere qōnem. & difficilem qōnē: qm̄ qrit cām q̄ nisi ex reuelatione diuina sciaẽ ignota est: cā enim ad notitiā reꝝ futurę vitę spectat. Hęc est quęstio.

¶ Cōfidētes. Incipit h̄ ps executiua tali ordine. Pr̄io recitaẽ s̄nia sapiētū mūdi hui⁹ circa motā qōnē. Secūdo rep̄hēdiẽ mūdanoꝝ s̄nia, ibi hęc via eoꝝ. Tertio soluiẽ qō s̄m veritatē, cōfutādo dcā mūdanoꝝ ibi q̄si oues. ¶ Circa s̄niam sapiētū mūdi hui⁹ aduertēdū ē φ ptim sub metaphora, ptim sub pprietate verboꝝ itroduciẽ s̄nia mūdanoꝝ. ¶ Quā vt clarius intelligas, nota per singula. Quia pr̄io describunẽ optimates mūdi cōfidētes sup opulētia sua & ī multitudine diuitiaꝝ suaꝝ gl̄iantes. Et licet hoc verificeẽ de diuitiis reꝝ, parabolice tn̄ dcm̄ itellige de opulētia igenii & diuitiis p̄claroꝝ gestoꝝ. hi. n. sūt capita mūdi: de q̄bus hic se loq pp̄ha, in. iz. versiculo explicat: qn̄ dicit reliquos seq vestigia hoꝝ. ¶ Secūdo declaraẽ optimatū affectus ad viuēdū post mortē, simul cū ipossibilitate assequēdi illd̄ p̄cio. Fratrē nō redimēdo redimet vir. Vbi q̄tū ad l̄fam aduerte duo. Primū φ tā fr̄ q̄ vir in textu hebręo sūt casus regimīs. & hac vsi libertate īterptes locauerūt fr̄ez ī actō & virū ī ntō, coacti a p̄ſcto vtrūq₃ referre ī idē verbū. s. nō redimēdo redimet: q̄a p̄ſctaẽ post dictionē vir. Alteꝝ ē φ cōsuetudo hebraica ē diceẽ veniēdo veniet: expectādo expectaui, & sic de aliis. & sicut hoc mō loquēdi vtūẽ affirmatiue, ita hic vtūẽ negatiue nō redimēdo redimet. ita φ negatio p̄posita negat & gerūdiū & verbū. Et ē sensus φ vir, hō notabilis, nunq̄ redimet fr̄em. Si q̄ris de qua redemptione est sermo, expecta paululū verba textus. Sufficit hic nosse φ nō est in facultate illustris viri redimere fr̄em. & multo minus pōt redimere quēcūq₃ aliū. Sequiẽ. nō dabit deo p̄ciū suū: hoc ē nec seip̄m pōt p̄cio quocūq₃ redimere. dicendo. n. p̄ciū suum, sui ipsius. s. viri illustris p̄ciū monstrat. Et ē sensus φ nullo p̄cio dato deo redimet seip̄m vir illustris. Sequiẽ. & chara redēptio aīę eoꝝ. Potuisses credere φ iō vir illustris nō redimet fr̄em: nec dabit deo p̄ciū sui ipsius q̄a nō curat, q̄a nō magnipēdit redēptionē fr̄is & sui. hanc cogitationē excludit pp̄heta, asserēs φ chara est redemptio animę eorum: hoc est φ magnipendiẽ redemptio animę eorum ab eis. Et hinc habes de qua redemptione hactenus loquutus est. s. de redemptione aīę, hoc ē vitę ad l̄fam. Vidētes. n. sapiētes ī morte se p̄dituros vitā, magnipēdūt redimere vitā, q̄ est ab aīa: & est q̄si redēptio aīę quā ī morte p̄dūt. Vn̄ redimere aīam nihil aliud ē q̄ emere vitā post mortē. Et hoc magnipēderūt sup oīa magnates mūdi: & viderūt φ vnus hō non pōt redimere vitā alterius: hoc est efficere vt alter post mortē viuat. Viderūt quoq₃ φ sacrificia & oblationes q̄ offeruntẽ deo nō p̄sunt ad hoc vt offerēs viuat post mortē. nihil. n. isti credūt de futura vita, sed istā tm̄ cognoscūt, istā solā magnipēdūt, de ista sola loquunẽ. ita φ redēptio aīę eoꝝ, ad viuēdū in p̄nti vita referẽ. ¶ Vn̄ sequiẽ tertio declaratio īrentionis istoꝝ. Et cessabit seculo, & viuet adhuc sempiterno. Ecce quo tēdit vir excellēs: ad hoc. s. φ cessante vita sua p mortē viuat adhuc in hac vita in sempiternū. & cessabit seculo, hoc ē necessitatis naturę mortalis, & viuet adhuc sempiterno; hoc est studiosę virtutis, heroicę &c̄. Et intēdit ad l̄fam φ ītēdit viuere in fama & gloria sua remanēte in ęternū. ¶ Sequiẽ. nō videbit foueā. Declaraẽ quarto discursus seu motiuū hoīs illustris penes hoc φ videt dr̄iam īter sapiētes & īsipiētes: φ sapiētes moriunẽ quidē sed viuūt adhuc in fama, īsipiētes aūt moriunẽ simul cū oībus suis, ita φ nulla fama eoꝝ restat. Hoc. n. significaẽ dicēdo. Nō videbit, vir excellēs, foueā, hoc est sepulchrū, qn̄ videbit sapiētes morientes: hoc est φ morienẽ. Appellat nō videre foueā seu sepulchrū nō videre occultationē. Et est locutio metaphorica. quod enim est in sepulchro seu fouea, tectū est, occultatū est. sapiēs autē quando moriẽ, nō sepelitur nō occultaẽ sed claret fama. Intendit enim p mortuū & sepultū, eū cuius nomē est sepultum. & p oppositū nō videre foueā in morte sapiētis, est videre nomē viuū. De īsipiētibus aūt. Simul insipiēs & bestialis, homo ducēs vitā q̄si aīal brutū, nō respiciēs nisi ad p̄ns, peribūt simul: hoc ē cū oībus suis, nomineq₃ fama, glotia &c̄. ¶ Quito describūẽ cōsequēter media q̄bus ex his discursibus magnates pcurāt viuere post mortē vsq₃ ī sempiternū. Et describunẽ q̄ttuor media. Primū. & derelinquēt aliis opulētiā suam. Vbi aduerte q̄tū ad l̄fam numerū pluralē, & derelinquent, referri nō ad insipientē & bestialē sed ad sapiētes introductos dicendo, qn̄ videbit sapientes. intendit enim nunc describere quare sapientibus morientibus vir nō videt foueā: hoc est q̄re restant viui in fama & gloria. Vnde & primū mediū quo sapiētes mūdi pcurāt viuere in sempiternū, est derelinquere aliis opulētiā suā. Non est hic sermo de diuitiis rerū, sed sub metaphora diuitiaꝝ copiā p̄claroꝝ gestorū significat. ita φ derelinquere aliis memoriā p̄clarorū gestorū, siue scriptorū siue dictoꝝ, ē primū mediū ad pcurādā īmortalitatē famę. Secūdū est. Intimū eorū domus eorū ī seculū. Et hic ēt sermo ē metaphoricus ad silitudinē pcurātiū ppetuitatē p naturalē pcreationē sobolis. Et hic appetitus inditus est naturaliter hoī vt studeat cōseruare gentē domus suę generādo. Sed altius ē qd̄ significaẽ p hoc: dū dr̄. itimū eoꝝ, supple ē: hoc est, qd̄ itimc fixū ē ī corde eorū. s. sapientū est hoc. domus suę in seculū, efficere se capita sectaꝝ ppetuarū. hoc. n. velut p̄cipuū mediū ad ppetuitatē dr̄ intimū eorū. & sectę eorū dicunẽ domus eorū: iuxta illā significationē qua frequētissimo vsu in sacra scriptura domus sumiẽ p pgenie. Tertiū. habitacula sua generatiōi & generatiōi. Post duo prima p̄cipua adiūgūẽ ēt alia mediocria media. s. efficere magnifica & perpetua ędificia. cōfert. n. hoc nō nihil famę post mortē. Et hoc significaẽ dicēdo. hītacula sua, supple cōstruēt, ḡnatiōi & ḡnatiōi, futuris successiōib⁹. Vltimū ē. vocauerūt in noīb⁹ suis sup terras. vt romulus romā

& sic de aliis denominātibus tertas a finis noībus, vt vel sic ppetuet nomē eoꝝ. ¶ Sexto declāt radix to
tius discursus, sniē & opeꝝ sapiētū huius mūdi. Et hō i claritate nō pnoctabit, assilatus est, sicut bestiae
exęqte sūt. Verba haec sūt sapiētū huius mūdi, significātia φ hō ex eo φ nō pnoctat i claritate, hoc ē φ
mortuus nō pseuerat in claritate famę, assilatus ē, supple brutis, ita φ sicut exęqtę sunt bestię in mor
te, ita exęquātur hoies in morte si nō permanēt in claritate. Vbi clare vides inter hoiem & bruta nul
lā i stos ponere differētiam nisi penes claritatem perseuerantem post mortē. Haec est sententia munda
noꝝ magnatum circa quaestionē ppositam. Nam hinc habes nihil esse timendum ob demeritum ali
quod post mortē in alia vita, sed in hac vita infamiam, & ex virtute gloriam acquirendam.

Hec via eorū isipiētia ipsis, & post eos i os eoꝝ currēt. Rephēdit ppha sniam mūdanoꝝ ponētiū
fęlicitatē i imortalitate famę. Vbi aduerte φ ex hoc versiculo māifeste hēs φ oia dcā a.6. versiculo (s.
cōfidētes i opulētia sua) spectāt ad viā sapiētū, h⁹ mūdi. pnomē siqdē hęc, dicēdo hęc via eoꝝ, demon
strat narratā hacten⁹ sniam. Rephēsio āt significat isipiētia ipsis. Q̄d ipsi reputāt sapiētiā ppha declat
eē isipiētiā. Et merito: qa male sentiūt de fine de foelicitate hūani gnis. sapiētis siqdē ē rectę sētire de su
pmis cāis, inter q̄s ē vltim⁹ finis. Rephēdēdo āt sil isinuat sniam pdictā eē sapiētū mūdi: dū subdit. & p⁹
eos i os eoꝝ currēt. Vbi aduerte parabolā. in pastu aīalū greges pgūt post ora arietū, tauroꝝ & breui
ter ducū: ita φ vbi aīalia capita gregū applicāt os suū ad pastū, illuc currūt sequētia reliq̄ aīalia. Iuxta
hāc metaphorā describit ppha vulgares hoies currere post sapiētes i os eoꝝ: hoc ē ad eūdē pastū quo
pascuntur sapiētes: dum & ipsi reputant non esse aliam foelicitatem nisi foelicitatem famę: quia tali
pastu vident sapientes se pascere.

Quasi ouis i fouea positi sūt. In hebręo hr̄ fouę i datiuo. Rn̄det h̄ ppha qōni morę. & fm φ pmi
sit iclinat i pabolā audita a spū scto. Tria aūt i hac rnsiōe tractat. Prio aliā vitā post mortē cū dfia poe
naꝝ & pmiorū. Scdo ad qd ē vtilis glia pn̄tis vitę. Tertio corrigit spālr radicē illā, hō in claritate. Cir
ca futurā vitā prio ponit poenas & pmia: alludēdo ad pabolā ichoatā de ouib⁹ seqntibus ad pastū os
arietū. Et assilat eos. s. seqces, ouib⁹ i termio, i casu, sicut assilati sunt in uia. Ita φ pabola ē φ sicut oues
sequētes arietes currēdo pueniūt ad locū arietū, ac p hoc ad casū (puta si cadūt i foueā) ita imitatores
sapiētū pueniūt ad foueā inferni vt pascant morte oēs simul. ex eo. n. φ pgūt ad pastū, apte describūt
pasci morte. Et fm rei veritatē pascunt morte: qm̄ nihil aliud gustāt aiae dānatoꝝ nisi qd̄ mortis est
maxima. s. mala poenę. Quasi ouis, multitudo ouiū sequens capita, positi sunt in fouea inferni in quā
foueā ceciderūt sequēdo sapiētes mūdi: ita φ mors cōtinuis tormētis pascet eos. Et dn̄abunt in eos re
cti mane. Ecce pmiū iustoꝝ. illi pascunt morte: recti dn̄ant sup eos, effecti sunt dn̄i. Mane. mortē iustoꝝ
appellat mane, qm̄ in morte incipit verus dies rectoꝝ: sicut mortē impioꝝ appellauit casum in foueā.
Et ne putes tēporalia fore haec tormēta impioꝝ, subdit. & figura eoꝝ ad cōsumēdū foueā ab habitacu
lo sibi. Humano more interminabilē carcerē significat dum cōsueuimus dicere de carcerato sine spe li
bertatis φ ipse cōsumet vincula & carcerē. iuxta hūc loquēdi morē significat ppheta dānatos sine ter
mino i iferno. Et figura eoꝝ ad cōsumēdū foueā inferni, qd̄ est impole: vt itelligas itermiabilitatē. Et p
metaphorā figurę corpeę itellige significari aiam: q̄ fuit forma corpis. Ab habitaculo sibi, hoc ē qa est
habitaculū sibi deputatū. ¶ Declāta disparitate pmii & poenę & ppetuitate, declat mō ipsam vitā fu
turā, alludēdo ad discursus sapiētū prius recitatos. s. φ vir nō pōt redimere aiam. i. vitam neq̄ suā neq̄
fratris sui. Et ait. Tn̄ deus redimet aiam meā de manu fouę quū assumet me. Duas vitas isinuat: hoc
ē naturalē vitā aiae, dicēdo de manu fouę: & vitā grae, dicēdo de⁹ redimet. Significāterq̄ apponit tn̄,
vt intelligas vitā grae a solo deo pēdere. aia siqdē eius quātū ē ex se manū fouę infernalis incurreret:
sed deus solus ē q redimet aiam meā de ptāte inferni. Et hoc tūc erit quū assumet me. Pōt hoc intelli
gi de assūptiōe ex hac vita. ita φ significāter nō vocauit eā mortē sed assūptionē ex hac miseria i ppe
tuā vitā. Nec obstat φ tūc tēporis hoies i morte nō cōsequebāt foelicitatē aeternę beatitudinis: satis est
pphę φ cōsequebāt eā securitate sin⁹ abrahę. nā ad cōfutādos sapiētes mūdi hoc sufficit. Posset quo
q̄ exponi de assūptiōe naturae hūanae a deo i vnitatē personae: sed extra praesens ppositum apparet.

Ne time quū ditabit vir. Declāta vita foelici & ifoelici aiae post mortē, declat ppha φ glia pcurata a
sapiētib⁹ mūdi nihil pdest post mortē aiab⁹ eoꝝ, sed tn̄ pfuit eis dū viuerēt: qa post mortē nō videbūt
lumē. Ne time. Apostrophat ad iustū timētē poenas, & spantē pmia futurae vitae. Ne time quū ditabit
uir, qbuslibet diuitiis pclaroꝝ gestoꝝ &c. quū multiplicabit honor dom⁹ ei⁹, gētis sequētis ipsū. Q̄m
nō i mori suo tollet oia, nō descēdet post eū honor ei⁹, sed remanebit i opione hoium q h̄ viuūt. Quia
aię suae i vita sua tn̄ bn̄dicet, vir excellēs: & filii alii laudabūt te quū bn̄facies tibi tn̄. Et ē sensus φ nec
ipsemet vir excellēs pōt bn̄dicere aię suę nisi durāte hac vita sua, vt claꝝ ē: & filii alii nō laudabūt te ni
si durāte tpe quo bn̄facies tibiipsi. qd̄ cōstat eē tps pn̄tis tn̄ vitę. qn̄ āt n̄ potes tibiipsi nec bn̄dicere nec
bn̄facere, null⁹ laudabit te laude pueniēte ad te. hęc. n. sola ē q̄ pdest. Et itēdit ppha φ qa sublata ē illu
stri viro post mortē facultas tā bn̄dicēdi q̄ bn̄faciēdi sibi, nō pueniūt ad eū laudes q̄ hic remāserūt in
opinionib⁹ hūanis. Ibit, p mortē, vsq̄ ad gn̄ationē patrū suoꝝ, dānatoꝝ q istruxerūt eos, vsq̄ ad ęter
nū nō videbūt lumen: hoc ē q pfes eoꝝ vsq̄ ad ęternum nō videbūt lumen, ac per hoc non videbunt
laudes suas qbus i hoc mūdo celebrātur. erūt. n. in tenebris inferni: de qbus scriptū ē eiicite eū in tene

bras exteriores. ¶ Occurrit hic quæstiuncula cur pp̄ha īduxit hāc doctrinam sub exclusione timoris inchoās ne time: quū nō appareat rō timēdi et si glīa hæc comitaretur hoīes post mortē. Ad hoc dr̄ ꝙ si glīa hęc comitaret aīas post mortē, timēdū erēt ꝙ deficerēt p̄mia alteri⁹ vitæ q̄ sperām⁹: qđ eēt maximū malum. Et propterea propheta exclusit hūc timorem: intendens ꝙ non deerunt præmia alterius uitæ q̄ p̄missa sunt in lege & prophetis: qa hu꞉us mūdi p̄mia (gloria, honor & hmōi) nullū hn̄t ibi locum. ¶ Homo in claritate. Postremo corrigit propheta vulgatum dictum sapientum: scilicet ꝙ homo differt a bestiis quia cōmoraē in claritate. Vbi diligētissime perspice correctionē: qm̄ cōsistit ī correctione illius particule, nō pnoctabit seu cōmorabit. hanc particulā corrigit pp̄heta: & loco illius apponit & nō intelliget. Vide differētiā. Illi clamitant & implent libros suos ꝙ solus hō q̄ cōmoraē ī claritate post mortē differt a brutis: iuxta illud. sed famā extēdere factis, hoc virtutis opus. Proph̄a dicit copulatiuā. homo in claritate & nō intelliget: hoc est solus hō q̄ intelliget differt a brutis, quātūcūq̧ in claritate cōmoretur. Et intēdit per intelligere, intelligere dono seu intellectu fidei. solus. n. pditus intellectu fidei intelligit verā fœlicitatē: iuxta illud. nisi credideritis nō intelligetis. Approbat aūt pp̄heta assilari telis quos hoīes bestiis, lōge altiori sensu q̄ illi dixerint. illi. n. dicebāt hoīes assimilari bestiis, qa eorū omnia cū vita intereūt: pp̄heta aūt asserit hoīes carentes itellectu fidei sīles bestiis, qa ceciderūt ab ordine creaturarū rōnaliū & lapsi sūt in ordinē brutorū. creaturæ. n. rōnales sūt pp̄ seipsas: hoc est vt sint ipsæ fœlices. irrationalia aūt oīa nō sunt pp̄ se (qa nō sunt vt assequātur fœlicitatē) sed pp̄ supiores res. Quocirca qa dānati fuerūt in hac vita in ordine creaturarū rōnaliū (vt pote potētes p̄ fidē assequi beatitudinē ęternā) & post mortē nō possunt assequi amplius illam, ceciderūt ab ordine creaturarū rōnaliū ī ordinē brutorū: pro quāto sunt, in statu in quo nō sunt pp̄ se (qa non possunt assequi fœlicitatē) sed sunt pp̄ sanctos, q̄bus oīa cooperanē in bonū: sicut bruta sunt pp̄ supiora entia. Ideo oēs dicunē sīles bestiis. ita ꝙ vera pp̄ō est, ꝙ hō in claritate seu glīa quātacūq̧ existēs & nō intelliget (hoc est si non intelliget intellectu fidei) assimilatus est sic ꝙ sicut exęquatę sunt bestiæ sic ipsi exęquati sunt, omnes equales facti sunt in uno statu, sicut bestiæ propter alios non propter seipsos. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus asaph. XLIX.

DEus deorum dominus locutus est: & uocauit terram.
A solis ortu usq̧ ad occasum: ex sion species decoris eius.
Deus manifeste ueniet: deus noster & non silebit.
Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas ualida.
Aduocauit cœlum de sursum & terram: discernere populum suum.
Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificium.
Et annunciabunt cœli iustitiam eius: quoniam deus iudex est.
Audi popule meus & loquar israel: & testificabor tibi deus deus tuus ego sum.
Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta aūt tua in cōspectu meo sunt semper.
Non accipiam de domo tua uitulos: neq̧ de gregibus tuis hircos.
Quoniam meę sunt omnes feræ syluarum: iumenta in montibus & boues.
Cognoui omnia uolatilia cœli: & pulchritudo agri mecum est.
Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ & plenitudo eius.
Nunquid manducabo carnes taurorum: & sanguinem hircorum potabo?
Immola deo sacrificium laudis: & redde altissimo uota tua.
Et inuoca me in die tribulationis: eruam te & honorificabis me.
Peccatori aūt dixit de⁹: q̄re tu enarras iustitias meas, & assumis testm̄ meū p̄ os tuum?
Tu uero odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum.
Si uidebas furem currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas.
Os tuum abundauit malicia: & lingua tua concinnabat dolos.
Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti & tacui.
Existimasti inique ꝙ ero tui similis: arguam te & statuam contra faciem tuam.
Intelligite hæc qui obliuiscimini deum: nequando rapiat & non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter quo ostendam illi salutare dei.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Psalmus asapho.

fortis iudex
1 Propheta. Deus deus† deus locutus est:& uocauit terram ab ortu solis usq; occa- †dij
sum eius.
2 A sion/a completa pulchritudine,deus† splenduit. †dij
3 Veniet deus noster/& non tacebit:ignis ante ipsum uorās/& circuitibus eius tempe-
stas fuit ualde.
4 Vocabit a d celos desuper & ad terram:ad iudicandum populum suum.
5 Mesias. Congregate mihi gratiosos meos:ferientes pacti mei super sacrificio.
est
6 Propheta. Et annunciabūt cœli iustitiam eius:quia deus† iudicans ipse Selah. †dij
hoc sum
7 Mesias. Audi populi meus & locutus sū isrl:& cōtestabor in te/ deus† deus tuus ego. †dij
non erunt
8 Non super sacrificia tua arguam te:& holocaustomata tua coram me continue.
9 Non accipiam de domo tua taurum:de ouilibus tuis hircos.
subditur
10 Quoniam mihi omnis fera syluę:bestię in montibus mille.
est
11 Sciui omne uolatile montium:& mobile agrorum mecum.
subest
12 Si esuriam non dicam tibi:quoniam mihi orbis & plenitudo eius.
t.taurorū
13 Nunquid comedam carnem fortium:& sanguinem hircorum bibam?
14 Sacrifica deo† confessionem:& solue excelso uota tua. †dijs
15 Et uoca me in die angustię:liberabo te & honorabis me.
16 Propheta. Et impio dixit deus†. Mesias. quid tibi ad narrandum pręcepta mea,& le- †dij
uasti pactum meum super os tuum?
17 Et tu odisti castigationem:& proiecisti uerba mea post te.
fuit
18 Si uidisti furem:& cucurristi cum eo/& cum adulteris pars tua.
19 Os tuum misisti in maliciam:& lingua tua concinnabit dolum.
20 Sedebis/in fratrem tuum loqueris:in filium matris tuæ dabis turpitudinem.
coram
21 Hæc fecisti & tacui:existimasti essendo ero sicut tu,arguā te/& ordinabo oculis tuis.
legem est
22 Intelligite nunc hanc obliuiscentes dei:nequando rapiam/& non liberans.
conformē laudi eterna
23 Sacrificās confessionem honorabit me:& ponētē uiam /faciam uidere ipsum in sa- †deo
lute dei†.

Titulus est.psalmus asaph.Et est casus datiui asaph.est enim nomen proprium unius trium principum cantorum:vt patet.1.parali.25.Vnde significatur psalmus iste attributus asaph; sicut alii attributi sunt ieduthun & similibus.

¶Circa materiam psalmi aduerte/ex principio psalmi haberi ꝙ psalmus ad literam loquitur de tempore mesię:ex eo ꝙ dicitur deum locutū esse & vocasse terram a solis ortu & ab occasu/hoc est vniuersam terram.Hoc enim nusq̄ tempore veteris testamenti factum est;sed tempori mesiæ reseruata est vocatio totius terræ.¶Idem quoq; apparet ex media parte psalmi.in qua posthabenda sacrificia veteris legis deus declarat.nam & hoc tempori quoq; mesiæ reseruatum est. Tractat itaq; psalmus iste ad literam de mesiæ tempore/ aduentum eius & cessationem legalium.

¶SVMMARIVM EST.

¶Propheta vbi vtriusq; mesiæ aduentum introduxit/& aduentum gloriosum summarie descripsit,legem mesiæ de cessatione legalium sacrificiorum deq; grato sacrificio votorum & laudis adiecta conformitate vitę/promulgat cum pœna & pręmio.

¶ Personę loquentes sunt propheta & mesias.

DEus deus deus locutus est. Diuidiť psalmus in partes duas: ppositiuā materiæ, & executiuā, ibi a sion. Proponit duo. s. dei locutionē & vocationē. ¶ Proponēdo aūt hæc nolat deum tribus noībus. Pⁱo el, a fortitudine. & hoc directe respicit locutionē: significat. n. mesiā quatenus fortē ad vincēdū mundū & aereas potestates. Secūdo elohim, a iudicio. & respicit vocationē terræ quæ fiet in secūdo aduētu mesiæ ad iudicium. Tertio ponitur nomen innominabile, scriptū quatuor lr̄is: pro quo cōmuniter interpretes in hoc psalterio ponūt dn̄m. vt intelligas ꝙ ipse verus ac sūmus deus demōstrať p duo antecedētia noīa, el & elohim. ¶ Locutus est, nō p pphetas sed per seipsum euāgelicā legē: vt patebit. & vocauit terram, vt declarabit ad iudicium, nō ex vno climate sed ab ortu solis vsq; ad occasum, vt nulla pars terræ relinquatur non vocata.

¶ A sion. Incipit hic pars executiua tali ordine. Pⁱo tractať illa pticula, vocauit terrā &c̄. Secūdo illa, locutus est, ibi audi popule meus. Circa primū aduerte ꝙ ppheta describit duos mesię aduētus eodē cōtextu, disponēte sic spiritusancto ad occultationē tāti mysterii: si. n. cognouissent, nunq̄ dn̄m glorię crucifixissent. ¶ Primus aduētus tāgiť dicendo. a sion, a cōpleta pulchritudine deus splēduit. Ad literam mesias splenduit deus a sion, quum spiritumsanctum discipulis in sion dedit. tunc enim cognitus est deus a completa pulchritudine: nam perfecta resurrectione christi completa est eius pulchritudo. Vbi vides non describi christū in hierusalem deturpatum flagellis, cruce, ignominia &c̄. sed a statu cōpletę pulchritudinis, & simul & semel a sion: vt intelligas initiū nouę legis pmulgatę in missione spūsancti in sion. ¶ Secūdus aūt aduētus describiť. Veniet deus noster & nō tacebit, sicut in primo aduētu venit ad passionē sicut agnus nō aperiēs os suū. Exclusio silētii significat manifestū aduētum. nō veniet tacitus sed manifestus: hoc est cū gloria manifestātę quis est. Ignis ante ipsum vorans. Apparatus p̄cedens iudicē. Ignis cōflagrationis erit vorans oīa, vegetabilia &c̄. & ante ignem mixtio aquæ, venti, turbinis, grandinis &c̄. hec. n. credimus p̄cedere ignē cōflagratiōis. Vnde & in pterito hic describiť. Et circuitibus eius tēpestas fuit valde. vbi scito ꝙ iuxta textū hebręū, dicēdū eēt tēpestatū ē valde, si latina ligua pmitteret. ¶ Vocabit ad coelos desup. Exprimiť pposita i pricipio psalmi vocatio. tum respectu terminoꝝ ad quos peruenit vocatio: ad celos. s. vt inde veniāt animę sanctoꝝ & angeli: & ad terrā, vt reddat corpora pro resurrectione. Tum quo ad finē. ad iudicādū populū suū. Qui nō credit iā iudicatus est: & solus populus fidelis restat iudicādus. Tum quo ad dictū per hanc vocationē. cōgregate mihi gratiosos meos, q gratuite impēderūt opera misericordiæ: ferietes pacti mei super sacrificio, hoc est habētes mecū pactū fidei super sacrificio crucis. Ita ꝙ per hanc cōditionē significat fidē christi crucifixi: & per primā opera misericordiæ. vt intelligas per fidē & bona opa saluari homines. Et hic est fructus iudicii, gratus s̄m seipsum deo iudici. Et ppea dicit coelis & terræ, congregate mihi gratiosos &c̄. Dānationis aūt iniquoꝝ nulla fit mētio: qa nō est p se volita a deo. ¶ Et annūciabūt coeli. Nota differētiā. vbi de cōgregatione electoꝝ tractatur, induciť a ppheta ipse deus, ipse mesias vocās & dicēs cōgregate mihi &c̄. vbi aūt generaliter agitur de iudicio, nō deus, nō mesias sed coeli inducunť annūciātes qm̄ mesias venit iudicans. Et ad lr̄am ita erit: qa coelestes angeli vltra mirabilia coelestium corpoꝝ annūciabunt vniuersis mesiam venire iudicem, ipse aūt mesias vocabit ad salutē.

Audi popule meus. Tractať hic illa particula, locutus est, tali ordine. Primo declarat mesias personā loquentē in principio ppositam, deus. deinde subdit duo dicta quæ dixit. ¶ Audi popule meus. Mesias ē persona loquēs excitans hebręum populū: quē appellat popule meus, tum antiqua electiōe, tum cognatione carnis. Et ne hesitēs ꝙ ad hebręum populū dirigitur sermo, adiungitur israel. audi popule meus israel, & locutus sum. Incohat sermonē ab vtroq; tēpore, pterito. s. & futuro: significans ꝙ non incipit modo alloq ppl'm israel, sed & locutus sum, multifariā multisq; modis olim p angelos pr̄ibus: & cōtestabor etiā in te, in medio tui per meipsum & apl'os, testimoniis scripturarū, opibus miraculoꝝ, & internis inspirationibus, hoc. s. ꝙ deus, natura, deus tuus, a te cultus, ego, supple sum. Et videmus hoc adimplētū, dicēte dn̄o in euāgelio. si nō venissem & locutus eis nō fuissem (s̄m sacras scripturas) peccatū nō hērent. Et rursus. si nō venissem & opa nō fecissem quæ nemo alius fecit, peccatum nō hērent. Adipletū ē ergo quod hic dr̄. cōtestabor ĭ te (ppl'o israel) ꝙ ego deꝰ deꝰ tuus sū. Et hoc ē primū dictū qđ locutus ē: quod ē dictā fidei deitatis mesiæ. ¶ Secūdū dictū est de cessatione sacrificioꝝ qbus offerebātur aīalia: vt agni, boues, vituli &c̄. abstulit. n. christus huiusmodi sacrificia, imponendo eis finem vnico sacrificio corporis sui. In hoc dicto procedit tali ordine. Primo explicat ipsam cessationem. non super sacrificia tuā arguam te, si non attuleris ea, & holocaustomata tua coram me continue. Aduerte ꝙ negatio pręposita determinat vtrūq; verbum: scilicet arguam & sunt. Et est ordo pręposterus nā ordo sententiarū est: nō holocaustomata tua corā me continue, & nō super sacrificia tua arguam te. qa prius ē ꝙ sacrificia legalia nō sint accepta cōtinue, hoc ē cōtinuatio eorū nō ē accepta deo: & deinde est ꝙ nō arguet eos sup sacrificiis: nā illud ē ratio huius. ex hoc. n. ꝙ cōtinuatio sacrificioꝝ nō placet, sequtur ꝙ nō est locus repręhēsioni si sacrificia cessant. ¶ Deinde affertur triplex ratio suasiua quare cōtinuatio sacrificio rū nō est grata deo. Prima est. quia non indiget huiusmodi rebus quæ offerunť in

sacrificiis, quia abundat his omnibus. Non accipiã de domo tua taurũ, de ouilibus tuis hircos. quoniã mihi omnis fera syluę, bestię in montibus mille. numerus finitus pro infinito. Sciui omne volatile montiũ, & mobile agrorũ mecum. Vbi vides ꝙ quia deo suppetit copia omnium huiusmodi, ideo dicit se non indigere vt accipiat de domo tua & de ouilibus tuis haec. ☞ Secunda ratio ad supplementum ꝑcedentis est. Si esuriam non dicam tibi, quoniã mihi orbis & plenitudo eius. Potuisset quispiã humano more dicere ꝙ licet quis abundet innumeris animalibus, & propterea non indigeat tauro meo & hirco meo, si tamẽ accideret casus ꝙ deficerent ei aut non haberet in promptu, tunc hircus meus & taurus meus supplerent. Contra hunc casum affertur haec secunda ratio. Si esuriam, hoc est dato ꝙ deficerent mihi omnia supradicta quae in nullius sunt bonis (scilicet bestię syluę & ĩ montibus) non tamen dicam tibi da mihi taurum tuũ aut hircum tuum: quĩ ego sum dominus etiã hirci tui & tauri tui. Hoc enim significat. quĩ orbis mihi, subditus est, & plenitudo eius, quicquid est in eo. ☞ Tertia ratio. Nunquid comedã carnẽ fortiũ, & sanguinẽ hircorũ bibã? hoc est nunqd delectabor in huiusmodi sacrificiis? Delectationẽ significauit a comestione & potu, q̃ sunt actus manifeste delectabiles. Et itẽdit nõ de delectatiõe sensibili (quã stultũ ẽ cogitare ĩ deo) sed de delectatiõe itellectuali: quã multi attribuerũt diis, tãq̃ deus delectet hmõi sacrificiis. hmõi. n. errorẽ excludere itẽdit. Aduerte hic ꝙ ad lrãm p̃ haec intẽdit ꝑpħa apte hmõi res sacrificatas (boues & oues &c̃.) nõ esse gratas deo ſm se: & ꝑpterea tpe messię abrogãda eẽ hmõi sacrificia. ☞ Et si instet ꝙ istę rõnes pariter cõcludũt nũq̃ fuisse instituẽda a deo hmõi sacrificia. rñdet verũ esse quãtũ est ex pte rerũ sacrificatarũ: sed ex alia cã fuerunt ad tẽpus instituta. tũ ne populus hebręus deditus ad idolatriã facilius fieret idolatra, volẽs sacrificare sicut videbat alias gentes sacrificare diis suis. tum ad ꝑcurrẽdũ & figurandũ sacrificium quo christus seipsum obtulit in ara crucis: iuxta illud apoc. 13. agnus qui ab initio mundi occisus est.

Sacrifica deo confessionem. Tertiũ dictũ est declaratio sacrificii grati deo oĩ tẽpore. & est sacrificiũ internę deuotiõis & externę cõfessionis seu laudis. ☞ Vbi nota in verbis lrae tãgi id quod est gratũ deo ex pte exterioris actus, dicẽdo cõfessionẽ: & ex pte interioris, dicẽdo vota tua. Inter exteriora q̃ppe opera nr̃a sola locutio attingit p̃ se ad deũ: q̃a sola locutio est velut ĩstrm intellectus. & ꝑpea debet deo locus suus in nr̃a locutione tanq̃ in actu rõnali. Et hinc fit vt debeat deus laudari & honorari nr̃a locutione. ꝑpea siqdem in sacra scriptura ꝑcipimur plus q̃ infinities laudare deũ. Propria itaq̃ materia diuini sacrificii inter oẽs res exteriores est diuina cõfessio seu laus. Dico aũt diuinã laudẽ esse materiã sacrificii, ꝑp abusum diuinę laudis: vt poetę & gẽtiles & alii hmõi laudãt deũ, nõ ea rõne vt deum honorent, vt deo offerant laudem illam, sed ad sua figmenta vel intenta accõmodantes. tunc. n. laus diuina induit rationẽ sacrificii, quum ideo deus laudatur vt honoretur. Et propterea significãtius hic dicitur, sacrifica cõfessionẽ seu laudem deo. Et quĩ hoc est debitum deo ſm rectã iustitiae rõnem, ideo sub actu religionis ꝑcipitur sacrifica. religionis quippe actus est sacrificare: & constat religionem esse partem iustitiae. ¶ Circa id vero quod se tenet ex parte actus iterioris, quum deus sit spiritus, nõ est dubium oẽ grata deo vota nostra. i. interiores actus deuotionis nr̃ae. Sed nota verbũ solue seu redde. nã sonat actũ ex iustitia debitũ: vt hinc intelligas nõ esse supererogationis sed debiti ꝙ volũtates nostras offerimus deo. Debetur siqdem deo suus locus in votis nostris, in amore nostro, in spe, in fide &c̃. Et sicut magna fit iniuria amico, benefactori seu patri si nõ habet locum suum in mẽte tua, si a te non aestimatur, si nõ amatur &c̃. ita maxima irrogatur deo iniuria si locus ei debitus in votis nostris negatur: si nõ creditur, si nõ ęstimatur, si nõ amatur vt creator, conseruator, redẽptor &c̃. Hoc est sacrificium omni tẽpore deo acceptum. ☞ Cuius effectus subiungitur. Et voca me in die angustię. Ne putes vanum aut insufficiẽs esse sacrificium praedictum, ostendit fructum in tempore tribulationis. & voca me in die angustię. non oportet vt offeras aliud sacrificium: sed cum hoc sacrificio recurre ad me in die angustiae tuae. Liberabo te. ecce promissio infallibilis. Et honorabis me. post beneficium liberationis sola honoratio pro gratiarumactione sufficiet.

Et impio dixit deus. Hactenus locutus est deus populo suo tanq̃ parituro: nunc autem introducitur a propheta alloquens iniustos ministros diuinae confessionis. ☞ Vbi aduerte ꝙ intendit declarare ꝑceptum datum de sacrificio laudis, aperiendo q̃ graue crimen incurratur si in sacrificio laudis omittitur altera pars: scilicet ꝙ vota interna nõ respondeant confessioni exteriori, si vita non respondet exteriori ministerio. Et hoc est quartum dictũ dei de crimine eorum quorũ vita contradicit officio diuinae laudis. Et impio dixit. i. legẽ statuit, deus: hanc. s. quid tibi ad narrandum, ad docendũ, ꝑcepta mea? & leuasti pactum, exaltasti laudando pactũ meum de coelesti foelicitate reddenda fidelibus meis, super os tuum? Haec duo compħendunt totam materiam ꝑdicationis. in pręceptis ratio omniũ actionum cõtinetur: in pacto ratio omnium credendorũ & sperandorum. ☞ Cur autem repħensiue dixerit quid tibi, declarat subiungendo contrarietatem linguae & vitę. Et tu odisti castigationem, ꝑdicas praecepta & odisti castigationem, hoc est castigatos seu castos mores: & proiecisti verba mea post te, tanq̃ ꝑ nihilo habens conformare vitam tuam illis, & tñ pactum meum leuasti super os tuum. Haec contra deũ. ☞ Cõtra primos quãtũ ad facta. si vidisti furem & cucurristi cum eo. Construe sic. & si vidisti furẽ,

cucurristi cũ eo.postposita.n.est cõiunctio & rõne metri.& cum adulteris pars tua fuit.Quantum ad verba.Os tuũ misisti in malicia/ad maledicendum:& lingua tua cõcinnabit dolũ. Hæc quo ad cõia crimina.¶ Quo ad scelus aũt impietatis.Sedebis,in fratrẽ tuũ loqueris/in filiũ matris tuæ dabis turpitudinẽ.Valde exaggerat hæc impietas:quũ non solũ in fratrẽ sed fratrẽ vterinũ(filiũ mřis tuæ)describit.nec sola lingua sed opatione iniuriosa/dabis turpitudinẽ.nec ex subita ira sed ex q̃eto aio/sedebis.In q̃bus describit effectus inuidiæ seu supbiæ erga fratres,vnde puenit isti effectus quieti animi.

¶ Hęc fecisti & tacui/ad silitudinẽ tacentis nõ puniui:existimasti essendo ero sicut tu.Iuxta modũ loquẽdi hebręę linguæ(expectãdo expectaui/veniẽdo veniã & hmõi)hic dr essendo ero sicut tu:hoc est existimasti q̃ ero sicut tu/bonũ dicẽs & malũ faciens.Significat tñ gerundiũ essendo/ modũ essendi:sicut expectando expectaui modũ expectãtiũ.existimasti q̃ essendo/hoc ẽ in modo essendi vitę meę/ero sicut tu.Nota hic q̃ licet i hũanis moribus cõtrarietas iter os & vitã(quũ.s.homo laudat bonos mores & tñ male viuit)tolerabilis fit,ad christiana tñ ascẽdẽdo intolerabilis est.s.q̃ hõ diuinũ se pręsefe rat/pdicãdo/laudãdo/pcipiẽdo ea q̃ dei sunt,& ex altera pte male viuat:qm̃ in huiusmodi hoies se hñt vt ministri christi,& quãtũ in eis est/euacuãt fidẽ & ministeriũ christianũ:vtpote ex vna pte(scilicet lingua & offõ)magnificãtes christiana pcepta,& ex altera.s.vita cõtẽnẽtes illa.Nã hoies q̃ magis mouẽtur exẽplis q̃ verbis,existimãt nõ eẽ vera illa q̃ audiũt a talibus doctoribus/ea rõne q̃a si essent vera illi q̃ docẽt seruarẽt ea:& hic cõsurgit maior ruina existimãtiũ q̃ tales quoq̃ fuerũt prisci pdicatores:& tãdem q̃ oẽs fuerint seductores.Vñ mesias hic dicit pro rõne tãtę exorbitãtię.existimasti.i.existimari fecisti,essendo ero sicut tu/q̃ ego quoq̃ dicã & non faciã quasi seductor.Arguã te & ordinabo oculis tuis.Quãuis taceam nunc,arguam tamen te/in morte:& ordinabo/culpas tuas adhibendo poenas, in oculis tuis/teipso inexcusabiliter vidente.

Intelligite nũc hanc obliuiscentes dei. Quintum dictum est declarationis poene & pręmii obseruantium & nõ obseruantium legem hanc.Et quo ad poenã quidem.Intelligite nũc/durante hac via, hanc/legem quã promulgaui,obliuiscentes dei.vt intelligas cõphendi omnes detentos quocunq̃ mortali peccato,nominat eos qui obliuioni tradunt deum/hoc est eos qui ita operantur tanq̃ si obliuiscerentur dei:vt sunt ii qui peccant ex passione seu infirmitate.qui sunt in infimo ordine peccatorum.Ecce poena.nequando rapiam/per mortẽ vos,& non liberans/supple sit.Ad negligentes congrue dicit nequando rapiam/tanq̃ ex improuiso auferam vitam , & nullus erit liberator vester.¶ Quo ad fructum vero iuxta duo pcepta circa sacrificium laudis/duos fructus declarat.Dixerat primũ/sacrifica deo cõfessionẽ:huius pcepti fructus modo explicatur honor dei.sacrificans confessionem honorabit me.Induxerat secũdo lõga rephensione conformitatem vitæ & confessionis seu laudis. huius fructus explicatur visio in diuina salute.& ponentem viam faciam videre ipsum in salute dei:hoc est disponentem viam vitæ suæ conformiter ad sacrificium laudis , faciam ego mesias q̃ ipse videat constitutus non in periculo/non in bonitate electorum sed in salute dei, quæ est ęterna foelicitas.Hic est fructus & vltimum præmium.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO.¶ Victori canticũ dauid:quando uenit ad eum nathan propheta quum intrauit ad bethsabee. L.

MIserere mei deus:secundum magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationum tuarum:dele iniquitatẽ meã.
Amplius laua me ab iniquitate mea:& a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco:& peccatum meum cõtra me est semper.
Tibi soli peccaui & malum coram te feci:ut iustificeris in sermonibus tuis/& uincas quũ iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum:& in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim ueritatem dilexisti:incerta & occulta sapientię tuę manifestasti mihi.
Asperges me domine hysopo & mundabor:lauabis me & super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium & letitiam:& exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis:& omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus:& spiritum rectum innoua in uisceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua:& spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi lętitiam salutaris tui:& spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos uias tuas:& impii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus deus deus salutis meę:& exultabit lingua mea iustitiā tuam.
Domine labia mea aperies:& os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem utiq;:holocaustis non delectaberis.
Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus:cor contritū & humiliatū deus non despicies.
Benigne fac domine in bona uoluntate tua sion:ut edificentur muri hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ/oblationes & holocausta : tunc imponent super altare tuum uitulos.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Vincenti psalmus dauidi:ueniente ad eum nathan propheta/quando intrauit ad bathsabah. LI.

1 Propheta. MIserere mei deus†sm gratiam tuam:sm multitudinem misericordiarum tuarum dele rebelliones meas. [†dij]

2 Multiplica [ablutiones] :laua me ab iniquitate mea/& a peccato meo munda me.

3 Quoniam rebelliones meas ego cognoscam:& peccatū meū corā me continue [erit].

4 Tibi/soli tibi peccaui & malum in oculis tuis feci:propterea iustificaberis in loqui tuo/mūdaberis in iudicare tuo.

5 Ecce in iniquitate formatus sum:& in peccato calefacta est de me mater mea.

6 Ecce ueritatē uoluisti in renibus:& in obstruso sapientiæ facies scire me.

7 Mundificabis me in hysopo & mūdabor:lauabis me/& supra niuē dealbabor.

8 Audire me facies gaudium & lętitiam:exultabunt ossa [que] contriuisti.

9 Absconde facies tuas a peccatis meis:& omnes iniquitates meas dele.

10 Cor mundum crea mihi deus†:& spiritum rectum renoua in medio mei. [†dij.]

11 Ne proiice me a faciebus tuis:& spiritum sanctitatis tuæ ne aufer a me.

12 Fac reuerti mihi gaudium salutis tuæ:& spiritu spontaneo confirmabis me.

13 Docebo rebelles uias tuas:& peccatores ad te reuertentur.

14 Libera me de sanguinibus deus†deus salutis meæ:laudabit lingua mea iustitiam tuam. [†dij]

15 Domine†labia mea aperies:& os meum annunciabit laudem tuam. [†dñi mei]

16 Quoniam non uoles sacrificium/& dabo:holocaustum non uoles.

17 Sacrificia dei†/spiritum fractum/cor fractum & contritū: [que] deus†non despicies. [†deo†dij]

18 [ideo] Bonifica in uoluntate tua sion:edificabis muros hierusalem.

19 Tunc uoles sacrificia iustitiæ/holocaustum & totum : tunc leuabunt super altare tuum iuuencos.

TItulus est. Vincenti psalmus dauidi, veniente ad eum nathan propheta/quando intrauit ad bathsabah. Et patet titulus ex historia secundi libri regum.xi.&.12.vbi narratur tam adulterium q̄ homicidium commissum a dauide/& missus nathan a deo ad rephendendum dauidē/& q̄ dauid respondit peccaui domino. Vbi significatur q̄ penitentia dauidis quam psalmus iste explicat/fuit post nouem menses a commisso adulterio:quia iam natus erat puer quando nathan venit ad dauidem: Patet itaq; materia psalmi q̄ est recursus dauidis ad deum p̄ misericordia postq̄ fuit rephensus a nathan de criminibus homicidii & adulterii cū vxore vrie/hebraice vocata bathsabah.

¶SVMMARIVM EST.

¶David post adulterium & homicidium penitens,petit a deo velut in genere tum vt sibi misereatur tum vt suas deleat rebelliones/tum vt se velut leprosum mundet/lauet/restituat &c̄.tum vt redintegret ipsum ad pristina interna dona gratiæ : citans fructus inde futuros.in se quidem assiduam poenitentiam interiorem:in deo vero gloriam veritatis & mundiciæ/ab exemplo priorum operum dei.in pro

ximis aũt conuersionẽ iniquorũ ad deum. Postea ad species descẽdens ac offerens sacrificia spiritus &
cordis, petit liberationem ab effuso sanguine ad hoc vt redintegretur etiam ad pristina dona exter/
na. s. ad bonificationem sion iuxta reuelatam per nathan voluntatem dei: citans futurum fructum ser
uandę legis in oblatione sacrificiorum in templo.

¶ Persona loquens est ipse dauid.

MIserere mei deus. Diuiditur psalmus in partes duas: ꝓpositiuam materię, & exequutiuam, ibi
multiplica. Proponit duas petitiões. Prima est miseratio sui ſm diuinã gratiã. miserere, ad similitu
dinẽ miserentis gere te respectu mei (nõ cõpassione sed voluntate & efficiẽtia) deus, nõ ſm mea merita
sed ſm gratiã tuã. Vbi petit gratuito sibi misericordiæ effectum exhiberi. ¶ Secunda petitio. ſm mul/
titudinẽ misericordiarum tuarũ dele rebelliões meas. Primum petit respectu sui, modo petit respectu
rebellionũ suarum. Multa crimina cõmiserat cõtẽptiua diuinoꝝ pceptoꝝ: testante quoq; nathan, q̃re
contẽpsisti verbũ dñi? & ideo appellat rebelliones suas: petitq; eas deleri de libro irę seu vindictæ diui/
næ. Et hoc ſm multitudinem misericordiarum tuaꝝ. Proprie loquẽdo misericordia nõ est in deo, sicut
nec ira, nec q̃cũq; alia passio (misericordia enĩ nomẽ est passiõis: & ꝓpea multæ misericordię dñr iuxta
multitudinẽ effectuũ) sed trãslata ad significãdũ actum voluntatis quo uolumus subleuare miseriam
ꝓprie inuenit̃ in deo. sed sic nõ est nisi vna ſm se, multiplex aũt ſm effectus. Vnde & sic quoq; põt in/
telligi multitudo misericordiarũ diuinarũ. Siue ergo ꝓprie siue metaphorice misericordia attribuat̃
deo, semper multitudo misericordiarũ dicitur ratione effectuũ. Vbi cõgrue multas rebelliões petit de/
leri ex multitudine misericordiarum.

¶ Multiplica. Hic incipit pars executiua tali ordine. Pĩo tractatur illa particula, dele ſm multitudi
nem misericordiarũ tuarum. Secũdo illa, ſm gratiam tuã miserere mei, quo ad internorum donorũ ꝑtio
rẽ gratiam, ibi cor mundũ. quo ad externoꝝ vero ibi, libera me. Petendo itaq; deletionẽ criminũ non
sufficit dauidi petere ipsam deletionẽ criminũ (qm̃ hoc cõmune est etiã excellẽtibus viris) sed humili/
at se vt leprosus & recognoscit crimẽ suũ velut leprã. & incipit agere leprosum & ait. multiplica. Iuxta
legis mosaycę ritum non sufficiebat vna leproso lotio aut aspersio: sed exigebatur q̃ septies aspergere/
tur ad hoc vt iure purgaretur, & bis ipse, & toties vestes eius lauarentur. Et ꝓpterea dauid petit. multi/
plica, aspersiones, ablutiones: & tandẽ laua me ab iniquitate mea, q̃ inique gessi contra vriam, & a pec/
cato meo, exorbitantia mea a lege tua, a ratione recta, munda me.

Quoniam rebelliones. Petendo multiplicari ablutiones vsquequo reddat̃ mundus, citat fructus
qui cõsequẽtur hanc deletionẽ: ne infructuosa petitio proposita appareat. Et primo fructum in seipso
futurũ si deus deleat rebelliones suas, explicat duplicem. tum cognitionẽ suoꝝ criminũ, qm̃ rebelliões
meas ego cognoscam. tum assiduã meditationẽ eorũdẽ, & peccatũ meum corã me cõtinue, supple erit.
Vbi perspice nõ ꝓprio studio sed diuinę miserationi imputari recognitionẽ & meditationẽ cõmisso/
rũ criminũ: dum fructum deletionis æstimat, & simul promittit q̃ si deus deleat, ipse tñ nõ delebit obli
uione sed assidue ante oculos habebit cõmissum scęlus: quia hæc est verę penitẽtiæ forma. ¶ Deinde
fructũ duplicẽ resultantem consecutiue in deo si misereatur dauidis, explicat dicendo. tibi, soli tibi &c.
Vbi aduerte dupliciter exponi posse hos fructus. Primo rõne personalium conditionum ipsius daui/
dis. secũdo ratione conditionũ peccati mortalis ſm se. Si enim ad conditiones inuẽtas in hoc pecca/
to ex personalibus conditionibus dauidis verba hæc referantur, sensus est. q̃ quia tibi, soli tibi deo pec
caui, vt iudici habẽti super me potestatẽ, rex enim sum (& exaggerãdo qualitatem offensę in ipsum so
lum, repetit tibi soli tibi: & ipsum peccatum feci in oculis tuis, non in oculis alioꝝ, hoc est occulte. nã
& adulteriũ secreto cõmisit & vrias licet publice sit occisus in bello, occultum tñ fuit q̃ ego fuerim cau
sa mortis eius) propterea cõsequetur hoc, q̃ tu q̃ solus es iudex parcendo mihi iustificaberis, verax fies
in sermone tuo: q̃ si non peccassem fuisses verax in promissione tua. Loquutiõis q̃ppe iustitia est veri
tas: iuxta illud apostoli ad ro. 3. ex hoc versiculo est autẽ deus verax sicut scriptum est, iustificeris in ser/
monibus tuis. Si dauid nõ peccasset, deus fuisset verus seruando promissa facta ipsi per nathan. 2.
reg. 7. ex quo aũt peccauit dauid, indignũ se reddidit ꝓmissione sibi facta, & nullus remãsit ei locus pe/
tẽdi promissum. Et ꝓpterea dicit q̃ si deus miserebit̃ sui, erit deus verus, nõ quia ꝓmisit, sed quia semel
dixit se regni ac messię bona dauidi daturũ. & sic iustificabitur in suo loqui: quod est longe maius q̃ iu/
stificari in promissione. Et intendit hunc fructũ sequi ex hoc q̃ tibi, soli tibi tanq̃ iudici peccaui. Et si/
militer alter fructus. mundaberis in iudicare tuo. Si peccatum fuisset publicum, si fuisset scãdalosum,
posset quispiam obiicere q̃ iudiciũ misericordiarum tuarũ erga me non esset mundum: sed vbi nihil
horũ habet locũ (quia malũ feci in oculis nõ alioꝝ sed tuis) ideo ex peccato meo interueniẽte tua gra
tia, sequetur q̃ mũdus eris iudicãdo, absoluẽdo me. ¶ Referẽdo autẽ hæc dauidis verba ad conditiões
peccati quas habet ſm se ex hoc q̃ est peccatum mortale, altior est sensus. q̃ tibi, soli tibi peccaui, eo q̃
peccando mortaliter nullum offendimus nisi deũ: quia ratio omnis offensę est quia fit contra deum.
vel in ipso deo (vt odium dei, blasphemia dei, & similia) vel in nobis vel in ꝓximo: vt homicidium,
adulteriũ & alia huiusmodi. Sicut. n. charitate nõ amamus nisi deum in seipso, i nobis, & in proximis,

ita

ita peccato mortali quod est contrariũ charitatis/nõ offendimus nisi deum . Malũ in oculis tuis feci.
Ad exaggerationẽ pc̃tĩ hoc spectat:sicut q peccat spectãte ptore.Propterea iustificaberis in log tuo.Si
nõ pec cassem/esses verax in pmissionibus pmiorũ:si peccassem & nõ parceres/esses verus ĩ cõminatio/
ne pœnarũ. sed vbi peccaui & misereris/eris verus in loqutiõe tua:bñfaciẽdo nobis/ saluãdo nos nõ
qa pmisisti(vt pote q sum ex pc̃tõ idignus pmissionibus)sed qa dixisti:.neminem.n.saluat nisi quem
apud se dixit saluandũ.Mũdaberis in iudicare tuo.si nõ peccassem esses mũdus in pmiãdo:& si me pec
cãte nõ misereris/esses mũdus in puniẽdo.me aũt peccãte & te miserẽte,eris mũdus in iudicãdo iudi/
cio iustificationis. Maxima qppe mũdicia iudicii inenif/quũ ipius absq; imũdicia quacũq; iudicii ab
soluif gratuito.Rarissimũ est hoc in humanis:& tãto magis cõmendat mundiciã in diuino iudicio.
Repetitio autem pnoĩs tibi(dicẽdo tibi soli tibi)exaggerat tum pc̃tũ:qm̃ magnipẽsio psonę offen
sę nõ est cõtenta vnica ipsius expssione.tũ rõnẽ liberę facultatis idulgendi:qm̃ librare q ipse/solus ipe
deus est offensus, libertatem omnimodam indulgendi inculcat.
Ecce in iniqtate.Petiit deleri sua peccata,qa inde & ipse cognoscẽs/& deus verax emergeret.cõfirmat
mõ rõnes petitionis suę ab exẽplo in prõptu:ex hoc.s.q ipmmet dauidẽ natũ peccatorẽ deus verita
tis amator donauit scia occultorũ diuinorũ.Ac si apte diceret.Rõnes quas attuli acceptabiles sunt/qa
in meipso exptus sum easdẽ rõnes apud te efficaces.nõ est nouũ q peccata mea deleas/vt cognoscã/vt
verax fias:qa amor veritatis te iduxit ad faciendũ me natũ pc̃tõrem scire.¶ In prõptu igif exemplũ ci
tãs demõstrat.Ecce/in prõptu ex parte mea est miseria pc̃tĩ ab initio formationis meę:& in pc̃tõ calefa
cta est de me mater mea.Hebręa circũloqutione significaf cõcubitus quo mf cõcipit filiũ/per calefa
ctionẽ mrĩs de prole.Hic est textus vnde trahif pc̃tm̃ originale:quo.s.qlibet ex commixtione maris &
fœminę/cõcẽptus dicif in pc̃tõ originali.Nec est opus pc̃tm̃ attribuere mrĩ.nõ.n.mrem intẽdit accu
sare dauid,sed miseriã suã ab initio quo formatus est/quo cõcẽptus est describere:miseriã aũt nõ poe/
nę sed pc̃tĩ.Nec oportet in actu cõcubitus mrem aut prem pc̃tm̃ veniale cõmittere:nisi qs adeo desi/
piat vt putet delectationẽ naturalẽ volũtariã esse peccatũ.¶ Ecce/in prõptu quoq; ex parte tua est.veri
tatẽ voluisti in renibus. Veritas in renibus est illa de qua scriptũ est.iurauit dñs dauid veritatẽ/de fru/
ctu vẽtris tui ponã sup sedem tuã.Ecce voluisti/tua spõte,veritatẽ in renibus/veritatẽ regni ĩ meo se/
mine a renibus significato.In qua veritate intellige nõ solũ veritatẽ regię pgeniei,sed ẽt imo pcipue
veritatẽ mesię ex dauidis renibus.Et in obstruso sapiẽtię facies scire me.Futurũ facies nõ refert ad tẽ/
pus psalmi/sed ad ptũm voluisti:denotãs q ex quo voluisti veritatẽ regni in renibus meis/cõsequutũ
est q fecisti me scire,nõ quecunq; sed mysteria latentia in obstruso sapiẽtię.reuelauerat qppe deus da
uidi mysteria mesię & multa alia secreta diuinę sapientię ante cõmissum adulteriũ: vt patet in psal/
mis &.2.reg.7.Et iuxta morẽ suũ describit futurũ respectu illius pcĩ rõne dicta. ¶ Et aduerte primo q ĩ
hoc exẽplo nõ solũ cõfirmaf ratio petendi ab exẽplo/sed explicaf qs est ille dei sermo de quo dixerat iu
stificaberis in log tuo.fuit.n.sermo istius volũtatis qua voluit veritatem in renibus dauidis. Secũdo
q multitudo misericordiarum petita ad delendum/explicatur monstrando multas in hoc exemplo
misericordias:vt patet.similes enim nunc petit.
Mundificabis me.Tractaf illa particula/multiplica laua &c̃. Vbi nota q duplex aspsio legalis cũ
hysopo legif.Altera leui.14.in emũdatione leprosi.Et hęc aspsio fiebat septies cũ sanguine passeris:cõ
currebatq; bis lauacrũ corporis:in pricipio.s.mũdationis & die septimo.Altera nu.19.in emũdatione
pollutorũ p morticiniũ .& hęc fiebat aqua sctificata:& expiatus die septimo lauabat corpus suũ.¶ Sic
huic quadrat metaphora ab emũdatione leprosi.tũ qa de mundatione grauiorũ criminũ agif,a qbus
difficile est mũdari sicut a lepra.Tũ qa dealbãdum se plus q̃ niuẽ describit.hoc.n.ad remotionẽ macu
larũ leprę sparsarũ in carne spectat,nõ ad tactũ morticinii:in quo nulla carnis macula cõtrahebaf/sed
q̃dã irregularitas legalis.Tũ qa ĩfra tãgit metaphorã auris/q̃ vngebaf in mũdatione leprosi. ¶ Ab ef
ficacia itaq; facillima diuinę mũdationis ĩchoat/offerẽs se mundandũ ritu leprosi dicẽs. Mũdificabis
me in hysopo/hoc est ad sĩlitudinẽ mũdificatiõis qua leprosus mũdificaf hysopo,& mũdabor.vide fa
cilitatẽ/q sola hysopo mũdabor. Lauabis me,& supra niuẽ dealbabor.Mũdicia remouenf ĩmũda,deal
batio cãdidat.Et hęc fit sola lotione.¶ Audire facies me gaudiũ & lętitiã.Hic appet q metaphorã ab
emũdatione leprosi tractat.nã in illa emũdatiõe sacerdos dextrã auriculã leprosi qui mũdaf vngebat
primo sanguine victimæ/& deĩde oleo.Ad hoc.n.alludens dicit.Audire facies me gaudiũ & lętitiã/si/
cut leprosus in mẽbro auditus suscipiebat signa gaudii & lętitię facies me audire interno auditu a te
gaudiũ & lętitiã aĩ.Exultabũt ossa.In emũdatione leprosi vngebaf oleo a sacerdote nõ solũ auris dex
tra sed tres ptes osseę:ĩfima in dextri pedis pollice/media in dextrę manus pollice/& supma effuso reli
quo oleo super caput.Et ppea adiũgit.exultabũt/oleo lętitię,ossa/vniuersa in his tribus ptibus vncta,
cõtriuisti/hoc est q̃ cõtriuisti.intẽdens ex hoc metaphorico sermone q ĩternus auditus venię pariet ĩ
me tm̃ gaudii q exultabũt ossa.i.q̃cunq; erãt firma in me(mẽs/ratio/volũtas/cõsiliũ &c̃.q̃ ossa aĩ sũt)
q̃ cõtriuisti/ pmissiue.cõtrita qppe fuerãt pc̃tis.vel ẽt quę contriuisti cõminatione pœnarũ p nathan.
Et nota in hac particula de mundatione describi triplicẽ effectũ grĩę futurũ ex triplici actione diuinæ

mūdationē ex hysopo/ dealbationē ex lauacro/exultationē ossium etiam cōtritorum ex facere audire gaudium. vt hinc intelligas efficaciam gratię ad redintegrādum omnia.

Abscōde facies tuas. Nō seruat ordinē actionū metrica ofo. Pria actio sacerdotis mūdaturi leprosum iuxta legē/erat videre oculata fide si petēs ꝑm legē mūdari est vere mūdus. Contrariū petit dauid. noli apponere oculos tuos ad vidēdū pctā mea/sed abscōdes facies tuas a pctis meis:& ipsa abscōsione dele oēs iniquitates meas. absconsio.n.faciei diuinę a peccatis/est nolle imputare peccata ad poenam damnationis:qui enim non curat scire/nec curat punire.

Cor mūdū. Hic tractaẛ illa particula/miserere mei deus ꝑm gr̄am tuā/duplr̄. Primo quātū ad redintegrationē ad īterna dona pristina grę. Et deīde quantū ad exteriora. perdiderat.n.vtraq;. Et ad īsam petit dauid restitui sibi gr̄am qua prius mūdo corde prōptus erat ad ea q̄ dei sunt & ad iusta. Diuinasq; ꝑinde hēbat illuminationes ac īspirationes:vt patet ex gestis eius añ crimē adulterii. Et qm̄ metrū nō seruat ordinē rex,mirū nō est si dona hęc nō ordinate scribūẛ. Incipit & bñ a mūdicia cordis:quę est optima dispō ad diuinas illuminationes & īspirationes. Crea. Totū hoc opus tuū sit sicut' creare,crea qui solus potes cor mūdū facere. et spm̄ rectū/ainm vt fungiẛ officio spiritus,qui prius in me fuerat rectus nō īpellens ad iniqua. renoua/tu qui prius dederas. in medio me/nō in exteriori apparētia sed in īt〈i〉mis meis. Spūs rectus in medio hois est donū quo hō prōptus est ad recta exercēda/mandanda.&c̄.

¶ Ne ꝓiice me. Nullū in aīa donū poniẛ quo cōcedaẛ hoi ꝙ ꝑseueret in gr̄a dei,sed hoc diuinę reseruatur custodię. Quia expertus itaq; fuerat dauid post cor mūdū & spm̄ rectum se nō eē custoditū a casu, ideo petit. ne ꝓiice me a faciebus tuis/subtrahēdo custodiā ,et spm̄ sc̄titatis tuę ne aufer a me. Praeter spm̄ rectū petit spm̄ sc̄titatis,vt nō solū prōptus sit ad recta & iusta sed ēt ad diuina. Et dicendo ne aufer/significat iā sibi restitutū & petere cōseruationē. nisi.n.spūs sc̄titatis fuisset ei restitutus,nō tā accurate/nō tā prōpte ad diuina tēderet. ¶ Fac reuerti mihi gaudiū salutis tuę. Nō est iustus qui non gaudet iustis opibus/nō est liberalis qui non gaudet liberalibus/& sic de aliis. non sufficit mihi donū spiritus recti/spūs sc̄ti/cordis mūdi,nisi adsit quoq; qd̓ prius habebā gaudiū tuę salutis in me existētis. Et in hoc apparet a quāta celsitudine ꝑfectionis ceciderat dauid. erat enim circa salutē aīę gaudēs/sicut hitinatus ē gaudēs in opibus in q̄bus ē hitinatus. Et spū spōtaneo. Aptissime gaudio adiūgiẛ spūs spōtaneus. delectatio enim parit spm̄ spontaneū. Et est tertius spūs:non ꝓprie tertius,sed forma amboꝝ spūum prius dictoꝝ. Vnde & aptissime dr̄. cōfirmabis me. Quāuis ꝑseuerātia tuę custodię reseruaẛ,firmitas tñ aī ex pte aī fit a te deo ꝑ donū spūs spōtanei tā ad recta q̄ diuina. Dixit quoq; hoc ad drīam spūs spontanei ꝑ modū trāseūtis:qualis apparet ī iis qui quodāmodo īpetu aguntẛ aliqū ad bonum sed non ꝑseuerāt. oportet eē spūm prōptū simul & stabilē ad bonū. ¶ Docebo. Post mūdatiōis fructū in seipso/ꝓmittit eiusdē fructū in aliis. Docebo/tū exēplo tū psalmis. Vtroq;.n.mō adīpleuit/& sequutus est fructus cōuersionis iniquoꝝ ad deū. Theodosius imꝑator rephensus ab ambrosio de clade thessalonicē. quum excusaret se citādo ꝙ dauid ēt homicida fuisset/& audisset ambrosiū rńdētē/sequutꝰ es dauidē errātē seq̄re poenitētē,publicā subiit pniam:& adīpletū ē ī tāto pricipe. docebo/ab exēplo &c̄.

Libera me. Tractaẛ hic illa particula/miserere mei deus ꝑm gr̄am tuā/quantū ad gr̄am pristinā exterioꝝ donorum ꝓmissoꝝ dauidi a deo:petēdo vt deus vtaẛ secū misericordia spāliter reditegrādo ipm̄ ad gr̄am sibi olim cōcessam seu ꝓmissam ꝑ verbū nathā ꝓphetę. Vt.n.patet.2.reg.7.d eus ꝑ nathan duo cōcesserat. alteꝝ de ipsius ꝓgenie regnatura. alterum de ędificio tēpli ꝑ filiū eius. Et circa primum audierat ab eodē nathā post cōmissum homicidii crimē/nō recedet gladius de domo tua &c̄. De secūdo q̄uis nihil audisset a nathan,timebat tñ & rōnabilr̄ ex eodē crimine:vt patebit. Et ꝓpterea tria petit. primo remotionē īpedimēti cōsurgētis ex homicidiis. secūdo acceptationē solius īternę poenitentię.& tertio gr̄am ędificādi prius cōcessam. ¶ Libera me de sanguinibus. Primi parali. 22. refert dauid audisse se a deo anteq̄ peccaret. multū sanguinē effudisti/& plurima bella bellasti,nō poteris ędificare domū noī meo/tāto effuso sanguine corā me &c̄. Hinc n.dauid valde timuit ꝑꝑ homicidium/imo homicidia:qm̄ si ꝑꝑ fusum sanguinē in bellis iustis videbat a deo se repulsum ab ędificatione tēpli/valde rōnabilius ob fusum sanguinē inocētē vrię & alioꝝ q cū ipso occisi sunt repellēdus erat a ꝓpagatione regię gentis:& cōsequēter ab ędificatione tēpli ꝑ filium/quātūcunq; illi alias ignosceret. Et ꝓpterea solū crimē effusi sanguinis inocentis in hoc psalmo explicat in spē:& supplicat ab illo liberari. ita ꝙ non imputetur sibi sanguis vrię & aliorum simul occisorum ad cōdignam poenā:scilicet ꝙ priuetur generatione regię successionis/& ędificatione templi ꝑ filiū. Libera me de sanguinibus/vrię & aliorum cum eo occisorum mea culpa,& laudabit lingua mea iustitiam tuā:hoc est dona mihi poenam debitā pro his homicidiis,& de reliquis poenis laudabit lingua mea iustitiam tuam. non solum acceptabo illas sed laudabo iustitiam tuam infligentem quascunq; alias poenas temporales. ¶ Verum quia non est speciosa laus in ore peccatoris,quia feci blasphemari nomen tuum ab inimicis/nō pręsumam laudare nomen tuum nisi te pręueniente. Domine labia mea aperies/tu. hęc est pręuentio.& tunc subsequetur effectus. Et os meum annunciabit laudem tuam. Hęc quo ad remotionem pręcipui impedimenti.

Acceptatio autem poenitentię internę solius subiungitur, hebręo textu diuinationem exigente. Quoniam non voles sacrificium & dabo, holocaustum non voles. Hic versiculus solus acceptus significat clare deum non velle sacrificium nec velle holocaustum. Et hoc non est difficilis intellectus. Sed copulatiua & dabo, non apparet cointelligibilis. similiter coniunctio quoniam, restat sine sua relatione. Et propterea clausula illa & dabo, ratione metri intercepta videtur: sed locus proprius eius est in fine metri, & est pars orationis sequentis metri. Et dabo sacrificia dei: quę sacrificia subiunguntur in spiritu fracto & corde contrito. & adhuc pendet relatio coniunctionis quoniam, ad sequens metrum. bonifica in voluntate tua sion. Ita ꝙ constructio est. quoniam nō voles sacrificium & holocausta, & dabo sacrificia dei in spiritu & corde, ideo bonifica in voluntate tua sion &c̄. Et sic quadrant omnia. ❡ Vide modo sensus singulorum. Asserit dauid deum non voliturum sacrificium aut holocaustum pro venia scelerum suorum: quia in lege (vt patet leui. 4. 5. & 6. & nume. 15.) instituta tam sacrificia q̄ holocausta pro venia peccatorum fuit pro solis peccatis commissis per negligentiam, ignorantiam, seu errorem, & pro peccatis ex malicia solitis tamen committi ab hominibus. pro exorbitantibus autem sceleribus nullum institutum est sacrificium aut holocaustum, immo dicitur ibidem, anima vero quę per superbiam aliquid commiserit (siue ciuis sit ille siue peregrinus) quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo &c̄. Quum ergo crimen dauid valde enorme fuit & insolitum (quum occiderit vriam inter fortissimos nominatum fidelissimum ac deuotissimum militem, proditorie & cum tanta crudelitate vt non curauerit alios suos etiam occidi vt vrias occideretur) quia iniquam enormitatem criminis sui videbat, ideo dixit non voles sacrificium, holocaustum non voles pro scelere sanguinum antedicto. ❡ Et ego dabo sacrificia dei. Tu non vis sacrificia legis quę offeruntur coram hominibus, & ego dabo sacrificia dei, hoc est quę solius dei intuentis cor sunt. sacrificia inquam dei appositiue spiritum fractum, cor fractum & contritum, quę deus non despicies. Explicat sacrificia dei in spiritu & corde: hoc est in animo quatenus fungitur officio spiritus deum & spiritualia tractādo, & quatenus fungitur officio cordis inchoando opera omnia. Et describit cor non solum fractum in plures partes sed contritum in puluerem, spiritum autem fractum, vt intelligas voluntatem vt est principium omnium ad inferiora operum, oportere esse nō solum fractam sed contritam in placatione dei pro commissis peccatis, spiritum autem (hoc est eandem voluntatem vt tendit ad spiritualia) sufficit esse fractum: quia ad spiritualia tendere debet, sed non innixa integritati suę sed velut fracta quo ad proprias vires. Oportet enim poenitentem & recognoscere & offerre deo spiritum suum velut fractum: vtpote destitutum integritate virium suarum etiam ad volendum bonum spirituale & detestandam offensam dei: quia vere sic est: nā neutrum valemus ex spū nostro, sed oportet speciale diuinę gratię auxilium ad hęc adesse.

❡ Ideo bonifica in volūtate tua sion. Quia sion est casus accusatiui, oportuit interpretes transferre bonifica. Explicat propheta petitionem intentam vt redintegretur ad promissa sibi per nathan, explicādo totam promissionē a primo promisso: hoc est ab ędificatione templi. primum enim promissum fuit ꝙ filius eius ędificaret templum. Et ideo petit vt redintegretur ad hoc vt bonificet sion, constructione templi, in voluntate tua, olim mihi reuelata per nathan, & non ob meas iustificationes: ędificabis muros hierusalem. vel causa metri ędificabis pro ędifica muros hierusalem: vel & bonificando sion, ędificabis consequenter muros hierusalem. hoc enim etiam implicite cōtinebatur in promissione nathan: pro quanto promittebatur successio regia gloriosa & stabilis super solium dauidis quod erat in hierusalem. in his enim manifeste continetur magnificatio & munitio hierusalem.

❡ Tunc voles sacrificia iustitię, holocaustum ꝛ totum: tunc leuabunt super altare tuum iuuencos. Si redintegraueris me ad promissa, tunc me redintegrato acceptabis sacrificia mea, nō poenitentię sed iustitię & holocausta &c̄. q̄ nūc quū nec iustitię sint (qa iustificatus nō sum) nec poenitētię, qa illa nō vis, grata sunt tibi. vel si redintegraueris me ad pmissa, tūc ędificato tēplo & altari acceptabis sacrificia iustitię legalis, hoc est sm iustitiā legis in vno tm̄ loco offerēda, & holocaustū, & totū, hoc est vniuersum sacrificiorum & oblationū genus vnico verbo rehę̄ cōphēdēdo. vel p totū intelligit iuge sacrificiū holocausti tā matutini q̄ vespertini. tūc iponēt sup altare tuū, tibi dicatū i tēplo & nō ipsum mō hi & mō ibi, iuuēcos. A iuuēcis signat oīa sacrificia sup altari dn̄o sm legē offerēda. ❡ Vbi recole ꝙ leui. 17. districte pcipit nō offerri sacrificiū nisi an̄ ostiū tabnaculi dn̄i. Verūtm̄ hoc nō suabat: vt patet. 1. reg. 15. saule sacrificāte i galgalis. & 16. samuele sacrificāte i bethlehē qn̄ vnxit dauidē. & 20. dicēte ionatha ad saulē. rogauit me obnixe dauid, dimitte me qn̄ sacrificiū solēne ē i ciuitate mea. Et 2. reg. 15. dicēte absalō ad dauidē, vadā & sacrificabo dn̄o i hebron. Et 3. reg. 3. excusat ppl's sacrificās in excelsis, qa nōdum ędificatū erat tēplū noi dn̄i. Vn̄ sperās dauid hāc licētiā, hūc abusum exterminatū iri p ędificationē templi, adiungit cōem fructū secuturū ex sui redintegratione: vt tanto melior explicetur redintegratio ipsius. Tunc, ędificato templo solenni & altari celebri, acceptabis sacrificiū legalis iustitię &c̄. qa tunc leuabunt super altare tuum, in tuo loco tibi dicatum, iuuencos. Amen.

VVLGATA EDITIO

Victori eruditio dauid cum uenit doeg idumęus: & annunciauit saul & dixit illi, uenit dauid in domum achimelech. LI.

Q Vid gloriaris in malicia: qui potens es in iniquitate.
Tota die iniustitiā cogitauit ligua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolū.
Dilexisti maliciā super benignitatē: iniquitatē magis q̄ loqui equitatē.
Dilexisti omnia uerba precipitationis: lingua dolosa.
Propterea deus destruet te in finē: euellet te & emigrabit te de taberna-lo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium.
Videbunt iusti & timebunt: & super eum ridebūt & dicent, ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum.
Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & pręualuit in uanitate sua.
Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misericordia dei in ęternum & in seculum seculi.
Confitebor tibi in seculum quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

IVXTA HEBRÆVM.

Vincenti intelligentia dauidi, ueniente doeg idumęo/& annunciauit saul & dixit illi. uenit dauid ad domum achimelech. LII.

(gloss above line: mecu est)
1 Propheta. Q Vid gloriaberis/in malicia o potens: gratia dei tota die
2 Prauitates cogitabit lingua tua: quasi nouacula polita faciens dolum.
3 Dilexisti malum magis q̄ bonum: mendacium magis q̄ loqui iustitiam. Selah.
4 Dilexisti omnia uerba glutitionis lingua doli.
5 Etiam deus destruet te sempiterno: tollet te & extrahet te de tentorio/& eradicabit te de terra uiuentium. Selah.
6 Et uidebunt iusti & timebunt: & super eum ridebunt.
(gloss above line: talis erat qui)
† deos 7 Vox iustorum. Ecce uir nō ponet deum† fortitudinem suam: & sperauit in multitudine opulentię suę/roborabitur in prauitate sua.
† deos † deos 8 Propheta. Et ego sicut oliua frondosa in domo dei†: confisus sum in gratia dei† ęternum & semper.
(gloss above line: hec)
9 Confitebor te ęterno/quoniam fecisti: & expectaui nomen tuum/quoniam bo-
(gloss above line: est expectare)
num coram gratiosis tuis.

Titulus est. Vincenti intelligentia dauidi, veniente doeg idumeo/& annunciauit saul & dixit illi. venit dauid ad domum achimelech. Vbi manifeste tāgitur historia scripta. 1. reg. 22. Ex qua iuncta psalmo habetur ꝙ psalmus iste tractat de malicia doeg idumęi (qui occidit sacerdotes domini & omnes in nobe ciuitate sacerdotum)& de misericordia dei erga dauidem, in cuius odium tāta clades commissa est: vt patet in historia. ¶ Verum ex illa particula tituli/intelligentia dauidi/insinuatur aliquid intelligentia dignum in hoc psalmo tractari pręter nudam historiam. Et quantum ex psalmo apparet, inseritur mysterium diuinę vltionis futurę in doeg/& pręmii repositi dauidi speranti & expectanti gratiam dei.

SVMMARIVM EST.

Inuehitur dauid in doeg ꝙ tantam cladem velut radendo effecerit dolis/mendacio/malicia: pphetando ꝙ deus in pręsenti destruet eū & eradicabit de terra, ipse autem dauid erit sicut oliua in ęternū sperans in diuina gratia & laudans deum/quia expectauit magnificationem diuini nois.

¶ Persone loquentes sunt propheta & iusti.

QUid gloriaberis in malicia o potẽs. Diuidit psalm⁹ i ptes duas: ppositiuã materię, & executiuã ibi prauitates. Proponit duo. Pmo maliciã doeg idumęi increpãdo ipm. Secũdũ historiã doeg psidebat pastoribus mulaꝝ saulis; & erat vir magnus corã saule (vt in ca. 21. refert) & effectus ẽ maior ex eo ꝙ accusauit sacerdotẽ dñi tanq̃ cõplicẽ dauidis; & pcussit sacerdotes & ciuitatẽ eoꝝ. Et ppterea appellat eũ potẽtẽ i malicia; dicẽdo, Potẽs seu fortis in malicia qd gloriaberis! Tanq̃ diceret. etsi nũc gloriaris in potẽtia tuę malicię, nõ subest tñ cur gloriaberis in futuꝝ. ¶ Secũdo ppõnit benignitatẽ dei cõtinuã erga se dauidẽ. gratia dei; sine meritis meis, tota die; cõtinue mecũ est.

¶ Prauitates cogitabit. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat illa particula; o potẽs in malicia. Secũdo illa; qd gloriaberis; ibi ẽt deus destruet te. Tertio illa; gr̃a dei tota die; ibi & ego sicut oliua. ¶ Increpat itaq̃ potẽtia simul cũ malicia. Et potẽtia qdẽ significat in actiõe qua sicut gladio rasorio exercuit cogitatũ ac dictũ dolũ. Iuxta historiã doeg nõ solũ trucidauit. 85. viros sacerdotes dñi, sed ẽt ciuitatẽ sacerdotũ pcussit in ore gladii: viros & mulieres & paruulos & lactẽtes; boueꝗ & asinũ & ouẽ. & ppterea assimilat rasorio gladio; icidẽti oẽs pilos occurrẽtes. Prauitates cogitabit; psẽuerabit cogitãdo, lingua tua; inter loquẽdũ cũ saule: quasi nouacula polita faciẽs; exequens, dolũ; cogitatũ ac dictũ cõtra achimelech sacerdotẽ. ¶ Dilexisti malũ magis q̃ bonũ, mẽdaciũ magis q̃ loq iustitiã. Increpat doeg de iterno affectu. nã iuxta historiã saul q̃rebat hẽre dauidẽ & cõplices eius: doeg aũt vidẽs quũ nesciret achimelech eẽ cõplicẽ dauidis, nõ debuit deferre sauli achimelech tanq̃ cõplicẽ dauidis: sed aut tacere aut simplex factũ narrare; explicãdo se nihil scire an fuerit cõplices. cuius oppositũ prõptitudo eius ad tã dirã cladẽ testat, presertim recusantibus aliis tñ facinus. Et ppterea hic increpat de malicia. Dilexisti malũ magis q̃ bonũ, mẽdaciũ magis q̃ loqui iustitiã. mẽtitus est. n. achimelech fuisse cõplicẽ dauidis; & dilexit malũ tantę cladis: quũ potuisset & debuisset vtrũq̃ vitare. Dilexisti oĩa verba gluttitiõis; ciuitatis sacerdotalis; quã quodãmodo glutiuit, lingua doli. In quo apparet quo affectu desolauerit sacerdotes. q̃uis effectus ipe satis testet pessimũ affectum doeg.

Etiã deus destruet te. Tractat hic illa pticula; qd gloriaberis; ppphetãdo ꝙ parũ durabit gloria eius: qm̃ deus puniet ipm in hac vita; vidẽtibus iustis & cõsiderãtibus ac irridẽtibus. Etiã deus; qui pmisit scelus tuũ, destruet te sempiterno; nõ ad tẽpus. Per qd' videt significari destructio generis eius; sicut ipe destruxit gen⁹ achimelech. Tollet te & extrahet te de tẽtorio; tuo; sicut tu abstulisti sacerdotes & extraxisti de tabernaculo: & eradicabit te de terra viuẽtiũ; sicut tu eradicasti sacerdotes. Terrã aũt viuentiũ appellare videt terrã pmissionis. Forte de genere doeg remãserũt in idumea. ¶ Et videbũt iusti; hãc punitionẽ, & timebũt. Hic appet ꝙ locutus ẽ de pũitiõe i pñti vita. ad pñtis. n. vitę statũ spectat iustos videre vidictas & timere: i altera siqdẽ vita lętabũt iusti vidẽdo vidictas. Timebũt ãt; ne & ipi ruãt i pcm̃. Et sup eũ ridebũt. ecce irrisio: hoc ẽ ad silitudinẽ irridẽtiũ cõsiderabũt poenas ei⁹. ¶ Irridẽdo ãt dicent. Ecce vir nõ ponet deũ fortitudinẽ suã; hoc est ecce talis erit vir q nõ ponet deũ fortitudinem suam: & sperauit in multitudine opulentię suę, roborabit in prauitate sua. Et intendit ꝙ quicunq̃ assimilatur doeg in his tribus (scilicet ꝙ sperauit in multitudine opulentię suę; & nõ ponet deum fortitudinem suam; sed roborabitur in prauitate sua) erit talis in poenis qualis doeg.

Et ego sicut oliua. Tractat hic illa pticula; gr̃a dei tota die: pphetãdo p̄spitatẽ ppriã futurã tũ i pñti vita. Et ego sicut oliua frõdosa; i signũ viuacitatis, i domo dei. Et dicit hoc; qa ipe in domo dei apud achimelech petẽs panẽ & gladiũ; fuerat occasio trucidatiõis sacerdotũ. cõtra tãtũ malũ pter itentionẽ eius subsecutũ; dicit ꝙ ipse i domo dei q̃si oliua frõdosa erit; pducet tãtũ fructũ i domo dei sicut oliua viuax. Tũ i futura vita: i qua sola qd' vere ęternũ ẽ spari põt. cõfisus sum in gr̃a dei ęternũ & semp. In veteri testõ comitabat p̄spitas tpalis bonitatẽ vitę: qa sic pmiserat deus i deutero. Et ppea dauid velut rõnẽ suę futurę i pñti vita p̄spitatis; subiũgit spẽ fiduciãq̃ suã i gr̃a dei nõ solũ respectu pñtiũ sed ęternoꝝ bonoꝝ. qa spaui seu cõfisus sum in gr̃a dei ęternũ & semp: hoc ẽ nõ solũ respectu pñtiũ sed eoꝝ q̃ vere ęterna sũt. ¶ Cõfitebor; cõfessiõe laudis, te ęterno & semp qm̃ fecisti; mecũ gr̃am. Prophetat gr̃arũ actionẽ suã p recipiẽdo beneficio tanq̃ recepto; qa scit sic futurũ eẽ. Et expectaui nomẽ tuũ; manifestandũ & glorificandũ in me: & expectaui nomen tuũ; nosse in ęterna foelicitate quoniã bonũ; supple est expectare nomen tuũ, corã gratiosis tuis; iis qui gratuito propter te donãt. Ordo prępostęrus. prius expectaui nomen tuũ qm̃ bonũ &c̃. & cõsequẽter cõfitebor te qm̃ fecisti. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori super chorum eruditio dauid. LII.

DIxit insipiens in corde suo: non est deus.

Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.

Deus de coelo prospexit super filios hominum: ut uideat si est intelligens aut requirens deum.

Omnes declinauerunt/ simul inutiles facti sunt:non est qui faciat bonum/non est usq ad unum.

Nonne sciēt oēs qui operantur iniquitatē:qui deuorant plebem meā ut cibū panis?

Deum non inuocauerunt:illic trepidauerunt timore ubi non fuit timor.

Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt quoniam deus spreuit eos.

titute.¶ Et responde mihi.Secundus hic est locus a diuina promissione.vbi per modum domesticæ ratiocinationis reuocat dauid ad dei memoriam promissionem quam fecit.Et responde mihi/quęso, deus locutus est in sanctitate sua.Alloquitur deum de deo in tertia persona/ sicut alloquimur regem rex dicit sic.deus/qui est veritas,locutus est in sanctitate sua.Aut locus designaţ sanctuarii in quo deus locutus est,aut firmitas promissionis significatur:sicut dicendo rex locutus est in maiestate sua/autoritatem sermonis exprimimus,tanq̃ non sit sermo cōmunis . ita deus locutus est in sanctitate sua/ tanq̃ sanciens quod dixit.Lętabor.ecce quod locutus est:scilicet ꝙ ego dauid lętabor,diuidā sechem. Primum ergo dictum a deo de me est futura lętitia/lętabor.materia autem lętitię subditur.diuidam sechem & vallem suchoth(.i.tabernaculorum)dimetiar.¶ Mihi galahad.Possessio trium locorum ponit primo materia lętitię.Sunt aūt hoꝝ locoꝝ duo trans iordanē.sechem.n.est intra terrā promissionis:vt patet iosue.24.Suchoth autē est trans iordanē,vbi iacob declinās ab esau fixit tabernacula: & ideo appellauit suchoth/gene.33.Galahad quoq; eundo versus mesoporamiā inuenitur:vt patet geñ. 31.Meminit aūt specialr̄ sechem tanq̃ insignis loci: vtpote dati a iacob dilecto filio ioseph:vt cōmemoraţ ioan.4.vel vt per hoc significet subiectā sibi etiā eximiā terram ioseph in primogenitum surrogati.vel(quod potius crediderim)vna & eadem rōne meminit sechem & vallis suchoth:quia occupatę hę partes spālr̄ fuerāt ab hostibus.Et de valle suchoth potest colligi ex.1.reg.vlti. vbi clare dicitur ꝙ mortuo saule hebręi qui erant trans iordanem reliquerunt ciuitates/& philistei occuparūt eas. De sechem autem quia erat in monte ephraim/& ab antiquo celebris,crediderim philisteos & alios hostes quum dominarentur hebręis constituisse ibi pręsidium ad coercendum hebręos ne rebellarent. In cuius signum non meminit horum duorum locoꝝ absolute,sed cum partitione & mensura. Significatur.n.per hoc ꝙ loca hæc ita fuerant occupata vt iam destituta a propriis antiquis possessoribus in publicam cessetint potestatem.propterea.n.dicit diuidam & dimetiar,ad describendam plenitudinē potestatis & quietis iam habitę:vt non sit amplius habitantibus timor mutandi & deserendi illa loca.Et dicendo metiar/significat ꝙ vnicuiq; reuertenti ad propria reddere uolebat portionē suam. Galahad autē meminit/ad explicandum dominiū suum trans iordanē in tribubus quæ trans iordanem sortes suas habuerunt a moyse.quod etiam magis explicaţ subiūgendo manasseh. ¶ Mihi manasseh Post hæc tria loca cōmemorant tres tribus.s.manasseh/ephraim & iuda.Meminit autem spāliter harum trium tribuū / ad significandum quietem regni sibi promissam. Manasseh siquidē & ephraim filii fuerūt ioseph:qui loco ruben iura primogenitur ę habuit.Et propterea tanq̃ pͥogenito ius regni videbaţ cōpetere ioseph:cuius pͥogenitus ſm naturā fuit manasseh,sed ſm bn̄dictionē iacob ꝑlatus est ei ephraim geñ.48. Vtriusq; itaq; meminit sermo diuinus hic recitatꝰ:significās diuina dispōne effectū ꝙ vtraq; tribus q̃ de regno posset cōtēdere/dauidi cōiuncta dicitur. Tribus aūt iuda cōmemoraţ/ qa in benedictionibus iacob principatus ei ascribitur:vt & ipsius cōsensus in regnū dauidis mōstreţ. Ephraim fortitudo capitis mei.Prerogatiua fortitudinis tribui ephraim ascribiţ:quia fortissima erat tribus illa/& fortes viri ad custodiam regis ponuntur.Iudas legifer meus. Cōmemoratur tribus iuda cum regia dignitate:regis quippe est legem ferre. ¶ Moab olla ablutionis meę. Cōmemoratis tribus tribubus/cōmemorātur tres gentes:scilicet moabitę/philistei/& idumei.Moab olla lauacri mei.Ad similitudinē siquidem ollę ꝑparatę ad lauacrū hominis post laborē/moabitarū regio ministrabat opportuna populo israel quiescēti.abundabat.n.regio illa pascuis & multitudine agnorum:vt ex.3. ca. quarti reg.apparet.Super edom proiiciam calceum meum.Ad significandā subiectionē idumeę/dicit ꝙ proiiciam calceū meū super edom:tanq̃ subiectam pedibus meis.Super me philistea clange.Insultationis sermone subiectio philistęę describitur:vtpote quæ olim musicis instrumētis & choreis lętata est super iudęa quū philistei dn̄arentur iudęis.Nūc.n.reuocando philistęę ad memoriā pristinas festiuitates quas faciebāt sup iudęos/insultādo ait.super me philistea clange:hoc est subdita iā es mihi, clange modo super me sicut olim fecisti.Hucusq; sermo quē locutus est deus recitatus est . cuius summa est ꝙ dauid lętabitur in oībus istis.¶ Quis ducet me ciuitatē munitionis.Prosequitur dauid ratiocinationē suam cum deo/alloquendo ipsum.Et intendit.tu dixisti ꝙ ego habiturus essem hæc oīa, quis exequeţ hæc?nullus nisi tu,qui tū reliquisti nos:ac per hoc si nō reuerteris ad nos/nullus exequeţ promissionē tuā.Vbi vides ex allegata promissione/velle quodāmodo cōuincere deū vt reuertaţ:alioquin ꝓmissio eius nō habebit effectū.Quis ducet me in ciuitatem munitionis:hoc est in rabath ciuitatē regiā ammonitarū.Iuxta historiā siq̄dē inchoato cū ammonitis bello/oportuit dauidē ire contra syros fautores ammonitarū:& post captā syriā adhuc supererat bellū primū cōtra ammonitas. & spāliter superat rabath vrbs regia:vt patet.2.reg.12.&.1.parali.20.Et ꝓpterea specialr̄ meminit huius ciuitatis,qa adhuc supererat capienda.Quis duxit me vsq; edom,nōne tu deus?De ciuitate ammonitarum dixit in futuro/qs ducet me in ciuitatē munitionis:hoc ē munitā:vtpote capiendam.de idumea iam capta & rebelli dicit in præterito/quis duxit me vsq; edom?Et vnum quidē dicit & duo intendit. Dicit qdem duxisti me in edom/vt essem dn̄s idumeę.intendit autē ꝙ ad hoc duxisti me illuc vt etiā ꝑseuerarē dn̄s edom;quod perficiendū superest.Nōne tu deus/deduces in ciuitatē munitā & duxisti in

edom! certe sic:& tñ dereliqsti nos/i rebellione idumeę,& cõsequẽter nõ egredieris deus/dux/fautor &c̃. in exercitibus nr̃is.cõsequẽs qppe ẽ vt eadẽ ira qua dereliqsti nos nõ egrediaris dux exercituũ nr̃oꝝ:ac ꝑ hoc nullus adiplebit ꝓmissionẽ tuã de idumea mihi ꝓmissa & de ciuitate ammonitarũ. Aduerte hic ꝙ qñ aut cui aut vbi factus fuerit sermo dñi hic recitatus/in scriptura non habetur sic in specie. nã nullibi hę speciales promissiones dauidi factę leguntur nisi hic.

Da nobis auxiliũ. Tertius est hic locus a vanitate hũanaꝝ viriũ. Recognoscit dauid nõ viribus humanis sed diuina ope habuisse victorias. Et ppea petit. da nobis auxiliũ ab angustia/quã patimur ex hac rebellione:& vana salus hominis/ab omnibus habeatur.

In deo faciemus virtutem. Cõclusio est hæc instructi & exauditi dauidis. In deo/nõ i rege dauide, faciemus/decętero, virtutẽ/belli:hoc est nõ solũ corde & ore sed facto virtutẽ belli habebimus in deo, nõ sicut prius q̃ facto triũphalis nois virtutẽ belli attribuimus dauidi. Vbi aduerte nõ peccasse dauidẽ solũ, sed multos debuit habere cõsultores aut ẽt impulsores ad faciẽdũ sibi nomen. ppea.n.plr̃ dicit faciemus. Aduerte quoq nõ peccasse aio aut ore/tanq̃ nõ recognoscẽdo victoriã a deo, sed facto: ꝑ quãto ipsũ factũ suapte natura attribuebat virtutẽ victorię dauidi. Et ppea decętero inqt. faciemus.i. ẽt facto attestabimur virtutẽ belli in deo fuisse. Hic est effectus instructiõis ex pte dauidis. Effectus ãt orõnis ex pte dei cõsequẽter subdit. Et ipse calcabit angustatores nr̃os. Purgata culpa/itellexit ꝓphã se exauditũ. Et ppea ꝓphetat.& ipse/deus, calcabit angustatores nostros/idumęos/ammonitas &c̃. Amẽ.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori in psalmis dauid. LX.

EXaudi deus deprecationẽ meã:intẽde orationi meę.
A finibus terrę ad te clamaui:dũ anxiaretur cor meũ i petra exaltasti me.
Deduxisti me:quia factus es spes mea/turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo i secula:protegar i uelamẽto alarũ tuarũ.
Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hęreditatem timentibus nomen tuum.
Dies super dies regis adiicies:annos eius usq in diem generationis & generationis.
Permanet in ęternum in conspectu dei:misericordiam & ueritatem eius quis requiret?
Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi:ut reddã uota mea de die in diem.

¶ IVXTA HEBRÆVM ¶ Vincẽti super modulatione dauidi. LXI.

†dij 1 Propheta. AVdi deus†cantum meũ:ausculta orationem meam.
2 Ab extremo terrę ad te uocabo:collabente corde meo,in petra (que) eleuabitur super me duces me.
3 Quoniam fuisti protectio mihi:turris fortitudinis a faciebus inimici.
4 (ideo) Habitabo in tentorio tuo seculis:protegar in absconsione alarum tuarum. Selah.
†dij†vo tis meis 5 Quoniam tu deus†audisti uota mea†:dedisti hęreditatem timentium nominis tui.
6 (ideo) Dies super dies regis adiicies:anni eius uelut generatio & generatio.
†deorũ 7 Sedebit semper faciebus dei†:gratia & ueritas (boni) man custodient eum.
†.meo 8 Sic canam nomen tuum semper:in meo†soluere uota mea die die.

TItulus est. Vincenti super modulatione dauidi. De quo vt supra.
¶ Materia psalmi quantum ex verbis psalmi colligo, est ęternitas regis mesię promissa dauidi/eruto a morte/custodito ab inimicis &c̃. Ita ꝙ psalmus iste est gratiarumactio deo a dauide cõmemorãte ꝙ se ex semimortuo/ex tot periculis eruerit nõ solum ad regnum in persona sua & suorum, sed etiã ꝙ mesiam sempiternum regem sibi promiserit. Qꝫ enim cõmemorando pręterita pericula inchoet/clare testatur prima pars psalmi. Qꝫ autem ad mesiam perducat orationem/patet ex regula apostolica a.6.versiculo vsq ad finem. Nam clare constat ꝙ illa non verificantur de dauide: ait enim. dies super dies regis adiicies, anni eius velut generatio & generatio, sedebit semper faciebus dei. hæc enim manifeste excedunt dauidem & quemcunq hominem excepto mesia. Quod etiam testatur thargum dicens. dies mundi futuri super dies regis mesiæ appones:anni eius sicut generationes mũdi huius & generatiões mũdi venturi; cõmorabit in secula corã deo. Vnde etiã patet ꝙ psalmus iste editus

est a dauide postq̄ fuit non solum rex iuda sed rex totius israel. quia non prius fuit ei facta promissio
de mesia: vt patet. 2. reg. 7.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta dauid ex cōmemoratis beneficiis diuinis erga se, seipsum in proprio semine regio dura/
turum in secula pphetat: simul immortalitatem regis mesię cū gratia & veritate describens.

¶ Persona loquens propheta est.

Audi deus cantū meū. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuā materię, & executiuam:
ibi ab extremo terrę. ¶ Proponit duo. Alterum. audi deus cantum seu laudationem meam (vbi
dictio hebraica sonat laudem mixtam cantu) laudationem qua te canendo laudo dignare audire. Al
terum. ausculta orationem meam / applica autem ad eleuationem mentis meę.

¶ **Ab extremo terrę.** Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula / ausculta
orationē meā. Secūdo illa / audi domine cantū meū / ibi dies. ¶ In oratione cōmemoratiua beneficio℞,
simatic refert prius beneficia ante regnū / & deinde beneficia in regno. Et aduerte in vtrisq̄ q̄ prophe/
ta prius cōmemorat effectus, & postea subiungit causas. Sed tu ordina lr̄am sic. Quoniā fuisti ptectio
mihi / & similiter fuisti mihi turris fortitudinis a facie inimici saulis, ideo duces me a triplici malo. tū
loco℞ / ab extremo terrę vocabo. tum interni timoris / collabente corde meo: tanq̄ exanimi me effecto.
tum magnorū periculo℞ / in petra quę eleuabitur super me: hoc est in periculo maximo quādo fui cin
ctus a militibus saulis in modū coronę, iuxta petrā quę eleuabitur / nomine & fama, super me / tunc
liberato. Ad literam petra illa ex tunc eleuata est s̄m nomen ęternum, appellata petra diuisionis ab
illo euentu: diuisit enim deus ibi a dauide saulis exercitum audito philistinorū impetu. Historia habe
tur. 1. reg. 23. Et intendit per hęc tria comphendere vniuersa mala & pericula interna & externa quę p/
fugus a saule est passus. Futura. n. clamabo / duces / eleuabitur, respiciunt p̄teritum fuisti: & non tempus
psalmi. Intendit eni dicere q̄ ex diuina defensione subsecuta est deductio dauidis profugi & vagi vsq̄
ad extremū terrę isrl', & tā afflicti q̄ fuit velut exanimis, & ex tāto pīculo q̄tū fuit illud quo cinctus ē i
modū coronę: vt ex hoc pīcula cętera significēt. ¶ Habitabo. Sīlr hic ordina lr̄am icohādo a cā. Q̄m
tu deus audisti vota mea. Beneficia in regno describit. Duo bn̄ficia cōmemorat. Alterū regni / dicēs. de
disti hereditatem timentium nomen tuum. Hereditas timentium diuinum nomen est ipsa terra pro/
missionis pacifica & quieta. hanc talem dederat iam deus dauidi & populo israel tempore dauidis. Al
terum templi diuini ędificādi / dicens. Audisti vota mea. voluntas siquidem eius fuerat ędificare tem/
plum. Et hęc voluntas fuit tam grata deo q̄ tunc per nathan deus promisit dauidi tria: scilicet ędifi/
cium tēpli per filium / stabilitatē regni in semine eius / & mesiam perpetuum regem: vt habes. 2. reg. 7.
& 1. parali. 17. Quia inquit audisti vota mea de ędificando templo / & dedisti iam regnum quietum, iō
habitabo in tentorio tuo seculis. Si de persona sua tantum loqueretur non diceret seculis sed seculo.
Vnde ex hoc q̄ dixit seculis / significat q̄ non de persona sua sola sed cum semine suo regio dicit. habi/
tabo seculis / multis, in tentorio tuo / hoc est in templo tuo: quod relatum ad te est tentorium / est velut
habitaculum peregrinationis: nam neq̄ coelum dignum est vt sit templum tuum. Protegar. non fru/
stra habitabo in templo tuo, sed ibi protegar velut sub alis tuis absconditus / ad similitudinem pullo/
rum sub maternis alis. Et intellige habitare in templo / hoc est habitare iuxta templum. domus enim
regia erat prope templum. Et significauit per hoc seminis sui regnum duraturum. nam principis lo/
cus ad habitandum erat iuxta tabernaculum domini: vt patet de habitaculo moysi qui erat dux nu. 3.
populi. ita q̄ ex hoc q̄ dicit habitabo seculis in tentorio tuo / significat se cū suo semine regium habi/
tandi locum habiturum. Et similiter protectio futura sumpta est consequenter ex protectione diuina
exhibita moysi ex tabernaculo domini. & significat nihilominus fidem deuotionemq̄ dauidis de diui
na protectione tam sui q̄ sui seminis.

Dies super dies. Tractat̄ hic illa particula / audi deus cantū meū. & cōtinuat̄ textus satis apte. Q̄m
audisti vota mea / & dedisti iam regnū quietū, ideo & ego cum semine meo habitabo & ptegar: & po/
stremo tu dies sup dies regis adiicies. hoc. n. tertiū supererat triū pmisso℞ a deo p nathan dauidi / audi/
tis a deo votis dauidis de ędificando tēplo. & ideo auditio illo℞ desiderio℞ inducit̄ tanq̄ occasionalis
rō omniū subsecuto℞ / dicēdo q̄m audisti. Demū igitur dies sup dies regis / hoc est mesię p resurrectio/
nē iam regnātis, adiicies / vtpote q̄ nunq̄ finiētur: tūc. n. assecutus est vitā immortalem. anni eius / mesię
iam regis, erunt velut generatio & generatio: hoc est nō sicut vna ętas hoīs, sed sicut ętas & ętas: hoc
est sine fine ętatum. Sedebit / rex mesias, faciebus (idest coram facie) dei. christus siquidem resurgens
ex mortuis iam non moritur: regnabit enim in ęternum. ¶ Gratia & veritas man custodient eum.
Man dictio hebraica absq̄ interpretatione manet propter incertitudinem significationis. Alii prępa
rationē / alii pronomen interrogatiuū / alii cibum / alii munus / alii māna quo aliti sunt pr̄es in deserto
intelligūt. Mihi cōsiderāti scriptū esse ioan. 1. lex per moysen data est / gr̄a & veritas per iesum christum
facta est, videt̄ q̄ ppheta mesię opa ppria p hoc intēdat describere: & cōsequēter man donū significet
in pposito. Ita q̄ sensus est. Gr̄a & veritas doni seu muneris custodiēt eū. gratia siquidem & veritas

nõ cuiuſcũꝗ ſed diuinę perſonę/quod eſt maximum donum exhibitum mundo,cuſtodient meſiam: ſcriptum eſt enim.ſic deus dilexit mundũ vt filium ſuum ynigenitum daret.Et hoc referendo ad merita chſi:vt pphia deſcribat merita qbus meruit ſeruari ĩ ęternũ.i.ĩmortalitatẽ corpis.Et ſic ẽ ſenſus.Gra & veritas.i.opa grę & veritatis,man.i.verbi dei doni exhibiti humano generi,cuſtodient eum / erunt merita quibus cuſtodietur in æternum/hoc eſt acquiret immortalitatem.¶ Vel referendo ad cuſtodiã ſimilitudinarie ſedentis iam regis:hoc eſt vt deſcribantur gratia & veritas velut cuſtodes regu. Et eſt ſenſus ꝙ gratia & veritas man.i.muneris/hoc eſt quas pro munere dat mundo,cuſtodient eum/erunt velut cuſtodię regis.chriſtus enim continue largitate gratiarum & veritate doctrinę / fidei &c̃.donat mundum.Et hę ſunt velut cuſtodię eius/comitantes ipſum indefeſſe. Sic canam nomen tuum ſemper,in meo ſoluere vota mea die die.Sic ingt hac fide/hac ſpe affectus, canam nomen tuum,non ad tps ſed ſemp/ſine fine:ſoluẽdo vota mea/reddẽdo deſiderata debita,die die/hoc ẽ p ſingulos dies. Amẽ

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori pro iduthun pſalmus dauid. LXI.

NOnne deo ſubiecta erit anima mea?ab ipſo enim ſalutare meum.
Nam & ipſe deus meus & ſalutaris meus / ſuſceptor meus:non mouebor amplius.
Quouſꝗ irruitis in hominem/interficitis uniuerſi uos?tanꝗ parieti inclinato & macerię depulſę.
Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere/cucurri in ſiti:ore ſuo benedicebant & corde ſuo maledicebant.
Verũtamen deo ſubiecta eſto anima mea:quoniam ab ipſo patientia mea.
Quia ipſe deus meus & ſaluator meus/adiutor meus:non emigrabo.
In deo ſalutare meum & gloria mea:deus auxilii mei & ſpes mea in deo eſt.
Sperate in eo omnis congregatio populi/effundite coram illo corda ueſtra:deus adiutor noſter in ęternum.
Verũtamen uani filii hominum/mendaces filii hominum in ſtateris:ut decipiãt ipſi de uanitate in idipſum.
Nolite ſparei iniqtate/&rapias nolite cõcupiſcer:diuitię ſi affluãt nolite cor appõere.
Semel locutus eſt deus,duo hęc audiui/quia poteſtas dei eſt & tibi domĩe miſericordia: quia tu reddes unicuiꝗ iuxta opera ſua.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincẽti ſuper iduthun pſalmus dauid. LXII.

†deos 1 Propheta TAntũ ad deũ† expectãs aĩa mea [eſt]:ab eo ſalus mea [eſt].
2 Tantũ ipſe petra mea & ſalus mea/fortitudo mea:non labar multa [declinatione].
3 Vſquequo irruetis ſup uirũ?occidemini oẽs uos,quaſi murus iclinatus/maceria ĩpulſa.
4 Tantum a celſitudine [viri] eius/conſuluerunt ad impellendum.
5 Volent mendacium:in ore ſuo benedicent & in medio ſui maledicent.Selah.
†dĳs 6 Tantum deum† expecta anima mea:quia ab ipſo ſpes mea.
7 Tantum ipſe petra mea & ſalus mea/fortitudo mea:non labar.
†dĳs †dĳs 8 Super deo† ſalus mea & honor meus:petra fortitudinis meę/protectio mea in deo†.
†dĳ 9 Confidite in eo in omni tempore popule [mi]:effundite faciebus eius cor ueſtrum / deus† protectio nobis.Selah.
10 Tantum uanitas filii adam/mendacium filii uiri:in bilancibus [ſunt] ad aſcendendum / ipſi [ponderati] plus ꝗ uanitas ſimul.
11 Ne confidite in fraude & in rapina:ne uaneſcite,opulentia quando germinabit ne apponite cor.

12 Vnum locutus eſt deus†: duo hæc audiui/ quia fortitudo deo†. †dij †dijs

13 Et tibi domine†gratia: quia tu ſolues uiro ſm opus eius. †dñi mei

TItulus eſt. Vincenti ſuper ieduthun pſalmus dauidi. Ieduthun aũt nomen eſt inſtrumenti muſici aut vnius trium principum cantorũ.1.parali.25. Sed quolibet intelligas/nõ habet materia pſalmi. Vnde iuxta apoſtolicã regulã quia autor ex titulo apparet dauid/& dicta in pſalmo nõ excedũt dauidis perſonã, cõſequẽs eſt vt ad literam pſalmus de dauide tractet. Et quia i multis verſiculis dauid tractat diuinũ adiutoriũ & ſuã in deo ſpem/& in quarto & quinto verſiculis hoſtes ſuos deſcribit inter alia ſimulatores ore benedicẽtes & corde maledicẽtes, ideo apparet ꝙ pſalmus iſte editus eſt a dauide laborãti ob perſecutionẽ ſaulis: cuius cõſtat initiũ fuiſſe huiuſmodi ſimulationes. Verũ diligẽtius ꝓſpiciendo ꝓgreſſum pſalmi, nõ ſolũ inuenimus hæc quæ dicta ſunt eſſe vera/ſed pſalmũ hũc eſſe pſalmũ exhortatoriũ ſimilẽ pſalmo.34. benedicã dñm in oi tpe: & ꝙ dauid poſt illã exhortationẽ habuit hãc ſecũdã exhortationẽ ad populũ ſui ſequacẽ. ꝓpterea.n. infert cõfidite in eo in oi tẽpore popule. Eſt igitur ad literam materia pſalmi exhortatio dauidis ſub perſecutione ſaulis ad populum cũ eo exiſtẽtẽ ab exẽplo ſui.i. dauidis/ad expectandũ diuinæ ꝓuidẽtiæ opa tum in hoſtes tum pro ſeipſis.

❡SVMMARIVM EST.

❡David ꝓfugus a facie ſaulis/exhortans ſequaces ſuos ad confidendum in deo poſthabita fiducia tam in homine q̃ in humanis rebus quia ſunt vanitas, ſeipſum in exemplum fiduciæ in ſolo deo puniturо ſaulem cum ſuis/ſaluaturo autẽ ac honoraturo dauidem proponit.

❡Perſona loquens propheta eſt.

TAntum ad deum expectans. Pſalmus iſte ſingularẽ habet ſtilũ: vtpote bis ꝓponens materiã. primi nãq; duo verſiculi repetuntur.6.&.7. verſiculis. Et ꝓpterea ſingulari modo eſt diuidendus pſalmus iſte in tres ptes. In pria ꝓponit ſeipſm exẽplũ patiẽter expectãdi deũ ex futura pœna ſuorũ pſecutorũ. in ſecũda ibi/tñ deũ expecta/iterũ ꝓponit ſeipſum exẽplũ ex beneficiis dei erga ſe. in tertia parte ex vtriſq; hortatur populũ ad iactandum ſe in ſolo deo / ibi confidite in eo. ❡Circa primã partẽ aduerte ꝙ tota intẽtio exhortationis tendit ad hoc vt ſequaces dauidis confiderent in deo ſolo / dante i hac vita vnicuiq; ſm opa ſua. Et ꝓpterea dauid optimus exhortator/multis ad hoc vtit locis. Et qa plus mouẽt exẽpla q̃ verba, incipit ab exẽplo ſui/ꝓponẽdo illis viris militaribus ꝙ ipſe in ſolo deo cõfidit, quũ ipſe eẽt hõ militaris & caput eorũ. Tãtũ ad deũ expectãs/ẽ, aĩa mea/ita ꝙ nõ expectat ab alio. & rõnẽ ſubdit. qa ab eo ſalus mea/ſupple eſt quã habeo & pẽdet futura. Tñ ipſe/deus, petra mea/hoc ẽ ſoliditas mea, & ſalus mea/hoc eſt ſaluans me, fortitudo mea: & ideo nõ labar multa/declinatione. In qbus verbis ꝓphetat dauid ꝙ in iſta pſecutione quã patit a ſaule etſi cecidit a celſitudine tribunatus, nõ tñ magnũ lapſum incurret: vtpote reſtituẽdus in celſiorẽ gradũ/ſcilicet in regnũ. Secũdus locus quo vtit eſt a futura pena ſaulis & ſuorũ cõplicum. Vbi aduerte fuiſſe dauidi reuelatam futuram ruinã ſaulis & ſuorũ tpe quo hãc exhortationẽ habuit: vt iſte textus inſinuat. Nec mirũ ſi nõ eſt ſcripta in libro regũ hmõi reuelatio: quũ expſſe.1.reg.24. recitet a comitibus dauidis alia reuelatio dauidi facta ẽẽ de ſaule/quũ dr. Et dixerunt ſerui dauid ad eũ. ecce dies de qua locutus eſt dñs ad te, ego tradam tibi inimicũ tuũ vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis. quæ tñ reuelatio nullibi eſt ſcripta. Et hic apparet ꝙ hæc exhortatio fuit poſt illã ſcriptam in pſal. benedicã dñm. Apoſtrophans itaq; ad ſaulẽ & ſuos, deſcribit perſecutionẽ ꝓphetando ruinã perſequẽtium/& explicando eorũ demerita. Vſq; quo irruetis/cũ impetu venietis, ſuper virũ/dauidẽ: occidemini oẽs vos. Ecce ꝓphetia verificata poſtea in monte gelboe. Quaſi murus inclinatus quaſi maceria impulſa. Vbi aduerte metaphorã. Murus corruens/ maceria impulſa, in ruendo ad opprimẽdũ alios/ſeipſum deſtruit. His aſſimilat propheta ſaulem & ſuos/ꝙ irruentes ad opprimendũ dauidẽ ipſi interibunt: & ſubaudi/dauid nõ opprimet. Demerita autem ſubiungunt. Tñ a celſitudine eius cõſuluerunt ad impellendũ. Veriſſima deſcribitur cauſa pſecutionis in dauidẽ. ſ. magnitudo ſeu excellẽtia dauidis. Vt.n. patet i hiſtoria libri regum veritus ſaul magnitudinem dauidis ne augeretur tandẽ intãtũ ꝙ fieret rex, cogitauit variis viis occidere dauidem. Et hoc eſt quod hic dicit. tñ a celſitudine eius dauidis formidata/inuiſa/& nõ ob aliam cauſam, conſuluerunt ad impellẽdũ/dauidẽ in caſum mortis. In quo apparet prima radix iniqtatis ſaulis. Volent mendaciũ, in ore ſuo benedicẽt & in medio ſui maledicẽt. Primariæ rõni internæ apud ſaulem/apte adiungitur prima executio perſecutionis. Incœpit ſiqdem ſaul perſequi dauidem/ſimulate mittẽdo ipſũ cõtra philiſteos/petẽdo ẽt ꝓputia philiſtinorũ/dando filiã in vxorẽ vt fieret ei in ſcandalũ. Vnde & dicebat. nõ ſit manus mea ſuper eum ſed philiſtinorũ. Et ꝓpterea hic dicitur ꝙ volẽt mẽdacium, in ore ſuo benedicẽt & in medio ſui maledicẽt. Deſcribuntur aũt in futuro nõ reſpectu tẽporis quo editus ẽ pſalmus: ſed reſpectu tẽporis conſilii ex inuiſa celſitudine dauidis. Ita ꝙ ſenſus eſt. Conſuluerũt ad eligendum viam ſimulatam, ad ore ſuo benedicendum & corde ſuo maledicendum. Et futura volent/benedicent/maledicent, reſpiciunt preteritum conſuluerunt.

Tantū deum expecta. Secunda hæc est pars psalmi: in qua iterū dauid pponit seipsū exēplū expectādi deū. Primū qdē pposuit seipsū exēplū expectādi deū, afferēs pro testimonio futurā ruinā persecutorū suorū: nūc cōsequēter iterū pponit seipsū in exemplū ad expectandū deū, afferens in testimoniū futurā suā pspēritatē a deo. vt sic vtrinq; (scilicet ex malo & ex bono) inducat populū suū ad confidēdū in deo, ex malo hostiū & ex bono proprio. In hac aūt repetitione nō est sensus dria: sed participiū mutaſ in impatiuū. tūc dixit expectans aīa mea: nūc alloqtur aīam. expecta aīa mea, qa ab ipso spes mea. Tm̄ ipse petra mea & salus mea, fortitudo mea: nō labar, lapsū totali. Et ecce futurū bonū pprium. Super deo salus mea, innititur, & honor meus, pmissi mihi regni: petra fortitudinis meę, protectio mea ī deo. Prima duo (.s. salus & honor) exitū respiciūt negotii, q deus saluū honorabit: reliqua duo (petra & protectio) iter respiciunt intermediū quo deus & proteget & roborabit.

Confidite in eo. Tertia est hæc pars psalmi. In qua postq̄ ppheta tribus vsus est locis spectātibus ad ppria dauidis (scilicet ab exēplo suę fiducię, a malo inimicorū suorū, & a bono pprio) nūc directe hortādo pplm a cōibus, qa intēdit hortari nō solū q cōfidant in deo sed q confidant solum in deo (sicut ipse de seipso totiēs repetit) ideo primū explicat q vere cōfidāt in deo, quia ptector cōis est sui & eorū. ¶ Cōfidite in eo, nō ī aliquo tēpore sed in oī tēpore, tam prosperitatis q̄ aduersitatis, popule. In psalmo. 34. appellauit eos filios, sanctos, velut blandiēdo (vtpote in principio alliciens quadringētos viros) nūc autē multiplicatos & firmatos appellat populū, velut sint tot talesq; vt cōstituant populum vnanimem. Effundite faciebus eius cor vestrū. Non sufficit q confidatis: sed ex intimo corde qcquid speratis, qcquid timetis, totū effundite corā deo, velut iactantes omnē curam vestrā in eum. Et rōnem subdit. quia deus ptectio nobis, est. ℭ Tm̄ vanitas. Secūdo hortatur q in nullo alio confidant, excludens tria (scilicet hoīem, violētiā, & opulētiā) ppter vanitatē eorū. hæc. n. sunt tria in qbus poterāt cōfidere. Hoīem qdem. Tm̄ vanitas filii adam, mendacium filii viri. Inter filios adam & filios viri intellige differentiā nobilitatis. filii adam cōes hoīes, filii viri hoīes illustres. Vtrosq; dicit nihil aliud esse q̄ vanitatē & simulationē. quod vtinā nō experiremur. est. n. sermo de hoībus sm id quod habent ex se seclusa diuina grā. Et (quod plus est) adiungit q si in bilācibus hoīes ponerētur ex vna parte & vanitas ex alia parte, plus ascēderet hō q̄ vanitas: hoc est minoris pōderis inueniretur hō q̄ vanitas. vt ex hac hyperbolica silitudine intelligerēt in hoīe minus esse confidēdū q̄ in vanitate. In bilancibus ad ascendēdum (quod. n. est minoris pōderis magis ascendit) ipsi, hoīes ex vna parte, plus q̄ vanitas, ex altera parte, simul, in vna ponderatione. ¶ Violentiā aūt simul & fraudem. Ne cōfidite in fraude & in rapina. Militare quippe genus hoīum & rapere & calūniari seu fraudem cōmittere consueuit: & in his confidere vsq; adeo q nihil putāt sibi defuturum sed pursuros sibi rapina vel fraude. Et pp̄terea dauid hanc cōfidentiam ab eis excludit. ¶ Diuitias aūt. Ne vanescite, opulentia qñ germinabit ne apponite cor. Cōmune est hoībus cōfidere in opulentia: iuxta illud. & aurū in quo confidunt hoīes, baruch. 3. Exclusa siquidē cōfidētia in fraude seu rapina, in opulentia & in homine, restat vt sperantes in deo, in solo deo confidant. ℭ Vnū locutus. Tertio hortatur ex conditione diuinę prouidētię: qua & reddit vnicuiq; iuxta opus suū, & gratiā benignus cōfert sperātibus in se. Vnū locutus est deus. s. dare vnicuiq; iuxta opus suum: quod in calce subiungit, qa tu solues viro sm opus suum. duo hæc audiui. Ex isto vno dei dicto ego intellexi duo. Primum quia fortitudo deo. alterum & tibi dñe gratia. Duorū siquidē horū alterum scilicet fortitudinem intellexit ex natura operis. nā ad dādū vnicuiq; sm opus suū, oportet habere potētiā qua possit punire & pmiare sm merita. Alterū. s. gratiā intellexit ex cōditione extremorum: hoc est hoīs & dei. Hoīs qdē: qa si cū sola iustitia & fortitudine dei cū hoīe ageretur, nullus hō sufferre posset. Dei aūt: qa ex se deus est donatiuus gratis. Et intēdit p hæc q si milites sui praue agent, recipiēt a deo sm opa sua. si aūt cōfident in deo, recipiēt a deo sm gratiā dei: qua sine nostris meritis nobis bona cōfert. Vnde superius nullū suū meritū, nullū suū opus bonū cōmemorauit, sed tm̄ fiduciā in solo deo. ¶ Vbi nota q hæc sunt verissima simplr̄ & absolute: restricta aūt ad psentis vitæ tēpus, verificantur pro statu veteris testamēti. in quo dauid alloquebaſ imperfectum populum, ex hac dei iter illos iustitia ac gratia firmare eos volens ad confidendum in deo solo. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Psalmus dauid quum esset in deserto iudeę. LXII.

DEus deus meus: ad te de luce uigilo.
Sitiuit in te anima mea: q̄ multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta, inuia & inaquosa sic in sancto apparui tibi: ut uiderem uirtutem tuam & gloriam tuam.
Quoniā melior est misericordia tua super uitas: labia mea laudabūt te.
Sic benedicam te in uita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultatiōis laudabit os meū.

Sic memor fui tui super stratum meum/in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

Et in uelamento alaꝝ tuaꝝ exultabo:adhęsit aia mea post te,me suscępit dextera tua.

Ipsi uero in uanum quęsierunt animam meam:introibunt in inferiora terrę/tradētur in manus gladii/partes uulpium erunt.

Rex uero lętabitur in deo:laudabuntur omnes qui iurant in eo,quia obstructum est os loquentium iniqua.

ℭIVXTA HEBRÆVM. ℭ Psalmus dauidi existēte ipso ī deserto iudę. LXIII.

1 Prophera. DEus † deus meus tu,quęram te:sitiuit ad te anima mea/desiderauit ad te caro mea in terra arida & lassa sine aquis. †4

2 Sic in sanctitate uidi te:ad uidendum fortitudinem tuam & honorem tuum.

3 Quoniam melior gratia tua q̄ uitę: labia mea laudabunt te.

4 Sic benedicam te in uitis meis:in nomine tuo leuabo palmas meas.

5 Sicut adipe & pinguedine saciabitur aīa mea:& labiis cantuū laudabit os meum.

6 Si memor fui tui super stratis meis:in custodiis meditabor in te.

7 Quia fuisti auxilium mihi:& in umbra alarum tuarum laudabo.

8 Adhęsit anima mea post te:in me sustentata est dextera tua.

9 Et ipsi ad desolationem† quęrent animam meā:uenient in inferiora terrę. †

10 Facient fluere ipsum super manus gladii:similitudo uulpium erunt.

11 Et rex lętabit̄ in deo† :laudabit̄ oīs iurans in eo,quia obstruet̄ os loquētiū falsitatē. †

TItulus est.Psalmus dauidi,existēte ipso in deserto iudę.Ex quo titulo apparet tā tempus q̄ materia psalmi.Tēpus quidē quū dauid erat in deserto ziph.illud enim erat desertū iudę/hoc est sortis tribus iudę:in quo vt dicit̄.1.reg.26.habitabat dauid.&(vt ibi apparet)fuit hoc circa vltimum seu in vltimo anno persecutionis a saule.ℭMateria aūt/pro quāto hinc habet̄ q̄ psalmus tractat de dauide in deserto illo cōstituto.Quid aūt tractet/oportet ex psalmo ipso accipe.Apparet aūt ex decursu psalmi materiā psalmi eē dispōnē dauidis in deserto erga deū,talē q̄ psecutores eius habētes sanctuariū dn̄i peribūt/ipse aūt lętabit̄ rex.Hęc est ad lram materia psalmi,editi ea occasione qa persecutores eius nitebant̄ eiicere dauidē de hereditate dn̄i/de terra promissionis:vt ipse dauid in eo.ca.conquerit̄ur.confutat enim eos/aperiēdo q̄ in deserto nō minus colit deum q̄ si esset in sanctuario:vt sequens fructus testabitur:scilicet q̄ illi peribunt/ipse aūt lętabitur rex.

ℭSVMMARIVM EST.

ℭDauid pfugus a facie saulis,describit seipm̄ in deserto vacantē cōtēplationi & laudi diuinę/cōmemorans fructū triplicē:psentis.s.sustētationis/& futuri regni/& pœnę persecutorum.

ℭPersona loquens propheta est.

DEus/deus meus tu. Diuidit̄ psalmus ī partes duas:ppositiuā materię,& executiuā/ibi sitiuit. Proponit duo.Primum.O deus tu deus meus/supple es.Profitet̄ deum esse deum suum per gratiam cultus &c̄.Alterum.quęram te.Promittit diligentiam erga ea quę dei sunt/simul explicando debitum affectum . ex quo enim profitetur esse deum suum,consequens est vt affectum applicet ad quęrendum quæ dei sunt.

ℭSitiuit ad te. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primū tractat̄ illa particula/quęrā te . Secūdo illa/deus deus meus tu/ibi qa fuisti.¶Circa inqsitionē dei primo explicat affectū aię & corporis. Sitiuit ad te/visitandū/ colendū sacrificiis & debitis obsequiis in sanctuario tuo,aīa mea:desiderauit ad te caro mea.Desideriū carnis ad deū intellige sicut desideriū irrōnaliū:quo dicunt̄ desiderare deū/p quāto desiderāt bona ppria,quę sunt participationes diuinę bonitatis.Meminit aūt desiderii carnis ad significādū necessitatē oportunoꝝ ad ea quę corporis sunt:desideriū.n.est eoꝝ qbus caremus.vt intelligas dauidē in deserto passum multa incōmoda corporis.¶Secūdo describit modū quo inqsiuit deū, tū attēdendo/tum laudādo.In terra arida & lassa sine aquis/cōditiones sunt deserti illius,sic in sctitate

Vidi te:hoc est sic attendi tibi in sanctitate mentis meę. Vel in sanctitate tua,in summa mūdicia tua ad hunc effectū,scilicet ad videndum mente,fortitudinem tuam,potētiam tuam,& honorem tuū quo honorari dignus es,ab vniuerso. Rursus,sic benedicā te,nō solum sic vidi te sed ēt sic benedicam te in vita mea,in noīe tuo leuabo palmas meas,gr̃as agēdo. Sicut adipe & pinguedine. Ecce declaratio vtriusq; sic.sic vidi,sic benedicā,sicut adipe & pinguedine saciabit̃ aīa mea,acsi adipe & pinguedine saciaret̃ aīa mea:& labiis cantuū laudabit os meū,hoc est laudaret os meū. Iuxta duo q̃ dixerat(scilicet sic vidi & sic benedicā)duas applicat similitudines. Prima(sicut adipe & pinguedine saciaret̃ aīa mea)respicit sic vidi:spectat enim ad cōtēplationē. Secūda(& labiis cantuū laudaret os meū)respicit sic benedicā:spectat enim ad cātādū,ad laudādū,bn̄dicēdū &c̃. Et intendit p has similitudines q̄ sic in penuria deserti vacauit deo acsi fuisset in abūdātia rex̃ significata p pinguedinē & adipē,& acsi fuisset in officio lętantiū in cantu & hmōi. ⁋ Sed aduerte q̄ inter hęc textus iterserit vnū versiculū cōtinentē rōnē imo itroductionem secūdi sic. Q̄m melior,supple est,gr̃a tua q̃ vitę nostrę,ideo labia mea laudabūt te. Et tūc cōtinuandū est.nō solū laudabūt te sed tali mō.sic benedicā te,non ad horam sed in vita mea &c̃. Nos.n.p clariori itellectu ordināde lrę quo ad illas cōparationes saltauimus. ⁋ Tertio describit nocturni tp̄is occupatiōes suas erga deum. Si memor fui tui sup stratis meis:in custodiis meditabor in te. Nō cōditionaliter sed iterrogatiue ad maiorē exp̄ssionē vigilię legendū est si memor fui:hoc est an memor tui ego fuerim sup stratis meis? Plures enim vxores ēt tūc p̄fugus hēbat. et p̄pterea dicit pluraliter stratis meis. Et oportuit memoriā dei nocturnam tali mō explicare:q̄a difficilius est dormientem cum propria vxore,vigilare in diuinis meditationibus. Et ad hoc dubiū de seipso ab aliorum pectoribus amputandum,proponit si memor fui tui super stratis meis. Et respondet statim,in vigiliis meditabor in te.in vigiliis custodiar̃,hoc est in tp̄ibus q̄bus mutant̃ custodie nocturne,meditabor in te. Hoc futurū nō respicit tp̄s scripti psalmi,sed tēpus memorię seu facultatis habitę i stratis eius:q̄a ex illa facultate seu memoria subseq̄ns erat meditatio in deo. Quia fuisti auxiliū mihi. Ecce materia ad meditādū in gratiarūactione. Nec solū meditabor,sed & in vmbra alarū tuar̃ laudabo. Vbi describitur beneficium protectionis,sicut vmbra alarum maternarum protegit pullos. Et haec erat altera materia gratias agendi & laudandi deum.

Quia fuisti. Tractat̃ hic illa particula,deus deus meus tu:declarādo deū esse deū suū a p̄teritis & futuris beneficiis.quę prius in genere refert nō solū s̄m seipsa sed vt rōnes cęterox̃. Et p̄pterea ichoāt a cōiūctione causali. Quia fuisti auxiliū mihi,in oībus:& quo ad futura laudabo te velut p̄tectus in vmbra alar̃ tuar̃,more pullox̃ sub m̄rnis alis.ideo in primis descēdēdo ad spēs bn̄ficiox̃,aīa mea adhęsit post te,side,spe,charitate,cliētela,& hmōi. Nec vana fuit hęc adhesio:nā in me sustētata est,ipsa aīa mea,non viribus p̄priis sed dextera tua. Sepata siq̄dē fuisset aīa mea a me,nisi dextera tua,fauorabilis assistētia tua,adfuisset p̄sequēte me saule. ⁋ Et ipsi ad desolationē. Aliud sp̄āle bn̄ficiū ē futura vidicta p̄secutox̃. Et ipi,p̄secutores mei,ad desolationē q̄rēt aīam meā. Inchoat a culpa eox̃ nō desinētiū q̄rere mortē dauidis:hoc.n.ē q̄rere aīam ad desolationē,ad tollēdā eā de solo corpis. Et duas poenas subiungit. Pria est.veniēt in iferiora terrę. Ad lrām i morte saulis abscōderūt se i cauernis fugiētes a facie philisthinox̃:sicut legit̃ eos fecisse ca.13.primi reg. Vbi dr̃ q̄ quū vidissent viri israel se in arcto positos(afflictus.n.erat pp̄lus)abscōderūt se i speluncis & i abditis,i petris quoq; & i antris & i cisternis. Simile q̄d accidisse tūc credēdū ē:quū ēt tūc legat̃ nō solū eos,fugisse,sed ēt hitātes trās vallē & trans iordanē fugiēdo reliq̄sse ciuitates suas.1.reg.vlti. Secūda poena. Faciēt,philistęi,fluere eū sup manus gladii. Ad litterā saul cū suis vulnerati ceciderūt cū magno sanguinis fluxu in mōte gelboe. Siłitudo vulpiū erūt. Declaratio ē primę poenę:q̄.s.veniēt i iferiora terrę ad similitudinē vulpiū. In textu hebręo hr̃ desolatiōi:sed cōstructio mutauit adiūcta p̄positiōe ad. ℂ Et rex lętabit̃. Tertiū bn̄ficiū ē. Et rex,hoc ē dauid tūc rex,lętabit̃ in deo,q facict eū regē:laudabit̃ oīs iurās in eo,deo saluatore dauidis:hoc ē q̄ oēs iurātes i deo p salute & regno dauidis laudabunt̃,nō male agēt sed digni erūt laude. Vel i eo,rege:sicut ioseph iurauit p salutē pharaonis. Et redit s̄nia eadē:quī vtrouis sensu dixit hoc pp seq̄ces suos:q fidē ei p̄stiterāt pro ipsius salute &c̃.p̄dicēs eē laudādos assecuto regno qui quū in deserto essent vitupera bant̃:vt patet de nabal vituperāte. Vnde et subdit.quia obstruet̃ os loquentium falsitatem. Eleuato siquidem dauide in regem,siluerunt linguę prius dicentium falsitatem:scilicet q̄ dauid erat conspirator in regem seu regnum,q̄ non esset futurus rex,& similia. Amen.

ℂ VVLGATA EDITIO. ℂ Victori psalmus dauid. LXIII.

EXaudi deus orationem meā quum deprecor:a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a cōuentu malignātiū:a multitudine operātiū iniquitatē.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas:intenderunt arcum rē amaram,ut sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabūt eum & non timebūt:firmauerunt sibi sermonem nequam.
Narrauerunt ut absconderent laqueos:dixerunt quis uidebit eos?
Scrutati sunt iniquitates:defecerunt scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum:& exaltabitur deus.
Sagittę paruulorum factę sunt plagę eorū:& infirmatę sunt cōtra eos linguę eorum.
Conturbati sunt omnes qui uidebant eos:& timuit omnis homo.
Et annunciauerunt opera dei:& facta eius intellexerunt.
Lętabitur iustus in dño & sperabit in eo:& laudabunt omnes recti corde.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti psalmus dauidi. LXIIII.

1 Propheta. AVdi deus † uocem meam in loqui meo:a timore inimici custodies ui-tas meas. † dij
2 Abscondes me a secreto malignantium:a conuentu operantium iniquitatem.
3 Qui exacuerūt quasi gladiū linguā suā:tetenderūt sagittā suā uerbum amarum.
4 Ad sagittandū in absconditis perfectū:subito sagittabūt eū,& non timebunt.
5 Roborabunt sibi uerbum malum:narrabunt ad abscondendum offendicula, dixerūt quis uidebit ea † ? † ds
6 Inquirent obliquitates:compleuerunt inquisitionem inquisitam,& medio uiri & cor-de profundo.
7 Et sagittauit eos deus† sagitta subito:fuerunt percussiones eorum. † dij
8 Et fecerunt impingere ipsum,super ipsos lingua eorū:mouebuntur oīs uidēs in ipsis.
9 Et timuerunt oīs homo:& annunciauerunt opus dei † & opus eius intellexerunt. † deop
10 Lętabitur iustus in dño † & sperabit in eo:& gloriabunt omnes recti cordis.

TItulus est. Vincenti psalmus dauidi. De quo vt supra.
¶ Materia psalmi ex aplica regula sumēda vr. Cōstat siqdē ex titulo dauidē eē actorē psalmi,& in psona ppria loq(vt testant duo primi versiculi)& ea q̄ de eo dnr nō excedere psonā eius. vñ consequēs est φ de ipo dauide tractet psalmus iste ad lfam. Et quātū pgressus psalmi isinuat,tractat liberatio dauidis a psecutione saulis:qm̄ i descripta hic psecutione explicat psecutio cōtra virū iustū. Quod ideo dico,vt excindatur persecutio ab absalon:quam pro iniquitatibus suis perpessus est dauid. Et tractat psalmus iste principia persecutionis:in quibus saul non manifeste sed occultis viis tendebat ad mortem dauidis:vt patet in progressu.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid timēs occultas saulis machinationes cōtra vitā suā,recurrit ad deum,cōmemorans illas:& exauditus describit vindictā diuinā in saulē & suos,suamq; ac rectorū lętitiam in deo.
¶ Persona loquens propheta est.

AVdi deus vocem meā. Diuidit psalmus i ptes duas:ppositiuā materię,& executiuā,ibi abscōdes me. ¶ Proponit duo. Primū. Audi deus vocē meā in loq meo:hoc ē in flebili locutione mea ad similitudinē audiētis te pbe. Alterū. a timore inimici,saulis,custodies vitam meam.
¶ Abscōdes me. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat illa pricula,a timore inimici. Secūdo illa,custodies vitas meas,ibi & sagittauit eos. ¶ Explicat itaq; multas timēdi rōnes. Et primū a cōditionibus psecutorū. Abscōdes me. Futuro vtit deprecatiue,in signū certę fiducię φ exaudiet. A secreto malignātiū. Duę timēdę cōditiones.s.φ sunt maligni & φ secreto tractāt. A cōuētu opantiū iniquitatē. nō solū sunt maligni in aīo & secreti,sed simul cōueniūt & exercēt iniqtatē. ¶ Secūdo ab intētione eorūdē cōtra dauidē. Quia exacuerūt quasi gladiū linguā suā,cōsultādo cōtra me:tetēderūt sagittā suā verbū amarū.i.rē amarā.ad sagittādū in abscōditis pfectū. Hoc est quo tēdūt,ad sagittādū occulte dauidē pfectū:hoc est nulla ex pte deficiētē aut offendētē. Per tēdere aūt sagittā itellige ordinationē vt occidat dauid.ad hoc.n.exacuerūt linguā suā vt ordinarēt occisionē dauidis:q̄ est res valde amara. ¶ Tertio declarat duo in eorū cōcilio tractata,& dicta nūc sūmarie. Primū circa id qđ dictū est,tetēderūt sagittā suā ad sagittādū.explicat siqdē modus exequēdi.s. Subito sagittabūt eū:qđ est valde formidādum.& nō timebūt,offendere deū:quia roborabūt sibi verbū malum,quia erūt robusti in malo. Et hoc ad lfam fuit adimpletū:qm̄ subito(hoc est ex improuiso, qñ dauid minus credidit)fuit ordinatū

a saule q capere͂t & occidere͂t. Circa alterũ dictũ (scilicet in absconditis) explicat eorũ cõsilia. Narrabunt ad abscõdẽdũ offendicula/ in que ĩpingã: dixerũt qs videbit ea? Inqrent obliqtates/ diuersas vias obliquas mortis mee: cõpleuerũt inquisitionẽ inqsitã: hoc est nullã viã obliquã ptermiserũt, sed inqsitionẽ viarũ obliquarũ inqsitã a multitudine cõuenictũ cõpleuerunt/ ad finem vsq duxerũt. & medio/ hoc est intimo, viri & corde profundo/ hoc est ex intimis cogitationibus viri saulis: & corde/ aio, profundo/ radicato intus/ ex intima mente & intimo aio. He sunt rationes timendi.

Et sagittauit eos deus. Tractat hic illa particula/ custodies vitas meas/ dupliciter. Primo a diuina vldicta. quã describit p singula correspõdẽtẽ malis ordinatis cõtra dauidẽ. Vnde cõtra illud tetẽderũt sagittã ad sagittãdũ innocẽtẽ/ dicit & sagittauit eos deus. Cõtra illud/ subito sagittabũt/ mõ subdit sagitta subito. Et vt intelligas nõ solũ iactas diuinas sagittas sed effectu pcussisse (ad qd nõ potuerũt pertingere sagitte saulis cõtra dauidẽ) subiũgit. fuerũt/ in veritate, pcussiones eorũ/ a diuinis sagittis. Cõtra illud/ abscõderũt offendicula/ mõ subiũgit. & fecerũt ĩpingere ipm. Cõtra illud/ exacuerũt vt gladiũ linguã suã/ mõ subdit. sup ipsos lingua eorũ. Et demũ cõtra illud/ inqrẽt obliqtates &c. & medio viri & corde pfundo/ subiũgit post. mouebunt oĩs vidẽs. Et in primis qdẽ vĩdictis describit mors saulis cũ filiis. Sagittauit siqdẽ eos deus subito: hoc est ex improuiso/ qñ minus crediderũt. Quod aũt dr & fecerũt ĩpingere ipm/ ad crimẽ diuinationis in phytone spectat. In qd velut ĩpegisse dr: qa nõ erat solitus ad sortilegos & diuinos recurrere. imo erasferat de terra magos & ariolos: vt patet in f. 1. reg. Et q quasi ĩpulsus ab aliis hoc fecerit/ qũuis alibi scriptũ nõ sit, rõnabile tñ est vt suasu aliquorũ hoc fecerit vidẽs se nõ habere mñ/ n3 aliqd a deo. Quod ex eo rõni cõsonat q erat inimicus hmõi diuinatoribus: & videmus malos suasores nõ deesse principibus. Ita q missio samuelis quã audiuit apud phytonissam/ vr esse repentina illa sagitta qua deus ipm pcussit. cras tu & filii tui mecũ eritis. Vñ subsecutus effectus/ fuerunt pcussiones eorũ/ adiungit. Et esset ordinãda lra sic. Et fecerũt ĩpingere ipm/ saulẽ in crimẽ diuinationis: & sagittauit eos deus sagitta subito/ inopinate ac istãtis mortis a samuele pdicte: fuerũt percussiones eorũ. sup ipsos lingua eorũ/ qua cõsuluerũt phytonissam. Primi parali. 10. inter cãs mortis saulis dr. insup phytonissam cõsuluerit: pp qd iterfecit eũ &c. Sic. n. lingua eorũ fuit sup ipsos. In subiunctis vero post verbis/ mouebunt &c. describit cõsũmatio vindicte diuine cõtra saulẽ/ tollẽdo a domo eius regnũ: iuxta verbũ samuelis pdictũ ẽt quũ viueret. ¶ Et describunt quattuor actus videntiũ diuinã vindictam. Primus trãsmutationis volũtarie a pgenie & gẽte saulis ad dauidẽ. Mouebunt/ a domo saulis oĩs videris/ p singuli vidẽtes, in ipsis/ saule & suis diuinã vltionẽ. Secũdus timoris. Et timuerunt/ a facie dei, oĩs hõ/ supple vidẽs hmõi vindictã. Tertius. & annũciauerũt opus dei/ fuisse, & opus eius (scilicet dei) intellexerũt quarto/ fuisse & esse abiectionẽ domus saulis a regno cũ trãslatione regni ad dauidẽ. Vñ populus israel eligẽtes dauidẽ in regẽ/ dixerũt, 2. reg. 5. dñs dixit ad te/ tu pasces populũ meũ & eris dux sup israel. Et describunt hic multa futura in pterito/ ppter certitudinem prophetie.

Letabitur iustus. Descripta diuina vindicta in saulẽ tanq pena ad salutẽ dauidis & regnũ eius: describit mõ nõ solũ liberatio vite dauidis a piculis ex saule, sed cumulatum beneficium. tum letitie. Letabitur iustus/ dauid, in dño/ gratias agendo dño liberatori. Tũ spei ad promissi sibi regni assecutionem. & sperabit in eo/ deo/ nõ in seipso. Tum cõmunis cõsolationis & exaltationis rectorum. & gloriabuntur/ laudabunt se/ scilicet in domino, non aliqui sed omnes recti cordis/ videndo iustum dauidem adiuuari & exaltari a deo/ & iniquos saulem cum suis exterminari. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori psalmus dauid cantici. LXIIII.

Te decet hymnus deus in sion: & tibi reddetur votũ in hierusalem.
Exaudi orationem meam: ad te omnis caro ueniet.
Verba iniquorum preualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propiciaberis.
Beatus quem elegisti & assumpsisti: habitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templũ tuum/ mirabile in equitate.
Exaudi nos deus salutaris noster: spes omnium finium terre & in mari longe.
Preparans montes in uirtute tua/ accinctus potentia: qui conturbas pro fundum maris/ sonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes & timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini & uespere delectabis.
Visitasti terram & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Flumen dei repletum est aquis:parasti cibum illorum,quoniam ita est preparatio eius.
Riuos eius inebriās multiplica genimina eius:in stillicidiis eius lętabitur germinans.
Benedices coronę anni benignitatis tuę:& campi tui replebuntur hubertate.
Pinguescent speciosa deserti:& exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium & ualles abundabunt frumento:clamabunt/etenim hymnum dicent.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Vincenti psalmus dauidi canticū. LXV.

1 Propheta. TE † expectat laus deus † in sion:& tibi soluetur uotum † ibi † dij
2 Audiens orationem:usq; te omnis caro uenient.
3 Verba iniquitatum roborata sunt plus me:rebelliones nostras tu donabis ipsas.
4 Beatitudines [illi erāt, que] eliges & admouebis [tibi] /habitabit atria tua : saciabimur in bonitate domus tuę/sanctitate templi tui.
5 Terribilia in iustitia respondebis nobis deus salutis nostrę:confidētia [tu] omnium finiū terrę & maris longinquorum.
6 Firmans [tu] montes in uirtute sua [montis] :accinctus [tu] in potentia.
7 Faciens quiescere sonitum marium:sonitū undarum eorum & tumultū gentium.
8 Et timuerunt habitatores finium [terre e maris] a signis tuis:exitus mane & uesperi laudare facies.
9 Visitasti terram & fecisti [nos] desiderare eam,multum ditabis eam:riuus dei † plenus aquarum,pręparabis frumentum eorum quia sic pręparabis eam. † deor
10 Sulcos eius facia/deprime cumulos eius:imbribus liquefacies eā/germini eius bñdices:
11 Coronasti annum bonitatis tuę:& uię tuę stillabunt pinguedinem.
12 Stillabunt habitacula deserti:& exultatione colles cingentur.
13 Vestient se campi oue/& ualles amicient se frumento:clangent,etiam canent.

TItulus est.Vincenti psalmus dauidi canticum. In quo vt superius diximus/psalmus & canticum sunt synonyma.Et ideo psalmus tanq̄ commune nomen omnium hymnorum huius libri intelligitur: canticum autem quando apponitur,nomen est officij/denotās lętitiam materię aut humanę vocis musicam.In proposito ad lętitiam spectat.

ℭ Materia psalmi(vt ex ipso psalmo colligitur)est cultus merito exhibendus deo in sion/pro beneficiis diuinis quę continue conferuntur humano generi & pręcipue colentibus eum .In principio nāq; psalmi proponitur decentia cultus.deinde subiunguntur diuersa beneficia vsq; ad finē psalmi.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Dauid ex beneficiis diuinis/spiritualibus quidem tum ueniç peccatorum tum electorum satietatis in bonitate & sanctitate,corporalibus pluuiarum/fontium/temporū/hubertatis &c̄.in terra pmissionis:canit optime quadrare vt deo laudes & vota soluantur in sion.

ℭ Persona loquens propheta est.

TE expectat laus. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materię, & executiuam/ibi vsq; te.⁋ Proponit duo . Alterum q̄ laus in sion expectat deum:hoc est non vana sed certa spe expectat diuina beneficia ac diuinam gratiam.Et meminit sion : quia ibi fecit tabernaculum dauid in quo posuit arcam domini. Et excludit per hoc obiectionem opponentium q̄ in silo(vbi erat tabernaculum factum a moyse/& vbi olim fuerat arca domini)& non in sion colendus erat deus. Alterum.Et tibi soluetur votum audiens orationem : hoc est q̄ debet tibi exaudienti solui votum etiam in sion.Ita q̄ non solum est meritorium laudare deum in sion,sed adimpletio votorum debet etiam fieri in sion.⁋ Et nota q̄ in primo alloquitur deum/ te expectat laus deus:in secundo alloquitur deum vt audientem orationem.Et apte.nam redditio voti refertur ad exauditorem orationis. Et vtrunq; est vocatiui casus.

ℭ Vsq; te. Incipit hic ps executiua tali ordine.Prio tractat̄ illa particula/te expectat deus laus i sion. Secūdo illa particula/& tibi soluet̄ votū/ibi exitus mane.⁋ Circa primū quattuor futura bñficia diui

na affert, q̃ expectanẽ ex diuino cultu in sion. Primũ beneficiũ est remissio pctõrũ. Cuius descriptio ordinãda est sic. Verba iniq̃tatũ roborata sunt plus me. Et intẽdit per verba res.i.gesta, actus, maculas, reatus & hmõi iniquitatũ p̃ualuerũt sup me, supauerũt me. Et per pnomen me demõstrat genus hoĩum. ita φ fatef se succubuisse iniq̃tatibus. Deĩde. Rebelliones nostras tu donabis ipsas. Nos qdem nõ possumus abigere a nobis iniq̃tates. et ppterea tu clemẽtissimus donabis ipsas nostras rebelliones contra te: qđ est remittere pctã. Et tũc subiũge clausulã prius scriptã: scilicet vsq͂ te oĩs caro veniẽt. Donabis inq̃tã nõ post mortẽ, sed vsq͂ quo singuli hoĩes veniẽt ad te: hoc est q̃diu ducent hãc vitã. qua finita ptingent ad te, ad statũ spũum, in quo nõ est amplius tẽpus veniẽ: sed totum tẽpus veniẽ est donec carnalis cursus perueniet ad te, ad statũ spũum. In hebrẽo habef tibi: sed cõstructio mutauit casum. Et potẽs hoc aliter itelligere q̃ pro tpe veniẽ. nã põt significare rõnem necessariẽ veniẽ: q.a.s. oĩs caro, oĩs hõ, tãdẽ veniet vsq͂ te, veniet ad tribunal tuũ ad reddẽdũ rõnẽ tibi. Quod iplef in morte vniuscuiusq͂.

¶ Beatitudines. Secũdũ beneficiũ est electio iustoꝝ. Quod primo describit a duabus actionibus diuinis. Altera est electio. altera facere electum appropinquare, sine dubio ad deũ. Et a pmio beatitudinis hic in spe & postea in re ĩchoat. Beatitudines, supple erũt illius, quẽ eliges. Ecce prima actio. & admouebis, applicabis ad te. ecce secũda actio. Habitabit atria tua. Fructus diuinarũ actionũ sunt isti.s. habitare in atriis tuis. nullus vicinior domui dei locus q̃ atria. Per qđ intellige tantã mentis deuotionẽ significari, vt relicta domo ppria, atria domus dei elegerit pro habitaculo. Saciabimur in bonitate domus tuẽ. Mutãdo singularẽ in pluralẽ numerũ, significat nõ vnã singularẽ psonã descripsisse, sed genus electoꝝ. In quo seipm cõnumerat. saciabimur inq̃t in bonitate domus tuẽ, sanctitate templi tui. Vtraq͂ est cibus aĩẽ tã bonitas q̃ sanctitas. Et vtraq͂ vni & eidem attribuitur. nam templum dei idẽ est quod domus dei. Hẽc sunt beneficia electoꝝ, quibus merito dicuntur beati.

Terribilia in iustitia respõdebis nobis. Tertiũ bñficiũ simul cũ quarto (timoris scilicet & spei) cõmemoranf. & sunt bñficia cõia. Terroris qdẽ, tũ q̃bus deus iustitiã vĩdicatiuã exercet q̃nq͂, velut monitoria hoĩum ad salutẽ: vt in sepulchris cõcupiscẽtiẽ, in cõbustiõe core, in sepultura dathan & abiron. Hẽc.n. significanf dicẽdo. terribilia r̃ndebis nobis in iustitia deus salutis nrẽ. Tũ q̃bus cõminaf profetens signa & pdigia multa: vt miracula & terremotus, conflagrationes, fremitus maris, & alia hmõi. q̃ nõ solũ sunt res q̃ fiunt, sed signa diuina: hoc est signa diuinẽ puidẽtiẽ, ordinata.s. a diuina puidẽtia ad significãdã suã iustitiã ac potẽtiã. Et hẽc explicanf postea. Et timuerũt hitatores finiũ, hoc est extremitatũ terrẽ, à signis tuis. ¶ Spei aũt, tũ ex ope formationis seu stabilitionis montiũ in fortitudine seu virtute eoꝝ. Hinc.n. rõnem cõfidẽdi in deo hñt tã oẽs terrẽ q̃ oĩa maria: hoc est habitatores terrẽ & insulaꝝ. Magna q̃ppe fiduciẽ rõ in deo, est magnitudo potẽtiẽ qua stabiliuit mõtes. Et hoc exprimif dicẽdo. Cõfidentia tu, es, oĩum finiũ terrẽ & maris lõginquoꝝ, q̃tũtũcũq͂ distãtiũ, firmãs mõtes in virtute sua.i. ipsoꝝ mõtiũ. Tũ ex ope sedationis, quo scilicet sedat fremitũ mariũ & fluctuũ eoꝝ, & tumultus multitudinũ gẽtium. nã & hẽc diuina potẽtia q̃ mõstraf in hmõi sedationibus, rõ cõfidendi est in deo: sicut ipsi sonitus mariũ & tumultus gẽtium sunt rõnes timẽdi vt signa diuinẽ irẽ. Et quo ad hẽc ait. Accinctus in potẽtia seu fortitudine, tu faciẽs q̃escere sonitũ mariũ, sonitũ vndaꝝ eoꝝ & tumultũ gentiũ. ℭ Aduerte hic duo. Primũ est. Tã timere deũ q̃ cõfidere in deo, dona dei sunt: & φ magnũ bñficiũ cõferf hoĩ a deo qñ cõcedif illi φ ex terribilibus dei opibus ẽt mediãtibus causis secundis ĩsurgat in eo timor dei. tanq̃ hmõi terribilia sint monitoria diuina ad salutẽ. Et similiter magnũ dei donum est φ hõ ex opibus diuinẽ potẽtiẽ ẽt naturalibus erigaf in spem & cõfidẽtiã in diuina potẽtia. Hẽc.n. dona dei nõ cõcedunf oĩbus, sed colẽtibus eũ, sed merito cultus diuini expectãtibus. ¶ Alteꝝ est φ ordo lrẽ prius affert deũ vt rõne vtriusq͂ doni (timoris scilicet & cõfidẽtiẽ) dicẽdo. terribilia r̃ndebis cõfidẽtia oĩum. Deĩde subiũgit opa diuina ad vtrunq͂, timorẽ scilicet & spem. firmãs mõtes &c̃. Et demũ subdit effectum timoris, & timuerunt: significando relata opera esse non solũ opera sed signa dei. Sed nos prius ordinauimus separando, vt accõmodaremus singula singulis.

Exitus mane ⁊ vesperi. Tractaf hic illa particula, & tibi soluef votũ, dupliciter. Primo describendo votũ. deinde bñficia diuina p quibus reddif votũ. ¶ Et votũ quidẽ describif a iugi sacrificio quod in domo dei offerebatur: mane scilicet & vesperi. Exitus mane, matutini tpis, & similiter vesperi, vespertini tpis, rõne sacrificii iugis laudare facies, in sion: pro quanto exeũtes homines ab oblatione tam matutini q̃ vespertini sacrificii facies exire laudãtes te. ibãt enim multẽ deuotẽ personẽ hora sacrificii ad diuinum cultum: sicut modo eunt mane & vesperi ad diuina officia. ℭ Beneficia autem pro quibus iuge sacrificium offerebatur, commemorantur bona in terrẽ promissionis feracitate & hubertate: tanq̃ pro terra promissionis data & seruanda, iuge sacrificium pro gratiarum actione assiduo cẽsu offeratur. Vbi primo in genere diuinum beneficium describitur. visitasti terram, promissionis. Ecce effectus. & fecisti, nos, desiderare eam: quia multum ditabis eam, feracitate, hubertate &c̃. ¶ Secũdo describit in specie visitationem diuinam quantum ad prouisionem aquarum. tum quo ad aquas fontium, tum quo ad pluuias. Et de aquis quidem fontium. Riuus dei, fluminum & fontium, plenus aquarum. Ecce fructus. preparabis frumentum eorum (preparatio enim terrẽ ad frumẽtum, aquis fit) quia sic

prçparabis eā/terrā.Ecce sic.Sulcos eius facia,deprime cumulos eius. Opus describit agriculturç quo irantur porcç inter sulcos distantes/cooperiendo frumentum satum çquando terram.De aquis vero pluuialibus. In imbribus.i.vehementibus pluuiis, liquefacies eam/terram,germini eius benedicēs/ multiplicando.¶ Tertio describit eandem quantum ad prouisionem temporum bene dispositorum. Coronasti annum bonitatis tuç: hoc est integrum annum benignitatis tuç reuoluisti:coronatio.n. ad integram circulationem significandam posita est.& viç tuç/quattuor temporum(veris/çstatis/autumni & hyemis. hç enim sunt viç dei:vtpote coelestes)stillabunt pinguedinem/efficient abundantiam.¶ Demum fructus diuinç visitationis tam in aquis q̄ in benigna dispositione tēporum describitur per quattuor loca terrç:desertum/colles/campos/& valles.Stillabunt habitacula deserti. In quo montes comprehensi videntur,tanq̄ stillantes pinguedinem.Et exultatione colles cingentur:vestient se campi oūc/multitudine ouium,& valles amicient se frumento.Metaphorici sunt omnes huiusmodi sermones/abundantiam frumēti & pecorum & pascuorum aliorumq; vegetabilium significantes per huiusmodi metaphoras.Metaphorice quoq; concluditur.clangent,etiam canent:hoc est ad similitudinem clangentium/instrumētis musicis sonantium/& canentium modulatione humanç vocis, iucunditatē prç se ferent vel facient hoīes clangentes & canentes.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori canticum psalmi. LXV.

IVbilate deo omnis terra : psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius.
Dicite deo q̄ terribilia sunt opa tua domine:in multitudine uirtutis tuç mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te & psallat tibi:psalmum dicat nomini tuo.
Venite & uidete opera dei:terribilis in consiliis super filios hominum.
Qui conuertit mare in aridam/in flumine pertransibunt pede:ibi lçtabimur in ipso.
Qui dominatur in uirtute sua in çternum:oculi eius super gentes respiciunt,qui exaspe rant non exaltentur in semetipsis.
Benedicite gentes deum nostrum:& auditam facite uocem laudis eius.
Qui posuit aīam meam ad uitam:& non dedit in commotionem pedes meos.
Quoniam probasti nos deus:igne nos examinasti sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueū:posuisti tribulationes in dorso nostro/imposuisti homines super capita nostra.
Transiuimus per ignem & aquam:& eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domū tuā in holocaustis : reddā tibi uota mea quç distinxerunt labia mea.
Et locutum est os meum:in tribulatione mea.
Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum:offeram tibi boues cū hircis.
Venite audite:& narrabo omnes qui timetis deum quanta fecit animç meç.
Ad ipsum ore meo clamaui:& exaltaui sub lingua mea.
Iniquitatem si aspexi in corde meo:non exaudiet dominus.
Propterea exaudiuit deus:& attendit uoci deprecationis meç.
Benedictus deus:qui non amouit orationem meam & misericordiam suam a me.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti canticum psalmi. LXVI.

1 Propheta. CLangite deo† omnis terra. †dijs
2 Cantate honorem nois eius:ponite honorem laudē eius.
3 Dicite deo†. Vox mundi. q̄ terribilis operibus tuis : in multitudine fortitudinis tuç †dijs mentientur tibi inimici tui.
4 Omnis terra incuruabunt se tibi & canent tibi:canent nomen tuum. Selah.
5 Propheta. Venite & uidetç opera dei†:terribilis opere super filios adam. † deorum

† uide 6 Vertit mare in aridam†/in flumine pertrāsibūt in pede:ibi lętabimur in eo.
7 Dominans in fortitudine sua mundo:oculi eius in gentes aspiciunt,rebelles non exal tabuntur sibiipsis.Selah.
8 Benedicite populi deū nostrum:& audire facite uocem laudis eius.
9 Qui posuit aīas nostras in uitis:& nō dedit ad labendum pedem nostrum.
† dij 10 Quoniam probasti nos deus†:purificasti nos sicut purificatur argentum.
11 Fecisti uenire nos in rete:posuisti angustiam in lumbis nostris.
12 Fecisti equitare hominem capiti nostro:uenimus in ignem & in aquas,& fecisti nos exire ad irriguam.
13 Ingrediar domū tuā in holocaustis:soluam tibi uota mea. que fuit
14 Quę aperuerunt labia mea:& locutum est os meum in angustia mihi.
15 Holocausta pinguium ascendere faciam tibi:cum incenso arietum faciam uaccinam cum hircis.Selah.
† deorum. 16 Venite audite:& narrabo omnes timentes dei†quę fecit animę meę.
17 Ad ipsum ore meo uocaui:& exaltans sub lingua mea.
† dñi mei 18 Iniquitatem si uidi in corde meo:non audiet dominus†.
† dij 19 Propterea audiuit deus†:auscultauit in uoce orationis meę.
† dij 20 Benedictus deus†:qui non cessare fecit orationem meam & gratiam suam a me.

TItulus est.Vincenti canticum psalmi.De quo vt supra.
℄ Materia psalmi(quantum superficies psalmi prę se fert)est inuitatio mundi ad laudandum deum,narrando illi quomodo deus se habuit secum/hoc est cum populo hebręo.Interius autem cō templando,apparet prophetam autorem psalmi/induētem personam hebręi populi/duo preter in uitationem & narrationem exercere officia.Alterum prophetandi totū mūdū adoraturū deū:vt clare testatur quartus versiculus.Et hęc est ad literam ratio quare inuitat totum mūdum. Alterum instru endi ab exemplo diuinam gubernationem erga suos cultores.Et propterea inuitat mundum ad vi dendum opera dei erga populum suum tam itus q̄ extra/& hostes eorum:vt patet in decursu psalmi. Vnde materia psalmi huius ad literam est prophetia mundi adoraturi deum(quod tunc futurum ex pectabatur tempore mesię)inuitando mundum ad diuinum cultum,& instruēdo qualiter gubernā di sunt a deo/ab exemplo populi hebręi loquentis & inuitantis.

℄ SVMMARIVM EST.

℄ Populus veteris testamenti prophetans omnem terram adoraturam deū/inuitat ipsam ad laudan dum deum:instruēs ipsam opera dei quibus se gubernauit.exterius quidem miraculis & probationi bus purgatoriis:interius autem gratia & oratione assiduis.
℄ Persona loquens propheta est in persona hebręi populi/introducti in terram promissionis.
CLangite deo omnis terra. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materię,& executi uam/ibi dicite deo.¶ Proponit tria mundo.Primum ꝙ tubis intonēt ad laudem diuinam.clan gite deo omnis terra/nulla excepta.Secundum ꝙ voce humana musica diuini nominis honorem cō cinant.cantate honorem nois eius.Tertium ꝙ honorem simpliciter & absolute attribuāt deo.ponite honorem laudē eius:hoc est loco laudis attribuite illi honorem.Vbi significat ꝙ melius quid q̄ laus (scilicet honor) exhibendum est deo.laus enim diuina ad honorē eius refertur:& nisi honorando lau detur/laus non est.Et dixit hoc ad differentiam poetarum/laudantiū deum non vt honorem exhibeāt deo:quem non credunt scire & curam habere nostrarum laudum.
℄ Dicite deo. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula/oīs terra.Secūdo tractatur illa particula/clangite/ibi venite & videte.Tertio illa/cantate/ibi benedicite populi. Quarto illa/ponite/ibi venite audite.¶ Primum itaq; propheta velut reddens rōnem quare inuitet mundum (quia vt dictum est/non solum inuitat sed instruit)duo proponit,immo ponit ore mundi dicenda. Primum ꝙ deus est terribilis in operibus suis.in quo significatur potentia cum iustitia diuina.Dicite deo/hęc scilicet.q̄ terribilis/tu deus,operibus tuis.Alterum duplicem effectū explicat diuinoꝝ opeꝝ.s. ꝙ non omnes in veritate colent deū/quantumcūq; terribilis sit deus in operibus suis.in multitudine fortitudinis tuę/manifestate mundo,inimici tui/hoc est intus non te amantes sed odio habentes,mē tientur tibi/confitentes se nosse deum factis autem negantes.Cum hoc tamen erit hic cōmunis effe

ctus φ oĩs terra incuruabũt ſe tibi/adorabũt te:nec ſolũ adorabũt ſed canẽt tibi,ac canẽt nomẽ tuum.

Venite ℸ videte. Tractatur hic illa particula/clangite.Poſtq̃ enim declarata eſt conuerſio futura omnis terrę ex multitudine fortitudinis diuinę/ſic tamen φ non omnes homines in veritate procedent, inuitat mundum populus veteris teſtamenti ad conſiderandum opera dei triplicia. Primum genus eſt eorum quæ ſpectãt ad diuinam potentiã. ſecundum eorꝫ quæ ſpectant ad gubernationem electorum exterius. tertium genus eſt eorum quæ ſpectant ad gubernationẽ electorum intus in anima. Vt ex his tribus geſtis a deo in ipſo populo veteris teſtamenti/intelligat mũdus ab exemplo qualiter deꝰ aget cum mundo colente ipſum. Venite/ſtudio,& videte/interno mentis oculo,opera dei:quia terribilis opere/non minis vanis,eſt ſuper filios adam.horrendum inquit apoſtolus eſt incidere in manus dei viuentis.❡ Et opera quidem potentię ſubiungit primum in effectibus bonis.Vertit mare/rubrũ, in aridã.In hebręo habetur in datiuo aridę.In flumine/iordanis,pertranſibunt in pede,ſiccato fluuio iordanis tẽpore ioſuę pertranſierunt in pede/non in equo non in curru.Deſcribitur autem in futuro reſpectu tranſitus maris rubri/tanq̃ conſequens ad illũ:ita φ futurũ pertranſibunt reſpicit ꝓteritũ vertit. Ibi/in terra promiſſionis pertranſito iordane,lętabimur in eo.ſ.deo.⁋ Deinde in effectibus malorꝫ quæ intulit hoſtibus hebręorum.Dominans in fortitudine ſua mundo.Quãdo deus gubernat mundum per cauſas ſecundas ſine miraculo,apparet φ deus non ſe impediat de mundo/ſed relinquat,homines dominari prout poſſunt:quando vero deus apponẽdo miracula deſtruit aut mutat regna,tũc apparet φ ipſe dominatur mundo vel ſeculo illi in quo hæc facit.Et quia tunc temporis deus deſtruxit gentes illas/& dedit terram earum populo iſrael multis adhibitis miraculis / quæ propheta tetigit in facto maris rubri & iordanis,ideo deſcribitur deus dominans in fortitudine ſua mundo.Et vt clarius intelligas,oculi eius in gentes aſpicient/eiiciendas:rebelles non exaltabuntur ſibiipſis. Appellat gentes illas rebelles:quia ſm veritatem tot multiplicauerunt peccata vt eſſent vere rebelles deo/colentes idola:iuxta illud.nõdum ſunt cõpletę iniquitates amorręorꝫ.gene.15.Hi non ſunt exaltati ſibiipſis. expreſſio eſt finis eorum/φ nõ quęrunt niſi bonum proprium.Et ſcito φ futura/aſpicient & non exaltabuntur/referuntur ad antecedens dominium dei,reſpectu cuius deſcribuntur futura.

Benedicite populi. Tractatur hic illa particula/cãtate honorẽ noĩs eius:declarãdo qualiter deus gubernat electos ſuos,quo ad exteriora.Et conſiſtit in hoc:φ deus curã electorum ſuorũ ſic habet vt prouideat eis q̃dem bona,ſed probando/purificando quẽamodum purificatur argentum,ita φ inde electi gratias agunt & promouentur ad meliora.❡ Hunc progreſſum deſcribit populus veteris teſtamẽti,narrando qualiter deus ſecum egit ab ęgypto. Benedicite populi/ omnis terræ, deum noſtrum/hebręorum per gratiam cultus:nec ſolum benedicite ſed facite audire/alios omnes,vocem laudis eius. Qui poſuit animam noſtram in vitis.Summarie pręponit gubernationem diuinam quo ad terminum & viam.Quo ad terminum quidem.qui poſuit animam noſtram/non ad mortem,ſed ad viuendum.Quo ad viam vero.& non dedit ad labendum pedem noſtrum. Et intendit φ quãuis gubernatio diuina fuerit ducens nos per multas tribulationes,non tamen permiſit nos inter tot tribulatiões labi:& omnem animam noſtram ordinauit ac perduxit ad ea quæ ſunt vitę.⁋ Quoniã probaſti.Deſcribit rationem quare deus eos tribulauerit.Quoniam probaſti nos deus,purificaſti nos ſicut purificatur argentum.ad ſimilitudinem tentantis & purificantis argentum probaſti/non vt diſceres ſed vt diſceremus,& purificaſti nos/a culpis & imperfectionibus noſtris. Ideo feciſti venire nos in rete. Ecce vna probatio/locatio hebręorum in reti.Et intellige per rete ęgyptum:quia ab ea populus iſrael exire nequibat/pharaone detinente.Poſuiſti anguſtiam in lumbis noſtris.Per quod intellige oppreſſionem populi in ęgypto in operibus duris/luti & lateris &c̃.Hæc enim appellat anguſtiam ſeu ſtridorem lũborum:quia propter illa ſtridebant ſeu anguſtabantur lumbi eorum.⁋ Feciſti equitare hominem capiti noſtro. Tertia eſt hæc probatio, qua deſcribitur vexatio populi ab exactoribus pharaonis/cõpellentibus ad laborem vltra vires.Potes quoq̧ intelligere deſcribi hic equitatũ pharaonis quando perſecutus eſt populum egreſſum non valentem euadere,ita vt dixerint moyſi.tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine. Tunc enim ad literam equitare feciſti hominem pharaonem ad caput noſtrum/tollendum.Metaphorice autem feciſti equitare exactores ad caput noſtrum/ad affligẽdum corpora noſtra. ⁋ Venimus in ignem & in aquas.Reliquas omnes tribulationes tum in ęgypto tum in via vſq̧ ad iordanem/ſummarie deſcribens colligit ad duo contraria:ignem & aquam.Ita φ metaphoricus ẽ ſermo/deſcribens vniuerſa mala per ignem & aquam.Ac ſi dixiſſet.& ne imoremur numerando ſingula, venimus in ignem & in aquas.i.per omnia mala.Et feciſti nos exire ad irriguã / terram promiſſionis. Totum hoc effectus eſt probationis.Quoniam probaſti & purificaſti nos ſicut argentum,ideo feciſti has omnes probationes/& tandem quẽadmodum argentum purificatum feciſti nos exire ad viuendum in terra promiſſionis.⁋ Ingrediar domum tuam.Progreſſus ac fructus introducti populi in terram promiſſionis/ deſcribitur in ordine ad deum. Ingrediar domum tuam in holocauſtis/ſacrificiis quæ tota cremabantur,ſoluam tibi vota mea.Quæ aperuerunt labia mea/vt exirent extra: & locutũ eſt os meum in anguſtia mihi/tempore quo mihi erat anguſtia.Holocauſta autem/non qualiacunq̧,

ſed pinguium aſcendere faciam.Dicuntur holocauſta aſcendere,quia totum holocauſtum conſume-
batur in aſcenſu ignis & fumi.cum incenſo,hoc eſt adipe,arietum,quod incendebatur in ſacrificiis,fa-
ciam vaccinam cum hircis.In quibus expreſſit omnia genera animalium quadrupedum quæ offere-
bantur.ſ.vaccinum,ouinum,& caprinum.& expreſſit omnia genera ſacrificiorum : ſcilicet holocau-
ſta,& hircos pro peccato,& pacifica in incenſo arietum,& oblationes votiuas.

Venite audite. Tractatur hic illa particula ponite honorē laudē eius.Poſtq̄ declarauit q̄ſo guberna-
ti ſunt a deo in exterioribus cū gloria diuini nominis:declarat modo q̄uo egit deus ſecum ſm̄ interna,
q̄bus maxime honoratur deus.Et cōſiſtere dicitur interna dei gubernatio in duobus.ſ.oratione(hoc ē
cōtinuo recurſu ad deū)& mundicia cordis ab iniq̄tate.his.n.duobus gubernatū interius ſe teſtatur a
deo.¶ Venite,ſtudio,audite(ſuperius dixit venite & videte opera dei,quia videri poſſunt:nūc dicit au-
dite,quia ea quæ latent in animo audiri potius q̄ videri poſſunt)oēs timentes deū.non inuitanē oēs
ſed ſoli timētes deū ad audiendū hæc interna:quia nō oēs ſunt capaces.Et narrabo quæ fecit,ſupple
deus,aię meę,intus.Ecce primū.Ad ipſum ore meo vocaui,recurri,& exaltans ſub lingua mea:hoc eſt
nō qualitercūq̧ ore meo inuocaui,ſed & exaltans fui ipſum ſub lingua mea,intus in meditatione pe-
ctoris mei.Et ſignificat augmētū orationis,inchoantis a recurſu ad deū,& auctę in meditatione eleuā-
te deū nō in ſeipſo ſed in mente orantis.¶ Iniq̄tatē ſi vidi in corde meo.ecce ſecūdū.nō audiet dn̄s.In-
tellige quātū eſt ex merito orantis.indignus eſt enim iniquus audiri quum indignus ſit ēt pane quo
veſcit ſm̄ aug.Propterea audiuit deus,auſcultauit in voce oronis meę.Cū modeſtia explicat mundi-
ciā ſuā ab iniq̄tate,affirmādo q̧ deus attendit & exaudiuit orationē ſuā.Vnde & gratias agēs ſubdit.
Benedictus,benedictione laudis & honoris,deus:qui nō ceſſare fecit ſeu amouit orationē meā,hoc eſt
qui fecit perſeuerare me in oratione,& gratiam ſuam a me,hoc eſt qui fecit perſeuerare me abſq̧ iniq-
tate:hoc enim eſt gratię eius.ad quod ſecutum eſt meum orationis opus.Et intendit(vt iam dictum
eſt)inſtruere mundum ab exemplo q̧ ſic deus gubernabit animas eorum,q̧ ſic oportet homines mū-
di ſe habere cum deo intus in animis ſuis.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO ¶ Victori in pſalmis canticū carminis. LXVI.

Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis: illuminet uultum ſuum ſuper nos & miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra uiam tuam:in omnibus gentibus ſalutare tuū.

Confiteantur tibi populi deus:confiteantur tibi populi omnes.

Lętentur & exultent gētes:quoniam iudicas populos in ęquitate & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus,confiteantur tibi populi omnes:terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos deus deus noſter benedicat nos deus:& metuant eum omnes fines terrę.

¶ IVXTA HEBRÆVM.¶ Vincēti in modulationibus pſalmus'cātici.LXVII.

†dñ 1 Propheta Deus†miſerebitur noſtri & benedicet nobis:illuminabit facies ſuas nobiſcum. Selah.

2 Ad cognoſcendum in terra uiam tuam:in omnibus gentibus ſalutem tuam.

†dij 3 Confitebuntur te populi deus†:confitebuntur te populi omnes.

4 Lętabuntur & laudabunt gentes:quoniā iudicabis populos in rectitudine & gētes que in terra duces ipſas. Selah.

†dij 5 Confitebuntur te populi deus†:confitebuntur te populi omnes.

†dñ 6 Terra dedit fructum ſuum:benedicet nobis deus† deus noſter.

†dij 7 Benedicet nobis deus†:& timebunt eum omnes fines terræ.

Titulus eſt.Vincenti in modulationibus pſalmus cantici.De quo vt ſupra.

¶ Materia pſalmi(vt ex ipſo apparet pſalmo)eſt aduentus meſię in ſalutem mūdi.Expreſſe nā-
q̧ dicitur,in omnibus gentibus ſalutem tuam.& lętabuntur & laudabunt gentes,quoniā gentes quę
in terra ſunt duces.Et rurſus.timebunt eum omnes fines terrę.Conſtat.n.q̧ ſalus & dux gentium om-
nium ſolus meſias eſt:& q̧ ad tempus meſię ſpectat timor dei in vniuerſo orbe.

ℂ SVMMARIVM EST.

ℂ Propheta prędicit futuram humano generi diuinam misericordiam/ad ducendum & rectificādū: illuminationē/ad notificādū viam dei & salutē: benedictionē/ad multiplicādū numero & merito.

ℂ Persona loquens propheta est.

DEus miserebitur nostri. Diuidit psalmus in partes duas: ppositiuā materię,& executiuā/ibi ad cognoscēdum. ⁋ Proponit tria.futurā misericordiā/deus miserebit nostri;futurā benedictionē/& bñdicet nobis:futurā illuminationē/illuminabit facies suas nobiscū:hoc est notitiā suā claro lumine mōstrabit nobis.Metaphorice siquidem loquitur de deo tanq̄ de homine monstrāte faciem suam clarā in claro lumine vt bene possit cognosci,ita deus exhibebit se claro lumine cognoscibilē nobis:vt de facto fecit quū verbū caro factū est/& tot miraculis & operibus seipsum manifestauit.

ℂ Ad cognoscendū. Incipit hic pars executiua tali ordine. Prio tractat illa pticula/ illuminabit. Secūdo illa/miserebit/ibi cōfitebunt. Tertio illa/benedicet/ibi cōfitebunt te. ⁋ Ad cognoscendum in terra viam tuā. Primus effectus illuminationis describitur vt cognoscamus in terra viam dei/ tum qua deus venit ad nos:tum qua itur ad deum. In omnibus gentibus/non in iudęis tm̄,salutem tuam/messiam qui est salus vniuersorum. Et hic scribitur secundus effectus illuminationis.

Confitebūtur te. Tractatur hic illa pticula/deus miserebit nostri: pdicēdo fidem & lętitiā ob diuinā misericordiā in gētes. Cōfitebunt te/confessione fidei & laudis,populi/vniuersi;o deus: confitebuntur rursus te populi omnes/exaggeratis est. Lętabuntur & laudabunt/cantando , gentes/quæ nunc idolatrę sunt:quoniam iudicabis populos in rectitudine/eorum,quos modo iudicas sm̄ prauitatem eorū: qui a mō sunt iniqui & tunc erunt recti. Et hic erit effectus gratiæ qua deus miserebitur. Et gentes in terra duces ipsas. Ecce prior effectus misericordiæ mediante quo populi erunt recti.quia tu duces gentes ipsas quæ in terra sunt:hoc est quia eris dux & director gentium ex tua misericordia.

Confitebūtur te. Tractatur hic illa particula/& benedicet nobis:introducendo eam sicut priorem de misericordia. Confitebuntur te populi deus,confitebuntur te populi omnes:quia terra dedit fructum suum. Ecce effectus benedictionis diuinæ. terra dedit fructum suum : hoc est quem debebat proferre: Ante christi aduentum terrenus homo non dedit fructum boni operis quem dare debebat:sed vbi illuxit christus,terra protulit fructum boni operis quem debebat proferre. Benedicet nobis/multiplicabit nos.benedictio siquidem dei ad multiplicationem spectat:vt patet gene.i.& plures in scriptura: deus/natura,deus noster/per gratiam vnionis personalis. Benedicet nobis deus/multiplicabit non solum numero sed merito:& timebunt eum / ecce meritum timoris filialis,omnes fines terrę/ecce multiplicatio numeri. Amen.

ℂ VVLGATA EDITIO. ℂ Victori dauid psalmus cantici. LXVII.

EXurgat deus & dissipentur inimici eius:& fugiant qui oderunt eum a facie eius.

Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei.

Et iusti epulentur & exultent in conspectu dei:& delectentur in lętitia.

Cantate deo/psalmum dicite nomini eius:iter facite ei qui ascendit super occasum/ dominus nomen illi.

Exultate in cōspectu eius:turbabūtur a facie eius/patris orphanorū & iudicis uiduarum.

Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit unius moris in domo.

Qui educit uinctos in fortitudine:similiter eos q̄ exasperāt qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui:cum pertransires in deserto.

Terra mota est/etenim cœli distillauerūt:a facie dei sinai a facie dei israel.

Pluuiam uolūtariā segregabis deus hereditati tuę:& infirmata est/tu uero perfecisti eā.

Animalia tua habitabunt in ea:parasti in dulcedine tua pauperi deus.

Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa.

Rex uirtutum dilecti dilecti:& speciei domus diuidere spolia.

Si dormiatis inter medios cleros;pennę columbę deargentatę,& posteriora dorsi eius in pallore auri.

Dū discernit cœlestis reges sup eā/niue dealbabūtur i selmon;mons dei mons pinguis;

Mons coagulatus mons pinguis:ut quid suspicamini montes coagulatos?
Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo:etenim dominus habitabit in finē.
Currus dei decem milibus multiplex milia lętantium:dñs in eis in sinai in sancto.
Ascendisti in altum/cæpisti captiuitatem:accæpisti dona in hominibus.
Etenim non credentes inhabitare dominum deum.
Benedictus dñs die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum.
Deus noster deus saluos faciendi:& domini domini exitus mortis.
Veruntamen deus confringet capita inimicorum suorum:uerticem capilli perambulantium in delictis suis.
Dixit dominus.ex basan conuertam/conuertam in profundum maris.
Vt intingatur pes tuus in sanguine:lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.
Viderunt ingressus tuos deus:ingressus dei mei regis mei qui est in sancto.
Preuenerunt principes cōiuncti psallētibus:in medio iuuencularum tympanistriarū.
In ecclesiis benedicite deo domino:de fontibus israel.
Ibi beniamin adolescentulus:in mentis excessu.
Principes iuda duces eorum:principes zabulon & principes neptalim.
Manda deus uirtuti tuę:confirma hoc deus quod operatus es in nobis.
A templo tuo in hierusalem:tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis/congregatio taurorū in uaccis populorum:ut excludant eos qui probati sunt argento.
Dissipa gentes quæ bella uolunt:uenient legati ex ęgypto, ęthiopia pręueniet manus eius deo.
Regna terræ cantate deo:psallite domino.
Psallite deo qui ascendit super cœlum cœli:ad orientem.
Ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis:date gloriam deo super israel, magnificentia eius & uirtus eius in nubibus.
Mirabilis deus in sanctis suis/deus israel ipse dabit uirtutem & fortitudinē plebi suæ: benedictus deus.

IVXTA HEBRÆVM. Vincenti dauidi psalmus cantici. LXVIII.

†dij 1 Propheta. EXurget deus†:dispergentur inimici eius/& fugient osores ipsius a faciebus eius.

2 Sicut in propelli fumū/propelles :sicut in liquefieri ceram a faciebus ignis/ peribunt
†deoꝝ impii a faciebus dei†.
†deoꝝ 3 Et iusti lętabuntur:exultabunt faciebus dei†/& gaudebunt in lętitia.
†dijsteg tanti 4 Cantate deo†/canite nomen eius:exaltate equitantem†in cœlis in deo nomine suo/& exultate faciebus eius.
†dii 5 Pater meus pupillorum & iudex uiduarum:deus†in habitaculo sanctitatis suę.
†dii 6 Deus†faciens sedere unicos domi/educens uinctos in congruētiis:tantum rebelles habitauerunt siccitatem.
†dii 7 Deus†in egredi tuo faciebus populi tui:in deambulare tuo in deserto.Selah.
†deoꝝ †deoꝝ 8 Terra tremuit/etiam cœli distillauerunt a faciebus dei†:iste sinai a faciebus dei†
dei israel.
†dij 9 Pluuiam uoluntatum facies eleuare deus†hęreditati tuę:& fuit lassa/tu firmasti ipsam.

10 Congregatio tua sederunt in ea: pparabis in bonitate tua pauperi deus†. †dij
11 Dominus dabit dictum annunciatricum exercitus magni.
12 Reges exercituum mouebuntur mouebuntur: & habitatrix domus diuidet spolium.
13 Si iacebitis inter confinia: pennę columbę coopertę in argento / & alę eius in uirore auri.
14 Frangente omnipotente reges in ea: ninget in salmon.
15 Mons dei† estium mons basan: etiamē mons celsitudinum est mons basan. †deorum
16 Quare saltabitis mōtes celsitudinum: hic mons quem desiderauit deus† ad habitaculum suum† etiam dominus habitabit semper. †dij †habitaculo suo
17 Currus dei† duę myriades milium angelorum: dn̄s† in eis, sinai in sanctitate. †deorum
18 Ascendisti in excelsum† / captiuasti captiuitatem: accepisti dona in adam / & etiam rebelles ad habitandum dominum deum†. †dn̄i mei †excelso †deos
19 Benedictus dominus† die die: onerabit nobis deus salutem nostram. Selah. †dn̄i mei
20 Ipse deus nobis / deus salutibus: & deo domino† suppetit morti exitus. †dn̄is mei
21 Tantum deus† uulnerabit caput inimicorum suorum: uerticem crinis perambulantis in peccatis suis. †dij
22 Dixit dominus†. Vox dei. de basan faciam reuerti / faciā reuerti de profundis maris. †dn̄i mei
23 Propheta. Propterea tinges pedem tuum in sanguine: linguam canum tuorum ab inimicis ab ipso.
24 Viderunt gressus tuos deus† gressus dei mei regis mei in sanctitate. †dij
25 Preuenerunt principes post sonatores, in medio iuuencularum cymbalizantium.
26 In ecclesiis benedicite deum† dominum†: de uena israel. †deos †dominos meos
27 Ibi beniamin paruulus dominans ipsis: principes iuda adunatio eorum, principes zabulon / principes neptalim.
28 Pręcępit deus tuus fortitudinem tuam: robora deus† hoc quod operatus es nobis.
29 A templo tuo super hierusalem: tibi portabunt reges munus. †dij.
30 Increpa bestiam arundinis / congregationem fortium in uitulis populorum calcantem in frustis argenti: dispersit populos qui bella uolent.
31 Venient pingues ex ęgypto: ęthiopia faciet currere manus suas deo†.
32 Regna terrę cantate deo†: canite domino† Selah. †dijs
33 Equitanti in cœlis cœlorum principio: ecce dabit in uoce sua uocem fortitudinis. †dijs †dn̄is meis
34 Date fortitudinem deo†: super israel superbia eius / & fortitudo eius in cœlis.
35 Terribilis deus† a sanctuariis tuis / deus israel ipse dans fortitudinē & robora populo: benedictus deus†. †diis †dij †dij.

Titulus est. Vincenti dauidi psalmus cantici. De quo vt supra.

¶ Circa materiam psalmi questio occurrit propter autoritatem apostoli pauli ad ephe. 4. inducentis ex hoc psalmo illum versiculum / ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus / de ascensione christi & de distributione donorum spiritussancti facta per christum. Hinc enim apparet ꝙ psalmus iste ad literam tractet de mesia. Textus autem psalmi prę se fert ꝙ ad literam tractat de efficacia diuina erga deductionem / quietem & pacem populi israel in terra promissionis. In principio nanq; psalmi manifeste tractatur tum efficacia dei ad dispergēdos inimicos. tum cura dei ad subleuādos afflictos. tū modus deducendi populū israel ex egypto p desertū. In medio psalmi clare describit currus dei in mōte sinai. In fine quoq; psalmi clare de templo hierl'm tractatur. Et in vltimo concluditur psalmus in excellentia dei super israel / & terribilitate eiusdem a sanctuariis eius. Que

omnia testanẽ psalmum ad literam tractare ea quæ sunt veteris testamenti. Et accedit ad hæc ꝙ psalmus iste inchoat a versiculo quo vtebatur moyses quum arca domini eleuabatur ad iter: scilicet. Surge domine & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te a facie tua: vt patet nu. 10. ¶ Quocirca cõcludendum est ꝙ apostolus sensu mystico illius versiculi vsus est applicando ad christum: & ꝙ materia psalmi ad literam est efficacia diuinę potẽtię erga populum israel, tum quo ad introductionem eius in terram promissionis, destruendo inimicos &c̃. tum quo ad seruationem eius in ipsa terra promissionis in pace & lętitia ex diuino cultu in templo hierosolymitano.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta canit primo deum exurrecturum ad q̃ facillime destruẽdũ inimicos suos & dãdum gaudium iustis coram deo: vt testatur tam magnus exercitus angelorum in sina, cum grãdine in salmon & appõne basan. ita ꝙ si populus israel perseuerasset iustus, fuisset velut columba argentea & aurea. Canit deinde ꝙ non obstãte rebellione eorum, deus punitis rebellibus induxit eos in terram promissam cum magna potentia: supplicans vt corroboret cœpta & magnificet templum, ita vt dissipet aduersarios & veniant ex omni parte mundi ad adorandum deum in hierusalem &c̃.

¶ Persona loquens propheta est: recitans etiam semel diuinam vocem.

Exurgat deus. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam, ibi deus in egredi tuo. ¶ Proponit duo. Primũ est id quod facturus erat deus in deductione populi israel i terram promissionis si populus perseuerasset iustus. hoc enim proponit in primis versiculis, describendo deum exurrecturum ad duos effectus. s. totalem destructionem inimicorum & plenam lętitiam populi israel iusti. Et futurum exurget, non respicit tẽpus psalmi: sed tempus pręcedens eductionem filiorum israel de ęgypto. Et ex industria propheta non vsus est verbo p̃teriti temporis, exurrexit dominus: quia intendit significare diuinum surgere fm se: hoc est ꝙ surrexerit ad efficiendos illos duos effectus, quos tamen non effecit quia populus non perseuerauit iustus. Descriptio enim hæc in futuro, pendulos tunc effectus significat. Et eadem ratione vterq; effectus significatur in futuro. ¶ Dispergentur inimici eius. Primus effectus describitur penes quattuor. s. dispersionẽ, fugã, expulsionẽ, & interitum. vt plena destructio inimicorum describatur. ¶ Vbi nota tria. Primum est ꝙ non describuntur inimici populi israel, sed inimici dei: vt intelligamus ꝙ ratio destructionis eorum non erat inimicitia ad populum, sed inimicitia ad deũ. Vnde & gene. 15. dicit deus ad abraham de istis nationibus. nondum cõplete sunt iniquitates amorręorũ, vt mereantur destrui. ¶ Secundũ est ꝙ nullus describitur hic pugnator nisi deus. vt intelligamus ꝙ sicut incœpit solus pugnare cõtra ęgyptios, ita solus pugnasset cõtra amorręos & chananęos. ¶ Tertium est facilitas efficiendi hæc. Quæ duabus similitudinibus significaẽ. Altera est. Sicut propellitur fumus: qui facile a vẽto propelliẽ, & qui velut res valde exosa domi a cunctis expellitur. Altera est liquescentis ceræ a facie ignis: quæ resolmẽ in vapores & non remanet, & facillime ab igne destruitur. Et iusti lętabuntur. Ecce secundus effectus. Vbi significantissime nõ dixit & filii israel, sed dixit iusti: ad significandum ꝙ surrexerit deus ad hæc faciendũ propter iustos, hoc est si iusti perseuerarent. Nec sola lętitia sed exultatio coram deo obuenisset: & rursus gaudere in lętitia. vt ex his adiectionibus describatur lętitia iustorum. tum coram deo in diuino cultu. tum ex subtractione euentuum impedientiũ lętitiam: hoc. n. significatur dicẽdo, & gaudebũt in lętitia. Multi enim non possũt in suis lętitiis gaudere propter aliquos euentus impedientes. istis autem iustis deus nõ solum prouisurus erat de lętis rebus, sed etiam de subtractione impedimentorum vt possent in lętitiis gaudere.

Cantate deo. Incipit ꝑponere secundum: scilicet illud quod deus de facto fecit in eductione & deductione populi in terrã promissionis. Ita ꝙ vbi primũ ꝑposuit qd̃ deus fecisset si populus perseuerasset iustus, modo ꝑponit id quod deus de facto fecit pp̃lo nõ ꝑseuerãte in iustitia. Et hoc ꝑponit in his versiculis: inchoans ab inuitatiõe ad laudãdũ deũ. Canite deo, canite nomẽ eius. Nõ solũ deũ sed nomen eius cãtãdũ monet. Et ne sit hęsitatio de quo deo, subiũgit. exaltate eq̃tantẽ in cœlis. Et siliẽ ne sit hęsitatio de noĩe, adiungit. in deo noĩe suo. ¶ Nota singula. Describiẽ deus in cœlis nõ qualitercũq; sed eq̃tans: hoc est mouens cœlos ad siĩitudinem equitantis, hoc est agentis per intellectum & volũtatẽ. eq̃tare. n. nõ est nisi agentiũ a ꝑposito. Et qm̃ multi sunt eq̃tãtes in cœlis (quot. s. sunt motores cœlorũ) ideo descripsit equitãtem non qualitercũq;, sed in deo nomine suo. alii. n. motores cœlorum mouẽt respectiue ad deũ: solus aũt deus mouet in deo vt ꝓprio nomine, in quo non cõicat cum aliis: hoc est in deitate sibi propria. ¶ Et exultate faciebus eius. Non solum canite exaltãtes deum in proprio nomine, sed etiam exultate faciebus eius, hoc est considerantes pręsentiam eius. In quo explicatur fides diuinę prouidentię. qui enim credit deũ curã habere nostri, colit eũ tanq̃ facie ꝑsentẽ. Et intendit ad literã ꝙ exultent in cultu diuino considerantes diuinam pręsentiam in illo cultu. ¶ Pater meus pupillorũ. Inuitatis ad gratias agendum deo, explicat beneficia dei quæ de facto cõtulit: incipiens ab eductione populi ex ęgypto. Ita ꝙ narrat primum beneficium. Deus in habitaculo sanctitatis suę, hoc est i seipso seu in cœlis, educens vinctos in congruentiis, hoc est filios israel vinctos vinculis imperii pharaonis eduxit tẽpore congruo: iuxta ꝙ promiserat abrahę gene. 15. in generatione quarta reuertẽtur huc.

Reliqua tria beneficia ad terram promissionis spectant. Pater meus pupillorum/hoc est pater ꝓprius pupillorũ,& iudex viduarũ,& faciẽs sedere vnicos domi. quod est reddere securos homines qui soli domi sunt. Sicut.n. pupilli egent patre & viduę ius dicente sibi, ita soli in domibus existentes egent dante sibi securitatem: qm̃ carentes societate habent vnde timeant. ¶ Tm̃ rebelles. Inter bñficia in termino a quo & beneficia in termino ad quem/narrat gesta in medio. s. habitationẽ per. 40. annos in deserto;& hoc ex eoꝝ iniquitate. Tm̃ rebelles/& non iusti, habitauerunt siccitatẽ/deserti. Vbi vides propositi quæ de facto deus compleuit: scilicet quattuor beneficia (libertatem/pacem iustitiam/& misericordiam) in populo educto in terram promissionis, cum punitione eiusdem in deserto.

¶ Deus in egredi tuo. Incipit hic ps executiua tali ordine. Prio tractant̃ prius ꝓposita. s. ad qd surrexerit deus faciẽdũ si iusti perseuerassent. Secundo tractantur postea ꝓposita/ibi ascendisti in excelsum.

¶ Declarando itaq; ad qd exurrexerit deus quãtũ erat ex pte eius/ichoat a ducatu populi ex egypto. Deus in egredi tuo/per colũnam ignis & nubis, faciebus populi tui/hoc est ante faciẽ ppli tui visibiliter apparẽs: in deambulare tuo in deserto (vbi manifeste apparet q̃ de ducatu ppli in deserto loqtur) terra tremuit. Hic tremor terræ (hoc est terremotus) nõ inuenit̃ alicubi scriptus nisi hic: vbi qa scribit̃ ꝑ modũ historię/& e regione terrã a coelis textus distinguit tanq̃ in vtrisq; miraculũ describendo, insinuat̃ aliquẽ terremotũ tunc accidisse. Et lr̃a insinuat q̃ iste terremotus fuerit in monte sinai: qm̃ postq̃ textus dixit terra tremuit/etiã coeli distillauerũt a faciebus dei, declarãs subiungit. iste sinai a faciebus dei/dei israel. In qua subiũctiõe explanare cõtextus videt̃ id quod dixerat terra tremuitq apponẽdo iste sinai.& quod dixerat a faciebus dei/apponẽdo dei israel.& quod dixerat coeli distillauerũt/subiungẽdo pluuiã volũtatũ facies &c̃. Vnde & hebręi affirmãt mõtẽ sina tũc tremuisse. Quãuis nullus error sit intelligere ꝑ tremorẽ terrę timorẽ gentiũ audito trãsitu maris rubri: iuxta illud exo. 15. tũc conturbati sũt principes edom, robustos moab obtinuit tremor. ¶ Etiam coeli distillauerũt. Ista distillatio declarabit̃ subiungendo pluuiam. Dei israel. ad explicãdum eundẽ esse deũ & deũ israel: hoc ẽ qui colitur a populo israel. ¶ Pluuiã volũtatũ. Duplex pluuia inuenitur scripta ĩ deserto. Altera mãnę: iuxta illud.& pluit illis manna ad manducandum. Altera coturnicum: iuxta illud.& pluit super eos sicut puluerem carnes,& sicut arenam maris volatilia pennata. Vtraq; autem fuit pluuia voluntatũ/hoc est appetitionũ ppli appetentis cibum & carnes. Vtrãq; pluuiã fecit deus eleuare super eos: quia ambę miraculo factę sunt, per causas tñ secundas. ¶ Hęreditati tuę/populo tuo in hęreditatẽ ascito. Et fuit lassa. Effectus huiusmodi pluuię significatur per hoc q̃ hęreditas dei fuit lassa/deficiẽtibus alimẽtis, tu firmasti ipsam/ꝓbendo alimentũ coeleste. Vnde & subditur declarando. Congregatio tua sederunt in ea. Magnitudo effectus subiungit̃, q̃ nõ solũ aliqui sed vniuersa congregatio tua non solũ refocillati sunt sed sederũtq; quieuerunt, in ea/pluuia mannę. Pręparabis in bonitate tua. perseuerantia beneficii significatur ꝑ futurum ꝓparabis: & respicit ꝓteritum sederunt. Significaturq; q̃ deus sua bonitate perseuerauit prouidendo pauperi populo in deserto omnia necessaria/non solum ad victum sed etiam ad vestitum. nam,& vestimenta eorum non sunt attrita & calciamenta non sunt consumpta.

Dominus dabit dictũ. Aduerte circa literam q̃ ab hinc incipit sententia conditionalis. s. si iacebitis inter confinia, dñs dabit dictum/& reges exercituum mouebunt̃/& pẽnę colũbę &c̃. Intẽdit.n. propheta describere q̃ si populus obedisset/hæc oĩa fuissent adimpleta. Et inchoat a dicto annunciatricũ exercitus magni. Et intẽdit per voces annũciatrices/fulgura/tonitrua & buccinam in mõte sinai exo. 19. hæc.n. signa annũciabãt exercitũ magnũ angeloꝝ cum deo in monte sinai. De quo exercitu infra subiungitur. currus dei &c̃. Et dicit ꝓpheta q̃ dñs dabit dictũ/hoc est executioni mãdabit atq; efficiet id quod dictum est per hæc signa: hoc est destructionẽ inimicoꝝ. Dictũ enim ab annũciantibus exercitũ magnum/est subactio inimicoꝝ: qm̃ ad hoc tẽdit exercitus vt subiiciantur sibi inimici & ad hoc ꝓmittunt̃ nuncii. ¶ Reges exercituum. Ecce dictũ quod dabit deus. s. reges exercituũ/amorręoꝝ & chananęoꝝ, mouebunt̃/timore vagãdo,& iterũ mouebũtur. ad exaggerãdã fugã illoꝝ regũ a facie dñi repetit̃. Et habitatrix domus diuidet spoliũ. Maxima describit̃ securitas/& tãta fugatio hostiũ q̃ non pugnatores sed mulier habitatrix domus/nõ sequẽs castra, diuidet spolia inimicoꝝ fugatorũ a deo. Si iacebitis inter confinia. Iacere inter confinia est quiescere in ꝓstitutis terminis. Iacuissent inter confinia, si iubente domino vt ingrederentur in terram promissionis (quæ per confinia hic significatur: qa data erat populo illi pro confinibus eius) obedissent. Sed noluerũt quiescere inter confinia: quum audita voce eorum qui explorauerant confinia noluerunt progredi, sed dixerunt. constituamus nobis ducem & reuertamur in ęgyptum/nu. 13.& 14. Et ex hac conditionali vt dictum est/inchoat tota ista sententia. ¶ Pennę columbę. Non solum reges exercituum fugabuntur/& sic q̃ mulier assueta manere domi diuidet spolia, sed vniuersa congregatio erit tanq̃ columba (hoc est animal imbelle/nõ pugnãs) cuius pẽnę coopertę eẽnt argẽto & alę eius in virore auri. Ex qua metaphora immẽsitas diuitiaꝝ significat̃ absq; hoc q̃ ipsi pugnarẽt/exercitu angelico pugnãte p eis. Et aduerte q̃ viror auri dr̃ nõ sm̃ colorẽ viridẽ: sed sm̃ viuacitatẽ herbę seu plãtę valde viridis/metaphorice dr̃ auri viror. ¶ Frangẽte oĩpotẽte reges ĩ ea. Aduerte hĩ vt itelligas ꝓgressũ lr̃ę: q̃ ꝓpħa ĩtẽdẽs mõstrat̃ pplo qd de⁹ effecisset si obedissent,

affert vltra beneficia deductionis/tria ad hoc psuadẽdũ. Primũ exercitũ angelorũ q apparuit in monte sinai: vt subiunget. Secũdo grãdinẽ diuinã in cõtritiõe exercituũ qnq regũ tpe iosue. Tertio accumulationẽ amorreorũ vltra iordanẽ ad terrã pmissionis: de qua dicet. mons dei mons basan. Hæc.n.tria facta/plenã fidẽ faciũt ꝙ alia fecisset si iacuissent inter cõfinia. Tãgit ergo historiã scriptã iosue.10. Frangente omnipotẽte reges. Quãuis.n.iosue irruerit super illos quinq reges, optime tñ dicitur hic ꝙ deus omnipotẽs fregit illos reges: qm̃ non fuisse illã victoriã ipsius/ex eo patet ꝙ oẽs de exercitu iosue reuersi sunt sani & integro nũero. In ea/cõgregatione seu colũba: vtroq.n.noĩe appellata iam est. in ea scilicet irruente seu procedente omnipotens fregit & contriuit reges. ¶ Ninget in salmon. Grandinare appellatum est vulgari nomine ninget. Dicitur enim ibidem ꝙ tunc misit dominus super eos lapides magnos grandinis de coelo: ita ꝙ multo plures mortui sunt lapidibus grandinis q̃ gladio. Huiusmodi grando describitur hic per ningere in salmon. nam huiusmodi grando fuit in descensu bethoron: & cõstat vtrãq betheron ĩter termĩos filiorũ ioseph describi iosue.16. Mons aũt salmõ (vt appet iudi.9.ẽ supra sichẽ: ac p hoc ps mõtis ephraim, ĩ quo cõstat eẽ sichem. ita ꝙ mons salmõ erat ps eminẽs supra sichem. Et sic grãdo ista debuit appere ex pte salmon. & ppea describit ĩ salmon. Et iduxit hoc propheta p testimonio sensibili manifesto ꝙ dñs pugnaret in ipsa cõgregatione filiorũ israel contra hostes. ¶ Mons dei. Tertium testimonium etiam sensibile ex cumulo beneficii affertur. Vbi scito ꝙ mons basan non erat intra terminos terræ promissionis: vt patet ex eo ꝙ moyses nunq̃ intrauit in terrã promissionis, qui tamen intrauit in mõtem basan/subactis duobus regibus amorrçorum. s.sichon & og. Et quãuis non esset pars terræ promissionis, deus tamen ad cumulum beneficii donauit illum populo israel quasi primitias: experimento monstrans viuente moyse q̃ facile daturus populo esset terram promissionis. Et licet ibi fuerint duo regna/dauid tamen meminit in hoc loco solius basan: tum ex parte montis optimi: tum ex parte regis/qui erat gigas. Ita ꝙ subactio illius regni tanq̃ res valde notabilis in exemplum adducitur. Et quoniam textus caret omni copula verbali/obscurus est. & ordinandus est sic. Mons dei est iam mons basan, ita ꝙ mons basan iam effectus est mons dei. Et ne putes paruum aliquid hoc esse, subiungendo declaratur ꝙ hoc est magnipendendum/affirmando mons celsitudinũ est mons basan. Ac si aperte diceret. Quum dixi ꝙ mons basan est effectus mons dei, non dixi aliquid paruipendendum: qm̃ mons basan est mons celsitudinũ/& non est mons paruitatũ: ac per hoc mons celsitudinũ ẽ effectus mons dei. Et appellatur mons basan mons celsitudinũ: quia (vt dicitur deute.3.) vocabatur terra gigantũ: & erant ibi sexaginta vrbes munitę muris altissimis/portis & vectibus, absq oppidis inumeris. Et ad literã mons basan est mons hermon: vt colligitur ex iosue.12. &. 13. iunctis. 3. ca.deute nã pręcipuus mons nominatus in illis duobus regnis est mons hermon: & de eo specialiter dicitur ꝙ erat sub og rege basan. ¶ Quare saltabitis montes celsitudinũ! Ab exemplo montis basan apostrophat ad reliquos principes montanos. Quare saltabitis o mõtes celsitudinum: hoc est quare eleuabitis vos ad similitudinem saltãtium vt superetis populum dei! Quasi dicat. frustra adnitemini quare non disciris ab exemplo montis basan! Hic mons. Pronomen hic/demonstrat mõtem terræ promissionis in quo exhibendus erat cultus deo. Et est ad literam mons moria. quem desiderauit moyses videre/petens a deo circa vltimum vitę suę. transibo & videbo terram hanc optimam trans iordanẽ & montem istum egregiũ (seu bonum) & libanum/deute.3. Et sic optime quadrat afferre pro ratione ꝙ frustra eleuabuntur principes montium terræ promissionis: quia deus iam decreuit montem terræ promissiõis in habitaculum sibi, ita ꝙ dñs habitabit ibi semper. ¶ Currus dei. Dixerat superius ꝙ dominus dabit dictum annunciatricũ exercitus magni: declarat modo illum exercitum magnum. Currus dei duę myriades (hoc est.20.milia) milium angelorum. & ponitur numerus finitus pro infinito. dñs in eis/milibus angelorum, in sanctitate sinai. Ecce locus/mons sinai. & ecce tempus/in sanctitate: hoc est quando deus apparuit in monte sinai in sanctitate: quando.s.apparuit ad dandum legem sanctam/ad sanctificandum populum. Aduerte hic ꝙ de apparitione dei in monte sinai clare scribit exo. 19. sed nihil ibi scribitur de multitudine angelorum. Veruntamen deute.33. moyses dicit. dominus de sina venit & cum eo sanctorum milia, in dextera eius ignea lex &c̃. Si tamen nullibi alias inueniretur, iste psalmus sufficiens reddit testimonium ꝙ ibi fuerunt multa milia angelorum.

Ascendisti in excelsum. Expedita prima parte (declaratis.s.iis quæ paratus facere erat deus iusto populo) tractatur nunc secunda pars: declarando ea quæ etiam de facto peccante populo deus fecit. Et quoniã secunda ista pars proposita fuit in principio psalmi in multis particulis, ideo ĩ hac executione multa tractantur. ¶ Et apostrophans propheta ad moysen dicit. Ascendisti in excelsum/in cacumẽ montis sinai, captiuasti captiuitatem. Ordine ꝓpostero scripta sunt hæc. nam prius captiuasti captiuitatem, & deinde ascendisti in excelsum. Et dicitur ad moysen captiuasti captiuitatem: quia captiuitatem filiorũ israel in egypto existentem/ad similitudinem captiuãtis eduxit. nam eduxit eos de seruitute ęgyptiaca quodãmodo violente: quia & in egypto filii israel murmurabant contra moysen volẽtẽ eos educere/exo.5. videat dominus & iudicet quoniam fetere fecisti sudorem nostrum coram pharaone: & ꝓbuisti ei gladium vt occideret nos. Et in egressu ex egypto super mare rubrum dixerunt. forsitan

non

non erant ſepulchra in egypto, ideo tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine/exo.14. Et rurſus exo.16. cur
ilduxiſtis nos in deſertū iſtud/vt occideretis oēm multitudinē fame, vtinā mortui eſſemus in terra ęgy
pti qñ ſedebamus ſup ollas carniū &c̄. Hęc enim teſtant̄ φ velut violēte eduxit eos de ſeruitute. & pro
ptera hic dicit̄ ad moyſen/captiuaſti captiuitatē. ¶ Accępiſti dona in adā .i. hoie. Effectus deſcribitur
ſubſecutus in monte ſinai, ad qd aſcēderit in excelſum .ſ. ad accipiēdū dona diuina in hoie. Aſcenden-
te enim moyſe in ſina/populus accępit legē: quę vicē maximoꝝ donoꝝ obtinet. Quāuis ēt cōputādo
legē pro vno dono/multa ēt dona acceperit: qm̄ tūc accępit donū regni & donū ſacerdotii in popu-
lo: vt ibidē patet. ¶ Et etiā rebelles ad habitādū dñm deū. Inter tot dona quę accępiſti a deo, accępi-
ſti ēt (ſed nō a deo) rebelles ad credēdū φ dñs deus habitaret in populo. Et hoc pluries. nā & in deſcen-
ſu ex mōte inuenit populū adoraſſe vitulū: & poſtea rebelles fuerūt deo/nolētes ꝑgredi in terrā ꝑmiſſio-
nis, diffidēdo de deo. ¶ Benedictus dñs. Poſt apoſtrophationē ad moyſen, gratias agit de donis quæ
moyſes accępit in populo. Benedictus dñs/bñdictiōe laudis, die die/oī die ſucceſſiue: qa onerabit deus
ſalutē noſtrā nobis/hoc eſt quia onus quod īponet nobis eſt onus ſalutis noſtrę. Onus enim legis di-
uinę nō eſt onus vanū aut tyrānicū, ſed eſt onus ſalutis nr̄ę nobis/hoc eſt ad vtilitatē noſtrā. Et futurū
onerabit reſpicit pręteritū accępiſti: & ponit̄ ad ſignificādā pſeuerātiam ſalutaris oneris diuinę legis.
¶ Ipſe deus. Declaraturus vindictā diuinā in rebelles/prius ꝑpoſitos (tn̄ rebelles habitauerūt ſiccita-
tē) dicit vtrunq̄/ſalutē ſcilicet & mortē ſubeſſe diuinę ptāti. Sed ip̄e deus nobis/tanq̄ ex ſeip̄o, eſt deus
ſalutibus/hoc eſt deus ad ſalutes noſtras: & deo dño/ſuppetūt, exitus .i. vię, morti/ad mortē ad occiden-
dū/ad mortificādū. Tn̄ deus vulnerabit caput inimicoꝝ ſuoꝝ/non vulnerabit caput iuſtoꝝ. Et dixit
hoc declarādo qūo deo dño cōueniūt vię ad mortē .ſ. ex crimine hoīum quo fiunt inimici deo. deus .n.
nō eſt prius vltor q̄ hō ſit pctōr. Verticē crinis/hoc eſt populi, pambulātis in peccatis ſuis. Et intendit
ad lrām φ deus nō puniuit totū populū ſignificatū per crines expāſos pp̄ magnā multitudinē: ſed pu
niuit caput: qm̄ puniuit maiores (qui .ſ. numerati fuerāt a .20. annis & ſupra) qui fuerūt rebelles. ¶ Du-
xit dñs. Declarat iſtā vulnerationē, afferēdo p̄cęptū dñi ſcriptū nu.14. & deute.1. Vtrobiq̄ .n. dixit deus.
reuertimini & abite in ſolitudinē per viā maris rubri. Hoc p̄cęptū hic deſcribit̄/explanādo terminum
a quo. De baſan faciā reuerti: qa ad lrām reuerſi ſunt ex refutata aggreſſione baſan. Hortabat̄ ſiqdē eos
moyſes vt aſcenderēt in mōtē amorręoꝝ, qui (vt ſuperius dictū eſt) eſt mōs hermon: & populus terri-
tus voce exploratoꝝ/diffidēs φ deus pro ſe pugnaret noluit. propterea iurauit deus φ nullus eoꝝ qui
numerati fuerāt intraret in terrā ꝑmiſſionis/exceptis ioſue & chaleb: & p̄cępit eis vt redirēt in deſertū
per viā maris rubri. Hoc enim hic ſignificat̄ dicēdo. De baſan faciā reuerti/populū rebellē: faciam in-
quā reuerti de ꝑfundis maris/hoc eſt per viā ꝑfundi maris rubri. ¶ Propterea. Voci dei recitatę adiun
git̄ vox ꝓphetę apoſtrophātis ad populū rebellē/tangēs effectū tunc ſubſecutū. Vt .n. apparet in locis
allegatis, populus audito p̄cępto diuino de reuerſione in ſolitudinem/dixit. peccauimus dño, aſcende-
mus & pugnabimus ſicut p̄cępit dñs noſter. Et nolēte dño/abſq̄ moyſe & arca dñi aſcēderūt in mōtē
cōtra amorręos: & cęſi ſūt iſraelitę ab amorręis. Hic effectus hic tāgit̄/dicēdo. Propterea/pp̄ rebellionē
tuā, tinges pedē tuū in ſanguine/fugiēdo a facie amorręoꝝ. Et dr̄ tingere pedē in ſanguine/ad ſignificā
dā fugā cruētā: qa cū cruore ſuo & ſuoꝝ fugiebāt. & linguā canū tuoꝝ/etiā tinges in ſanguine. nō ſolū
pedē tuū tiges ī ſanguine, ſed ēt linguā canū tuoꝝ. Et dixit hoc, ad denotādū viā ſanguie pfuſam/vſq̄
adeo φ canes lingerēt ſanguinē. Ab inimicis/amorręis, ab ip̄o. Exaggerādo apponit̄ ab ipſo/inimicos
ad ſignificādū ſanguinē effuſū ab inimicis tanq̄ ab ip̄o inimico/& nō ſolū more bellico. vt & affectus
inimicitiæ & vehemētia ſeuiētiū ſignificet̄. dicit̄ .n. deute.1. φ amorręi tūc pſecuti ſūt iſraelitas quēad-
modū faciūt apes. Ita φ litera eſt ſic ordināda. Tinges pedē tuū & linguā canū tuoꝝ in ſanguine/tuo,
ab inimicis .i. fuſo ab inimicis, appoſitiue ab ipſo/inimico. Aſcenderūt .n. iſraelitę ad pugnā cōtra vo-
luntatē dei: & ꝑpterea ꝑpeſſi ſunt inimicos quantū potuerūt. ¶ Viderūt. Deſcripta punitione popu
li per reuerſionē in deſertū (ex qua morati ſunt ibi vſq̄ ad .40. annū) deſcribit mō ꝓpha diuina bñficia
poſt .40. annū valde ſummarie. Viderūt greſſus tuos deus. Appellant̄ greſſus dei opera dei in tranſitu
iordanis & in debellatione tot regnoꝝ: quę manifeſte ad ſenſum viderūt eſſe opa dei. Greſſus dei mei
regis mei/hoc eſt nō ſolū tanq̄ dei ſed tanq̄ regis (viderūt enim in opibus illis deū tanq̄ regem populi
ꝓgrediētē ad debellādū hoſtes/ad accipiēdū poſſeſſionē terrę ꝑmiſſionis) ī ſanctitate/magnifice mō-
ſtrata tot miraculis. Pręuenerūt cantores. Trāſit ꝓpheta ad diuina bñficia tēpore iudicū & ſaulis. Vbi
aduerte φ hæc particula inchoāda eſſet ab illa clauſula/p̄cępit deus fortitudinē tuā: & ſubiūgendū in
eccleſiis benedicite: & poſtea pręuenerūt: & demū ibi beniamin. Intēdit enim canere φ quia deus poſt
antiqua beneficia tēpore moyſi & ioſue/p̄cępit pluries fieri & eſſe fortitudinem/robur/potentiam po-
puli iſrael, ideo cantandum in huiuſmodi victoriis eſt deo. ¶ Vbi ſcito φ propheta ſicut ſummarie
tetigit beneficia diuina tempore ioſue (dicendo viderunt greſſus tuos &c̄.) ita ſummarie tangit mo-
do bñficia diuina tpe iudicū & ſaulis in victoriis ſeu triūphis principum populi qui pugnauerunt ꝓ
eis. Deſcribit .n. beneficia illa dicendo. pręcępit deus tuus fortitudinem tuam. alloquitur enim popu-
lum, commemorando φ pluries pręcępit pręcępto efficaci (efficax ſiquidē pręcęptū dei eſt efficere)

fortitudinē tuā/potētiam tuā contra inimicos: Ita ꝙ principes tui triumpharunt. triūphus siquidē seu
gratulabūda lętitia victorię/describiť dicēdo ꝑuenerunt principes. Declarať enim hmōi lętitia ex hoc
ꝙ pręcedentibus sonatoribus variis musicis instrumētis/principes velut triūphantes in medio iuuen
cularū pulsantiū in cymbalis (hoc est iuuēculis hinc & inde ex vtraq; parte vię pulsantibus cymbala)
ꝑuenerūt/hoc est ante exercitū & populum ierūt. Hic est effectus pręcęptę fortitudinis a deo. Vñ lite
ra sic est glosanda. Principes post sonatores, pręuenerūt exercitum & populum in medio iuuencularū
cymbalizantium. Vsq; siquidem hodie iuuenculę vtuntur cymbalis in festiuis gaudiis: & ordo hmōi
lętitiarum vt dictum est seruatur. nam ꝑost tibicines & varia genera musicorū princeps antecedit ma
gnates reliquos & comitantē populum: & mulieres hinc & inde ouātes in viis gratulanť. ¶ Et aduerte
ꝙ ex hoc ipso ꝙ describunť principes sic triūphare/significať tēpus iudicum. nam neq; tempore moy/
si neq; tēpore iosue leguntur vnq̄ pꝛincipes triumphasse: sed tempore iudicū inchoauit mos iste apud
hebręos. ℭ In ecclesiis benedicite. Monet propheta referendas hmōi lętitias in diuinam laudem. Et
explicans quos alloquitur/subdit. de vena israel. O vos de vena israel benedicite deum dominum in ec
clesiis/in cōuentibus/in cōgregationibus istarum victoriarum seu triumphorū. Et appellat eos de ve/
na israel, quia alloquitur in genere singulas tribus israel. Acsi aperte dixisset. de quacunq; vena israel si/
tis, benedicite deū in huiusmodi ecclesiis. Et vsus est hoc modo loquendi: quia tēpore iudicū ex incer/
ta tribu erat pꝛiceps. nam modo erat ex vna tribu & modo ex alia. ¶ Ibi/in huiusmodi triūphis, benia/
min paruulus/minimus inter fratres suos, dominās eis. Describiť tribus beniamin dominās israelitis/
quia primus rex israelitarū fuit de tribu beniamin, saul. s. vt patet. 1. reg. 9. qui pluries triūphauit. Princi
pes iuda adunatio eorū. Fit specialis mētio principū tribus iudę in illis tēporibus: quia principes tri/
bus iudę fuerunt principium & finis illius temporis. & officium eorum dicitur cōgregare alios. Et ve/
re sic fuit. nā vt patet iudi. 1. post mortē iosue cōsuluerunt filii israel dominū dicētes. quis ascēdet ante
nos & erit dux belli? dixitq; dominus/iudas ascēdat. Tēpore quoq; saulis dauid de tribu iuda, & trium
phauit quū mulieres cantauerunt/saul ꝑcussit mille & dauid decē milia in milibus suis. 1. reg. 18. & edu
cebat & reducebat israel: vt diciť. 2. reg. 5. Principes zabulon principes nepthalim. Fit spālis mentio ha
rum duarum tribuū/quia istę duę tribus fuerūt primę in huiusmodi laudibus diuinis. nam tēpore del
bore & barac inueniť primū laudatus deus in canticis victorię. in qua (vt in eodē cantico reprehen
sis multis aliis dicitur) zabulon & nepthalim obtulerūt animas suas morti in regiōe moromę/iudi. 5.
Quia enim a triumphis principum referendis in diuinam laudem describit ꝓpheta tēpus illud, pat
fuit vt spālem mentionē faceret illarū tribuū quę incœperunt hmōi lętitiam in diuinam laudem.

Roboza deus. Post beneficia diuina vsq; ad tēpus saul/subiūgit bñficia diuina tēpore dauidis. Qui
quum esset autor psalmi seipsum non nominat, sed diuina beneficia tpis sui tangit a beneficio templi
super hierusalē. hoc enim constat non fuisse anteq̄ dauid esset rex israel. ¶ Sed aduerte ꝙ tripliciter da/
uid tangit hęc beneficia. Primū deprecatiue. secundo prophetice. et tertio gratias agendo. Deprecan
do autem petit duo. nec petit hęc absolute, sed petit mediante templo. Vnde initium petitionis est. A
templo tuo sup hierusalē/hoc est mediante templo tuo qđ elegisti sup hierusalē, robora hoc quod ope
ratus es nobis. Hęc est prima petitio. Vbi aduerte ꝙ templū adhuc nō erat ędificatum: sed dauid ab
ędificādo templo petit cōfirmari cœpta. intēdens ꝙ ꝓpter tantū beneficiū tuū quo elegisti templum
sup hierusalē, da robur firmitatis & augmenti beneficiis cœptis. Quod nihil aliud est q̄ petere ꝙ deus
magnificet templū/augēdo ex meritis diuini cultus ibidē bñficia inchoata. Quę nō aliter explicanť,
nisi ꝙ dicitur quod opatus es nobis: vt cōprehēdať totū quod deus opatus est dauidi & populo. Deus
enim nō est opatus nisi bonū. & tpe dauidis magnū bonū operatus est: qm̄ exaltauit & ipm & populū
israel valde. Apte aūt petit robora: qa vsq; illud tempus nullius stirpis nulliusq; tribus principatus fue
rat firmatus a deo. Acsi aperte diceret. hactenus de qualibet vena israel fuerūt principes, robora de cę/
tero quod cœpisti a templo tuo super hierusalem. ex electione enim templi in hierusalem, significatur
& exaltatio dauidicę stirpis in regno/& exaltatio diuini cultus ibidē/& magnificatio populi. Hęc nāq;
omnia erant inchoata a deo: & ex electo cultu solenni in templo super hierusalem/firmanda & consū/
manda. ¶ Tibi portabunt reges munus. Fructus petitionis explicať. Significatur enim per hoc ꝙ nō
frustra petit a deo roborari quod fecit. nam sequeť iste fructus ꝙ tibi/deo, portabūt munus reges: hoc
est si magnificaueris mediante cultu templi tui bonū qđ cœpisti in nobis, reges successiue populi tui
offerent in templo tuo munera. ℭ Increpa bestiam. Secunda petitio est debellatio inimicorum. Ita ꝙ
vbi primo petiit robur boni concessi populo, modo petit repulsionem inimicorum. Significanť au/
tem inimici per bestiā arundinis/cōgregationē fortium in vitulis populorum calcantem in frustis ar
genti: vt ex hoc ꝙ est bestia/feritas significetur. Ex hoc vero ꝙ habitat in arundineto/significatur tum
difficultas pręualendi cōtra eam: difficilius siquidem est ꝑualere contra feras in paludibus arundinū
habitantes q̄ cōtra feras habitātes in syluis. & propter huiusmodi difficultatem petit a deo ꝙ ipse in/
crepet illam. tanq̄ diceret/nos nō valemus. Tum vanitas. arundines enim sunt res valde leues, facileq;
vento agitanť. Et ꝓpterea bestia arundinis describiť tanq̄ bestia habitās in leuitatibus glorię famę &

honoris huius mundi.Et ad hoc puto ad literam appositam esse metaphoram arsidinis. Ita ꝙ bestia
hęc describitur primo a vanitate glorię. deinde a fortitudine virū & magnitudine/dicendo cōgrega/
tionē fortium:& multitudine/dicendo in vitulis populorum. tertio ab affluētia diuitiarum dicendo
calcantem in frustis argenti. Tanq̄ bestia calcet loca crustata laminis argenteis/vt abūdet tantum ar/
gento ꝙ etiam pauimenta faciat argentea:hoc est ꝙ est potens oīa sibi subiicere & quasi sub pedibus
ponere ex multitudine diuitiarum.Increpa ergo bestiā habitantem in vanitate glorię/robustam viri/
bus & multitudine/& tam diuitem vt possit omnia calcare.¶ Dispersit. Explicat rationem petitionis
huius secundę esse/quoniam istę bestiæ bella volent aduersus populum dei.Hæc enim ratio significa/
tur dicendo.dispersit populos bella volent.i.qui bella volent.Et tertia persona significata per dispersit
est templum.& pręteritum dispersit/appositum est relatiue ad futurum subiungendū/venient pingues
ex ægypto.Et est sensus.Increpa bestiam &c̄.quia quando templum tuum dispersit populos qui bella
volent/venient pingues ex ægypto.Fructus enim increpationis & dispersionis significatur aduentus
magnatum ex ęgypto/& similiter velox oblatio ex æthiopia ad diuinum cultum. Et intendit ad lite/
ram ꝙ deo mediante cultu templi sui dispergente hostes inuadentes populum dei,& ægyptii & ęthio
pes venient ad adorandum deum in hierusalem. Et intendit per ægyptum & ęthiopiam vniuersas na
tiones.Nec est dubium hoc adimpletum fuisse:quum legamus in actibus apo.8.ca.ꝙ vir æthiops eu
nuchus potens candacis reginę ęthiopum venerat adorare in hierusalem.Similia eum multa prius
accīdisse credendum est/q̄uis non sint scripta:quum etiam factum istius æthiopis non fuisset scriptū,
nisi occasione baptismi in reuersione suscępti.

¶Regna terrę.Post petitiones subditur prophetia.Prophetat enim dauid ꝙ ex cultu in templo ędifi/
cando deus dabit manifestam fortitudinem/ita vt regna mundi cantent domino.quod est explicare
euentum fructus prius descripti de ęgypto & ęthiopia. Equitanti in coelis coelorum principio. Acsi
aperte dicat.Cantate nō nouo aut ficto deo,sed illi qui a principio ęquitat in coelis coelorum/mouet
ad similitudinem æquitantis(hoc est per intellectum & voluntatem) coelos coelorum/hoc est supre/
mum coelum seu omnes coelos.Pōt enim per coelos coelorum intelligi supremum coelum continens
alios:& possunt oīa coelestia corpora significari per coelos coelorum/ad denotandam multitudinem
continentium & contentorum.Ecce(demonstrat rationem quare debeāt laudare deum)dabit/deus,
in voce sua/in sensibili & manifesto signo,vocem fortitudinis/potētię & roboris nostri & cōtra aduer/
sarios.¶ Date fortitudinē deo/recognoscite potētiam/fortitudinem esse a deo:quia super israel excellē/
tia eius/dei,& fortitudo/potētia,eius in coelis. Vbi duo simul dicit:& excellētiam dei apparentē super
populum israel,& potentiam eius apparentē in coelis inferioribus:hoc est in nubibus.Ad literā siqui
dē ędificato tēplo apparuit gloria dñi in nube in die introductionis arcę in tēplū : vt patet.3.reg.8.&.2.
parali.5.¶ Terribilis deus.Gratiarūactio demū subiūgit/dicēdo.Bñdictus deus/bñdictione laudis,qa
terribilis deus a sanctuariis tuis/fuisti/es & eris.Et dicit a sanctuariis ꝓpter multa sanctuaria q̄ successi
ue fuerunt:scilicet tabernaculum quod fecit moyses/& tabernaculū quod fecit dauid/& arcā dñi in di/
uersis locis/& demum templū.in quibus oībus deus exhibuit se terribilem cōtra hostes. Deus israel tu
ipse dans fortitudinem & robora populo/tuo.& repete a sanctuariis tuis:ita ꝙ vtrunq; beneficium re/
cognosco a sanctuariis tuis.Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶Victori pro liliis dauid. LXVIII.

SAluum me fac deus:qm̄ intrauerunt aquę usq; ad animam meam.
Infixus sum in limo profundi:& non est substantia.
Veni in altitudinem maris:& tempestas demersit me.
Laboraui clamans:raucę factę sunt fauces meę,defecerunt oculi mei dū
spero in deum meum.
Multiplicati sunt super capillos capitis mei:qui oderunt me gratis.
Confortati sunt qui ꝑsecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tūc exoluebā.
Deus tu scis insipientiam meam:& delicta mea a te non sunt abscondita.
Non erubescant in me qui expectant te domine:domine uirtutum.
Non confundantur super me:qui quęrunt te deus israel.
Quoniam propter te sustinui opprobrium:operuit confusio faciem meam.
Extraneus factus sum fratribus meis:& peregrinus filiis matris meę.
Q m̄ zelus domus tuę comedit me:& opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt sup me.
Et operui in ieiunio animam meam:& factum est in opprobrium mihi.

Et posuit uestimentum meum cilicium:& factus sum illis in parabolam.
Aduersum me loquebant̃ qui sedebant in porta:& in me psallebant qui bibebãt uinũ.
Ego uero orationem meam ad te domine:tempus beneplaciti deus.
In multitudine misericordię tuę exaudi me:in ueritate salutis tuę.
Eripe me de luto ut non infigar:libera me ab iis qui oderũt me & de profundis aquarum.
Non me demergat tempestas aquę/neq̃ absorbeat me profundum:neq̃ urgeat super me puteus os suum.
Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua:sm̃ multitudinẽ miserationum tuarum respice in me.
Et ne auertas faciem tuam a puero tuo:quoniam tribulor/uelociter exaudi me.
Intende animę meę & libera eam:propter inimicos meos eripe me.
Tu scis improperium meum:& confusionem meam & reuerentiam meam.
In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor meum & miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur & non fuit:& qui consolaretur & non inueni.
Et dederunt in escam meam fel:& in siti mea potauerũt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum:& in retributionem & in scandalum.
Obscurentur oculi eorum ne uideant:& dorsum eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuam:& furor irę tuę comprehendat eos.
Fiat habitatio eorũ deserta:& in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
Quoniam quẽ tu percussisti persecuti sunt:& super dolorẽ uulnerũ meorũ addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorũ:& non intrent in iustitiam tuam.
Deleantur de libro uiuentium:& cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper & dolens:salus tua deus suscępit me.
Laudabo nomen dei cum cantico:& magnificabo eum in laude.
Et placebit deo super uitulum nouellum:cornua producentem & ungulas.
Videant pauperes & lętentur:quęrite deum & uiuet anima uestra.
Quoniam exaudiuit pauperes dominus:& uinctos suos non despexit.
Laudent illum cœli & terra:mare & omnia reptilia in eis.
Quoniam deus saluam faciet sion:& ędificabuntur ciuitates iudę.
Et inhabitabunt ibi:& hereditate acquirent eam.
Et semen seruorum eius possidebit eam:& qui diligũt nomen eius habitabunt in ea.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Vincenti sup liliis dauidi. LXIX.

† dñi 1 Propheta. SAlua me deus†:quoniam uenerunt aquę usq̃ animam.
2 Immersus sum in limo profundi/& non [est] subsistentia:ueni in profunditates aquarum & unda lauit me.
3 Laborau in uocare meo/aruit guttur meum:consumpti sunt oculi mei sperando ad
† deo meo deum meum†.
4 Multiplicati sunt super capillos capitis mei osores mei sine causa,roborati sunt successores mei/inimici mei falso:quę non rapui tunc reddam.
† dñs † stultitię meę 5 Deus† tu scisti stultitiam meam† [nulla]:& culpę meę [q̃ nulle sunt] a te non sunt abscondite.
† dñi mei 6 Non confundentur in me expectantes te domine† deus exercituum:non erubescent in me quęrentes te deus israel.

7 Quia super te portaui uituperium:operuit confusio facies meas.
8 Alienatus fui fratribus meis:& alienus filiis matris meę.
9 Quia zelus domus tuæ comedit me:& opprobria exprobrantium tibi/ceciderunt su-
per me.
10 Et fleui in ieiunio animam meam:& fuit in opprobria mihi.
11 Et dedi uestimentum meum saccum:& fui eis prouerbio.
12 Loquentur in me sessores portę:& modulationes bibentium siceram.
13 Et ego/oratio mea tibi dñe, tēpus est beneplaciti:deus † in multitudine gratię tuæ respō- † dei
de mihi in ueritate salutis tuę.
14 Libera me de luto & non mergar : liberabor ab osoribus meis & de profundis aquarū.
15 Non lauabit me unda aquarum/& non absorbebit me profunditas:& non obturabit
super me puteus os suum.
16 Responde mihi domine:quoniam bona est gratia tua, ſm multitudinē misericordia-
rum tuarum uertere ad me.
17 Et ne abscondefacies tuas a seruo tuo:quoniam angustia mihi est/cito responde mihi.
18 Approxima ad animam meam/redime eam:propter inimicos meos redime me.
19 Tu cognouisti opprobrium meum/& confusionem meam/& ignominiam meam:co-
ram te omnes hostes mei.
20 Opprobrium rupit cor meum & langui:& expectaui ad condolendum/& non fuit,& con-
solatores/& non inueni.
21 Et dederunt in escam meam fel:& siti meę potauerunt me aceto.
22 Erit mensa eorum faciebus ipsorum laqueo:& retributionibus/offendiculo.
23 Obscurabuntur oculi eorum a uidendo:& lumbos eorum continue fac labi.
24 Effunde super eos indignationē tuā:& ira furoris tui assequetur eos.
25 Erit palatium eorum desolatum:in tentoriis eorum non erit sedens.
26 Quoniam tu quem percussisti persecuti sunt:& ad dolorem occisorū tuorum narrabūt.
27 Da iniquitatem super iniquitatem eorum:& non uenient in iustitia tua.
28 Delebuntur de libro uiuorum:& cum iustis non scribentur.
29 Et ego pauper & dolens sum:salus tua deus † exaltabit me. † dei
30 Laudabo nomen dei † in cantico:& magnificabo eum in confessione. † deorum
31 Et placebit dño † super bouem taurum:cornificantem & ungulificantem.
32 Viderunt humiles & lętabuntur:quęrentes deum † & uiuet cor uestrum. † deos
33 Quoniam audiens ad mendicos dominus:& uinctos suos non despexit.
34 Laudabunt eum cœli & terra:maria & omne reptans in eis.
35 Quia deus † saluabit sion & ædificabit ciuitates iuda:& habitabunt ibi & hæredita- † dei
bunt eam.
36 Et semen seruorum eius possidebunt eam:& diligentes nomen eius habitabunt in ea.

Titulus est. Vincenti super liliis dauidi. Aiunt lilia nomen esse instrumenti musici. Quod si instru-
menti nomen non est, intelligimus per lilia christum & ecclesiam significari. nam de seipso chri-
stus dicit:ego flos campi & lilium conuallium. Et de ecclesia dicit:sicut lilium inter spinas, sic amica
mea inter filias. ¶ Vtrouis modo sit, ex multis sacræ scripturę autoritatibus materia psalmi habetur.

nam saluator noster ioan. 15. affert de seipso illam huius psalmi particulam, odio habuerunt me gratis, dicens. vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Discipuli quoq; christi intellexerunt de christo aliam huius psalmi particulam: dicente euangelista ioanne 2. cap. recordati sunt vero discipuli eius quia scriptum est, zelus domus tuæ comedit me. Paulus apostolus ad ro. 15. aliam huius psalmi particulam de christo exponit, dicens. Etenim christus non sibi placuit: sed sicut scriptum est, improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Paulus item ad ro. xi. affert alia huius psalmi verba dicta de iudęis in sua infidelitate obstinatis, dicens. Et dauid dixit. fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in captionem & in scandalum & in retributionem illis: obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. ¶ Ex quibus apparet ꝙ materia psalmi ad literam est christus patiens, positus in ruinam & in resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur; vt facile decursus psalmi iuxta inductas autoritates testatur.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Christus patiens recurrit ad deum pro salute resurrectionis: proponendo hinc tum multitudinem ac robur persecutorum suorum, tum multitudinem ac magnitudinem iniuriarum, eiectionis, opprobrii, confusionis, ignominię, irrisionis &c. inde vero tum innocentiam suam, tum merita diuini zeli, volitanę passionis, ieiunii, fletus, sacci, orationis. Et consequenter prędicit & poenas multiplices persecutorum & exaltationem suam, cum sacrificio cōfessionis, cum vita ac lętitia humilium, cum totius vniuersi gratiarum actione pro salute generis humani.

¶ Persona loquens propheta est in persona messię patientis.

Salua me deus. Diuiditur psalmus in duas partes: propositiuam materię, & executiuam, ibi deus tu scisti. ¶ Proponitur in primis christus patiens sub metaphora hominis periclitantis in aqua. Vbi primo describit seipsum periclitātem in aquis sic ꝙ agitur de periculo vitę. Salua me deus, quoniam venerunt aquę vsq; animam. i. vitam, suffocandam. Deinde dearticulat rationes periculorum. Prima est ex parte fundi. Immersus sum in limo profundi, & non substantia, est: hoc est in fundo aquę non possum firmare pedes quia limus non subsistit. Altera est. Veni in profunditates aquarum, & vnda lauit me. Periculum hoc est ex superficie aquarum. in quo congregantur duo mala: scilicet profunditas aquarum, & impetus vndarum seu illuuiei. Effectus autem ponitur lauit me: hoc est cooperuit me. aqua enim quantum lauat tantum cooperit. ¶ Laboraui in vocare meo. Sub alia metaphora describitur christus patiens: scilicet sub specie hominis patientis & clamantis opem petendo ad deum. Laboraui in vocare meo, clamando, vocando auxilium, aruit guttur meum, pręnimio clamore: consumpti sunt oculi mei suspiciendo & sperando ad deum meum. In quo dilatio auxilii cum magnitudine spei describitur. ¶ Multiplicati sunt. Post propositam passionem christi sub metaphoris, proponitur eadem sub proprietate verborum. Multiplicati sunt super capillos capitis mei (modus loquendi est ad significandum sine numero) osores mei sine causa, sine aliqua offensa, sine aliqua culpa: nec solum multiplicati sed roborati sunt succisores mei, succisores vitæ meæ, inimici mei, non iudices sed inimici, falso, hoc est falsa impositione imponentes mihi falsa: puta ꝙ se faciebat filium dei, ꝙ erat seductor populi &c. quæ non rapui tunc reddam. Ecce probatio falsitatis: quia quę non rapui, tanq̄ raptor, tunc, quando exercebunt hęc sua odia, reddam. Sermo est metaphoricus: assimilans christum homini qui soluit tanq̄ raptor quę non rapuit. Et intendit ad literam ꝙ patietur & satisfaciet pro iis ad quę non tenebatur, pro peccatis quę non commisit, pro debitis nō suis sed alienis. Hęc sunt quę proponuntur.

¶ Deus tu scisti. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, quæ non rapui &c. Secundo illa, immersus sum in limo &c. ibi deus in multitudine gratiæ tuæ. Tertio illa, laboraui, ibi responde mihi domine. Quarto illa, quoniam venerunt aquę, simul cum illa roborati sunt, ibi tu cognouisti opprobrium meum. Quinto illa, salua me deus, ibi & ego pauper & dolens. ¶ Circa illam particulam, quę non rapui tunc reddam, duo tractantur: scilicet innocentia a culpa & meritum. ex his enim duobus apparet & ꝙ non offendit & ꝙ satisfecit. Deus tu scisti stultitiam meam, & culpę meę a te non sunt abscondite. Innocentia ab vtroq; peccati genere (scilicet tam ex parte intellectus q̄ ex parte affectus) describitur, afferendo deum in testem. tu scisti stultitiam meam, nullam esse, q̄uis tractatus sim vt stultus ab herode, a pilato, a pontificibus: & culpę meę, mihi impositę, ꝙ sim seductor, ambiens regnum &c. a te non sunt absconditę, ꝙ nulle sunt. Vtitur sermone truncato more hominum afflictorum: propterea siquidem non explicat negatiuas. Sic enim consueuimus afflicti alloq; scientes inocentiā nostrā. tu scis proditiones meas, versutias meas. intendendo ꝙ tu scis falsa hæc esse. ¶ Non confundentur in me. Siue deprecatiue siue prophetice futura hęc intelligantur, descripta innocentia describitur satisfactio, sed prius satisfactionis fructus: scilicet ꝙ electi non scandalizabuntur videndo messiam satisfacere vt malefactorem. Non confundentur in me, velut stulto & iniquo, expectantes te, fide & spe, domine deus exercituum: non erubescent in me quęrētes, opere, te deus

israel. Quia super te. Ecce satisfactio: quia non super me/non propter mea demerita/sed super te/amore tui/prędicando te/portaui/voluntarie/vituperium: operuit confusio facies meas/voluntarie sustuli confusionem coram. Alienatus fui fratribus meis/iudęis: & alienus filiis matris meę/synagogę. Nam iudęi conspirauerant vt siquis fateretur ipsum esse christum/extra synagogam fieret. & samaritanum ipsum dicebant. nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu? Hęc enim sunt quę alienauerunt/hoc est ob quę alienus reputabar a iudęis. Et vsq; in hodiernum diē christus alienus habetur a iudęis. Quas tamen iniurias pro salute nostra disposuit sufferre. ¶ Quia zelus domus tuę. Descripta innocentia cum satisfactione ei annexa/describitur meritum multiplex cum multiplici perpessione satisfactoria. Primum meritum. Zelus domus dei/hoc est amor impatiens sacrilegiorum in domum dei/comedit me/tantus vt corrodat/consumat animum meum. ¶ Et opprobria. Secundum meritum electio est iniuriarum propriarum/non quorūcunq; sed exprobrantium tibi/iniuriātium tibi deus. Vbi duo intellige. Alterum ꝙ ratio iniuriarum propriarum est iniuria contra deum. Alterum ꝙ vehemētes elegit iniurias: vtpote ab iis qui non verentur iniuriam inferre deo: multo enim magis & maiores audebunt mihi inferre iniurias. Ceciderunt super me/sorte non casuali sed electoria. Est enim sermo de casu sicut cecidit sors super matthiam: sequendo expositionem pauli apostoli ad ro. 15. exponētis hūc textū ꝙ christus non placuit sibi. Quod directe infert affirmatiuam/ꝙ elegit complacere sibi in opprobriis exprobrantium deo: hoc est elegit pro portione sua pati opprobria ab iis qui etiam deo dicunt contumeliam/& non elegit delectabilia/vtilia aut honorabilia mundi huius pro sorte sua. ¶ Et fleui in ieiunio. Tertium meritum est voluntarius luctus in fletu/ieiunio & cilicio. Et fleui/ecce primum/in ieiunio/ecce secundum/animam meam/vitam meam duxi in fletu & ieiunio: & fuit in opprobria mihi/scilicet flere & ieiunare. Et dedi vestimentum meum saccum/ecce tertium: & fui eis prouerbio. Nota hic ꝙ ad literam per fletum/ieiunium & saccum intelligitur abiecta luctuosa & multiplicis patientię plena vita christi: descripta a similitudine hominum in luctu poenitentię/antiquo more in sacco & ieiunio & fletu. Quāuis ad literam constet christum ieiunasse & fleuisse. Sed literalis sensus est quem diximus. Similiter nota ꝙ huiusmodi vitam christi datam esse opprobrio/& versam eē in parabolā seu prouerbium/verificatur ad literam tempore passionis christi: pro quāto cum sceleratis deputato/tota vita eius data est opprobrio. Et irrisio sacerdotum &c̄. verificat vitam christi versam in parabolam: hoc est in irrisionem. Cum hoc tamen potuit esse ꝙ prouerbium aliquod derisorium exortum fuerit inter iudęos de christo. ¶ Loquētur in me. Duo simul exequitur. nam & declarat apud quos versus est in prouerbium: & declarat illam particulam in principio propositam/scilicet multiplicati sunt super capillos capitis mei. Et intendit ꝙ cuiusq; ordinis homines a supremo vsq; ad infimum obloquuti sunt de eo. Comprehendit autem omnes hominum ordines ab extremis/explicando scilicet duo extrema: vt ex his intelligamus quoq; media. Sessores portę. ecce supremus ordo. Principum enim erat & magnatum sedere in porta ciuitatis: vt pluries patet in scriptura. Et modulationes bibentium scerā. ecce infimus ordo. nam vilissimi homines sunt qui cantant bibendo siceram. i. poculum quod pōt inebriare. Vel scerā expressit/ad denotandum vilissimos: vtpote viliores iis qui cātant ad potum vini. ¶ Et ego oratio mea. Quartum meritum est orationis. Et potes dupliciter literā legere. Primo sic. Et ego/oppositis officiis vaco: nam vaco orationi. & tūc sequitur. oratio mea tibi domine. Vel & ego ipse sum oratio mea tibi: quia totum quod sum/sum oratio. quod constat in christo verificari. Tēpus/est/beneplaciti/diuini in genere humano. tunc enim sibi reconciliauit genus humanum per christum.

Deus in multitudine gratię. Tractatur hic illa particula/immersus sum in limo profundi &c̄. recurrendo ad deum pro liberatione/exponendo metaphoram. Deus in multitudine gratię tuę responde mihi/opere/in veritate salutis tuę. Libera me de luto & non mergar/liberabor ab osoribus meis. Ecce lutum/osores mei. Nec solum de luto/sed & de profundis aquarum: dixerat enim superius/veni in profunditates aquarum. Non lauabit me vnda aquarum & non absorbebit me profunditas. Significant hęc futura efficaciam diuinę opis: prophetant & effectum futurum in veritate salutis diuinę. ¶ Vbi nota quęstionem suboriri ex hoc loco circa veritatem. nam superius descripsit se imersum luto/similiter lotū vnda: nunc aūt dicit nō mergar luto & nō lauabor vnda. Soluitur aūt/quantū ad metaphorā qdē ꝙ imersus erat luto & ablutus vnda inchoatiue: nō mersus aūt & nō ablutus cōsūmate. Quantū ad rē vero qa fuit p mortē mersus & opertus odiis & ꝑsecutionibus iudęoꝝ: sed qa nō mansit in morte/sed resuscitatus est & liberatus a morte/ideo est in veritate salutis diuinę liberatus a luto & ab aquis. Et ppterea subdit. & nō absorbuit me ꝓfunditas/velut mortuū submersum permansurum in morte. Et adhuc clarius explicatur. Et nō obturabit super me puteus/mortis/os suum/sicut obturat super alios mortuos: quia intra triduum inde exibo.

Responde mihi. Tractatur hic illa particula/laboraui in vocare meo: supplicando vt respōdeat/vertat se/mōstret faciē &c̄. Respōde mihi/laborāti vocādo te/dn̄e. qm̄ bona/hoc est bn̄fica est oībus/gratia tua: sm̄ multitudinem misericordiarum tuarum/quibus velut condoles compatiendo miseriis/verte

re ad me/resuscitando qui velut auersus a me vis me pati. Et ne abscōde facies tuas/plenas gratiarum, a seruo tuo/qui velut absconditas tenes tempore passionis: quoniam angustia mihi/est mortis, cito/ infra triduum, responde mihi/opere resuscitationis. Approxima ad animam meam/existentem in inferno, redime eam/de penalitate separationis a corpore. propter inimicos meos/incredulos iudęos custodientes sepulchrum meum, redime me/de morte ad vitam immortalem: vt non insolent/vt conuincantur ꝙ vere resurrexi.

Tu cognouisti. Tractatur hic illa particula/quoniam venerunt aquę vsq; animam, simul cum altera expositioa metaphorę/roborati sunt soccisores mei. Quod enim metaphorice significat venire aquas vsq; animam/hoc explicat roborari soccisores vitę suę. Et propterea simul tractantur diffuseq; dupliciter. Prius quantum ad id in quo pręualuerunt. Secundo quantum ad eorum poenam/ibi erit mensa eorum. ¶ Describit ergo pręualentes inimicos. Tu cognouisti opprobrium meum/quo probri accusatus/damnatus &c. sum, & confusionem meam/in tot irrisionibus, & ignominiam meam/in tot iniuriis: cognouisti quidem quia coram te omnes hostes mei/sunt manifesti/q̄uis apud homines pallient se iustos. Opprobrium/tantum est, ꝙ rupit cor meum & langui. Intendit per hæc ad literam ꝙ christus tristatus est intus in animo de iniuriis sibi illatis: ne putares in christo animum fictum a stoicis/sine tristitia/timore & huiusmodi. Vnde & ipse dixit/tristis est anima mea vsq; ad mortem. & marcus euangelista dicit ꝙ coepit pauere & tedere. Fuerunt autem in animo christi huiusmodi propassiones non paruę: quoniam permittebat vnicuiq; parti animi exequi officium suum, totum tamē s̄m rationem rectissimam. Et expectaui ad condolendum & non/hoc est nullus fuit condolens mihi: per quod exaggeratur passio. & similiter consolatores/expectaui/hoc est ad modum expectantis fui, & non inueni. Nullus apostolus/nullus discipulus/nulla persona legitur condoluisse aut consolationis aliquid attulisse. Et quo ad consolationem quidem non eget glosa. Quo ad condolentiam autem glosandum est ꝙ nullus condoluit christo vt christo, sed tanq̄ viro probo patienti. Sic enim mulieres lamentabantur eū quibus dixit. filie hierusalē nolite flere &c. Sic enim maria magdalena & ioannes euāgelista stabant iuxta crucem/ proculdubio condolentes sed non vt christo. Vnde de seipso ioannes dicit ꝙ in die resurrectionis vidit & credidit. Et mariam magdalenam cōstat perdidisse fidem ex eo ꝙ etiam resuscitatum credebat sublatum. Nec obstat textui ꝙ beata virgo perfecte ei condoluit vt christo & filio dei: quoniam vna exceptio non falsificat sermonem vniuersalem in materia morali. ¶ Et dederunt in escam meam fel, & siti meę potauerunt me aceto. Ad literam dederunt christo crucifixo dicenti sitio/potum aceti in spongia. fel autem anteq̄ crucifigeretur dederunt ei mixtum vino: vt patet matthęi. 27. ¶ Sed tunc est locus quęstioni: quia fel non est datum ei in escam sed in potum. Soluitur autem: quia potus ille dabatur crucifigendis loco escę confortatiuę/sicut infantes accipiunt lac loco escę: & egrotantes valde/stillatis & liquoribus nutriuntur. Vnde vina illa credimus fuisse aromatica, tanq̄ escas conuenientissimas crucifigendis ad confortationem. In potu huiusmodi autem velut esca danda christo crucifigendo/loco aromatum appositum est fel. Vnde vere dicitur. & dederunt in escam meam/conuenientem mihi crucifigendo, fel; & dicente me sitio/potauerunt me aceto.

Erit mensa eorum. Prophetatur poena iudęorum qui roborati sunt contra christum. Et prophetatur triplex poena. Prima mentis circa sacram scripturam. Quod ideo dico: quia paulus apostolus ad ro. xi. affert hunc textum de cęcitate iudęorum circa credenda. ¶ Sub metaphora ergo mensę/sacra scriptura mensa fidei iudęorum significatur. & ideo sub mensę nomine propheta eam introduxit vt continuaret mensam mensę. Ipsi mihi parauerunt mensam fellis & aceti, propterea erit mēsa eorum/qua pasci debent, faciebus eorum laqueo: detinentur enim vsq; hodie iudęi capti & vincti scriptura sacra/ vt non sint liberi ad credendum. & retributionibus/quia hoc merentur, offendiculo/ad cadendum a rectitudine fidei. Obscurabuntur oculi/mentis, eorum a videndo/veritatem contentam in scripturis: & lumbos eorum/affectus eorum pressos onere peccatorum, continue fac labi/ tanq̄ minus valentes portare onus. Hęc de poenis mētis erga sacram scripturam. ¶ Effunde super eos. Prophetatur poena temporalis excidii hierosolimitani per romanos postmodum facti. Effunde/copiose funde, super eos/iudęos, indignationem tuam/iustitiam tuam: & ira furoris tui/vindicta iustitię tuę, assequetur eos/perueniet ad eos. Erit palatium eorum desolatum. per quod describitur desolatus principatus eorum. In tentoriis eoꝝ nō erit sedens. in quo describitur desolatio populi. Vtrunq; timebat caiphas. ne forte veniāt romani & tollant locū nostrū/quo ad primum, & gentem/quo ad secundum. ¶ Quoniā tu quem percussisti persecuti sunt. Ecce ratio poenarum. quia persecuti sunt illum qui nulla ex parte/nulla rōne percutiēdus erat nisi quia tu deus percussisti/percutere voluisti. In quo significatur oīmoda chr̄i innocētia & diuina ordinatio de passione chr̄i non pro eius demeritis: quia propter scelus populi mei percussi eū. Et ad dolorē occisoꝝ tuoꝝ narrabunt. Perseuerantia persecutionis iudaicę in christum prophetatur ꝙ non solum persecuti sunt ipsum, sed narrabunt posteris continuandā persecutionē in chr̄ianos. hoc est. n. narrare ad dolorem occisoꝝ tuoꝝ, nō vt occisi doleant sed vt dolendo sint occisi. Quod fecerunt

in stephano/iacobo &c̃. Haec de poena excidii hierosolymitani. ¶ Da iniquitatem. Prophetatur continuus lapsus reproborum iudęorum cum poena aeterna. Da iniquitatem super iniquitatem eorum/labentur de crimine in crimen:& non venient in iustitia tua/quae est iustitia fidei/iustitia gratiae s̃m electionem. Attribuitur autem hoc deo/dicendo da:quia dat subtrahendo gratiam. quod vocatur dare permissiue. ¶ Delebuntur de libro viuorum,& cum iustis nõ scribẽtur. In libro vitę quidam sunt scripti s̃m p̃sentẽ iustitiã:qui quñ peccant delenẽ de libro vitę.et propterea hic dr̃/delebunẽ de libro uiuorũ. Quidã aũt sunt scripti s̃m prędestinationẽ.& hi nunq̃ delenẽ de libro vitę. Et ppea hic dr̃/& cũ iustis nõ scribenẽ:appellans scripturã p̃destinationis scriptionẽ iustorũ. Per quod significaẽ ęterna damnatio iudęorum. Et per primum significatur casus illorum qui erant s̃m pręsentem iustitiam iusti/q tamen postea non adhęserunt christianę fidei.

Et ego pauper & dolens. Tractatur hic illa particula/salua me deus:declarãdo magnitudinem gratię diuinę in saluando ipsum/tali ordine. Primum ponitur ipsa magnitudo salutis. Et ego pauper/rebus,& dolens/corpore & animo:& tamen salus/non humana,sed tua deus exaltabit me/ resuscitando ad immortalem vitam/ad regnum ęternum. ¶ Deinde ponitur triplex effectus huius salutis. Primus est. Laudabo nomen dei in cantico,& magnificabo eum in confessione/fidei. Haec duo officia instituit christus in ecclesia sua:scilicet magnificare deum in confessione fidei & laudare nomen dei. Et placebit deo super bouem tauum,cornificantem & vngulificantem:hoc est placebit deo institutio nouę ecclesię ad magnificandum & laudandum deum/plus q̃ sacrificium bouis masculi iuuenculi ita q tunc producat cornua & vngulas:hoc est plus q̃ omnia sacrificia veteris legis.ab hoc enim vno optimo sacrificio reliqua significauit. ¶ Viderunt humiles. Post effectum primum qui spectat ad honorẽ dei/describitur secundus effectus spectans ad bonum electorum:scilicet viuere & lętari. Viderunt humiles/corde salutem resurrectionis christi:& inde lętabuntur. Quęrentes deum. Apostrophat ad quęrentes quae dei sunt. Quęrentes deum/vidistis christi salutem,& viuet cor vestrum. Quoniam audiẽs ad mendicos dominus,& vinctos suos non despexit:hoc est quia apud deum non est acceptio personarum,sed attendit auribus suis ad preces mẽdicorum,quantumcunq pauperũ & miserorũ:nec despexit liberare vinctos suos/& vinculis peccati & vinculis corporeis. ¶ Laudabunt ipsũ coeli. Tertius effectus communis est toti vniuerso. Laudabunt ipsum/ modo suo/scilicet sicut materia laudis,coeli & terra,maria & omne reptans in eis/hoc est & omne animal in eis. Quia deus saluabit sion.ecce ratio vniuersalis gaudii.& ędificabit ciuitates iuda. Hoc ad literam non intelligitur de terrestri sion & terrestribus ciuitatibus iuda:vt patet ex eo q tam parua res non esset digna materia gaudii non solum totius orbis sed totius vniuersi. Sed ad literam intelligitur de sion spirituali & spiritualibus ciuitatibus iuda in primo aduentu mesiae ędificatis/ saluando & construendo ecclesiam vniuersalem : in secundo autem aduentu perficiet in coelesti sion. Et habitabunt ibi/in spirituali sion & ciuitatibus iuda in cultu & confessione dei:& hęreditabunt eam. Differentia habitantium discernitur. Tanq̃ diceret. cõmune erit omnibus christianis q habitabunt ibi:proprium autem erit semini seruorum eius diligentium nomen eius hęreditare/possidere/& habitare in sion. Et hęreditabunt/hęreditario iure acquirent,eam/sion. Et semen seruorum eius/fide & opere,possidebunt eam/sion.non prodesset hęreditas nisi possideretur. Et iidem diligentes nomen eius/non gloriam propriam,habitabunt in ea/sion. Domus hęreditaria & possessa,parum prodest nisi etiã habitetur. Per quę omnia significat quod dicit apostolus.hęredes quidem dei/cohęredes autem christi. ¶ Vbi etiam aduerte q non dicitur q hęreditabũt aut possidebunt eam filii iacob aut aliquid huiusmodi,sed quod est cõmune omnibus gentibus : scilicet semen seruorum eius (in christo iesu per euangelium ego vos genui inquit apostolus)& diligentes nomen eius. vt intelligas q de spirituali salute spiritualis sion & indę loquitur. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori dauid ad recordandum. LXIX.

DEus in adiutorium meum intende : domine ad adiuuandum me festina.
Confundantur & reuereantur:qui quęrunt animam meam.
Auertantur retrorsum & erubescant:qui uolunt mihi mala.
Auertantur statim erubescentes:qui dicunt mihi euge euge.
Exultent & lętentur in te omnes qui quęrunt te:& dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.
Ego uero egenus & pauper sum:deus adiuua me.
Adiutor meus & liberator meus es tu:domine ne moreris.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti dauidi ad memorandum.

†dij 1 Propheta. DEus† ad liberandũ me: domine ad adiutorium meum festina.
2 Confundentur & erubescẽt querentes animæ meæ: conuertentur re/
tro & erubescent uolentes mali mei.
3 Reuertentur super uestigio confusionis suę: dicentes heah heah.
4 Exultabunt & lętabuntur in te omnes quęrentes te: & dicẽt continue. Vox amantiũ.
†dij magnificabitur deus†. Propheta. amantes salutis tuę.
†dij †mihi 5 Et ego pauper & mendicus, deus† festina ad me†: auxiliũ meum & liberator meus tu, do/
mine ne morare.

TItulus est. Vincenti dauidi ad memorandũ: hoc est ad reuocandum in memoriã tum lapsum, tũ poenam, tum liberationem. ¶ Materia quippe psalmi est recursus dauidis fugientis a facie absalon ad deum pro celeri liberatione. Constat.n. dauidẽ esse autorem psalmi, & quæ de seipso dicit verificari in illa persecutione & in nulla alia: nam nullibi legitur fuisse ei insultatum nisi tunc a semei. Et quia negocium illud habuit lapsum dauidis in adulterium & homicidium pro causa meritoria, & fuit poena illius excessus, & affuit diuina liberatio, ideo in titulo appositum est ad recordandum vt de cætero caueret sibi. Et quoniam persona hæc directe petit celeritatẽ auxilii, cõsequẽs est vt intelligamus psalmũ istũ spectare ad illud tẽpus quo dauid vel certificatus erat a deo ꝙ se adiuturus erat & ppterea solicitat vt acceleret, vel constitutus erat in magna indigentia & ppterea petit vt acceleret. Horum duorum primũ nõ constat ex sacra scriptura. quãuis ex eo ꝙ dauid. 2. reg. 18. pręcepit principibus exercitus sui vt seruarẽt sibi absalon, appareat ꝙ expectabat victoriã: quum tñ absalon haberet fere totũ regnum: hoc enim est signum ꝙ dauid reuelatione habita hunc psalmum fecit. Secundũ autẽ certissimum esse constat. tũ quia dauid in maximo fuit periculo ex consilio achitophel vt patet. 2. reg. 17. tum quia si res protracta esset in lõgum, quum absalon totum fere regnum haberet, & dauid pauper esset, paulatim desertus remansisset dauid sicut tempore saulis. ¶ Et aduerte ꝙ psalmus iste continetur in psalmo. 40. scilicet expectando expectaui dominũ. nam ab illo versiculo, cõplaceat tibi domine vt eruas me domine ad adiuuandum me festina, vsque ad finem nihil aliud est q̃ psalmus iste. 70. Vter autem eorum prius editus fuerit, nescitur. Nec inconuenit diuersam esse materiam istius psalmi & illius particulæ: quoniã eisdem verbis in diuersis locis licuit prophetæ vti modo in persona christi, modo in persona propria.

¶SVMMARIVM EST.

¶ Dauid fugiens absalon, petit a deo vt festinet ad se liberandum, vt iusti magnificent deum & exultent in deo: festinet inquã tum quia ipse dauid depauperatus est, tum quia solius dei est liberare ipm.
¶ Persona loquens propheta est.

DEus ad liberandum. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuã materiæ, & executiuã, ibi cõfundẽtur. ¶ Proponit vnum. s. ꝙ deus festinet ad adiutorium suũ, nõ qualecũque sed liberatiuũ ipsius. Ita ꝙ tria hæc subordinate petita integram efficiunt petitionẽ: quia liberatio subalternatur adiutorio & adiutorium festinationi. sic enim clare sonat textus. Deus ad liberandum me: hic est vltimus effectus. domine ad adiutorium meum: hic est medius effectus. festina: hoc est primum.

Confundentur & erubescent. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, ad liberãdum. Secundo illa, ad adiutorium meum, ibi exultabunt. Tertio illa, festina, ibi & ego. ¶ Tractatur liberatio, primo ab iis qui se exercent ad hoc vt occidatur. Cõfundentur & erubescẽt. Proposuit deprecatiue: exequitur tñ indicatiuo futuro, si fecit hunc psalmum certificatus ꝙ exaudiendus erat, ppheteans fructus orationis suæ ex diuina ope. Alioquin futura hæc interptãda sunt depcatiue. Ita ꝙ quia solius indicatiui futurum habent hebręi, eodem futuro vtantur quandoque indicatiue, quandoque depcatiue. & esset sensus. Confundẽtur pro cõfundantur, erubescent pro erubescant, & sic de reliquis, quærentes ope, animam meam, vitã meam tollere: conuertentur retro & erubescent volentes mali mei. Illi opere quærunt, isti animo volunt. Reuertentur super vestigio confusionis suæ, hoc est in signum confusionis suæ. vestigium quippe pro signo testante confusionem eorum positum est, ad similitudinem vestigii testantis figuram pedis. Et intendit ꝙ ipsa reuersio sit signum confusionis eorum. Dicentes, supple mihi, heah heah. Licet solus semei legatur insultasse dauidi quũ fugeret timens absalon (egredere egredere vir sanguinũ, ecce pmunt te mala tua &c. 2. reg. 16.) verisimile tamẽ est ꝙ multi alii absentes similiter insultarent. Posset tamen numerus pluralis pro singulari intelligi.

Exultabunt & lętabuntur. Tractatur hic illa particula, ad adiutorium meum, ex parte fructus desiderati & promissi. Tum quo ad quærentes quæ dei sunt. exultabunt & lętabuntur in te omnes quærentes te. Tum quo ad diligentes. & dicent continue amantes salutis tuæ, magnificabitur

deus.¶ Nota ſanctam dauidis intentionem/ſupplicando promittẽtem ꝙ beneficium diuini adiutorii erit in exultationẽ iuſtorũ & diuinã laudẽ. Aperit.n.intẽtionem ſuam.ſ.ꝙ deo ipſum adiuuante ad redeundum in regnum/ſic efficiẽt ꝙ iuſti lętabuntur & laudabunt deum. Quod & opere compleuit: quia ordinauit ędificationẽ templi & diſpoſitionẽ diuini cultus/& vacauit pijs operibus &c̃.

¶ Et ego pauper. Tractatur hic illa particula/feſtina. Et tractatur vtrinq̃.ſ.& ex parte ſui. Et ego paup/ fugiens enim indigebat neceſſariis,& mẽdicus/hoc eſt ex ſtatu proſperitatis lapſus in paupertatem. hoc enim ſignificat dictio hebraica,quod mendici nomine interpretes ſignificant. Quia talis ego ſum,deus feſtina ad me. In hebręo habetur mihi.¶ Et ex parte dei. Auxiliũ meũ & liberator meus tu: hoc eſt in nullo ſpero niſi in te/tuum eſt auxiliari & liberare. Fugiens enim & remittens arcam domini dixerat.·ſi inuenero gratiam in oculis domini/reducet me:ſi autem dixerit mihi non places,preſto ſum,faciat quod bonum eſt corã ſe.2.reg.15. Itaq̃ dñe ne morare/ accelera auxiliũ ad liberãdũ. Amẽ.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Pſalmus. LXX.

IN te domine ſperaui non confundar in ęternum:in iuſtitia tua libera me & eripe me.
Inclina ad me aurem tuam:& ſalua me.
Eſto mihi in deum protectorem & in locum munitũ:ut ſaluũ me facias.
Quoniam firmamentum meum & refugium meus es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris:& de manu contra legem agentis & iniqui.
Quoniam tu es patientia mea domine:domine ſpes mea à iuuentute mea.
In te confirmatus ſum ex utero:de uentre matris meæ tu es protector meus.
In te cantatio mea ſemper:tanq̃ prodigium factus ſum multis,& tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude:ut cantem gloriam tuam,tota die magnitudinem tuam.
Ne proiicias me in tempore ſenectutis:cum defecerit uirtus mea ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei mihi:& qui cuſtodiebant animam meam conſilium fecerunt in unum.
Dicentes, deus dereliquit eum: perſequimini & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat.
Deus ne elongeris a me:deus meus in auxilium meum reſpice.
Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ:operiantur confuſione & pudore:qui quęrunt mala mihi.
Ego autem ſemper ſperabo:& adiiciam ſuper omnem laudem tuam.
Os meum annunciabit iuſtitiam tuam:tota diè ſalutare tuum.
Quoniam non cognoui literaturam introibo in potentias domini:domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.
Deus docuiſti me a iuuentute mea:& uſq̃ nunc pronunciabo mirabilia tua.
Et uſq̃ in ſenectam & ſenium:deus ne derelinquas me.
Donec annunciem brachium tuum:generationi omni quæ uentura eſt.
Potẽtiã tuã & iuſtitiã tuã deus uſq̃ in altiſſima quę feciſti magnalia:deꝰ quis ſimilis tibi?
Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas:& conuerſus uiuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.
Multiplicaſti magnificentiam tuam:& conuerſus conſolatus es me.
Nam & ego confitebor tibi in uaſis pſalmi ueritatem tuam deus:pſallam tibi in cithara ſanctus iſrael.
Exultabunt labia mea cum cantauero tibi:& anima mea quam redemiſti.
Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam:cum confuſi & reueriti fuerint qui quęrunt mala mihi.

¶IVXTA HEBRÆVM.

1 IN te domine speraui:non confundar ęterno.
2 Propheta In iustitia tua eripies me & liberabis me:iclia ad me aurē tuā/& salua me.
3 Esto mihi forti habitaculo ad ueniendum iugiter:pręcępisti ad saluandum me,quia pe
tra mea & arx mea tu.
4 Deus meus salua me de manu impii:& de palma torquentis & uiolenti.
† dñi mei 5 Quia tu spes mea:domine† deus fiducia mea a pueritiis meis.
6 Super te sustentatus sum ex utero/de uisceribus matris meę tu eductor meus:in te laus
mea continue.
7 Tanq̃ miraculum fui multis:& tu spes mea fortitudo.
8 Implebitur os meum laude tua:tota die gloria tuā.
† tpi 9 Ne proiice me in tēpore† senectutis:sicut deficiente potentia mea ne derelinque me.
10 Quia dixerunt inimici mei mihi:& obseruatores aię meę consiliati sunt simul.
† dij 11 Dicendo. Vox consilii. deus† dereliquit eum:persequimini & comprehendite eum/
quia non liberans.
† dij 12 Propheta. Deus† ne elongare a me:deus meus ad auxilium meum festina.
13 Confundentur & consumentur aduersantes animæ meæ:amicientur uituperio & eru
bescentia quęrentes malum meū.
14 Et ego iugiter expectabo:& adiiciam super omnem laudem tuam.
15 Os meum narrabit iustitiā tuā/tota die salutē tuā:quia non cognoui numeros.
† dñor meor 16 Veniam in fortitudinibus domini† dei:recordabor iustitię tuę/solius tui.
† dij 17 Deus† docuisti me:a pueritiis meis & usq; nunc annunciabo separata tua.
† dij 18 Et etiam usq; senectutem & decrepitam etatē deus† ne derelinque me:donec annunciabo
brachium tuum generationi omni que ueniet,fortitudinem tuam.
† dij † dij 19 Et iustitiam tuam deus† usq; excelsum: et quę fecisti magna,deus† quis sicut tu?
20 Qui fecisti uidere nos āgustias mltas & malas:reuerteris et uiuificabis nos,& facies ascēdere nos de abyssis
terrę reuerteris/facies ascendere nos.
21 Multiplicabis magnitudinem meā & uerteris: et consolaberis me.
22 Etiam ego confitebor te in uase uiolę:ueritatem tuam deus meus cantabo tibi in cithara/
sancte israelis.
23 Laudabunt labia mea:quoniam cantabo tibi/& anima mea quā redemisti.
24 Etiam lingua mea tota die loquetur iustitiam tuam:quoniam confusi sunt/quoniam
dehonestati sunt quęrentes malum meum.

TItulus nullus ē.Materiā psalmi oportet ex ipso accipe.Et qa autor psalmi credit dauid/& q̄cūq; de seipso dicit verificant de ipso,cōseques ē vt psalm⁹ ad lrām tractet de dauide.Et qm̄ versus senectutē prę se fert se fuisse tpe istius psalmi/cōferēdo nonū versiculū cū pręcedentibus/& cōsiliū achitophel introducitur in versiculis.10.&.11.ideo psalmus iste nō quācūq; dauidis tribulationem sed illam quam perpessus est in fuga a facie absalon/ad literam tractat.

¶SVMMARIVM EST.

¶David ī psecutiōe ab absalon recurrit ad deū/ex sua in deū cōiunctiōe ab vtero m fis/aucta cōtinue diuinis beneficiis/& sua in deo spe,vt nō derelinquat se nūc senectutis tēpore:vt cōfusis psecutoribus ipse iuxta cœpta a pueritia vacet diuinis laudibus quas a deo didicit,annūciando potētiā/iustitiam/fortitudinē/punitiones/gratias &c̄.dei vsq; in decrepitam ętatē.Seq; exaudiendum simul affirmat.

¶ Persona loquens propheta est.

In te domine speraui. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiae, & executiuam, ibi, praecepisti. ¶ Proponit tria. Primo spem suam cum duplici effectu. In te, non in me, non in homine, domine speraui. haec est spes. Non confundar aeterno. hic est primus effectus: hoc est non priuabor assecutione speratę rei tandem, quamuis ad tempus priuer illa. In iustitia tua eripies me & liberabis me, Secundus effectus ē. deus in hac tua iusta punitiōe quā exerces per absalon ob demerita mea, facies me euadere a morte & restitues gradui pristino. Vterq; effectus prophetice scribitur, non deprecatiue. ¶ Secundo proponit supplicationem pro salute. Inclina ad me aurem tuam. Humano more alloquitur deum tanq̄ in excelso positum, ad quem vox supplicantis non potest pertingere nisi audiens inclinet aurem. Et intendit petere flexionem rigoris iustitię diuinę: sciens ꝙ non meretur saluari, sed perdere regnum & vitam propter crimina homicidii & adulterii. Et salua me, a persecutione absalon. ¶ Tertio proponit supplicationem alteram. Esto mihi forti habitaculo ad veniendum iugiter. Deiectus a Sion, a domo domini, supplicat vt non solum saluet se: sed decętero sit sibi deus tanq̄ habitaculum forte ex quo non eiciatur, ad hunc effectum vt continue dauid veniat ad laudandum deum in conspectu arcę dei.

Praecepisti ad saluandum me. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, in te domine speraui. Secundo illa, inclina ad me aurem tuam & salua me, ibi ne proiice. Tertio illa, esto mihi &c̄. ibi & ego iugiter. Quarto illa, in iustitia tua, ibi & iustitiam tuam deus. Quinto illa, nō cōfundar aeterno, ibi etiam ego cōfitebor te. ¶ Tractando spem suā in deo, inchoat a capite suę spei. Pręcępisti, mediāte samuele ordinasti olim, ad saluandum me, salutē meam: quia petra mea & arx mea tu. hinc scio ꝙ ordinasti saluare me quia expertus sum te mihi velut arcē meam, non qualemcūq; sed, super petram firmatam: expertus quippe hoc fuerat in omnibus persecutionibus a saule & in multis bellis. Deus meus salua me, fac me euadere, de manu impii, absalon: & de palma torquentis & violēti. Tria crimina absalon tanguntur. impietas in patrem. tortio, hoc est iniquum studium ad peruertēdū populum: vt patet in historia. 2. reg. & violentia, qua cum exercitu molitus est debellare regem. Quia tu spes mea. ideo salua me, quia tu solus spes mea: non nouiter, sed tu deus domine fiducia mea a pueritiis meis. puer enim vnctus est a samuele in regem: & ex tunc directus est spiritus domini in dauid. 1. reg. 16. ¶ Super te sustentatus sum ex vtero, de visceribus matris meę tu eductor meus. Cōmemorat diuina beneficia sibi collata anteq̄ posset spem suam ponere in deo: vt ostendat ꝙ etiam ex beneficiis naturalium donorum causam habeat sperādi in deo. Vel fiduciā suā i deo cōmemorat sibi inatā, & velut cōgenitā secum creuisse: eo loquēdi modo quo in psalmo. 58. de quibusdam dicit. alienati sunt a vulua, errauerūt ab vtero. Ita ꝙ sicut illi dicuntur iniqui ex vtero matris suę, quia semper fuerūt iniqui & ad iniquitatē proni, ita iste dicit se ex vtero matris innixum deo, & eductum de vtero matris ad hoc. s. ad sperandū in deo. Vnde & subdit. in te laus mea continue, semper gloriatus sum in te. ¶ Tanq̄ miraculum fui multis. Puer seu adolescens dauid interfecit vrsum & leonē, interfecit goliath gigantem, vicit sepe philisteos: & post mirabiles euasiones de manu saulis obtinuit regnum, habuit tot victorias cōtra syros, idumęos &c̄. Et propterea dicit. tanq̄ portētum seu miraculū fui multis, vt ex pastore ouium sic tam excelsus tot pręclaris facinoribus emerserim: & tu spes mea, fortitudo: hoc est & in his omnibus semper tu fuisti tum mea spes tum mea fortitudo. ¶ Implebitur os meū laude tua, tota die gloria tua. haec nō vsquequaq; īgrato affectu cōmemoro: sed propter tot beneficia os meum totum occupabitur laudibus tuis, glorificando te.

Ne proiice me. Tractatur hic illa particula, inclina ad me aurē tuam & salua me. Vbi narrauit spem suam in deo ex vtero matris suę, cum tot fortiter gestis deo efficiente, consequenter supplicat vt nolit se modo in senectutis etate derelinquere, sed continuare velit coepta. erat enim dauid fugiens ab absalon iam senex. Quod ex duobus accipitur. Primum ex eo ꝙ ista fuga fuit post tot bella, post superatam syriam, subactos ammonitas &c̄. vt patet ex eo ꝙ fuit per multos annos post adulteriū cū bethsabee, quod cōmissum est existente ioab in vltimo bello contra ammonitas: vtpote contra ciuitatem regiā ammonitarum. Nā dauid genuit ex bethsabee quattuor filios & vnā filiam vltra illum conceptum ex adulterio, mortuum infra septimum diem sine nomine: vt patet. 1. parali. 3. Et etiam ex eo ꝙ dauid occiso absalon nec suas cognouit vxores aut concubinas nec aliam duxit: hoc siquidem est signum senectutis. dormiebat enim solus: & propterea inuenerunt abisach sunamitem &c. vt patet in historia regum. ¶ Ne proiice me, quem tātopere protexisti, in tempore senectutis: sicut deficiente potentia mea, naturali, ne derelinque me. In hebręo habetur in datiuo tempori: sed congruitas mutauit addita ꝑpositione in. Sicut deficiente. Aduerte hic ꝙ vbi interp̄tes posuerūt deficiente, dictio hebraica significat cōpletionem qua complentur successiua. & quia completio successiuorum est deficientia eorundē (quū enim completur dies tunc deficit) ideo interp̄tes deficientiam transtulerunt. caremus siquidem verbo actiuo seu neutro significante huiusmodi completionem intransitiue. Sicut deficiente potentia mea. Multiplicat loca, prius ab ętate senili: modo a defectu virium supplicat. Milites quorum vires sunt

consumptę/relinquuntur tanq̃ inutiles. Et ad hoc alludens ait. ne derelinque me sicut deficiente potẽtia mea/hoc est tanq̃ militem cõsumptis viribus eius. ¶ Quia dixerunt inimici mei/achitophel & seniores cum absalon, mihi/hoc est contra me: & obseruatores animæ meę .i. vitę meę in malum, consiliati sunt simul. Dicendo/hæc scilicet. deus dereliquit eum/propter crimina eius/non adiuuat eum amplius vt experientia testatur: persequimini & cõprehẽdite eũ. Secũdi reg. 17. dixit achitophel. eligã mihi 12. milia virorum & persequar dauid hac nocte & percutiam eum. Quia non liberãs. dauid quippe lapsus est & solutis manibus &c̃. vt ibi subditur. Ideo deus ne elongare a me/esto mecum: deus meus ad auxilium meum festina/opus est celeritate ad occurrendum tali consilio. Et fuit exauditus/consulente cusi oppositum. Confundentur & consumentur aduersantes animæ meę. Prophetat exauditionem. Vtrunq; fuit verum. nam & confusi sunt ab expectatione sua/& consumpti sunt. achitophel quidem suspẽdio proprio, absalon lanceis, & exercitus armis ioab. Amiciẽtur vituperio & erubescẽtia quęrẽtes malũ meũ. fuerũt .n. velut erubescẽtia & vituperio vestiti omnes qui quęsierant malum dauidi.

Et ego iugiter expectabo. Tractatur hic illa particula/esto mihi forti habitaculo ad veniendum iugiter. Tractatur autem promittendo diuinas laudes. Et ego iugiter expectabo/deum firma spe: & adiiciam super omnem laudem tuam/nunq̃ desinam addere laudem laudi. Os meum narrabit iustitiam tuam/non meam sed qua me punis: tota die/continue, salutẽ tuã/qua me saluabis: q̃a nõ cognoui numeros. Per numeros intelligit sciãs humanas. quas noĩat a numeris, vel q̃a sub nũeris tradebant̃ antiquitus sciẽ: primaq; sciarũ erat mathematica cuius caput est arithmetica de numeris. Vel q̃a exacta cognitio rerũ cognitio nũerorũ dicit̃. dicimus .n. oẽs numeros phię vel metaphysicę &c̃. Intẽdit itaq; ꝓpħa dicere se nescire subtilitates humanarũ sciarũ/priẽ phię/& alia huiusmodi: & hinc reddere rõnem quare nõ ꝑmittit laudare deũ cũ hmõi subtilitatibus. ¶ Sed veniam in fortitudinibus dñi dei: hoc est in potẽter gestis a dño deo veniã ad laudandũ, ex iis quæ potẽter gessit cõtra pharaonẽ/cõtra amorrę os/& reliquis cõtẽtis in sacra scriptura spectãtibus ad potẽtiã dei: vt sunt creatio cœli & terræ/& similia. Recordabor iustitię tuę. nõ solũ laudabo potẽtiã tuã sed etiã iustitiam quã exercuisti in primos parẽtes/in primũ homicidã/in diluuio generis humani &c̃. Solius tui. & breuiter laudabo te solũ/nesciẽs subtilitates sciẽtiarũ. ¶ Deus docuisti me. Si quęris vnde scis o dauid fortitudines dñi/iustitiã dei/ solũq; deũ, quũ nõ vacaueris nisi aut ouibus aut militiæ! Ecce r̃nsio. Deus docuisti me/ipse deus fuit doctor interius illuminando. Vnde .2. reg. 23. dicit ipse dauid. deus israel mihi locutus est sicut lux auroræ oriẽte sole mane absq; nubibus rutilat &c̃. ¶ A pueritiis meis & vsq; nunc annũciabo sẽpata tua. Fructus doctrinę qua me docuisti/est q; ex tunc (scilicet a pueritia mea) proposui. annunciabo sẽpata/occulta & mirabilia tua, & vsq; nunc in eodem perseuero proposito. Futurum enim annunciabo/respicit ꝑteritum docuisti. Et etiam vsq; senectutẽ & decrepitam/supple ętatẽ, deus ne derelique me: donec annunciabo brachiũ tuum/potẽtiam tuã, generationi omni quę veniet, fortitudinem tuam/exercitium brachii tui. more humano loquitur de potentia dei & operibus illius. ¶ Nota hinc haberi duo. Alterũ q; dauid loq̃tur de annũciatione per psalmos. nã annunciatio eius per solã vocẽ nõ se extendit ad oẽm venturã: sed annũciatio scripta in psalmis extẽdit se ad oẽm generationẽ. Alterum q; dauid incœpit huiusmodi annũciationẽ per psalmos a pueritia sua: alioquin nõ dixisset. a pueritiis meis & vsq; nunc annũciabo sẽpata tua. vtroq; siq̃dẽ modo annũciauit diuina a pueritia. Legit̃ .n. 1. reg. 17. q; dauid adhuc puer laudes diuinas annunciabat dicens. dominus qui eripuit me de manu leonis. & rursus. q̃s est iste philistęus incircũcisus qui ausus est maledicere exercitui dei viuentis! In quo clare apparet annũciatio vocalis diuinę laudis. annũciatio aũt per psalmos ex contextu istius literę conii̇citur.

Et iustitiam tuam deus vsq; excelsum. Tractatur hic illa particula/in iustitia tua eripies me & liberabis me/cõtinuãdo annũcianda. Nõ solũ annũciabo brachium & fortitudinem, sed iustitiam tuam/qua me punis & simul punies persecutores meos, laudabo vsq; excelsum/vsq; ad summũ: vtpote q̃ nec mea nec persecutorũ meorũ crimina impunita relinquis. quæ fecisti magna: hoc est annũciabo res magnas quas fecisti/quæ sunt sparsę per scripturã. quis sicut tu! & annunciabo q; non est similis tui. Qui fecisti videre nos angustias multas & malas/in hac persecutione. & hæc est iustitia. reuertens/placidus, viuificabis nos/q̃ iã sumus mortificati: & de abyssis terræ reuerteris, facies ascendere nos. Ordina literam sic. reuerteris, & de abyssis terræ facies ascendere nos. Bis dicit reuerteris. semel ad viuificandum, & iterum ad eleuandum ex imo ad regnum: deiecti enim erant. ¶ Multiplicabis/augebis, magnitudinem meam & verteris, consolaberis me. Tertio repetit verteris ad consolandum specialiter ipsum dauidem/& augendum magnitudinem eius: vt rei probauit euentus. Vnde litera esset sic ordinanda. Verteris, multiplicabis magnitudinem meam & consolaberis me. parum prodesset augeri magnitudinem nisi adesset consolatio.

Etiam ego confitebor te. Tractatur hic illa pticula/nõ cõfundar æterno: ꝓdicendo cũ cõfusione inimicorũ se in sono/cantu & meditatione palã laudaturũ deũ. Etiã ego cõfitebor te/laudabo nõ meas vires sed te, i vase violę/hoc ẽ in sono violę: veritatẽ tuã deus meus cãtabo tibi/q̃ verax i sermone tuo regnum mihi firmasti, in cithara sancte israelis. Sicut appellatur deus israelis ita appellatur sanctus

ſraelis:quia apud iſrael colitur ſanctus/hoc eſt eleuatus ab omni imperfectione. Laudabũt/te canẽdo,labia mea/non ſolum inſtrumẽtis muſicis violę & citharę ſed labiis propriis letit iam mõſtrabo: quoniam cantabo tibi,& anima mea quam redemiſti. Etiam lingua mea tota die loquetur iuſtitiam tuam.& anima mea laudabit/quam redemiſti fere de morte ad vitam:etiam lingua mea ex meditatione loquetur/non pręceps/non temere/non garrule,tota die iuſtitiam tuam/quam exercuiſti in perſecutores meos:quia confuſi ſunt/non aſſequentes intentum,quia de honeſtati ſunt/multis turpibus quę ibi interuenerunt:vt achitophel ſuſpendio,abſalon impietate/tantis inceſtibus & ſuſpendio per cũnes &c̃.quęrentes malum meum/malũ deiectionis a regno & a vita.Amen.

VVLGATA EDITIO. Salomoni pſalmus. LXXI.

DEus iudicium tuum regi da:& iuſtitiam tuam filio regis.
Iudicare populum tuum in iuſtitia:& pauperes tuos in iudicio.
Suſcipiant montes pacem populo:& colles iuſtitiam.
Iudicabit pauperes populi & ſaluos faciet filios pauperum:& humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum ſole & ante lunam:in generatione & generationem.
Deſcendet ſicut pluuia in uellus:& ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.
Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis:donec auferatur luna.
Et dominabitur a mari uſq; ad mare:& a flumine uſq; ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident ęthiopes:& inimici eius terram lingent.
Reges tharſis & inſulę munera offerent:reges arabum & ſaba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes reges:omnes gentes ſeruient ei.
Quia liberabit pauperem a potente:& pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi & inopi:& animas pauperum ſaluas faciet.
Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum:& honorabile nomen eorũ coram illo.
Et uiuet & dabitur ei de auro arabię:& adorabũt de ipſo ſemper,tota die benedicẽt ei.
Erit firmamentum in terra in ſummis montium: ſuper extolletur ſuper libanum fructus eius,& florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ.
Sit nomen eius benedictum in ſecula:ante ſolem permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ:omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus dominus deus iſrael:qui facit mirabilia ſolus.
Et bñdictũ nomẽ maieſtatis eius i æternũ,& replebit maieſtate eius ois terra:fiat fiat.

Complete ſunt orationes dauid filii ieſſe.

IVXTA HEBRÆVM. Salomoni. LXXII.

1 DEus iudicia tua regi da:& iuſtitiam tuam filio regis.
2 prophetaIudicabit populun tuum in iuſtitia:& pauperes tuos in iudicio.
3 Portabunt montes pacem populo & colles:in iuſtitia.
4 Iudicabit pauperes populi/ſaluabit filios mendici:& conteret calũniatorem.
5 Timebunt te cum ſolę & faciebus lunę:generatio generationum.
6 Deſcendet uelut pluuia ſuper tonſam:uelut imbrium gutta terræ.
7 Florebit in diebus eius iuſtus:& multitudo pacis uſq; non erit luna.
8 Et dominabitur a mari uſq; mare:& a flumine uſq; terminos terræ.
9 Faciebus eius genuflectent eremitę:& inimici eius puluerem lingent.
10 Reges tharſis & inſularum munus reddent:reges ſceua & ſeua donum offerent.
11 Et curuabunt ſe illi omnes reges:omnes gentes ſeruient ei.
12 Quia eruet mendicum a diuite/& pauperẽ:& cui non adiutor ipſi eſt.

13 Miserebitur super paupere & mendico:& animas mendicorum saluabit.
14 A dolo & ab iniquitate redimet animā eorum:& preciosus sanguis eoꝝ in oculis eius.
popula popula populi
15 Et uiuet/& dabit ei de auro sceua/& orabit pro eo cōtinue:tota die benedicet eū.
16 Erit uola tritici in terra in capite montium:collidetur sicut libani fructus eius/& germi-
nabunt de ciuitate sicut herba terrę.
17 Erit nomen eius ęterno/faciebus solis filiabitur nomen eius:& benedicētur in eo om-
et
nes gentes/ beatificabunt eum.
18 Benedictus dominus deus deus israelis:faciens separata solus ipse.
19 Et bñdictū nomē honoris ei⁹ sépiterno:& iplebit honor ei⁹ uniuersā terrā.amē & amē.

Complete sunt orationes dauidis filij isai.

TItulus est.Salomoni.Vbi aduerte ꝙ salomon non significatur autor psalmi: quoniā ex rubrica subiuncta in fine istius psalmi constat autorē psalmi huius esse dauidem. subditur siquidē rubrica talis.complete sunt orationes dauidis filii isai.Nisi enim dauid fuisset autor istius psalmi/ non fuisset in fine eiūs rubrica talis apposita.Est itaq; dauid autor psalmi. ¶ Nota secundo ꝙ salomon nō est hoc in loco nomen proprium sed appellatiuū.ita ꝙ nō significat illū dauidis filium qui olim ędificauit templū/qui vocatus est rex salomon:sed est epitheton mesię.appellatiue siquidē sumitur/ ac si dictum fuisset pacifico.Hęc autē sic esse comprobatur ex ipso psalmo Primū ex versiculo octauo.& dominabitur a mari vsq; mare/& a flumine vsq; terminos terrę.Secundo ex versiculo vndecimo.& curuabunt se illi omnes reges,oēs gentes seruient ei.Tertio ex versiculo.17.& bñdicentur in ipso omnes gentes,beabūt eū.Hęc.n.manifeste cōstat nō illi viro qui appellatus ē salomon sed mesię cōuenire. Quod etiā attestatur thargū/habens sic. deus sententiam iudiciorū tuorū regi mesię da.Merito autē mesias appellatur salomon idest pacificus:quia pacificat ea quę in celis & q̄ in terris sunt:vt dicit ad ephe.1. Est igitur ad literam materia psalmi regnū mesię pacificū.& hoc denotat titulus/ salomoni.

SVMMARIVM EST.

¶ Propheta prędicit mesiam,regem regis filiū/iudicaturum omnes cum iustitia & pace/dominaturum omni terrę/adorandūm ab vniuersis regibus & gentibus/curam habiturum pauperum & impotentum/prouisurū populo suo de omnibus/cognoscendū palā ęterno filii noīe/& ab omnibus beandum:indeq; benedicetur deus & nomen glorię eius quę replebit vniuersum.

¶ Persona loquens propheta est.

DEus iudicia tua.Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materię, & executiuam/ibi iudicabit. ¶ Proponit petendo vnum/multis circunstantiis fultum.Deus da iudicia tua/oia ad ius dicendum,& iustitiā tuam/hoc est executionem iudiciorū(nihil.n.est ius dicere nisi subsequat executio iustitię)regi filio regis.Mesiam appellat regem:quia quatenus rex erat/de eo loquitur.filium autē regis ob nobilitatem generis.Et quidē ſm diuinam naturam est filius regis qui regit vniuersum:secūdū aūt humanā est filius dauidis regis. ¶ Vbi nota prophetam petere vt mesię tam regi detur iudiciū & iustitia:quia ad literam in secundo aduentu in quo mesias veniet rex & regis filius gloriosus/iudicabit & iustitiā faciet. Vnde & angelus ad mariā dicit.dabit ei deus sedem dauid patris eius,& regnabit in domo iacob in ęternū/& regni eius non erit finis.regnum enim christi in secundo aduentu inchoabit in terra:interim siquidem sedet a dextris dei.

¶ Iudicabit populū tuū.Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractatur illa particula/iudicia tua & iustitiā tuā.Secūdo illa/da/ibi descēdet. Tertio illa/regi/ibi & dñabit.Quarto illa/filio regis/ibi erit nomē.Quinto illa/deus/ibi bñdictus. ¶ Prędicit propheta fructum petitę donationis. Iudicabit/ mesias rex,populū tuū/deus:& quod plus ē pauperes tuos in iustitia & iudicio. Portabunt montes & colles/maiores & minores principes,pacem populo in iustitia:hoc est nō faciet iudiciū turbulentum / tumultuosum aut scandalosum,sed sic iudicabit vt maiores omnes in iustitia portent pacem vniuersalem.ita ꝙ tunc implebitur/& erit opus iustitię pax:quod in hoc mundo impleri non potest. Iudicabit pauperes populi(specialiter meminit pauperū/quoꝝ iustitia facile contēnitur)dicet ius pauperibus/& a fortiori diuitibus:saluabit filios mendici.ecce executio iustitiæ ꝙ filios etiam mendicantium saluabit ab iniuriis. & conteret calumniatorem. Perfectio iustitiæ est non solum saluare innocentem,sed damnare sed punire nocētem. ppterea enī dictum est iudicia in plurali, vt vtrunq; comprehēdatur iudicium:& punitionis malorū/& iustificationis rectorum.Aduerte hic per hęc omnia describi vniuersale iudiciū exercēdū a christo/ex integritate & vniuersalitate iudicii ac iustitię cū pacis fructu

tunc

tunc.n.erit ſumma tranquillitas ordinis:quę vocatur pax. ℣ Timebunt te cum ſole. Terribilitas iudi/
cii deſcribitur ex vniuerſalitate locorum & temporũ. Timebunt te generatio generationũ cum ſole &
faciebus lunę. Motus coeli generatio eſt omniũ generationum.generatio quidem/quia in fieri cõſiſtit
motus:generationũ autem/quia eſt cã omniũ generationũ: Et ipſe cum ſole & ſtellis/quę apparent
in conſpectu lunę & nõ in conſpectu ſolis,timebunt te/hoc eſt ad ſimilitudinem timentium ſe habe/
bunt:qm̃ motus quidem coeli ceſſabit/& ſol & ſtellę apparẽtes in cõſpectu lunę ceſſabunt ab influxi/
bus ſuis:ceſſabit.n.tunc generatio. Et per hoc ſignificatur iudicium illud extendere ſe ad totum vni/
uerſum & finem imponere generationibus:ac per hoc non eſſe opus vt iteretur iudicium.

Deſcendet. Tractatur hic illa particula/da,deſcribendo aduentum meſię. Et ꝗuis poſſint hęc verba
intelligi de primo aduentu,contextus tamen trahit me ad exponendum de ſecũdo. ℣ Deſcendet/de coe
lo in ſecundo aduentu,velut pluuia ſuper tonſam,velut imbrium gutta terrę. Tonſa appellatur terra
producẽs paſcua ſecto foeno.tunc.n.eſt velut tonſa/& deſiderat pluuiam ad germinandũ. Et iuxta hãc
ſimilitudinem deſcribitur ſecundus chriſti aduẽtus opportunus/deſideratus/foecũdus ſicut pluuia re
ſpectu terrę tonſę ad nouũ germẽ. Et congruit ſimilitudo expectationi iuſtorum poſt tonſionem:pro,
quanto poſt ſucciſum germen huius vitę expectant nouũ germen reſurrectiõis. Altera ſimilitudo eſt,
quum terra arida magnis guttis multę pluuię ſaciatur. Et ad idem tendit:qm̃ ariditas terrę magnam
deſiderat pluuiam . & ariditatem humani generis ex ſe inſinuat . ℣ Florebit in diebus eius. Ecce fru/
ctus deſcenſus veluti pluuię ad ſimilitudinẽ terrę tõſę,deſcribitur florere/germinare/flores producere:
Florebit in diebus/aduentus,eius non terra ſed iuſtus/genus iuſtorum:& multitudo pacis,nõ ad tem/
pus ſed vſq; non luna/hoc eſt ſine fine.& pacis nõ erit finis/vt ſcripſit eſaias.deſcribit.n.infinitam dura/
tionẽ a perpetuitate lunę.vſq; nõ erit luna/hoc eſt ſemper:nunꝗ.n.luna deſinet eſſe.

Et dñabitur. Tractatur hic illa particula/regi: deſcribendo regnum meſię humano more ex iis quę
apud nos ſunt. Tum ab vniuerſitate terrarũ.& dñabitur a mari vſq; mare , & a flumine vſq; terminos
terrę:hoc eſt in vniuerſis maribus & vniuerſis terris. ℣ Tum a reuerenti ſubiectione & populorum &
principum.faciebus eius genuflectent eremitę/habitatores locorum deſertorũ: & inimici eius/idola/
trę/peccatores/dęmones, puluerẽ lingent/ſub pedibus eius. Reges tharſis & inſularũ /hoc eſt reges ma/
rium & habitantiũ in inſulis,munus reddent/debitum/vtpote ſubditi:reges ſceua & ſeua donum/debi
tum,offerent. Et vt vnico verbo dicatur.curuabũt ſe illi omnes reges/omnes gentes ſeruient ei. Intelli
ge per hęc omnia minus dici ꝙ̃ intenditur.deſcribitur enim vniuerſalis omnium ſubiectio & reueren/
tia quę exhibebitur chriſto in ſecundo aduentu per hęc minima quę ſunt apud nos. Et propterea me
minit habitatorum eremi & inſularum ſpecialiter, vt nullum exceptum intelligas.

Quia eruet mendicum. Deſcripto regno chriſti ab vniuerſali ſubiectione/ nunc deſcribitur idem a
regimine dupliciter. Prius reſpectu perſonarum indigentium & impotentium . deinde reſpectu po/
puli. ℣ Quia eruet mendicum & pauperem a diuite . Reddit rationem deſcriptę ſubiectionis & re/
uerentię ex bonitate regiminis/liberando pauperes & inferiores ab oppreſſione potentiorum . & non
adiutor ipſi / hoc eſt liberabit eos qui carent adiutore. Ita ꝙ tria perſonarum genera tanguntur:men
dici/pauperes/& carentes adiutore . vt omnes indigentes comprehendat. ℣ Miſerebitur ſuper paupe/
re & mendico,& animas mendicorum ſaluabit. Internę miſericordiæ actus ſimul & externę ſalua/
tionis adiungit. A dolo & ab iniquitate redimet animam eorum . Periclitantur pauperes tum pro/
pter dolos aliorum contra eos:tum propter iniqua facta contra vitam eorum . Et ab vtroq; pericu/
lo redimet eos. Et precioſus ſanguis eorum in oculis eius. Pro nihilo habetur ſanguis vilium per/
ſonarum apud reges mundi:in oculis vero meſiæ ſanguis pauperum erit precioſus/ valde æſtima/
tus . ℣ Et viuet / rex meſias ſine fine , & dabit ei . Explicare incipit regimen meſiæ reſpectu populi.
& ideo tranſit a numero plurali quo hactenus vſus eſt ad ſingularem/vtendo pronomine ei ſeu il/
li . Et dabit ei / populo ſuo , de auro ſceua / ditabit populum ſuum , & orabit pro eo continue/ſer/
uabit eum populum continue ſuis meritis: ſicut orans ſacerdos ſeruat eum pro quo orat . tota
die / ſemper , benedicet eum/populum. Erit vola tritici in terra in capite montium / ſeretur tantum
tritici quantum capit vola in vertice montium , & collidetur fructus eius ſicut libani / fructus col/
liditur:hoc eſt multiplicabitur vſqueadeo ꝙ ſpicę collidentur agitante vento ſicut rami arborum
in libano colliduntur. & germinabunt de ciuitate ſicut herba terræ: hoc eſt homines ciuiles cre/
ſcent / multiplicabuntur ſicut herba terræ creſcit & multiplicatur . ℣ Aduerte hic deſcribi per hæc
regimen regni meſiæ ab incomparabili ſimilitudine regiminis & regni humani . Et propterea de/
ſcribitur a cura pauperum / quæ rara eſt in regnis humanis.a redemptione ſubditorum tum a ma/
chinationibus doloſis/ tum a factis iniquis:quod rariſſime forte fit. Tum ab ęſtimatione infimorum:
qđ in regnis humanis nõ habet locũ. Et qđ plus eſt/ꝙ ipſe rex ditabit ſubditos/ꝙ erit ſicut ſacerdos ꝓ
eis ad deum/nunꝗ̃ maledicendo & a fortiori nunꝗ̃ malefaciendo populo ſuo . Tum ab abundantia
tanta ꝙ pugillus tritici in vertice montium(vbi minus triticum ſolet ſeri & fructificare)multiplica/
bitur ſicut fructus libani. Tum a foecũditate/ꝙ velut germinantes ciues creſcẽt:quod ad foelicitatem

pertinet regni. Intendit enim per hęc omnia ineffabiles conditiones regni mesiæ significare quo ad omnia sine acceptione personarum/cum cura ita singulorum sicut & omnium. Nec meminit curę respectu diuitum: quia in omnibus humanis regnis diuites bene stant: & ideo non oportuit mentionem de hoc facere. Sed superius vbi de iudicio & iustitia actum est/dictum est ꝙ montes & colles portabunt/sufferent in iustitia pacem: & de reuerentia dictum est ꝙ adorabunt eum omnes reges.

Erit nomen eius. Tractatur hic illa particula/filio regis: prosequendo fœlices conditiones regis. Tum quo ad perpetuitatem famę. Erit nomen eius æterno/ nulla obliuione delebitur, faciebus solis filiabitur nomen eius: hoc est in clara luce/palam in toto vniuerso nomen mesię filiatione cognoscetur: hoc est ab omnibus tunc cognoscetur ꝙ ipe est filius dei. quod esse filium est ei nomen propriũ. Et vere sic erit. nam beati videbunt hoc: alii autem vidẽtes ipsum hominem dominum vniuersorum/ iudicem mundi & adorari vt filium dei, credent coacti ipsum esse filium dei: sicut modo dęmones credunt. Ex hoc textu apud iudęos vulgatum est nomen mesiæ/filius dei. Vnde in euangelio pluries inducuntur & homines & dęmones appellantes mesiam filium dei. quinetiam caiphas pontifex dixit/si tu es mesias filius dei. ¶ Et benedicent in eo/quoniam in christi merito solo benedicent omnes quicunque benedicentur: omnes gentes beatificabunt eum/laudando.

Benedictus dominus. Tractatur hic illa particula/deus: gratias agendo deo qui dedit iudicia sua & iustitiam suam regi filio regis. vel potius prophetando ꝙ tunc (scilicet tempore regni mesiæ) deus benedicetur, qui modo vix cognoscitur. ¶ Benedictus/benedictione laudis erit, dominus deus/natura, deus israelis/per gratiam cultus: faciẽs separata idest mirabilia, solus ipse/in mesia. Et benedictum/ erit, nomen honoris eius/quod nunc latet & tunc erit manifestum, sempiterno: & implebit honor eius/tunc, vniuersam terram/quam non implet nunc. Amen. & amen. Affirmantis est duplicata affirmatione/in signum immobilis veritatis futurę.

¶ Complete sunt orationes dauidis filii isai. Occurrit hoc loco q̃stio de veritate huius rubricę: q̃a inferius multi subiunguntur psalmi cũ titulo dauidis. ¶ Soluitur autem per hoc ꝙ psalmi non sunt locati in libro psalmorum qui habetur/eo ordine quo erant in principio: sed sicut reperti sunt. Erant siquidem sparsi, & sine ordine collecti sunt. Clare enim constat ex titulis ꝙ tertius psalmus locandus est post .51. ſm rectum ordinem. Vnde quia contigit psalmum hunc habentem hanc rubricam in medio locari, ideo hic legitur. Crediderim ego (vt in procemio dixi) hũc psalmum esse vltimum psalmum totius psalterii: & propterea habere hanc rubricam annexam. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum asaph. LXXII.

Quam bonus israel deus: iis qui recto sunt corde.
Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei.
Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorum uidens.
Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.
In labore hominum non sunt: & cũ hominibus non flagellabuntur.
Ideo tenuit eos superbia eorum: operti sunt iniquitate & impietate sua.
Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.
Posuerunt in cœlum os suum: & lingua eorum transiuit in terra.
Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt quomodo scit deus: & si est scientia in excelso?
Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo: obtinuerunt diuitias.
Et dixi. ergo sine cã iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: & castigatio mea in matutinis.
Si dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.
Existimabam ut cognoscerem: hoc labor est ante me.
Donec intrem in sanctuarium dei: & intelligam in nouissimis eorum.
Veruntamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.
Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium: domine in ciuitate tua imaginem ipo℞ ad nihilũ rediges.
Quia inflammatum est cor meum & renes mei commutati sunt: & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui.
Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum.
Tenuisti manũ dexterã meã: & in uolũtate tua deduxisti me, & cũ gloria suscępisti me.
Quid enim mihi est in cœlo: & a te quid uolui super terram?
Defecit caro mea & cor meum: deus cordis mei & pars mea deus in æternum.
Quia ecce qui elongant se a te peribunt: perdidisti oẽs qui fornicantur abs te.
Mihi autem adhærere deo bonum est: ponere in dño deo spem meam.
Vt annunciem omnes prędicationes tuas: in portis filię sion.

IVXTA HEBRÆVM. Psalmus asapho. LXXIII.

1 Propheta. TAntum bonus israeli deus†, mundis cordis.
2 Et ego [ne] : uelut parũ declinauerunt pedes mei, uelut nihil effusi sunt gressus mei.
3 Quia zelaui in insipientibus: pacem impiorum uidebo.
4 Quoniam non ligamina [sunt] morti eorum: & sana uis eorum.
5 In labore hominis non [sunt] ipsi: & cum adam non plagabuntur.
6 Ideo [fuit] torques eorum superbia: amicietur ornamento iniquitatis sibi.
7 Exiuit ex adipe oculi [glibet oculo℞] eorum: transierunt cogitationes cordis.
8 Liquefacient & loquentur in malo fraudis: ex excelso loquentur.
9 Posuerunt in cœlis os suum: & lingua eorum ambulabit in terra.
10 Propterea redire faciet [deus] populum suum huc: & aquę pleni exprimentur eis.
11 Et dicent. Vox populi. qũo nouit deus, & est scientia in excelso?
12 Ecce isti impii: & quieti mundi, assecuti sunt opulentiam.
13 Tm̃ frustra mundaui cor meum: & laui in mundicia palmas meas.
14 Et fui uulneratus tota die: & castigatio mea matutinis.
15 Si [sicut] dixi narrabo sicut: ecce generationem filiorum tuorum negaui.
16 Propheta. Et cogitaui ad sciendum hoc: labor ipse [est] in oculis meis.
17 Donec ueniam ad sanctuaria dei: intelligam finem† eorum. † finis
18 Tantum in lubricis pones eos†: fecisti cadere eos in ruinas. † † eis † ruinas
19 Quomõ fuerunt desolationi: sicut momentum finiti sunt, cõpleti sunt ab horroribus.
20 Velut somnium ab expergisci: dñe† in ciuitate imaginem eorum despicies. † dñi med
21 Quia acescet cor meum: & renes meos acuam.
22 Et ego bestialis & nesciam: [tanq̃] bestię fui tecum.
23 Et ego continue tecum: [ideo] apprehendisti in manu dexteram meam.
24 In consilio tuo duces me: & postea honore suscipies me.
25 Quis mihi in cœlis: & tecum non uolui [q̃cq̃] in terra.
26 Consumpta est caro mea & cor meum: robur cordis mei & pars mea deus† ęterno.
27 Quia ecce longinqui tui peribunt: fecisti cędi omnem fornicantem abs te.

28 Et ego, approximatio dei mihi bona: posui in domino deo spem meam ad narrandum omnes operationes tuas.

Titulus est. Psalmus asapho: hoc est deputatus saltem vt cantori asapho. ℭ Materia psalmi clare patet ex ipso. est enim disputatio quaedam de prosperitate iniquorum in hac vita quomodo stat cum prouidentia dei & iustorum passionibus.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta disputans de prosperitate iniquorum & afflictione iustorum, vbi rationes attulit hinc ex inconsonantia ad diuinam prouidentiam, inde ex reprobatione filiorum dei, notitiamq́ qõnis ex fine vtriusq́ reuelato pendere dixit: & finem iniquorum in inferno, iustorum vero in honore apud deũ, & peccata illorum punienda, iustorum cõiunctionem cum deo bonam esse describit.

ℭ Persona loquens nõ ꝓpriẽ variatur, sed recitatiue: recensendo scilicet aliorum verba.

Tantum bonus israel deus. Diuiditur psalmus in partes duas: ꝓpositiuam materię, & executiuam, ibi quoniam nõ ligamina. ¶ Proponit duo. Alterum ex parte dei: ꝙ deus solis mũdis corde est bonus. Deus israeli, populo colenti se, non vniuerso sed mundis cordis tñ, solis, bonus apparet. Intellige hoc iuxta illud. palato non sano poena est panis, qui sano est suauis. & oculis aegris odiosa lux, quae puris est amabilis. Deus enĩ in seipso summe bonus, & omnibus ac singulis quantũ est ex parte dei est bonus, sed non omnium mentium gustu gustatur bonus, non omnium mentium oculis apparet bonus: vt patet in blasphemantibus eum, in negantibus prouidentiam eius, offendentibus ipsum &c̃. Sed habẽtes cor mundum ab erroribus & passionibus, sceleribus & aliis hmõi, vident fide, gustant spe atq́ charitate deum vt bonum, vt beneficum, lõge plus ꝗ mereamur. ¶ Alterũ ex parte sui: ꝙ fere declinauit affectus suus, quia zelauit videns prosperitatem iniquorum. Et ego. E regione se distinguit a deo. Deus bonus, & ego. Imperfectus sermo est: & subintelligitur talis vt subiungam. Velut parum declinauerunt pedes mei. Duplex potest esse sensus. Alter affirmans declinationem pedum, non parum sed velut parum. Alter vt subaudiatur verbum substantiuum defuit. velut parum defuit quin declinauerunt pedes mei. & sic non affirmatur declinatio. Et hunc sensum secuti sunt communiter interpretes dicentes pene. Per pedes quae sunt instrumenta ad gradiendum, intellige tum naturales vires intellectus & voluntatis. tum habituales virtutes, quę sunt principia bene operãdi: haec enim pene declinauerunt a recto. Velut nihil effusi sunt gressus mei. Particulam velut nihil, dupliciter expone sicut praecedentem velut parum. Per gressus intellige ipsa opera. Et aduerte ꝙ minus periculum describit in gressibus ꝗ in pedibus: dum de pedibus dixit velut parum, de gressibus vero velut nihil. eo ꝙ imperfecti motus venialium peccatorum, facilius fiunt intus ꝗ in exteriori opere. Quia zelaui, contristatus seu idignatus sum, in insipiẽtibus, quorũ nõ est numerus, pacem impiorum videbo, hoc est perseueranter videndo. futurum enim appositum est ad significandam perseuerantiam.

ℭ Quoniam non ligamina. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, pacẽ impiorũ. Secundo illa, & ego velut parum declinauerũt pedes mei quia zelaui &c̃. ibi propterea rediret faciet. Tertio illa, tñ bonus &c̃. ibi & cogitaui ad sciẽdũ. ℭ Circa primum ꝓponit ꝓpheta materiã qõnis seu disputationis (scilicet ꝓsperitatẽ iniquorũ) tali ordine. Prius ꝓponit eorũ pacẽ. deinde iniquitatẽ. Pacẽ quidẽ in quattuor. quorũ primũ est. Q͠m non ligamina morti eorũ. Metaphoricus est sermo, describẽs tardã mortẽ eorũ, tanꝗ solutã nõ habentẽ ligamina trahẽtia ipsam. Appellatur mors ligaminibus tracta, q̃n ęgritudinibus mortalibus aut aliis occasionibus acceleratur. et ꝑ oppositũ mors sine ligaminibus, quę nõ acceleratur. Hoc est ergo primũ bonũ tpale iniquorũ ꝙ nõ acceleratur eis mors. Sunt enĩ diuites, & tuentur ac gubernãt se bñ, & viuũt quãtũ natura tolerat. mors autẽ pauperũ mille vinculis necessitatũ acceleratur. ¶ Et sana vis eorũ. Secũdum bonũ etiã corporis est, ꝙ eorũ naturalis vis est sana ab ęgritudinibus: quia preseruant se diuitiis. ¶ In labore hoĩs nõ ipsi, supple sunt. Tertium bonũ est gesta laboribus quibus in sudore vultus vescimur pane: quia ipsi in sudore aliorum vescuntur pane. ¶ Et cum adã non plagabuntur. Quartũ bonũ est exemptio a plagis penuriae, bellorũ & hmõi. non sentiũt enim isti cũ adam, cũ cõi genere hoĩum, plagas oppressionũ hmõi. ℭ Ideo. Narrata pace impiorũ, subiungitur eorũ iniquitas in affectu, in intellectu & in lingua. Ideo, mater iniquitatũ sequẽtium significatur prosperitas, torques eorũ fuit, sũpbia. regina oĩum viciorũ ponitur torques, hoc est gloria eorũ ad similitudinem torquis. Vbi aduerte ꝙ si latina lingua permitteret, dicendum fuisset. ideo torquauit eos superbia, superbia ornauit eos vt torques ornamentum colli. Amicietur ornamento iniquitatis sibi. Modo in plurali & modo in singulari numero loquitur: quia & de ipsis iniquis & de genere iniquorum loquitur. Amicietur, velut pallio, ornamento iniquitatis. ex sũpbia oritur iniustitia, non aliena sed sua. Vtrunq́ autem vitium est voluntatis. ¶ De intellectu vero. Exiuit ex adipe oculi eorum. i. quilibet oculorum eorũ internorũ procedit nõ ex rectitudine, non ex iudicio rõnis, sed ex adipe diuitiarũ & potẽtię. magnitudo ꝗppe eorũ generat in eis cogitatiões cõformes eorũ sũpbię. Trãsierũt cogitatiões

cordis:hoc est tam superbe cogitant vt transcant/transcendant discursus naturales/quos cor naturaliter suggerit.excogitant enim quæ homo nunq̃ cogitasset/queq superant vires cogitationum possibilium:vt patet in ambiẽtibus altiora se. ¶ Liquefacient & loquentur in malo fraudis.Ecce crimina linguę.Dissoluent alios loquentes in malo fraudis/fallaciter ad decipiendum:ex excelso loquentur.sicut oculi eorum prodeunt ex adipe sic sermones eorum prodeunt ex celsitudine eorum . Posuerunt in cœlis os suum,& lingua eorum ambulabit in terra.Nemini parcunt , deum blasphemant / aut negando prouidentiam eius aut aliquid huiusmodi. & in terra omnibus obloquuntur , nulli ætati/sexui/ordini parcunt:sed detrahendo discurrunt per omnes.& sic lingua eorum ambulat in terra.Hæc est materia disputationis pax iniquorum.

Propterea redire faciet. Tractatur hic illa particula/quia zelaui declinauerunt velut parum pedes mei &c̃. ¶ Proposita materia disputationis/introducit propheta populum dei quodãmodo vacillantem in hac quęstione.Et per hoc explanat in cuius persona dixit pedes vacillasse : ꝙ scilicet dixit hoc in persona populi colentis deum.Propterea/quia iniusti bene habẽt in hac vita,faciet/deus, populum suum redire huc/in hanc quęstionem.Redire inquit:quia non semel tm̃ sed sepe populus dei reuertitr̃ ad hanc quęstionem.Et attribuitur deo facere redire:quia ipse dãdo bona iniquis/dat occasionem populo suo sepe redeundi ad hanc quęstionem . Vnde & hieremias & habbacuc hanc quęstionem mouerunt:& quotidie mouetur a populo dei.qui enim non colunt deum carẽt hac quęstione . ¶ Et aquę pleni exprimentur eis.Describitur quãdo populus dei redit ad hanc quęstionem/quãdo fere vacillat: quando scilicet aquę pleni exprimuntur eis:hoc est quando patiuntur penuriam/quando opprimũtur.Ex metaphora significatur eoꝝ afflictio.Et sumitur similitudo a sitientibus quibus turbida & modica aqua suppetit.Aquę pleni/sunt aquę loci pleni aliena materia:puta luto.aquę enim loci seu vasis continentis solam aquam , vocantr̃ aquę/absq; additione pleni.Ita ꝙ per aquas pleni describuntur aquę turbidę.Rursus per hoc ꝙ exprimuntur/significatur ꝙ non fluendo sed exprimendo dantur eis: ac per hoc & magis mixtę & modicę dantur.Ex qua metaphora significatur ꝙ quando populus dei sic affligitur quẽadmodum sitientes quos oportet bibere aquam pleni expressam,tunc redeũt ad hãc quęstionem:quando diuites habent aquam nitidam/ipsi turbidam:illi abundãt/isti penuriam patiũtur etiam malorum ciborum/& huiusmodi. ¶ Et dicent.quomodo nouit deus. Vox populi fere vacillãtis introducitr̃/cõsequenter afferẽdo rõnes hinc & inde.Ratio prima ad vacillandũ sumitr̃ cõferendo sciam dei cũ ꝓsperitate iniquoꝝ.Q̃uõ nouit deus.Admiratiue dicit nõ si sed q̃uõ.non vacillat populus an deus nouit vel non:sed circa modũ suspẽditur quo deus nouit hęc quę fiunt hic.& est sciẽtia/certa cognitio,in excelso/deo excelso sup oĩa.Ecce isti impii/ad sensum videmus ꝙ isti impii:& quieti mũdi/gẽte fruẽtes mũdo,assecuti sunt opulẽtiã.Admiramur quo pacto cũ sciã & prouidẽtia dei hoꝝ iferiorũ/stat ꝙ isti iniqui prosperentr̃.nescimus enim modũ quo hæc duo simul iunguntr̃:diuina scilicet ꝓuidẽtia & iniquoꝝ ꝓsperitas. ¶ Tm̃ frustra/mũdaui cor meum.Altera ad vacillandũ ratio ex eodem fonte.s.diuinę ꝓuidẽtię respectu iustoꝝ.quia.s.nõ remunerat iustos bonis huius mũdi:ac per hoc vana videntur merita iustoꝝ.Et primo interior sanctitas. Tm̃ frustra/sine pręmio aliquo,mundaui/intus,cor meũ.Deinde exteriorum operum innocentia.& laui in mundicia/ab omni iniquitate & sorde,palmas meas/opera mea. Tertio quo ad patientiam.Et fui vulneratus/variis flagellis percussus,non ad horam sed tota die/diuturne:& castigatio mea/qua castigatus sum (siue a meipso voluntarię ꝓpter deũ siue aliunde illata)non fuit tarda,sed matutinis/fuit mane/cito.Iusti enim & cito castigantur a deo(iuxta illud.2.macca.6.statim medicinam adhibere magni beneficii est indicium)& cito castigant seipsos.castigo corpus meũ & in seruitutem redigo &c̃. ¶ Si dixi narrãbo sicut.Ratio ad alteram partem contra vacillationem ad firmiter standum/affertur . Et ordinato sic literam . Si narrabo sicut dixi / si affirmabo sicut dixi in pręcedentibus rationibus/ꝙ frustra mundaui cor meum/& quomodo est scientia in excelso &c̃.ecce generationem filiorum tuorum negaui . Non dicit/ecce negaui iustos aut iustitiam aliasq; virtutes,sed negaui nationem filiorum dei:vt ex hocipso intelligas ꝙ ista negatio est reprobatio dei/est reprobatio ꝙ deus habeat filios suos in hoc mundo:qui non ex sanguinibus neq; ex voluntate viri neq; ex voluntate carnis sed ex deo nati sunt/fide/spe & charitate . Et breuiter est negatio filiorum dei expectantium hęreditatem cœlestis patriæ : iuxta illud.si filii & hæredes , hæredes quidem dei/cohæredes autem christi . Ita ꝙ ratio consistit in deducendo ad hoc maximum inconueniens:scilicet negationem filiorum dei.Et patet sequela:quia si vanę sunt bonę actiones & patientia iustorum/nulla est generatio filiorum dei.

Et cogitaui ad sciendum hoc. Tractatur hic illa particula/tantum bonus israeli deus. Vbi aduerte ꝙ tractare istam particulam est determinare quęstionem motam.Et ꝓpterea ꝓpheta postq̃ attulit rationes ad partes hinc & ĩde,modo aggreditr̃ solutionẽ q̃õnis:prius declarãdo tñ difficultatẽ q̃õnis.Cogitaui ad sciẽdũ hoc,labor ipse in oculis meis.Ecce difficultas laboriosę quæstionis in mentis oculis. Tũ viã per quã solui debet q̃õ.Donec veniã ad sanctuaria dei.Ecce via.semp erit labor añ oculos ĩ hac q̃õne donec ingrediamur diuina oracula reuelantia veritatem quęstionis:nulla siquidem est alia via

ſciendi hanc veritatem niſi diuina reuelatio. Intelligam finem eorum. Non ſufficit prophetę demon/
ſtrare viam ſciendi hoc/eſſe ſacrã ſcripturam, ſed ad ſpecialia deſcendit/aperiens viam veritatis patere
ex fine eorum. ex finibus ſiquidem bonorum & malorum ſoluenda eſt quęſtio. Et vere/ſic eſt: quoniam
ex fine reprobotum qui eſt damnatio æterna/& electorum qui eſt beatitudo æterna, redditur ratio
quæſitorum. ¶ Vbi aduerte ordinem dicendorum talem. Primo declarabitur finis iniquorum. ſecun
do finis iuſtorum/ibi quia aceſcet. tertio iniquitas impiorum/ibi quia ecce. & demum bona opera iu
ſtorum/ibi & ego. Vt ſic nihil prætermittatur diſputationis & rationum præinductarum: & ſimul tra
ctetur vtraq; pars excluſiuę propoſitę/tantum bonus &c̄. Reſoluitur enim in affirmatiuam/deus eſt bo
nus mundis corde, & in negatiuam/deus non eſt bonus alijs. Et eſt ſermo de bonitate beatificãte: quæ
ſola eſt bonitas ſimpliciter humani generis & creaturarum rationalium. ¶ Tantum in lubricis po/
nes eos. Incipit tractare finem iniquorum: inchoans a termino bonorum quibus abũdare deſcripſit
iniquos. Et intendit ꝙ bona iniquorum ſunt in ſolis lubricis: ac per hoc non ęſtimãda, ſed parui pen/
denda. Feciſti cadere eos in ruinas. Ecce terminus lubricitatis/ꝙ in morte ceciderunt in ruinas inferni.
In hebręo habetur ruinis in datiuo: ſed congruitas mutauit adiuncta prępoſitione in. ¶ Quomodo
fuerunt deſolationi. Admiratur propheta deſolationem eorum futuram. Sicut momẽtum finiti ſunt/q;
non multum durauit eorum fœlicitas: quoniam ſicut momentum eſt tempus proſperitatis reſpectu
æternę deſolationis. completi ſunt ab horroribus. Horrendum eſt inquit apoſtolus incidere in manus
dei viuentis. horrores inferni ineffabiles ſunt/quibus terminantur reprobi. ¶ Velut ſomnium ab ex/
pergiſci, domine in ciuitate imaginem eorum deſpicies. Inter bona iniquorum ſupputantur memo/
rię. Et propterea deſcribitur pœna eorundem quo ad eorum memorias. Et intẽdit ꝙ memoria eorum
(ſiue in libris/ſiue in ſtatuis/ſiue in filijs/ſiue in quocunq; alio monimẽto: omnia enim ſub imaginis
nomine comprehendit) deſpicietur velut ſomnium deſpicit quum homo expergiſcitur: hoc eſt tanq̄
res nihili habebitur. & hoc in ciuitate. Quod poteſt itelligi ad cumulum pœnę adiunctum: ꝙ durãn
te ciuitate huius mundi/huiuſmodi memorię a deo deſpiciuntur. Et poteſt intelligi in ciuitate futura
in qua nihil reprobis proderũt huiuſmodi imagines. ¶ Quia aceſcet cor meum. Declarato fine repro
borum/pro quanto ex bonis tranſeunt ad mala, declarat finem iuſtorum ecõuerſo: quia ex malis tran/
ſeunt ad bona. Quia aceſcet cor meũ/voluntario luctu, & renes meos acuam/voluntaria caſtigatione
corporis. Et ego beſtialis & neſciam. Poſt actiones ſanctas ſubdit paſſiones patiẽtię: ꝙ beſtialis eſt ha/
bitus/patiendo ignominias tanq̄ non cognoſceret illas ſicut nec bruta cognoſcũt illas. Beſtię fui te/
cum. Ita eſt in hebręo: ita ꝙ beſtię eſt numeri pluralis. Et eſt ſenſus ꝙ fui tecũ vt beſtię ſunt tecum ope
rantes ſm ordinem quem eis indidiſti. Vel ſolitariam vitam tecum cõuerſando duxi: homo enim ſo/
litarius aut deus aut beſtia. Beſtię fui tecum, dicet paulus eremita/antonius &c̄. Intendit ſiquidem ꝓ
pheta deſcribere diuerſa merita iuſtorum propter quę ſuſcipiuntur cum honore a deo in futura vita.
Et ego cõtinue tecum/mente & voluntate: apprehẽdiſti in manu dexterã meam. Hucuſq; ſuſpenſus eſt
ſermo. Quia aceſcet cor meum & renes &c̄. ideo apprehendiſti in manu tua dexteram meam. Ecce ini/
tium finis iuſtorum/ꝙ deus ad ſimilitudinem apprehendẽtis me per dexteram aſſuit. per quod com/
plexus diuinus ſignificat. In conſilio tuo duces me. Apprehenſum per manum duces me/nõ directio/
ne & prudentia humana ſed conſilio tuo dirigente: & poſtea/poſt hanc vitam, honore cœleſtis patrię,
ſuſcipies me. ¶ Quis mihi/deſideratus, in cœlis/niſi tu: & tecum non volui in terra/aliquid aliud: hoc
eſt tam in cœlo q̄ in terra/te ſolum volui, & non volui te & alia/ſed te ſolum. Et hic eſt ſenſus legendo
aſſertiue hanc particulam: ſcilicet & tecum non volui in terra. Sed legendo ipſam interrogatiue/ſen/
ſus eſſet. & tecum quid non volui in terra? Acſi aperte diceret. Et nihil refutaui in terra quod cum te
amato manere aut ſufferri poſſit: omnia pertuli/omnia ſubij tecum. Conſumpta eſt caro mea & cor
meum: hoc eſt poſthabui quicquid eſt carnis etiam proprię/& quicquid eſt cordis proprij. robur cor/
dis mei & pars mea deus, nõ ad tempus ſed ęterno. Aliorum portio ſint diuitię/gloria &c̄. mea portio
deus: aliorum cordis robur ſit regnare/imperare &c̄. robur cordis mei deus: hoc eſt ratio robuſti mei
cordis ſolus deus eſt/ad ea quę dei ſunt tãtũmodo robur cordis habeo.

Quia ecce. Duo continebantur in materia diſputationis/ſcilicet pax iniquorum & iniquitas eorun/
dem: & ex deſcriptis finibus iniquorum & iuſtorum iam apparet quem exitum habet pax impiorum.
modo proſequitur propheta monſtrando fructum iniquitatis eorum. Ita ꝙ prius tractauit finem ſeu
terminum iniquorum ex bonis temporalibus in mala/& econuerſo terminum iuſtorum ex malis in
bona: modo declarat terminum iniquorum ex iniquis operibus/& ſimiliter iuſtorum ex bonis operi/
bus. Quia ecce longinqui tui/hoc eſt longinqui a te/non loco ſed diſſimilitudine charitatis, peribũt.
ecce fructus elõgantium ſe a deo per peccatum. Feciſti cędi/hoc eſt incidi in alia vita, omnem fornican
tem abs te/adhęrendo alteri deo. Metaphorice deſcribitur pœna inferni per inciſionem: vt intelliga/
mus vltima ſupplicia. Et nota hic duo genera iniquorum: ſcilicet fornicantium a deo/quod eſt idola
trię, & elongantium ſe a deo per reliqua crimina. Aduerbium ecce/ad ſignificãdum propinquam eſſe
pœnam appoſitum eſt. & vere prope eſt quod cum morte venit. ¶ Et ego (imperfecta eſt oratio) ſupple

talis sum q approximatio dei mihi bona. Hoc e regione ponitur contra elongationem a deo. illi pibunt: mihi bona est approximatio diuina per charitatis amicitiam. Posui in domino deo spem meã. & hoc contra fornicationem a deo. ad narrandum omnes operationes tuas: vt non solũ mihi sed aliis prosim prędicando opera tua. ¶ Aduerte in iis quę dicta sunt dissoluendo quęstionem, q non solum soluta est quæstio ex fine iustorum & iniquorum in alia vita, sed etiam solutę sunt rationes ad oppositum. Prima quidem, quomodo deus dat hęc bona tẽporalia iniustis, ex eo q trũ in lubricis sunt hæc bona. Secunda autem de vanitate bonarum actionum & passionum iustorum, ex eo q non sunt vanę sed cum honore in coelis suscipiendum efficiunt iustum: & q deus qui est omne bonum est portio eorum. Declaratum quoq est q iniquitates eorum etsi hic non puniuntur, non tamẽ remanebunt impunitę: & q iustorum opera etiam hic remunerantur: quia approximatio dei est mihi bona hic, & ponere in deo spem est ẽt bonũ hic ad cumulũ meriti, ad annũciandũ oĩa opera dei. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Intellectus asaph. LXXIII.

VT quid deus repulisti in finẽ: iratus est furor tuus super oues pascuę tuę?
Memor esto congregationis tuę: quam possedisti ab initio.
Redemisti uirgam hęreditatis tuę: mons sion in quo habitasti in eo.
Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto.
Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tuę.
Posuerunt signa sua signa: & non cognouerũt sicut in exitu super summum.
Quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius: in idipsum in securi & ascia deiecerunt eam.
Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra.
Signa nostra non uidimus: iam non est propheta, & nos nõ cognoscet amplius.
Vsquequo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem?
Vt quid auertis manũ tuam & dexteram tuam: de medio sinu tuo in finem?
Deus autem rex noster ante secula: operatus est salutem in medio terrę.
Tu confirmasti in uirtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.
Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis ęthiopum.
Tu dirupisti fontes & torrentes: tu siccasti fluuios ethan.
Tuus est dies & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem.
Tu fecisti omnes terminos terrę: ęstatem & uer tu plasmasti ea.
Memor esto huius: inimicus ĩproperauit dño, & populus isipiẽs ĩcitauit nomen tuum.
Ne tradas bestiis aĩas cõfitẽtes tibi: & aĩas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.
Respice in testamẽtũ tuũ: quia repleti sunt qui obscurati sunt terrę domibus iniqtatũ.
Ne auertatur humilis factus cõfusus: pauper & inops laudabũt nomen tuum.
Exurge de9 iudica cãm tuã: memor esto ĩproperiorum tuorum q̃ ab insipiẽte sũt tota die.
Ne obliuiscaris uoces inimicorũ tuorum: superbia eorũ qui te oderunt ascendit semp.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Intelligentia asapho. LXXIIII.

1 Propheta. QVare deus † dereliquisti semper: fumabit furor tuus in ouem pascuę tuæ? qui †del.
2 Recordare congregationis tuę acquisiuisti principio: redemisti uirgam hæreditatis tuæ, montem sion hunc habitasti in eo.
3 Exalta gressus tuos sup desolationibus sempiternitatis: sup oĩ qui malefecit inimico ĩ sctitate.

4 Rugierunt angustatores tui in medio cōuentus tui:posuerunt signa sua,signa.

inimicus
5 Scietur sicut adducens sursum in ramo ligni secures.
6 Et nunc sculpturas eius pariter securi & malleis frangent.

ignem in
7 Miserunt in ignem sanctuaria tua terrę:prophanauerūt habitaculū nominis tui.

captiuoꝝ
8 Dixerūt in corde suo filii eoꝝ simul. Vox filioꝝ. incēderūt oēs conuētus dei in terra.

apparet est
9 Signa nostra nō uidimus:non adhuc propheta,& non nobiscū cognoscēs usq̄quo.
† dij 10 Propheta. Vsq̄quo deus † exprobrabit angustator:despiciet inimicus nomē tuū semper:
11 Quare reuerti facies manū tuā & dexteram tuam de medio sinu tuo,consumendo:
† dij 12 Et deus † rex meus ab initio:operans salutes in medio terræ.
13 Tu rupisti in fortitudine tua mare:cōfregisti capita draconum super aquas.

appositiue
14 Tu confregisti capita liuiathan:dabis eum escam populo siccis.
15 Tu scidisti fontem & flumen:tu exiccasti flumina fortitudinis.

subditur
16 Tibi dies etiam tibi nox :tu pręparasti luminare & solem.
17 Tu fecisti stare oēs terminos terrę:æstatem & hyemem tu plasmasti ipsas.

scilꝫ
18 Memēto huius: inimicus exprobrauit dn̄o,& populus isipiēs despexerunt nomē tuū.

doctrina legis tue imbutā
19 Ne trade bestię aiam legis tuę:cōgregationis paupeꝝ tuoꝝ ne obliuiscere semper.

captiui
20 Respice pacto:quia impleuerunt tenebrositates terrę,habitacula iniquitatis.

a facie tua
21 Non reuertet contritus confusus:pauper & mendicus laudabunt nomen tuum.
† dij 22 Surge deus †:litiga litē tuā,memento opprobrii tui ab insipiente tota die.
23 Ne obliuiscere uocē angustatorū tuoꝝ:sonitus insurgentiū tuoꝝ ascēdens continue.

TItulus est. Intelligētia asapho. Vbi autor materiæ psalmi significatur asaph:& apparet materia intelligentia digna. apparet enim clare ex progressu psalmi,prophetari in eo incendium templi quod nondum erat constructum. Et quoniam bis combustum est templum (semel a babyloniis,illud quod fuerat ędificatum a salomōe:& iterum a romanis,illud quod fuerat ædificatū a zorobabel &c̄.) inquirendum restat de quo incendio fit hic sermo. ¶ Apparet autem ex psalmo q̄ de primo incendio tractatur. Tum ex eo q̄ duratio captiuitatis describit̄ cedere in iniuriam dei:vt patet in versiculo. 10. vsquequo deus exprobrabit &c̄.& in calce psalmi,surge deus litiga litem tuā. duratio autem captiuitatis iudęoꝝ sub romanis cedit ad gloriam dei,non ad blasphemiā nois eius:qm̄ constat q̄ sunt percussi ꝓpter occisionē messię. Captiuitas aūt babylonica cedebat in iniuriā dei,nō solum pro quāto hostes dicebant q̄ deus non poterat eos liberare:sed quia cultus diuinus erat ab hostibus extinctus,vt dicitur in versu octauo. quod in captiuitate romana nō habet locū:qm̄ ide cultus diuinus est magnificatus in dei ecclesia. Tum quia captiuatus populus sub romanis,iā nō est populus dei,nō sunt pauperes dei sed inimici dei:in psalmo aūt describūt̄ afflicti iudęi vt paupes dei:vt patet in versiculo. 19. ¶ Est igit̄ materia psalmi ad literam,ira dei contra iudęos tempore captiuitatis babylonicę.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta præuidens excidium hierosolimitanum per babylonios,recurrit ad deum,proponendo tum iniurias in deum,tum incendium templi & desolationē populi electi in hęreditatem &c̄.tum miserias residui populi conferens cū operibus diuinę potentiæ. Et supplicat vt meminerit & saluare pauperes suos qui supersunt,& punire inimicos.

¶ Persona loquens propheta est.

QVare deus derelinquisti semp. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuā materiæ,& executiuā,ibi rugierunt. ¶ Proponit tria. Primo admiratiuū dolorem,non quare deus iratus

fuerit in populū suum/sed quare iratus fuerit sic.s.sempiterna destructione.Et appellatur derelictio seu ira sempiterna ratione naturæ facti.incēdium siquidem tēpli quantū est ex natura facti/significat sempiternā destructionem:sicut qui incendit domum aut ciuitatem/monstrat ex natura facti ꝙ vult sempiternam desolationem illius.Et de hoc dolendo admiratur propheta:sciens ꝙ deus non repellet populum suum semper/sed redeuntem ad poenitentiam suscipiet,& tamē factū ꝓuidet sempiternę derelictionis.Quare deus(nō interrogat sed admiratur)dereliquisti ad semper/ex natura facti.Scito ꝙ in hebręo aduerbiū semper/significatur tanq̄ in casu datiuo:& propterea exponēdo dicimus ad semper.& simile habes in hoc psalmo ī versiculo.10.&.19.Fumabit/ꝑseuerabit more fumātis ex ira,furor tuus/iracundia tua,in oues/in multitudinē ouium,pascuę tuę/hoc est in iudęos qui sūt velut oues pascuę tuę,tum quo ad pastū aię:qa pauisti eos lege tua.tum quo ad pastum corporis:quia.40.annis pauisti eos manna/& postea dedisti eis terrā fluētem lacte & melle.¶ Recordare.Proponit secūdo supplicationem vt recordetur rerū suarū.Tanq̄ diceret.etsi populus ꝑꝑ peccata sua meretur derelinqui,quia tamen res tibi chara fuit/recordare illius.Recordare congregationis tuę/quā,acquisiuisti a principio.Populum hebręū appellat cōgregationē dei acquisitā a principio.tū qa a capite cōgregatiōis:hoc ē ab abrahā,a quo īcœpit deus cōgregationē huius populi separando ipsum ab idolatris.tum ab initio quo fuit populus:hoc est ab egressu de ęgypto.tūc siqdē incœpit esse populus:prius.n.erāt velut famuli ęgyptiorū.Redemisti/ex ęgypto,virgam/potētiam,hęreditatis tuę/populi tui electi a te in hæreditatem:iuxta illud deute.9.ne disperdas populū tuū & hęreditatē tuā quā redemisti in magnitudine tua de ęgypto.Montem sion hunc habitasti in eo.Non solum redemisti potentiam populi de seruitute egyptia/faciens illum potentem cū regia dignitate:sed redemisti hūc mōtem sion/in cultum tuum,de habitaculo iebuzæorum efficiens ipsū habitaculum tuū.erit enim in superiori eius parte ędificatū templū.Et intēdit per hæc proponere tum regiam potentiam tū tēpli dignitatem.¶ Exalta gressus tuos.Proponit tertio alteram supplicationē.exalta gressus tuos desolationibus sempiternitatis,omni malefecit inimico in sanctitate.Non exaltasti gressus tuos/opera tua,extantibus populo/regno & templo,sed dereliquisti omnia:exalta quęso gressus tuos/opera tua,desolationibus sempiternitatis:hoc ē desolatis iam regno/templo & populo.Nec solum exalta gressus tuos super desolata,sed super inimicos/attenta iniuria illata tibi ab eis.Ordina sic literam . omni inimico qui malefecit in sanctitate/in templo sancto tuo &c̄.& vtere datiuo pro ablatiuo.

¶ Rugierunt.Incipit hic pars executiua tali ordine.Prīo tractatur illa particula/exalta gressus tuos desolationibus &c̄.Secūdo illa/quare deus dereliquisti &c̄.ibi vsq̄quo deus.Tertio illa/recordare cōgregatiōis tuę &c̄.ibi memēto hui⁹.Quarto iterū illa/exalta gressus tuos oī q malefecit inimico &c̄.respectu vindictę/ibi surge de⁹. ¶ Tractat itaq̄ petitionē illā.exalta gressus tuos desolatiōibus sempiternitatis/ omni q malefecit inimico in sanctitate:recēsendo desolationes & mala quæ fecit inimicus/quæ fecerūt chaldęi in destructione hierusalē capto zedechia vltimo iudęoꝝ rege.Rugierūt/leonino furore,angustatores tui/inimici tui,in medio cōuētus tui:hoc est loci ī quē cōueniūt tui.i.in medio hierl'm.hæc.n.est ciuitas electa a deo vt sit nomen suū ibi:& ꝑꝑea appellat͛ locus cōuētus dei.posuerunt signa sua signa/erexerūt vexilla sua in signa victorię & dominii.¶ Scies sicut adducēs sursum in ramo ligni secures.Post rugitū & vexilla describit opa scissionū:& prophetat ꝙ scietur/palam cognoscet͛ & videbitur inimicus ad silitudinem adducētis secures ad superiores partes arboris ad scindēdum ramos eius.Et nūc sculpturas eius pariter securi & malleis frangent.Et intendit per hæc describere fracturas & scissuras factas ī hierl'm.Scissa siqdem sunt in tēplo quæ ęrea erāt/vt colūnę & mare:destructi quoq̄ sunt muri hierl'm.Circa nominata quoq̄ instrumēta nescio si ꝓpriā habent interꝑ̄tationem:sed hoc parum refert.nā cōstat per hæc intelligi instrumēta ferrea apta ad diruēdū:siue scindendo/siue malleis bipēnibus/siue quomodolibet aliter.Miserūt in ignem sanctuaria tua terræ,prophanarūt habitaculū nominis tui.Ordo pręposterus.prius prophanarūt habitaculū nominis tui/templū scilicet:& deinde miserūt ignem in sanctuaria tua terræ.Sāctuaria dixit propter distinctionem sancti sanctoꝝ a sancto.Addidit terræ/quoniam sanctuaria dei incremabilia sunt,sunt enim coelestia:sed quæ in terra sunt/incēdi possunt.Et hoc ad literam impletum est.¶ Dixerunt in corde suo filii eorum simul.Descriptis desolationibus extrinsecis/describitur desolatio interna subsecuta in filiis iudęorum cęsorum & captiuorū:& hoc describēdo cogitationes eorū.Vbi nota ꝙ inter alias miserias iudęorū describūtur eorum filii cōferētes ꝑterita & ꝑ̄sentia apud eos ad futurā dei misericordiā:nō desperādo , sed icertum libertatis tēpus habēdo.Cogitabāt duo ꝑterita.Alterū ꝙ chaldęi īcēderūt oēs cōuētus dei ī terra:i hoc ē oīa loca ad diuinos cōuētus īstituta:tēplū.s.& ciuitatē hierl'm.Alterū ꝙ ī tāta iniuria illata deo nō vidim⁹ signa nostra:hoc est nō vidim⁹ deū demōstrasse signa vindictę ī sacrilegos.Et hæc signa appellāt nostra:qm̄ eis ostēsa erāt pluries in deserto/percutiēte deo peccatores cōtra se:vt patet de dathan & abiron/& de incendio core & aliis.De pręsentibus vnum explicant.non adhuc propheta.Iam tantum tēporis est ꝙ combusta sunt loca dei/ & deus subtraxit signa , & vsq̄ hodie adhuc non mittit prophetam ad consolandum nos.Et nō nobiscum cognoscens vsq̄quo. Ecce ad quid vellēt prophetam:vt esset

cum eis cognoscens vsqquo durabit haec seruitus. Vbi clare perspicere potes destitutos moestosq; filiorū animos conferendo pręterita & pręsentia cum futura liberatione, ignorando quando liberabuntur. Nec obstat his q; superstes fuit hieremias: quia hieremias non iuit cum eis in babylonē, sed ductus est in ęgyptum a reliquiis iudęorum: vbi & occisus est. Vnde & significāter captiui in babylone dicunt, & non nobiscū cognoscens vsqquo. Nec etiam obstat q; daniel dicit de seipso ca.9. ego daniel intellexi in libris hieremię numerum annorum &c̄. quoniam psalmus loquitur de tempore intermedio. Vnde & significantius dicit, non adhuc propheta.

Vsqquo deus. Tractatur hic illa particula, quare deus dereliqsti &c̄. tali ordine. Occasiōe accepta ex cogitationibus filiorū captiuorum nescientium quātū durabit, exclamat propheta ad deum tripliciter. Primo ex duratione blasphemię. Vsqquo deus exprobrabit angustator? despiciet inimicus nomen tuum ad semper? Prouocantis est. Tanq̄ diceret. impone finem his blasphemiis, non tantum durent. Quare reuerti. Secundo repetit dolorē admiratiuū tātę cōsumptionis. Ita q; primum ex parte diuinę iniurię, & secundo ex parte afflictionis populi clamat. Quare facies reuerti manū tuā & dexterā tuā de medio sinu tuo, cōsumendo? Metaphora est. Tenens manū in sinu nō percutit: extrahens vero manū suā de sinu, vtitur ea. Et quia deus manu sua usus est cōsumendo tēplū, ciuitatē &c̄. ideo describitur faciens reuerti manū suā de sinu suo cōsumendo. Et dicitur faciens reuerti: quia pluries extraxerat eā de sinu suo ad puniendū iudęos, sed nunq̄ ad cōsumendū templū & ciuitatem electam sicut tūc. Et futurū facies, perseuerantiā denotat. Et deus. Tertio magnitudinē diuinę potentię introducit, ad cōfitēdū q; nō ex impotētia dereliquit populū suū. Et inchoat ab operibus diuinę potētię demōstratis palam in beneficiū populi sui. Et deus rex meus, peculiaris, ab initio, mei. s. populi israelitę: operans salutes, multas, in medio terrę, in manifesto, corā omnibus: vt patet in tot salutibus exhibitis educendo populū de ęgypto & introducendo in terrā promissionis. Tu rupisti in fortitudine tua mare, rubrū: cōfregisti capita draconum, egyptiorū, super aquas, submergendo eos. ęgyptios enim appellatos dracōes habes ezech.29. ecce ego ad te pharao rex ęgypti draco magne qui cubas in medio fluminum. Tu cōfregisti capita leuiathan, principes pharaonis: dabis eum escam populo, appositiue siccis: hoc est habitantibus in siccitate desertorū. Et videtur per hoc describere cadauera ęgyptiorum delata ad littus maris in escam animaliū. Tu scidisti fontē & flumen: hoc est tu scidisti petrā in fontem & flumen. fluxerunt. n. aquę de petra nō solum velut fons sed velut flumen: vtpote ad potū tantę multitudinis hominū & iumētorū in deserto. Tu exiccasti flumina fortitudinis. De flumine iordanis constat. De flumine arnon insinuatur. sicut fecit in mari rubro sic faciet torrētibus arnon nu.21. vel ponitur numerus pluralis pro singulari. Fortitudinis dicitur propter multitudinē aquę: vel pter effectū subsecutę fortitudinis. Tibi dies. A specialibus operibus diuinę potētię pgreditur ad vniuersale opus creationis. Tibi dies etiā tibi nox, subditur: tu pparasti luminare, lunam & stellas, & solem. Tu fecisti stare omnes terminos terrę, ęstatem & hyemem tu plasmasti ipsas. In qbus quattuor vide dominium coeli & terrę, & differētiarū diei & noctis, ęstatis & hyemis. vt per haec dñium reliquarū creaturarum intelligas: & penetres q; nō impotētię sed voluntatis, sed iustitię est derelictio populi sui sub afflictione & seruitute.

Memento huius. Tractatur hic illa particula, recordare congregationis tuę &c̄. dupliciter: tum ex parte hostiū, tū ex parte populi. Ex parte qdē hostiū proponit iniurias cōtra deū: vt hinc prouocet deū ad eripiēdū populū de manu taliū. Memento huius. s. q; inimicus exprobrauit non homini sed dño, & populus eorū insipiens, idolatra, despexit nomē tuū. Et pterea ne trade bestię. Bestiā appellat inimicū idolatram: eo q; more bestię sine intellectu est creatoris sui, & pter bestialem modum viuendi. Ne trade, diutius detinendam ac vorandam, bestię, genti bestiali, animam legis tuę, eruditam lege tua. Ecce cōparatio inter populum iudęorum & inimicos. illi sūt bestiae: iste animae erudite lege dei. Cōgregationis pauperum tuorum ne obliuiscere ad semper. orat pro reliquiis populi percussi, pro captiuis, p dispersis. Sed respice pacto, quod pepigisti cum abraham & cum moyse de reducendo populum penitentem etiam si ad cardines coeli fuerit dissipatus: vt patet deute.30. quia impleuerunt, pauperes tui, tenebrositates terrae, obscura queq; loca terrae, appositiue habitacula iniquitatis. pauperes tui non habentes domos habitarunt loca obscura, quae non sunt habitacula nisi prędonum, falsariorum, & aliorū huiusmodi hominum iniquitatis latentium in eis. Et intendit per hoc describere magnitudinem miserię pauperum dei, vt cogantur habitare ī locis obscuris & infamibus. Non reuertetur (depcatiue vtitur futuro, pro ne reuertatur) a conspectu tuo contritus, populus, confusus, nō exauditus a te: quia pauper & mendicus, populus iam poenitens, laudabunt nomen tuum.

Surge deus. Tractatur hic illa particula, exalta gressus tuos, quantum ad vindictam inimicorum. In principio enim fuit tractata eadem particula quantū ad explicationē desolationū: & superat vt tractaret quātū ad vindictā: quod hic fit. Surge deus, a pmissione iniuriarū tuarū, litiga litē tuā, age causam iniuriarū tibi illatarū. Acsi aperte diceret. Si nō vis vīdicare cām nostram, quia iuste passi sumus, vindica causam tuam: tibi. n. summa iniuria illata est incendendo templū tuum. Memento opprobrii tui ab insipiente, illati, tota die, continue: q; non possis plus q̄ alii dii. Ne obliuiscere vocem an-

gustatorum tuorum:sonitus insurgẽtium tuorum ascendens continue/supple est.Et intendit per hoc ꝙ non cessant iniurię vocales,sed continuantur & crescunt continue blasphemię dei ab oppressoribus:petens vt non obliuiscatur hæc punire.Amen.

¶VVLGATA EDITIO.¶ Victori ut nõ disꝑdas psal. asaph cãtici.LXXIIII.

Confitebimur tibi deus confitebimur : & inuocabimus nomen tuum.
Narrabimus mirabilia tua:cum accepero tempus ego iustitias iudicabo.
Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea:ego confirmaui columnas eius.
Dixi iniquis nolite inique agere:& delinquẽtibus nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altum cornu uestrum:nolite loqui aduersus deum iniquitatem.
Quia neq; ab oriente neq; ab occidente neq; a desertis mõtibus:quoniã deus iudex ẽ.
Hunc humiliat & hunc exaltat:quia calix in manu dñi/uini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in hoc : uerumtamen fex eius non est exinanita , bibent omnes peccatores terræ.
Ego autem annunciabo in seculum:cantabo deo iacob.
Et omnia cornua peccatorum confringam:& exaltabuntur cornua iusti.

¶IVXTA HEBRÆVM.¶ Vincenti ne destrue/psalmus asapho cãtici.LXXV.

1 Electi. Confessi sumus tibi deus†cõfessi sumus:& propinquum nomen tuum narrauerunt sepata tua. †dij
2 Mesias Quoniam accipiam conuentum:ego rectitudines iudicabo.
3 Liquefacti sunt terra & omnes habitatores eius:ego firmaui columnas eius. Selah.
4 Dixi insanis.Dictum. ne insanite:& impiis/ne exaltate cornu.
5 Ne exaltate in excelsum†cornu uestrum: [ne] loquimini in collo forti. †excelso
6 Quia non ab exitu & [non] ab occidente & non a deserto,celsitudines.
7 Quoniam deus†iudicans:hunc humiliabit & hunc exaltabit. †dij
8 Quia calix in manu domini/& uino mero plenus mixto/& effudit ex hoc:tantum feces eius exprimment/bibent omnes impii terræ.
9 Mesias.Et ego annunciabo mundo:cantabo deo iacob.
10 Et omnia cornua impiorum cędam: [et] exaltabuntur cornua iusti.

Titulus est.Vincenti ne destrue/psalmus asapho cantici.Et potest esse ordo literæ.psalmus cantici asapho vincenti ne corrumpe.Sensus autem ex dictis superius in aliis titulis patet:excepta illa particula/ne destrue.cuius sensus ex materia psalmi pendet.¶ Circa materiam autem psalmi aduerte ꝙ post primum versiculum apparet ex contextu psalmi sine tergiuersatione vnica persona loquens in omnibus reliquis versiculis:loquens autem in prima persona/pluries repetens ego,& continuans sermonem verbis primę personæ dixi & similibus.Attribuit autem persona hæc sibiipsi opera quinq;.Primum.ego rectitudines iudicabo.Secundum . ego firmaui columnas eius : scilicet terræ. Tertium.dixi insanis & impiis &c̃.Quartum.ego annunciabo mundo / cantabo deo iacob.Quintũ. omnia cornua impiorum cędam.¶ Ex quorũ quarto manifeste apparet ꝙ persona hæc est homo:hominis quippe est cantare deo.Ex tertio aũt apparet ꝙ persona hæc ꝑdicauit insanis & iniquis nõ superbe sapere,allegãdo diuinũ iudicium/hunc exaltans & illum humiliãs.in quo officium ꝑdicatiõis manifeste significat exercuisse hãc personã.Ex qnto vero apparet describi maximũ effectum.s.excisionem omnium cornuũ iniquorum.quod in hac vita adhuc factum nõ est:quum semper peccatorum cornua aliqua viguerint. Vnde colligitur hãc personã nõ aliã esse q̃ personam mesię:de nulla siquidem alia persona hæc verificãtur.immo nec de ipso christo vsq; ad diem iudicii:in quo omnia cornua peccatorum cędet.Solus siquidem mesias potest vere dicere.ego firmaui columnas terræ/& ꝙ omnia cornua peccatorum cędã.Exercuit quoq; ad literã ꝑdicationis officium/prędicans & diuinũ iudicium & diuinã prouidẽtiã.Et breuiter oĩa simul collecta/ei soli cõueniunt.Et ꝓpterea ad literã materia psalmi

est aduentus mesię,primo ad pdicandum mundo/& demum ad iudicandū.¶ Vnde quod in titulo dicitur ne destruę/supplicantis est pro aduentu mesię:ne permissiue deus destruat mundum corruentē tot criminibus,sed succurrat repando seu sustinendo ipsum.Et huic petitioni respondet psalmus/ego paraui seu firmaui columnas eius.Procedit quoq; hæc petitio ex timore diuini iudicii:de quo tam in hac vita q̄ in vniuersali iudicio psalmus tractat.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta mirabilia mesię ad repandum mundū/lege/prędicatione diuini iudicii/apostolis/ ac demum vniuersali iudicio,cum fructu diuinæ laudis describit.

¶ Personæ loquentes sunt duæ:scilicet electi & mesias.

Confessi sumus. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuā materiæ, & executiuā/ibi quoniā accipiam.¶ Proponit duo.Primo fructū aduētus christi.Confessi sumus/confessione laudis, tibi deus.vox ista electorum est audito christo.confessi sumus.repetitio mysteriū duplicis laudis(scilicet in primo & in secundo aduētu)significat.Secūdo.Et propinquū nomen tuum narrauerunt separa tua.i.mirabilia dei mōstrata i aduētu chfi manifestauerūt nomē dei ppinquū/nō elōgatū/nō distās sed ppinquū nobis:manifestarūt.n.verbū carnē factū/nobiscū deum.opa quæ ego facio testimonium perhibent de me.Et rursus.si opera non fecissem quæ nemo alius fecit/peccatum non haberent.

¶ Quoniā accipiam conuentum. Incipit hic pars executiua tali ordine.Pīo tractatur illa particula/& ppinquū nomē tuū narrauerūt sepata tua.Scdo illa/cōfessi sumus/ibi & ego annunciabo.¶ Tractat itaq; ppinquū diuinū nomen manifestatum per mirabilia a triplici actione christi/introducēdo ipsum christum loquētē de seipso.Primus actus est.Quoniā accipiam conuentum/hominum ad me, ego rectitudines iudicabo.Legislatorē se profitetur in acceptione cōuentus/ i adunatione hominum ad se,iudicando rectitudines/diffiniēdo rectitudines actionū.Audistis qa dictum est antiquis/diliges amicū tuū & odio habebis inimicū tuū:ego aūt dico vobis diligite inimicos vestros . & rursus.dictū est/quicūq; dimiserit vxorem suā det ei libellum repudii:ego autem dico vobis q̄ omnis qui dimiserit vxorē suam/facit eam mœchari &c̄.In his enim & similibus & vniuersaliter in omni doctrina christi adimpletum videmus/ego rectitudines iudicabo:diffiniendo rectitudines actionum & morum.¶ Liquefacti sunt terra & oēs habitatores eius,ego firmaui columnas eius.Secūda actio describitur a metaphora dissolutę seu corruentis domus cū habitatoribus suis/pręstādo beneficium columnarum sustentantium illā.Et intendit q̄ sicut quum dissoluitur domus cum periculo habitatorum/ succurrens pparatione seu firmitate colūnarū sustentantium saluat domū & habitatores,ita mesias ruente terra & habitatoribus eius/ipse succurrit beneficio colūnarum sustentantium:hoc est apostolorum & discipulorū.vnde & paulus ad gal.2.petrum/iacobum & ioannē colūnas ecclesiæ seu fidei appellat. Aduerte q̄ beneficium colūnatum propter multiplicē significationē dictionis hebraicę multiplicitet exponitur.s.firmaui vel ppataui seu aptaui/& huiusmodi.Satis est proposito q̄ cōstat de beneficio colūnarū ad sustentādum:siue stabiliendo/siue aptando/siue parādo.Inter has autem actiones quę valde mirabiles sunt/cointellige etiam miracula quæ interuenerunt ad confirmandū sermonē christi & apostolorum.¶ Dixi insanis.Tertia actio est pdicatio ad insanos & impios/ad peccantes ex ignorantia & ex malicia.Inter insanos computa saulum qui postea paulus/cum oībus qui persequēdo christianos arbitrantur obsequium se pstare deo. Dixi isanis.ne insanite,& impiis/ne exaltate cornu.Prędicauit humilitatem pręcipue christus.Ne exaltate in excelsum cornu vestrum.exaggeratio est pcepti.tum propter superbiam iudęorum.nos ex fornicatione non sumus nati,sed patrem habemus deum.& rursus. pater noster abraham est.Tum quia superbia initium est omnis peccati & regina omnium vitiorū. ne loquimini in collo forti:hoc est erecto/eleuato/duro . superbi enim est etiam signo exteriori monstrare superbiam.Et intendit per hæc omnia exterminium superbię indicere.Quia nō ab exitu / solis/ hoc est ab oriente,& non ab occidente & non a deserto/vtroq; polo,celsitudines / hominum pendent. Ratio cohibendi superbiam redditur,quia ex nulla mundi parte pendent celsitudines hominum.Et huius rationis ratio subiungitur.Quoniam deus iudicans,hunc humiliabit & hunc exaltabit.Non est in potestate omnium partium mundi celsitudo hominis:quoniam deus iustus iudex hoc sibi reseruauit:& hunc quem voluerit humiliabit & hunc quem voluerit exaltabit.¶ Quia calix in manu domini.Ira dei describitur sub metaphora calicis pleni vino mero mixto/hoc est turbido:mixtura.n. reddit vinum turbidum.ita q̄ de hoc calice effluit seu effunditur vsq; ad feces exclusiue:feces autem reseruantur exprimendę in potum vltimis.Hæc est metaphora.Et intendit q̄ ira dei significata per vinum merum turbidum,posita in mensura calicis(vindicta siquidem mensurata ē sua iustitia/& non fit humano furore)vsq; ad diem iudicii effunditur & effluit velut currens liquor citra feces/nunc puniendo istum nunc illum/vt quotidie videmus sed non notamus:in tempore autem iudicii vniuersalis exprimentur feces bibendę ab omnibus nullo excepto impiis terræ.Describuntur feces exprimendę,quia aliter non sunt habiles ad potum.bibendę autem/ad significandum q̄ voluntarie in sua causa(hoc est in peccatis)pœnas bibent dānati:q̄uis inuiti potum pœnarum suscipiant.

Et ego annunciabo. Tractatur hic illa particula/confessi sumus. tum quo ad confessionem in prę/senti vita. Et ego annunciabo/quæ dei sunt, mundo/ego palam locutus sum mundo: cantabo/ per ec/clesiam meam/per membra mea confessione laudis, deo iacob/non alteri deo sed illi quem coluit ia/cob/deo veteris testamenti. Tum quo ad confessionem in resurrectione. Et omnia cornua iniustorum cędam/in iudicio vniuersali excidam/tollam omnes potestates iniquorum: exaltabuntur/ruc, cornua iusti/generis iustorum. Parum esset auferre celsitudines impiorum nisi exaltaretur potestas iustorum. tunc enim illi ibunt in supplicium ęternum, iusti autem in vitam ęternam/possidēdo regnum sibi pa ratum ab ęterno. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori i carminib⁹ psalmus asaph cāticū. LXXV.

Notus in iudea deus: in israel magnum nomen eius.
Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in sion.
Ibi confregit potentias: arcum/scutum/gladium & bellum.
Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis: turbati sunt omnes insi/pientes corde.
Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerūt omnes uiri diuitiarum in manibus suis.
Ab increpatione tua deus iacob: dormitauerunt qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.
De cœlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit.
Dum exurgeret in iudiciū deus: ut saluos faceret omnes mansuetos terræ.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquię cogitationis diem festum agent tibi.
Vouete & reddite domino deo uestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.
Terribili & ei qui aufert spiritum principum: terribili apud reges terræ.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti in modulationibus, psalmus asapho can/ticum. LXXVI.

1 Propheta. Notus in iudæa deus†: in israel magnum nomen eius. † dij
2 Et fuit in salem umbraculum eius: & habitaculum eius in sion.
3 Ibi confregit sagittas arcus: scutum & gladium & bellum. Selah.
4 Luminosus tu, fortis plus montibus rapinæ.
5 Prędati sunt fortes cordis: dormierunt somnum suum, & non inuenerunt omnes uiri uirtutis manus suas. *(pohan)*
6 Ab increpatione tua deus iacob: consopitus est & currus & equus.
7 Tu terribilis tu: & quis stabit faciebus tuis? ex tunc ira tua. *(timendus; omni)*
8 De cœlis fecisti audire ius: terra timuit & quieuit. *(hierusalem)*
9 Surgente ad iudicium† deo†: ad saluandum omnes humiles terræ. Selah. † iudicio † dijs
10 Quia ira hominis confitebitur te: reliquias irarum cinges.
11 Vouete & soluite dn̄o deo uestro: omnes circuitus eius portabunt munus formidato.
12 Prohibebit spiritum principum: timendus regibus terræ.

Titulus est. Vincenti in modulationibus psalmus asapho canticum. Qui patere potest ex supra/dictis. Sed ex hoc nihil habetur de materia psalmi: & propterea oportet ipsam ex psalmo colli/gere. Apparet autem ꝙ psalmus tractat de percussione exercitus sennacherib tempore ezechię. manife/ste enim in principio psalmi describitur deus confringens omnia arma in hierusalem/ad hoc vt co/gnoscatur ipse deus hierusalem & sion. Et si his adiunxeris conditiones quæ in psalmo describuntur (scilicet ꝙ deus de coelo hæc fecit/& ꝙ dormierūt omnes viri exercitus/& ꝙ terra timuit & quieuit) manifeste nō tam prophetatur q̄ describitur res gesta; quoniam tunc hæc omnia gesta sunt. & breui/

ret omnia quadrant huic materiæ. Est igitur materia psalmi ad literam/manifestatio ꝙ deus iudeę & hierusalem est verus deus/ex mirabili prostratione exercitus sennacherib: centum scilicet & octogintaquinq; milium hominum vna nocte: vt scribitur. 4. reg. 19. & 2. parali. 32. & esa. 37. Et quia psalmus iste longe ante fuit editus (vtpote tempore dauidis, quum prostratio assyriorum fuerit tempore ezechię) manifeste apparet prophetia/tam clara vt res gestas describere videatur.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta publice cognitum ac magnificatum deum in hierusalem prosternendo exercitum sennacherib, ita prophetat acsi rem gestam describeret/tangendo singula quæ interuenerunt.

¶ Persona loquens propheta est.

NOtus in iudęa deus. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiæ, & executiuam/ibi & fuit. ¶ Proponit duo. Alterum est. notus in iudęa deus. Non dicit/ notus est iudeę, sed in iudęa: vt intelligas ꝙ cognitus est ab vniuersis deus habitans in iudęa. Iudęam appellat illam terræ promissionis partem in qua erat tribus iuda simul cum beniamin. in illa siquidem parte denominata iudęa a iuda patriarcha habitabat deus tunc: quum iam regnum israel deuastatum fuisset & decem tribus translatę in assyrios/ad medos &c. ⁋ Alterum. In israel/disperso, magnum nomen eius/supple habitum est. Significanter enim dicit nomen magnum: vt intelligas ꝙ audito tam grandi miraculo habitum est nomen domini magnum vbiq; in israelitis. nomen enim ad auditum spectat.

¶ Et fuit in salem. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula/notus in iudęa deus. Secundo illa/in israel magnum nomen eius/ibi quia ira. ⁋ Et fuit in salem/hoc est in hierusalem, vmbraculum eius: & habitaculum eius in sion. Electio tam ciuitatis q̄ specialis loci ipsius ciuitatis (scilicet sion) describitur: elegit siquidem deus vtrunq;. Idem autem significatur per vmbraculum & habitaculum/templum scilicet. in quo dicebatur deus habitare ratione cultus qui ibi deo exhibebat. Et sic ibi cognoscebatur deus/cultu/veneratione/responsis/exauditionibus/miraculis ignis & nebulę: vt patuit in dedicatione templi. ⁋ Ibi/iuxta hierusalem, confregit sagittas arcus: scutum & gladium & bellum. Lege esaiam. non iaciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus/& non mittet in circuitu eius aggerem/sennacherib. Et describitur non solum armorum deiectio sed etiam totius belli. nam tunc cessauit bellum: quoniam sennacherib reuersus est in niniuem/& occisus est a filiis suis. Et sic deus non solum confregit arma, sed totum bellum. ⁋ Luminosus tu. Ecce modus quo deus cognitus est habitans in iudæa. Luminosus tu/manifestando vt omnes videant, fortis plus montibus rapinę. dum appares fortior regibus/principibus, qui sunt montes rapinę: fortior sennacherib & principibus eius. ⁋ Prędati sunt/passiue, fortes cordis. Ecce effectus fortitudinis diuinæ: ꝙ assyrii fortes cordis/superbi cordis, sunt prędati/spoliati sunt omnibus rebus. tunc enim occiso a deo exercitu assyriorum/res eorum cesserunt in prędam iudæorum. Dormierunt somnum suum. Describitur tempus quo percussi sunt: scilicet nocte hora qua dormiebant. Dormierunt somnum suum/assyrii in exercitu: & non inuenerunt omnes viri virtutis manus suas. Viros virtutis appellat regem sennacherib & eos qui cum eo erant qui non sunt interfecti. isti enim mane surgentes non inuenerunt manus suas: hoc est exercitum/qui erat velut manus eorum. ⁋ Ab increpatione tua. Percussio ipsa describitur communi nomine/ab increpatione tua deus iacob. Nec alicubi in scriptura inuenitur qualis fuerit illa percussio: nisi ſm effectum, quia fuit occisiua. 185. milium hominum. Multi dicūt ꝙ fuit increpatio combustiua, ita ꝙ redegit in cinerem corpora illęsis vestibus. Sed hoc nō solum caret autoritate scripturę, sed dissonat ab ea, quarti siquidem reg. decimonono dicitur de sennacherib. quumq; diluculo surrexisset vidit oīa corpora mortuorum. Si fuissent corpora combusta, non dixisset vidit corpora mortuorum: sed vidit cineres eorum/aut vestes eorum. Berosus autem referente iosepho dicit ꝙ fuit pestilentia/qua perierunt. 185. milia in prima nocte: & ꝙ ꝓpterea sennacherib metuens reliquę exercitus parti iuit in niniuem. Sed berosus diuinando hoc dicit, non credens diuinum miraculum. Dissonat autem pestilentia hæc a diuino miraculo: pro quanto subsecutum esset periculum pestilentiæ in populum iudæorum egredientium ad spolia assyriorum. dei enim opera non cum tali imperfectione sed perfecte salutifera fuisse rationabile est. Relinquamus ergo incertam qualitatem percussionis seu increpationis. ⁋ Cuius effectus subiungitur. Consopitus est & currus & equus: hoc est & vecti curribus & vecti equis milites. dicitur enim. 2. para. 32. percussit omnem virum robustum & bellatorem & principem exercitus assyriorum. vt intelligas ꝙ non solum pedites & gregarii milites percussi sunt. Consopitus autem dicitur/quia mors somno copulata est. ⁋ Tu terribilis es. Exaggeratio est, significans ꝙ tu deus per teipsum terribilis ex tali opere monstraris. Et quis stabit faciebus tuis? proculdubio nullus. Ex tunc ira tua. A differentia inter diuinam iram seu vindictam & humanam/commendatur terribilitas diuina. vindicta enim qñq; ē in potestate nostra & qñq; nō: immo superuenit qñq; tēpus quo poenitet nos nō vindicasse & volumus

vindicare.sed nõ possumus pro tunc. Ira aũt dei semper est pro quocũq; tũc parata. & ppea ira dei appellatur ira ex tunc: quia ex quolibet tunc/ex quolibet instãti est prompta. Et patuit in hac percussione q fuit ex tunc quum venit rex assyriorũ personaliter ex ęgypto: nocte.n. sequente apud iosephum exercuit deus hanc iram. vt sennacherib oculis propriis videret exercitum suum occisum a deo iudęorum. ¶ De coelis fecisti audire ius. Coeleste instrumẽtum respectu talis vindictę describitur, non p modũ belli sed per modum iudicii. Fecit oẽs audire ius factum de coelis contra blasphemias sennacherib. misit.n. deus angelum suum executorem iuris/occidendo. 185. milia. Terra/hierosolymitana, timuit/timore magno a facie sennacherib, & quieuit/a pliando: non enim pugnauit. ¶ Surgente ad iudicium/ assyriorum, deo: ad saluandũ oẽs humiles terrę. Describit nõ interuenisse pugnam seu pliũm iudęorũ ad occidendũ assyrios/sicut interuenerunt iudęi pugnantes contra amorręos & chananęos tempore moysi & iosuę: sed interuenisse merita humilium seu mãsuetorũ esaię/ezechię/& reliquorum deuote cõlentium deum in hierusalem. pro quorum salute deus prostrauit exercitum sennacherib. In hebręo habetur in datiuo iudicio: sed congruitas mutauit adiuncta prępositione ad.

Quia ira. Tractatur hic illa particula/in israel magnum nomen eius: explicando effectus tanti iudicii in quibus relucet extensum nomen dei magnificatũ in israel. ¶ Primus effectus est. Quia ira hominis/sennacherib contra populum tuum, confitebitur te/materia erit laudis tuę: fuit enim occasio diuinę laudis. reliquias irarum cinges. Ecce effectus. ex laude diuina occasionata ab ira sennacherib, compescuit/ligando cinxit deus reliquos inimicos iudęorũ: hoc enim est cingere reliquias irarum contra iudęam. nam audientes tantum dei iudicium/destiterunt ab impugnatione iudęę. ¶ Vouete/ex deuotione, & soluite/ex debito, domino deo vestro. Apostrophat ad iudęos vt iam liberati ab ira sennacherib & voueant & soluant vota: hoc est gratias agant/libere cultum exhibeant domino deo suo. quod est secundus effectus. ¶ Omnes circuitus eius portabunt munus formidato. Tertius effectus describitur q omnes in circuitu hierusalem portauerunt munera domino. dicitur enim. 2. para. 32. & pręstitit deus ei (ezechię) quietem per circuitum: multi etiam deferebant hostias & sacrificia domino in hierusalem. Vbi apparet res gesta hic prophetata: dum dicitur q omnes circuitus eius portabunt munus formidato/deo propter prostratum exercitum mirabiliter. ¶ Prohibebit spiritum principum, timendus regibus terrę. Quartus effectus est q ex hoc facto deus redditus timendus regibus terrę, prohibebit spiritum principum a pugnando contra hierusalem. Quod plus est q̃ ligare reliquias irarum quę paratę tunc erant contra hierusalem/quanto hoc est vniuersalius q̃ illud. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO ¶ Victori pro idithun psalmus asaph. LXXVI.

Voce mea ad dominum clamaui: uoce mea ad deum & intendit mihi.
In die tribulationis meæ deum exquisiui manibus meis nocte contra eũ & non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea: memor fui dei & delectatus sum, exercitatus sum & defecit spiritus meus.
Anticipauerunt uigilias oculi mei: turbatus sum & non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte cum corde meo: & exercitabar & scopebam spiritum meum.
Nunquid in æternum proiiciet deus: aut non apponet ut complacitior sit adhuc?
Aut in finem misericordiam suam abscindet: a generatiõe in generationem?
Aut obliuiscetur misereri deus: aut continebit in ira sua misericordias suas?
Et dixi. nũc cœpi: hæc mutatio dexterę excelsi.
Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in sancto uia tua: quis deus magnus sicut deus nr̃? tu es deus q facis mirabilia.
Notã fecisti i pplis uirtutẽ tuã: redemisti i brachio tuo pplm tuũ, filios iacob & ioseph.
Viderunt te aquę deus uiderunt te aquę & timuerunt: & turbatę sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum: uocem dederunt nubes.
Etenim sagittę tuę transeunt: uox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota ẽ & contremuit terra.

In mari uia tua & ſemitę tuę in aquis multis:& ueſtigia tua non cognoſcentur.
Deduxiſti ſicut oues populum tuum:in manu moyſi & aaron.

IVXTA HEBRÆVM. Vincēti ſup ieduthun aſapho pſalmus. LXXVII.

†deos †deũs 1 Propheta VOx mea ad deum†& clamabo:uox mea ad deum†& auſcultauit me.
†dños meos 2 In die anguſtię meę dominum†quęſiui: manus mea nocte mota eſt & non relaxabitur,renuit conſolari anima mea.
†deoꝝ 3 Recordabor dei†,& conturbabor:meditabor,& collabetur ſpiritus meus. Selah.
4 Apprehendiſti palpebras oculorum meorum: paſſus ſum & non loquar.
5 Cogitaui dies ex principio:annos ſeculorum.
6 Recordabor modulationis meæ in nocte:cũ corde meo loquar,& quæſiuit ſpũs meꝰ.
†dñi mei 7 Nunquid ſeculis derelinquet dominus†:& non adiiciet ad uolendum adhuc?
8 Nunquid finita eſt,ad ſemper gratia eius:cõpleuit dictum generationi & generatiõi?
9 Nuunquid oblitus eſt miſereri deus:uere continuit in furore miſericordias ſuas? Selah.
10 Et dixi.ęgritudo mea ipſa,mutationes dexterę excelſi.
11 Recordabor opera domini:quoniam recordabor ex principio ſeparatum tuum.
12 Et meditabor in omni opere tuo:& in cauſis tuis loquar.
†dij †dij 13 Deus†in ſanctitate uia tua:quis deus [alioꝝ] magnus ut deus† [natura]?
14 Tu ipſe faciens ſeparatum:feciſti ſcire in populis fortitudinem tuam.
15 Redemiſti in brachio populum tuum:filios iacob & ioſeph. Selah.
†dij 16 Viderunt te aquæ deus†uiderunt te aquę:trement etiam trement abyſſi.
17 Effuderunt aquas nubes:uocem dederunt cœli,etiam ſagittę tuæ ambulabunt.
18 Vox tonitrui tui in rota,fecerũt lumen fulgura mũdo:tremuit & commota eſt terra.
19 In mari uia tua,& ſemitę tuę in aquis multis:& ueſtigia tua non ſunt agnita.
20 Deduxiſti quaſi ouem populum tuum:in manu moyſi & aaron.

TItulus eſt.Vincenti ſuper ieduthun aſapho pſalmus.Ieduthun nomẽ eſt vnius principis in muſica.1.para.25.Vel potius hoc in loco nomen eſt muſici inſtrumenti:nam prępoſitio ſuper,hoc inſinuat.Reliqua tituli patent ex ſuperius dictis.

Circa materiam pſalmi aduerte,aliquid eſſe certum,aliquid rationabile,aliquid ambiguum. Certum eſt ꝙ propheta afflictionem diuturnam plorat coram deo,ſperans liberari a diuina gratia,& cõmemorans antiqua dei opera.Probabile eſt ꝙ afflictio iſta ſit afflictio populi.Quod ex eo ſuadetur ꝙ cõmemorat priſca opera dei in liberatione populi ex ęgypto:tanq̃ ex pręteritis operibus dei ſperãs populum denuo liberandum ab hac afflictione.Ambiguum autem remanet quæ aut quo tempore fuerit iſta afflictio populi.Et ẽ ratio ambiguitatis:qa pſalmus ſiſtit ĩ generalibus.nihil enim ſpeciale explicat niſi recordationem nocturnorum canticorum in verſiculo.6.Ex quo innui videtur ꝙ fuit tribulatio priuans canticis nocturnis:hoc eſt cultu diuino qui exhibebatur in templo:iuxta illud.in noctibus extollite manus veſtras in ſancta &c̃. Sed hinc non habetur ꝙ ſit ſermo de captiuitate aliqua populi iudęorum:quum cultus diuinus fuerit impeditus tempore antiochi abſq; captiuitate populi,vt patet in li.macca.& populus fuerit tunc maxime afflictus. Vnde quum nullam habeam rationem declinandi in afflictionem populi ratione captiuitatis,magis q̃ in afflictionem eiuſdem ſine captiuitate,neſcio temere opinari de qua afflictione populi pſalmus iſte loquatur ad literam:ſed exponendũ cenſeo pſalmum de afflictione hebręi populi priuati diuino cultu cum ſpe reditus ad illum.

SVMMARIVM EST.

Propheta afflictum agens,continua ſupplicatione meditantem ac velut attonitum & animo collapſum ſe deſcribit:tum ex parte dei,tum ex parte pręteritorum bonorum.Et ex diuinę conditiõe gratiæ anguſtiam ſuam terminandam affirmat mutatione dexterę diuinę,commorando interim in meditatione diuinorum mirabilium operum &c̃.

Perſona loquens propheta eſt.

VOx mea ad dominum.Diuiditur pſalmus in partes duas:propoſitiuam materię,& executiuã ibi in die anguſtię.Proponit duas combinationes.Altera eſt.vox mea ad dñm & clamabo.Altera eſt.

ta eſt. Vox mea ad dominũ & auſcultauit ad me. Prima cõbinatio conſtat ex voce & clamore. ſecũda
ex voce & exauditionis ſigno. Proponit per primã, vocem ſuam ad deum/non ad hominem, cum cla/
more cordis. Per ſecundam autem vocem rurſus ſuam ad deum cum aurium porrectione diuinarum:
quod eſt ſignum beneuolę audientię & futurę gratię.

ℭ In die anguſtię meę. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractaẽ illa particula/vox mea
ad dominum. Secũdo illa/& clamabo/ibi nunqd. Tertio illa/& auſcultauit/ibi & dixi. Quarto illa/vox
mea/ibi deus in ſanctitate. ℭ Circa vocẽ eius ad deũ, quia non vox exterior ſed interior (vtpote nõ ad
hoĩem ſed ad deũ) directa eſt/& deo loquntur internis affectibus/cogitationibus/memoriis &c̃. incipit
propheta vocem ſuã deſcribere a continuitate & magnitudine triſtitię. In die anguſtię meę. Ecce ma
teria in genere anguſtia populi. Dominũ/non hoĩem, quęſiui/elõgatũ a me/perditũ ſeu amiſſum: quę
rimus enim ea quę ꝑdidimus. Manus mea nocte mota eſt & non relaxabitur. Continuitas quęrendi
deũ deſcribiẽ, tum ab vtroq; tꝑe: die ſcilicet & nocte. tum ab indefeſſa ſupplicũ manuum extẽſione. Re/
cole moyſen orantẽ in pugna cõtra amalechitas extenſis manibus: & intelliges quid ſignificet nõ re/
laxatio manuũ. Deſcribit ergo ſeipſum die & nocte, quęſiſſe deũ ſuppliciter ſine intermiſſione/more orã
tium extẽſis brachiis &c̃. Renuit cõſolari aĩa mea. Ecce magnitudo triſtitię. Aĩus plenus moeſtitię re/
nuit ſuſcipere cõſolationẽ: vtpote cui nullum locũ reliquerat. Recordabor dei & cõturbabor. Rõnem
reddit tantę triſtitię ex parte recordationis dei. Recordabor dei. Nolens cõſolari reuocabo ad memo/
riã deũ offenſum/amiſſum/elongatũ. Et ex hac recordatione hęc ſequenẽ. Et cõturbabor/intus, medita/
bor/in meipſo loquendo, & collabetur ſpũs meus. Metaphoricus eſt ſermo ad ſimilitudinẽ eoꝝ qui cõ
turbati timore aliquo vel nimia triſtitia cadũt ſemianimes. Et intẽdit per haec ꝙ cogitando deũ offen
ſum & amiſſum, ita afflictus eſt intus ſicut iſti collabentes exterius. Et referunẽ hęc verba futuri tempo
ris ad ꝓteritum tenuit/tanq̃ cõſequentia ad illud. ℣ Apprehẽdiſti palpebras oculoꝝ meorum. Vigilia
multa explicaẽ more eorũ qui perdiderũt ſomnum/quoꝝ palpebrę non tegunt oculos: quia tenẽt eos
aptos/ĩpotẽtes claudere eos ad ſomnũ. Paſſus ſum/ſtupotẽ. Paſſio illa ſignificatur quę inſomnes comi/
tatur/qua ſunt velut attoniti. Et non loquar. Comitaẽ quoq; ſilentiũ hmõi paſſionem. Et intendit per
hęc ꝙ meditando deũ ſic offenſum &c̃. ſe habet ſicut hmõi attoniti: hoc eſt ꝙ interius nõ habet vnde
conſoletur/vnde excuſet/quid dicat &c̃. ℭ Cogitaui dies. Altera ratio tantę triſtitię ex recordatione
pręteritoꝝ bonorum. Cogitaui dies ex principio/vel mũdi vel populi hebręi, annos ſeculoꝝ/abrahę/
ioſeph/moyſi &c̃. cõferendo dicta ſecula cum hoc tantę anguſtię. Recordabor modulationis meę in
nocte/olim habitę in templo dei quam iam ꝑdidi: cum corde meo loquar/lamentabiliter mecum lo/
quar conferendo haec bona perdita cum malis quę patior. & quęſiuit ſpiritus meus/& mecum loquẽ/
do ſpiritus meus quęſiuit hęc quę ſequuntur.

Nunquid ſeculis. Tractaẽ hic illa particula/& clamabo/per modũ inquiſitionis quã fecit ſpũs pro/
pheticus in pſona &c̃. Nunqd ſeculis/oĩbus, derelinquet dñs/me in hac anguſtia: & nõ adiiciet ad vo/
lendũ adhuc? Tanq̃ diceret abſit. ℣ Et rõnem ſubdit. Nunqd finita eſt ad ſemꝑ gr̃a eius: hoc eſt nunqd
gr̃a eius ſuapte natura tendẽs ad miſerẽdũ nõ qñq; ſed ſemꝑ ſine limitatione tempoꝝ/finita eſt? tanq̃
diceret/hoc eſt ĩpoſſibile: q̃a fieri non põt vt gr̃a dei finiatur. Cõpleuit dictũ generationi & generatio/
ni: hoc eſt nunquid dictũ ſuũ de gratia ſua extendẽda generationi & generationi ſine fine, mõ comple/
uit/terminauit/finiuit? Tanq̃ diceret/hoc eſt ĩpoſſibile. ℣ Nunqd oblitus eſt. Impedimẽta miſerẽdi tan
git more humano, aut ex obliuione. nunquid oblitus eſt miſereri deus? Aut ex paſſione irae vere conti
nuit in furore miſericordias ſuas? Tanq̃ diceret, haec nõ habent locũ in deo ꝓprie. metaphorice autem
iam obliuio excluſa eſt. furor aũt. i. iuſtitia vindicatiua hic excluditur nominando miſericordias ſuas:
quas conſtar eſſe ſupra iuſtitiam vindicatiuam, imo ſupra oĩa opera dei. Et propterea nõ poſſunt ſupe
rari miſericordię dei a iuſtitia eius, ſed econuerſo conuenit ꝙ miſericordia ſuperet iuſtitiam.

Et dixi. Tractaẽ hic illa particula/& auſcultauit/declarãdo futurã dei gr̃am. Et dixi/edoctus a ſpũſan/
cto. ęgritudo mea ipſa mutationes dexterę excelſi: hoc eſt ipſa afflictio quã patior eſt velut ęgritudo cu
rabilis mutationibus ſolitis dexterę excelſi. Metaphora eſt ſumpta a ſtatu ægrotorum/vt ægritudo di/
ſtinguiẽ cõtra mortẽ. Et intendit ꝙ afflictio iſta eſt non mors/nõ eſt ad ſimilitudinẽ mortis (quae eſt ir
reparabilis) ſed ad ſimilitudinem ęgritudinis ſeu imbecillitatis curabilis. Et licet ex hoc declaret futu/
rã gr̃am dei liberatricem ab hac afflictione (quia definita ęgritudine curabili declaraẽ futura ſanitas)
attamẽ ſubiungit ex parte dei cãm mutationis dexterę excelſi. Acſi diceret. Dixi/definiui hãc afflictio/
nẽ habere cauſas vtrinq;. ex parte quidẽ mei velut ęgritudinẽ corporis. Ex parte vero dei mutationes
non conſilii, ſed dexterę/executiuę potẽtię dei excelſi: ita ꝙ ęgritudo ipſa eſt mutationes paſſiuę/de ſta
tu ſanitatis in ſtatum ægritudinis/& rurſus erit de ſtatu ęgritudinis in ſanitatem metaphorice: pro/
prie vero de gratia in iuſtitiam & iuſtitia in gratiam. haec enim ſunt proprie mutationes dexterę excel
ſi. Et ꝙ hoc non vana ſpe dixi/declaro. Recordabor opera domini/in teſtimonium affero memoriam
operum domini pręteritorum, non inſolitorum ſed conſuetorum. Quoniam recordabor ex pñcipio/
mũdi ſeu hebręi populi, ſeparatũ tuũ/hoc eſt multitudinẽ mirabiliũ tuoꝝ. Et meditabor in omni ope

tuo, & in causis tuis loquar. Causas dei appellat occasiones propter quas deus quandoque punit, quandoque exaltat ob gloriam seu iustitiam suam & huiusmodi.

Deus in sanctitate. Tractatur hic illa particula, vox mea ad dñm: declarando quod vox cõmemoratiua diuinorum beneficiorum expectãdo diuinam gratiam, est illa qua fit vt deus benigne audiat. Vbi aduerte quod propheta prius descripsit benignum dei auditum in effectu certę spei: & deinde subiungit vocem suam ad deum conseruatiuam status spei. ¶ Deus in sanctitate via tua, a principio populi tui via tua qua duxisti populum fuit in sanctitate columnę nubis per diem & ignis per noctem. quis deus, inter omnes qui vocantur dii, magnus, simpliciter & absolute, vt deus, natura non opinione hoíum? quasi dicat. nullus. Tu ipse deus faciens separatum, hoc est mirabile omne, quod alii dii facere non possunt: fecisti scire in populis, non clam, non in angulo sed publice in populis, fortitudinem, potentiam, tuã. ¶ Redemisti in brachio (ecce quãdo manifestauit potentiã suã) populũ tuũ, filios iacob & ioseph, de seruitute ęgypti. Meminit spãliter filiorum ioseph. tum quia non descẽderunt cum iacob in ęgyptum, sed nati sunt in ægypto: ac per hoc ægyptii habebantur. tum quia ioseph institutus est primogenitus iacob, priuato ruben. tum quia ioseph merita cõmendanda specialiter sunt velut patriarchę vt iacob & isaac: quasi etiã fuerit vt alter pater omnium: vtpote qui oẽs aluit in tanta penuria. ¶ Viderunt te aquę deus viderũt te aquę maris rubri: tremement etiam tremement abyssi. Aquas maris rubri describit ad similitudinem videntium & trementium non solum in superficie sed in pfundo ratione effectus: quia diuisę sunt sicut trementes obediunt ad nutum. Effuderũt, pluendo, aquas nubes: vocẽ, tonitrui, dederũt coeli, inferiores: hoc ẽ regio aeris i qua generantur hmõi mixta. etiã sagittæ tuę, fulmina, ambulabunt. Vox tonitrui tui in rota, audit mote rotę. Explicatur hic vox quã dederũt nubes. Fecerunt lumẽ fulgora mundo. non dicit toti mundo sed mundo, ad significandam multitudinem coruscationum: tanq̃ illuminarent nõ vnũ angulum tm̃, sed communiter viderentur lumen facere. Tremuit & cõmota est terra. Hæc superius descripta, ex exodo summuntur pręter hoc vltimum, si de terremotu ad literam intelligitur. qui tamen forte fuit tunc in ęgypto: q̃uis nõ sit scriptus in exodo. Si autem per terram habitatores terræ intelligimus, nulla est ambiguitas. ¶ In mari via tua. Hactenus mirabilia dei publica cõtra ęgyptios commemorauit in elemẽtis omnibus: modo mirabilia tunc gesta erga hebręos cõmemorat. In mari, rubro, via tua, quam tu fecisti populo: & semitę tuę in aquis, non paucis, sed multis, hoc est altis. erant enim aquæ valde altę quæ diuisę sunt. Nota ex isto textu sumi argumẽtum quod hebręi per multas vias trãsierunt mare rubrum & nõ per vnam solam. nam in numero plurali hic dicitur & semitę tuæ. Et vestigia tua non sunt agnita: quoniam redeuntibus aquis ad locum suum non sunt visa vestigia hebręorum: non fuit visum vestigium vię per quam populus transierat: quod proprie esset vestigium dei. ¶ Deduxisti. Post deductionem populi per mare rubrum, describitur consequenter mirabilis deductio per terram. Deduxisti sicut oues, sicut multitudinem ouium, populum tuum in manu moysi & aaron, ducum. Vbi cointellige mirabilia patrata in illa deductione. Et intẽdit per hæc oĩa (vt iam dictum est) fomenta spei expectãtis quod dextera excelsi mutet opera domini, sicut mutauit priscis temporibus post afflictionem hebręorum liberando eos. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Intellectus asaph. LXXVII.

ATtendite popule meus legem meam: inclinate aurem uestram in uerba oris mei.
Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.
Quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis.
Non sunt occultata a filiis eorum: in generatione altera.
Narrantes laudes domini & uirtutes eius: & mirabilia eius quę fecit.
Et suscitauit testimonium in iacob: & legem posuit in israel.
Quanta mãdauit patribus nr̃is nota facere ea filiis suis: ut cognoscat generatio altera.
Filii qui nascentur & exurgent: & narrabunt filiis suis.
Vt ponãt in deo spẽ suam & non obliuiscantur operum dei: & mandata eius exquirãt.
Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua & exasperans.
Generatio quę non direxit cor suum: & non est creditus cum deo spiritus eius.
Filii ephraim intendentes & mittentes arcum: conuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentum dei; & in lege eius noluerunt ambulare.

Et obliti sunt benefactorum eius:& mirabilium eius quę ostendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra ęgypti:in campo taneos.
Interrupit mare & perduxit eos:& statuit aquas quasi in utre.
Et deduxit eos in nube diei:& tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit petram in eremo:& adaquauit eos uelut in abysso multa.
Et eduxit aquam de petra:& eduxit tanq̄ flumina aquas.
Et apposuerunt adhuc peccare ei:in ira concitauerunt excelsum in inaquoso.
Et tentauerunt deum in cordibus suis:ut peterent escas animabus suis.
Et male locuti sunt de deo:dixerunt nunquid poterit deus parare mensam in deserto?
Quoniam percussit petram & fluxerunt aquę:& torrentes inundauerunt.
Nunquid & panem poterit dare:aut parare mensam populo suo?
Ideo audiuit dn̄s & distulit:& ignis accensus est in iacob & ira ascendit in israel.
Quia non crediderunt in deo:nec sperauerunt in salutari eius.
Et mandauit nubibus desuper:& ianuas cœli aperuit.
Et pluit illis manna ad manducandum:& panem cœli dedit eis.
Panem angelorum manducauit homo:cibaria misit eis in abundantiam.
Transtulit austrum de cœlo:& induxit in uirtute sua aphricum.
Et pluit super eos sicut puluerem carnes:& sicut arenam maris uolatilia pennata.
Et ceciderunt in medio castrorum eorum:circa tabernacula eorum.
Et manducauerunt & saturati sunt nimis:& desiderium eorū attulit eis:non sunt fraudati a desiderio suo.
Adhuc escę eorum erant in ore ipsorum:& ira dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorum:& electos israel impediuit.
In omnibus his peccauerunt adhuc:& non crediderunt in mirabilibus eius.
Et defecerunt in uanitate dies eorum:& anni eorum cum festinatione.
Cum occideret eos quęrebant eum:& reuertebantur,& diluculo ueniebant ad deum.
Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorū:& deus excelsus redemptor eorū est.
Et dilexerunt eum in ore suo:& lingua sua mentiti sunt ei.
Cor autē eorum non erat rectum cum eo:nec fideles habiti sunt in testamento eius.
Ipse autem est misericors & propitius fiet peccatis eorum:& non disperdet eos.
Et abundauit ut auerteret iram suam:& non accendit omnem iram suam.
Et recordatus est quia caro sunt:spiritus uadens & non rediens.
Quotiens exacerbauerunt eum in deserto:in iram concitauerunt eum in inaquoso.
Et conuersi sunt & tentauerunt deum:& sanctum israel exacerbauerunt.
Non sunt recordati manus eius:die qua redemit eos de manu tribulantis.
Sicut posuit in ęgypto signa sua:& prodigia sua in campo taneos.
Et conuertit in sanguinem flumina eorum & imbres eorum:ne biberent.
Misit in eos cynomyiā & comedit eos:& ranam & disperdidit eos.
Et dedit ęrugini fructus eorum:& labores eorum locustę.
Et occidit in grandine uineas eorum:& moros eorum in pruina.
Et tradidit grandini iumenta eorum:& possessiones eorum igni.
Misit in eos iram indignationis suę,indignationem & iram & tribulationem:immissiones per angelos malos.
Viam fecit semitę irę suę & non pepercit a morte animarum eorū:& iumenta eorum

in morte conclusit.
Et percussit omne primogenitum in terra ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis cham.
Et abstulit sicut oues populum suum:& perduxit eos tanq̃ gregem in deserto.
Et deduxit eos in spe & non timuerũt:& inimicos eorum operuit mare.
Et induxit eos in montẽ sanctificationis suę:montem quem acquisiuit dextera eius.
Et eiecit a facie eoꝝ gẽtes:& sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in tabernalis eorum:tribus israel.
Et tẽtauerunt & exacerbauerunt deum excelsum:& testimonia eius non custodierunt.
Et auerterunt se & non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum,conuersi sunt in arcum prauum.
In iram concitauerunt eum in collibus suis:& in sculptilibus suis ad emulationem eum prouocauerunt.
Audiuit deus & spreuit:& ad nihilum redegit ualde israel.
Et reppulit tabernaculum silo:tabernaculum suum ubi habitauit in hoibus.
Et tradidit in captiuitatẽ uirtutem eorum:& pulchritudinem eorũ in manus inimici.
Et conclusit in gladio populum suum:& hereditatem suam spreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis:& uirgines eorum non sunt lamentatę.
Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt:& uiduę eorum non plorabantur.
Et excitatus est tanq̃ dormiens dñs:tanq̃ potens crapulatus a uino.
Et percussit inimicos suos in posteriora:opprobrium sempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum ioseph:& tribum ephraim non elegit.
Sed elegit tribum iuda:montem sion quem dilexit.
Et ędificauit sicut unicornis sacrificium suum:in terra quam fundauit in secula.
Et elegit dauid seruũ suum,& sustulit eum de gregibus ouiũ:de post fœtãtes accępit eũ.
Pascere iacob seruum suum:& israel hęreditatem suam.
Et pauit eos in innocẽtia cordis sui:& in intellectibus manuũ suarum deduxit eos.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Intelligentia asapho. LXXVIII.

1 Propheta. AVscultá popule meus doctrinam meam:inclinate aurem uestram dictis oris mei.
2 Aperiam in prouerbio os meum:loquar propositiones a principio.
3 Quę audiuimus & cognouimus ipsa:& patres nostri narrauerunt nobis.
4 Non negabimus a filiis eorum:generationi alteri narrantes laudes domini & fortitudinem eius,& separata eius quę fecit.
5 Et firmauit contestationem in iacob,& legem posuit in israel:quę mandauit patribus nostris ad faciendum scire ipsa filios suos †.

† filijs suis

6 Propterea scient generatio altera:filii [qui] generabuntur surgent,& narrabunt filiis suis.
† dijs 7 Et ponẽt in deo † spẽ suã:& nõ obliuiscent̃ operũ dei,& mãdata eius custodiẽt.
8 Et non erunt sicut patres eorum, generatio rebellis & irritans:generatio [que] non pręparauit cor suum,& non credidit deum spiritus eius.
9 Filii ephraim armati,iacientes arcus:uerterunt se in die belli.
† dei eorum 10 Non custodierunt pactum dei †:& in doctrina eius renuerunt ambulare.
11 Et obliti sunt operum eius:& separatorum eius quę fecit uidere eos.

12 Coram patribus eorũ fecit separatum in terra ægypti:campo zohan.
13 Diuisit mare & fecit transire eos:& stare fecit aquas sicut murum.
14 Et duxit eos in nube die:& tota nocte in lumine ignis.
15 Scindet petras in deserto:& fecit bibere quasi abyssos multitudinem.
16 Et fecit exire fluenta de petra:& fecit descendere quasi flumina aquas.
17 Et addiderunt adhuc ad peccandũ ei:& ad prouocandum excelsum in siccitate.
18 Et tentauerunt deum in corde suo:ad petendum cibum animę suę.
19 Et locuti sunt in deum† :dixerũt: Vox populi recitata. nunquid poterit deus ad parã-dum mensam in deserto? † deo
20 Ecce percussit petram & fluxerunt aquę & flumina inundabunt:nunquid etiam panẽ poterit dare,si pręparabit carnem populo suo?
21 Propheta. Ideo audiuit dominus & indignatus est:& ignis accensus est in iacob,& etiã furor ascendit in israel.
22 Quia non crediderũt in deo †:& non confisi sunt in salute eius. † [illegible]
23 Et pręcępit cœlis desuper:& ostia cœlorum aperuit.
24 Et fecit pluere super eos man ad comedendũ:& triticum cœlorum dedit eis.
25 Panem fortium comedit quisq;:cibum misit eis ad saturitatem.
26 Faciet moueri orientalem in cœlis:& duxit in fortitudine sua austrum.
27 Et fecit pluere super eos quasi puluerem carnes:& quasi arenã mariũ,uolatile pẽnatũ.
28 Et fecit cadere in medio castrorum eorum:in circũitu tabernaculis eorum.
29 Et comederunt & saturati sunt ualde:& desiderium eorum ueniet eis.
30 Non alienati sunt a desiderio suo:adhuc cibus eorum in ore eorũ.
31 Et ira dei † ascendit in eos:& occidit in pingues eorũ,& electos israel fecit genuflectere. † deorum
32 In omni hoc peccauerunt adhuc:& non crediderunt in separatis eius.
33 Et consumpsit in uanitate dies eorum:& annos eorũ in terrore.
34 Si occidit eos:& quęsierunt eum,& reuersi sunt,& manicauerunt deum.
35 Et recordati sunt:quia deus† fortitudo eorũ,& deus excelsus redemptor eorum. † dij.
36 Et lactauerunt eum in ore suo:& in lingua sua mentiti sunt ei.
37 Et cor eorum nõ firmum cum eo:& non crediderunt in pacto eius.
38 Et ipse misericors condonabit iniquitatem,& non destruet: & multiplicabit ad auer-tendum furorem suum,& non suscitabit totam iram suam.
39 Et recordatus est quia caro sunt ipsi:spiritus uadens & non redibit.
40 Quoties rebellauerunt ipsi in deserto:facient dolere eum in solitudine?
41 Et reuersi sunt:& tentauerunt deum,& sanctum israelis signauerunt.
42 Non sunt recordati manus eius:diei qua redemit eos ab angustia.
43 Qui posuit in ęgypto signa sua:& separata sua in campo zohan.
44 Et conuertit in sanguinem † riuos eorum & flumina eorum:non bibent. † sanguini
45 Mittet in eos mixturã,& comedit eos:& ranam,& destruxit eos.
46 Et dedit brucho germen eorum:& laborem eorum locustę.
47 Occidet in grandine uitem eorum:& ficum eorum in gelu.
48 Et tradidit grandini bestiam eorum:& acquisitionem eorum scintillis.
49 Mitter in eos iram furoris sui:indignationem & iram & angustiam,immissionem an-gelorum malorum.

50 Appendet semitam furori suo: non uetuit a morte animam eorum, & bestiam eorum pesti tradidit.

51 Et percussit omne primogenitum in ęgypto: principium filiorum in tentoriis cham.

52 Et fecit mouere uelut ouē populū suum: & duxit eos sicut ouile in desertum.

†fiducia 53 Et duxit eos cum fiducia† & nō timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.

54 Et duxit eos ad confine sanctitatis suę: montē istum, acquisiuit dextera eius.

55 Et eiecit a faciebus eorum gentes, & cadere fecit eos in funiculum hęreditatis: & habitare fecit in tentoriis eorum tribus israel.

†dei 56 Et tentauerunt & rebellauerunt deo† excelso: & testimonia eius non custodierunt.

57 Et retrocesserunt & pręuaricati sunt ut pr̄es eorum: uersi sunt quasi arcus doli.

58 Et fecerūt indignari eū in excelsis suis: & in sculptilibus suis facient ęmulari ipsum.

†dei 59 Audiuit deus†: & indignatus est, & abominatus est ualde in israel.

60 Et reliquit tabernaculum silo: tentorium quod habitauit in homine.

61 Et tradidit captiuitati fortitudinem suam: & gloriā suā in manu angustatoris.

62 Et tradidit gladio populum suum: & in hęreditatem suam indignatus est.

63 Electos eius deuorauit ignis: & uirgines eius non sunt nuptę.

64 Sacerdotes eius in gladio ceciderunt: & uiduę eius non flebunt.

†dñi mei 65 Et euigilauit quasi dormiens dñs†: quasi fortis exultans ex uino.

66 Et percussit angustatores suos retro: opprobrium sempiternum dedit eis.

67 Et spreuit tentorium ioseph: & in tribu ephraim non elegit.

68 Et elegit tribum iuda: montem sion quem dilexit.

69 Et ędificauit uelut excelsa sanctuariū suū: quasi terrā fundauit ipsum ęterno.

70 Et elegit in dauid seruum suum: & tulit eum de gregibus ouis.

71 De post fœtas adduxit eū: ad pascendū in iacob populū suū, & in israel hęreditatē suā.

72 Et pauit eos s̄m pfectionē cordis sui: & in itelligētiis palmarū suarum ducet eos.

TItulus est. Intelligentia asapho. Ex quo habetur eruditiuum esse psalmum hunc. Et vt ex decursu psalmi apparet, psalmus iste eruditio est populi fidelis ad obseruationem diuinæ legis ex recordatione & consideratione gestorum a deo tempore patrum, a liberatione ex ægypto vsq; ad tēpus dauidis. Hæc est ad literam materia psalmi.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta docet populum dei ab exēplo ephraim, & populi egressi ex ægypto, & populi ingressi terram promissionis, & dauidis. Illoꝝ quidem vt non imitentur eos, istius autem vt sectentur vestigia.

¶ Persona loquens proprie solus propheta est: recitat tamen aliorum verba.

AVsculta popule meus doctrinā meam. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiæ, & executiuam, ibi & firmauit. ¶ Proponit inuitando populum, materiam tractandam: inchoans ab inuitatione intellectus. Ausculta, mente, popule meus (blandientis est: sicut hieremias flens dixit, filia populi mei crudelis) doctrinam meam, docere enim intēdit. Inclinate aurem vestram. Inuitat ad attentionem exteriorem s̄m sonum literarum: sed s̄m sensum intētum inuitat ad flexionē voluntatis, ad humiliationē auditus interioris quę per voluntatem fit. Dictis oris mei. Ecce ad q̄d petit iclinationē, nō ad sermonē sed ad dicta p sermonē. ¶ Aperiā in puerbio os meū. Modū dicēdi explicat, q docebit p similitudines. Et vere sic facit: qm̄ tota hęc doctrina pcedit ex silitudine & dissimilitudine filioꝝ ad pr̄es. Loquar ppōnes a pricipio. Difficultatē arduę materię explicat. Et itendit p hoc q doctrina ista est de puidētia dei circa actus humanos, de iustitia & misericordia eius erga hoies i hac vita. Hęc.n. sūt ęnigmata seu pblemata, ppōnes arduę ab initio mundi vsq; hodie. ¶ Aduerte q matthęus euāgelista ca. 13. affert hūc versiculū dicēs. Hęc oīa locutus ē iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis nō loq̄baē eis: vt ipleretē q̄d dictū erat p pphetā dicētē. aperiā in parabolis os meū, eructabo abscondita a constitutione mundi. Sicut ioannes euangelista dixit, vt impleretur scriptura, os non

cōminuetis ex eo.Docere enim per similitudines contingit dupliciter.Vel per metaphoras. Et ad hūc
sensum applicat mattheus hunc versiculū mystice intellectū.Vel p similitudinē factoꝝ.Et sic ad lram
verificat in hoc loco.intēdit enim propheta erudire populū ex similitudine factoꝝ a pr̄ibus & a deo in
patribus:vt clare patet in psalmo.⁋Quę audiuimus.Explicat modū quo ipse didicit & scit hæc tā ar
dua quę vult docere populū:scilicet per auditū a patribus.Quæ audiuimus,nec solum audiuimus sed
& cognouimus ea:& patres nr̄i/nō fabulatores/nō fallaces hoīes,sed pr̄es nostri/amantes nos,narraue-
runt nobis.Nō negabimus a filiis eoꝝ.Nepotes eoꝝ appellat filios.Vbi nota explicati rōnem debiti
ad docendū:vt quia didicerunt a patrib⁹/teneanť successiue docere filios.Generationi alteri narrātes.
Non negabimus narrātes generationi alteri hęc tria:laudes dñi/& fortitudinem eius/& separata.i.mi-
rabilia eius quę fecit.Spālior expressio materię est,quā superius cōissimo doctrinę noīe significauit.
¶Et firmauit ꝯtestationē.Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractat illā particulā/auscul
ta popule meus &c̄.Secūdo tractat oēs particulas simul(.s.ꝑpositiones/doctrinā/laudes/potētiā/& mi-
rabilia)cū mō parabolico/ibi filii ephraim,ordine ibi explicādo.⁋Duplex pōt esse sensus huius parti-
culę.Alter ꝙ de vna particulari lege est sermo:scilicet quę scribiť deute.6.narrabis ea filiis ac nepoti-
bus tuis.Et sic reddit rōnem quare populus debet auscultare & inclinare aurē suā:quia.s.lex hoc pręci
pit.Alter est ꝙ sit sermo de beneficio diuinę legis datę populo.Et sic ꝓpheta incipit doctrinā suā a be-
neficio diuinę legis quę est audiēda a populo.ita ꝙ pro fundamēto ac basi doctrinę accipit legē diui-
nā.⁋Et firmauit cōtestationem/de ipso deo;in iacob/in populo descendēte a iacob:& legem/agendoꝝ
& vitandoꝝ,posuit in israel.Lex ipsa relata ad credenda vocať contestatio:relata ad agenda vocať lex.
Et diciť cōtestatio firmata,quia stabilita est a deo signis & miraculis:vt publice patuit in mōte sinai.
Vnde deus dicit.vos vidistis ꝙ de coelo locutus sim vobis exo.20.Quas/cōtestationē & legem,māda-
uit patribus nostris ad faciendū scire ipsas filios suos.Propterea scient.Hic est fructus/ꝑpter hoc gene
ratio altera scient.Cōstructio est de significato.Filii qui generabunť surgent,& narrabunt filiis suis:&
ponent in deo spē suam.Ecce finis mādati/vt successiue generatio narret generationi legē & contesta-
tionem.Et est triplex.Primus spes in deo.& ponent in deo spem suā/& nō in idolis;non in hoīe.Secun
dus.& nō obliuiscētur operū dei/mirabiliū quę fecit corā patribus. Tertius.& mādata eius custodiēt/
seruabunt legem.⁋Et nō erūt sicut patres eoꝝ.Promisit ꝓpheta se per similitudinem doctorū.incipit
seruare ꝓmissum/apponēdo ad finē mādati similitudinē nō imitādā.Et nō erunt/filii,sicut pr̄es eorum.
Hic debet esse fructus mādati.Generatio rebellis & irritās.Declarat in quo non sunt imitandi patres/
explicans tria patrū crimina in deū.Primū rebellionis irritantis deū.Secūdum generatio quę nō pręe-
parauit cor suū/ad subiiciendū illud deo.Et hęc indispositio est cā rebellionis. Tertium.& nō credidit
deū sp̄us eius.adorauit enim vitulū:& cōplura fecit attestātia ꝙ nō credebāt deū curam sui hēre.Vñ &
dixerunt de vitulo.hi sunt dii tui israel qui te eduxerunt de terra ægypti/exo.32.
Filii ephraim.Exequēdo documentū p similitudinē/icipit a filiis ephraim tali ordine.Primū tractat
crimē filioꝝ ephraim.Secūdo crimē patrū egressoꝝ de ęgypto/ibi & addiderūt.Tertio crimē patrū i-
gressoꝝ terrā promissionis/ibi & duxit eos ad cōfine.Quarto electionē tribus iuda & sion ac dauidis/
ibi & spreuit.¶Circa filios ephraim aduerte non paruā esse hic qōnem de verificatione eoꝝ quæ hic
dicunť de filiis ephraim.& ratio est:ꝙ vsq ad tēpora asaph qui fuit contemporaneus dauidi/nulla oc-
currit autentica historia verificans ea quę hic dicuntur de filiis ephraim.Dixi aūt autētica historia:
quia chaldaica trāslatio (seu rectius loquēdo paraphrasis,quæ thargū appellať)habet hic.Quū habi
tarēt in ęgypto magnificati sunt filii ephraim:numerauerunt aūt terminū & errauerūt.Et egressi sunt
30.annis ante terminū cū armamētis bellicis & cū hoībus gestātibus arcū.verterūt ceruicem,& inter-
turbati sunt ordines belli:quū nō obseruauerūt mandata dei/& in lege eius ambulare noluerunt.Hæc
ibi.Sed hæc ꝑtensa historia/quia autoritate scripturę nō foueť,eadē facilitate reiiciť qua diciť.Et eo fa
cilius ꝙ nō est verisimile ꝙ ægyptii permiserint tribū ephraim egredi ęgyptū.30.annis antē egressionē
populi de ęgypto:quū post tot miracula noluerint sufferre ꝙ egrederenť requirente moyse.Quicqd tñ
de hac prætēia historia sit,cōstat ꝙ ista particula psalmi nō loquiť de filiis ephraim ꝓ tp̄e quo erāt in
ægypto.nā expresse hic subdiť.corā patribus eoꝝ fecit mirabilia in terra ægypti;diuisit mare &c̄.Vbi
manifeste patet ꝙ loquiť de filiis ephraim oblitis miraculoꝝ factoꝝ in ægypto & in mari rubro:& nō
solū oblitis sed ēt filiis patrū corā quibus facta sunt illa miracula.Vnde excludunť ēt filii ephraim q
fuerūt tp̄e egressionis ex ægypto:qa pticula ista de posteris eoꝝ loquiť.⁋Dicēdū itaq videť ꝙ partic-
la ista ꝓphetica est:ꝑdicens futurā decē tribuum auersionem a diuino cultu/autore hieroboā de tribu
ephraim.Vñ & a ꝓphetis regnū decē tribuū appellať ephraim:regnū vero duaꝝ tribuum appellať iu-
da.Ex eadē enim radice appellanť hic filii ephraim:qa licet ſm naturalē originē fuerint diuersarum tri
buū,ſm tñ crimē fuerūt filii ephraim:vtpote geniti quo ad crimē a hieroboam de tribu ephraim.ipse
enim primus rex statuit vitulos colēdos a regno suo.Prophetať itaq hic auersio decem tribuum a di
uino cultu & lege.Et hoc directe seruit intētioni ꝓphetę/intēdentis per similitudines docere.nā ꝓpo-
suit auersionē israelis velut speculū pp̄lo dei remanēti i iuda &c̄.iuxta illud hiere.3.& vidit ꝑuaricatrix

soror eius iuda, quia pro eo ꝙ moechata eēt auersatrix israel, dimisissem eam & dedissem ei libellum repudii: & nō timuit preuaricatrix iuda soror eius, sed abiit & fornicata est etiam ipsa. ¶ Filii ephraim, decem tribus filii quo ad crimen ephraim, hieroboam de tribu ephraim, armati, armis defensiuis, iacientes arcus, armis offensiuis, verterunt se, a diuino cultu, in die belli, contra domum dauidis. armis enim & defensiuis & offensiuis tutati sunt regnum. Non custodierunt pactum dei, sui, quod pepigerāt cum deo vt essent populus dei & deus esset eorum deus: & in lege eius, dei, renuerunt ambulare, quoniam de cętero spreta est lex dei apud eos. ⁋ Et obliti sunt. Exaggerat crimen auersionis a deo, ex ingratitudine & cęcitate. Et obliti sunt operum eius, dei: & separatorū eius quæ fecit videre eos. viderunt enim in dedicatione templi a salomone miraculum ignis descendentis de coelo in holocaustum: viderunt & nebulam diuinę glorię. hæc enim fuerunt coram omni populo. Et præter moderna illa miracula obliti sunt mirabilium ostensorum patribus. Coram patribus eorum fecit separatum, hoc est multiplex miraculum, in terra ęgypti: campo zohan. nomen est regionis. Diuisit mare, rubrum, & fecit transire eos: & stare fecit aquas, maris rubri hincinde, sicut murum. Et duxit eos in nube die: & tota nocte in lumine ignis, columnę igneę. ⁋ Scindet petras in deserto. Futurum scindet non refertur ad tempus psalmis sed ad tēpus p̄teriti duxit eos in nube. explanat enim p hāc connexionē futuri ad p̄teritū, sequelā istius miraculi ad illud. Petras pluraliter, q̄ōnē inducit an miraculū eductionis aquarū de petra fuerit bis, & ꝓpterea dixerit petras. Et soluit quęstio, dicendo ꝙ textus exo. 17. & nu. 20. præ se fert bis fuisse patratū miraculum eductiōis aquę de petra. Primū anteq̄ fabricatum esset tabernaculum foederis domini: secundū autem post fabricatū tabernaculū. Clare enim nu. 20. dicit ꝙ moyses & aaron tunc ingressi sunt tabernaculū foederis, & ꝙ virga erat i cōspectu dñi. exo. autem. 17. virga describitur qua percusserat moyses fluuiū. Et propterea textus hic pluraliter dicit petras. ⁋ Fecit bibere quasi abyssos, profundas aquas, multitudinem, tā magnā. Et fecit exire fluenta de petra, & fecit descendere quasi flumina aquas. Ordo prępostetus. Prius fecit exire & descendere aquas: & deinde fecit bibere multitudinem. Hæc sunt signa & mirabilia quorum obliti dicuntur filii ephraim.

Et addiderūt adhuc. Ascēdit ꝓpheta ad describēdū crimina generationis egressę de ęgypto, tali ordine. Primo describit crimen eorum quo offenderunt deū diffidendo de cibo. deinde tractat multiplex aliud crimen eorūdem, ibi in omni hoc. ¶ Describit ergo crimen incipiens a perseuerātia. Et addiderūt adhuc ad peccandū ei: quia prius peccauerunt tentando deum circa aquam exo. 17. estne deus in nobis. & ad prouocandum excelsum in siccitate, deserti. Et tentauerunt deum, non solum verbis, sed in corde suo: ad petendum cibū aīę suę, concupiscētię suæ. ⁋ Et locuti sunt in deū: dixerūt, hoc qđ sequit. nunquid poterit deus ad parandū mensam in deserto? Ecce percussit petrā, & fluxerunt aquę, de petra: & flumina, hoc est per modum fluminum, aquæ inundabunt. Hoc futurum respicit præteritum percussit & fluxerunt: significans inundationis (hoc est abundantis aquæ) magnitudinem. Nunqd ēt panē poterit dare, si p̄parabit carnē populo suo? panis. n. & caro integrāt mēsam quo ad cibū. ⁋ Aduerte hic duo spectātia ad historiā. Alterū ꝙ hę duę petitiones (scilicet petitio panis & petitio carnis) non fuerūt simul expositę a populo: sed prius fuit petitus panis, & habito pane per descēsum mānę postea petierunt carnes: vt clare nu. xi. explicat hic ordo. Vbi populus petens carnes meminit habiti mannę, dicens. aīa nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Psalmista autē vtranq petitionē simul scribit ꝓpter similitudinē criminis. ⁋ Alterū est ꝙ ex isto textu apparet manifeste ordo iter miraculū mānę & miraculū eductionis aquę de petra: ꝙ. s. prius fuit miraculum eductionis aquę de petra, & postea miraculū mānę. Expresse. n. īducit populus demōstrās miraculū aquę in p̄terito & panis in futuro. Ecce percussit petram & fluxerunt aquę, nunquid ēt panem poterit dare? Nec obstat ꝙ in exo. prius describitur miraculum mānæ (scilicet ca. 16.) & postea miraculum aquę de petra ca. 17. quī nō fm ordinē capitulorum est ordo rerum gestaꝝ. Nec ibi affirmatur ꝙ prius datū est manna & postea fluxerunt aquę de petra. Maior enim est autoritas huius psalmi affirmātis ordinē quē diximus, q̄ alterius scripturę tacentis ordinē miraculorū inter se. Et ex hoc ordine euidenter conuincit, eductionem aquę de petra scriptā exo. 17. esse aliā ab illa quę scribitur nu. 20. quia ista p̄cessit donum mannæ, quod nō dubitat fuisse ante datā legem & conditum tabernaculum foederis; illa autem manifeste fuit post cōditū tabernaculum foederis. ¶ Ideo (vox est prophetę, descripta qualitate populi, describētis subsecutā dispōnē dei) ꝓpter hmōi crimē tētatiōis, audiuit dñs & idignatus est, disposuit punire ad similitudinē idignati: & ignis accensus est in iacob. ignis, iflāmationis diuinę, hoc est more hoīs iflāmati, in iacob, cōtra populū iacob. & ēt furor (celeritas iustitię significat) ascēdit i israel, cōtra israel. Quia nō crediderūt in deo, & nō cōfisi sunt in salute eius, defecerūt & in fide & in spe. ⁋ Et p̄cępit coelis desuper. Vere bonus deus: qui etiā tam grauiter offensus & puniturus, prius satisfacit appetitibus offendētis, & prius cōuincit eos, monstrās ope & effectu ꝙ pōt dare panem & carnes in deserto, reseruans punitionē succedēti tēpori. Et precępit coelis desuper, hoc est supioribus partibus aeris: & ostia coeloꝝ apuit, more apientis ostia se habuit. Et fecit pluere sup eos man ad comedendū. descēdebat. n. man simul cū rore: & propterea per modum pluuiæ describitur: rorare enim velut pluere est. Et triticum coelorum

dedit eis. Appellat man triticũ, eo ꝙ erat velut semen ex quo cõficeret panis. ¶ Panẽ fortium comedit quisq; cibũ, electũ, misit eis ad saturitatẽ. Explicat qualitatẽ & quãtitatẽ panis ad cõmẽdationẽ diuini bñficii. Qualitatẽ qdẽ: qa erat panis fortiũ, hoc est magnatũ: & rursus qa erat cibus electus. hẽbat enĩ saporẽ panis oleati: vt dr̃ nu. xi. q gratior est palato: vt placẽta cõfecta cũ butyro & id genus cũ sagimine. Quãtitatẽ aũt: qa vnicuiq; datus est nõ in modica quãtitate sed ad saturitatẽ. ¶ Faciet moueri orientale in coelis. Descripta mirabili ꝓuisione panis, subiungit mirabilẽ ꝓuisionẽ carnis. Subiungit aũt verbo futuri tẽporis (faciet moueri) respectu ꝑteritę ꝓuisiõis panis: qñ ad literã fuit futura respectu illius. Et describit ꝓuisionẽ a causis secũdis, vẽtis. s. q nu. xi. nõ explicãtur in spẽ, sed hic: explicando cessationẽ vẽti oriẽtalis. Hanc. n. intendit dicẽdo. faciet moueri, recedere, oriẽtalẽ in coelis, in aere: & duxit in fortitudine sua austrũ, ventũ meridionalẽ vehementẽ induxit. Et fecit pluere super eos sicut puluerem carnes. & specificãdo quales. & quasi arenã mariũ volatile pennatũ, hoc est coturnices: vt ibidẽ dicitur. Quæ cõparãtur arenę & pulueri, eo ꝙ fuerũt in tãta multitudine vt sufficerent innumerabili populo 30. diebus. Et fecit cadere in medio castrorũ eorũ: in circuitu, spatio itineris vnius diei, tabernaculis eorũ. Venerũt siqdẽ coturnices tam super castra q̃ circũcirca per vnã dietã, volabãtq; in aere duobus cubitis in altitudine supra terrã: vt oẽs possent eas capere. Hebręus textus habet in singulari numero castri, sed latina lingua in plurali tantũ numero habet castra. nã castrũ in singulari alterius est significationis in lingua latina: & ꝑpterea nequerũt interpretes reddere numerũ nũero. ¶ Et comederũt & saturati sũt valde, & desideriũ eoꝝ veniet eis. Futurũ veniet denotat perseuerantiã in adimplẽdo desideriũ: ꝑseuerauit. n. 30. dies. Nõ alienati sunt a desiderio suo, quo cõcupierãt carnes. ¶ Adhuc cibus eoꝝ. Describit punitio eoꝝ postq̃ saciati sunt, pro ꝓmisso crĩe diffidẽtię. Adhuc cibus eorũ, adhuc durabãt coturnices, in ore eoꝝ. Et ira dei ascẽdit in eos. in capite. 30. dierum facta significat punitio. & occidit in pingues eorũ, hoc est magnatibus eorũ mortẽ intulit: & electos israel, sine acceptione personarum, fecit genuflectere. Nõ est scriptũ a moyse qualis fuerit hæc punitio, sed effectus tñ, quia occisi sũt a deo. Dicitur. n. nu. xi. percussit populum plaga magna nimis, vocatusq; est locus ille sepulchra cõcupiscẽtiæ. ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat carnes.

In omni hoc peccauerũt adhuc. Describit simul multitudo criminũ generatiõis illius, simul & generatiõis ingressę terrã ꝓmissionis, tali ordine. Primũ reddit rõnẽ in cõi & iustitię & misericordię dei in eos. deinde exequitur in spãli vtriusq; generationis gesta, ibi quoties rebellarũt. ¶ Reddẽdo aũt rõnẽ, inchoat a recidiuo crĩe & ab iterata punitiõe. In oĩ hoc, nõ obstãtibus oĩbus supradictis, peccauerũt adhuc: & nõ crediderũt (ecce infidelitas) ĩ sepatis eius, q̃ viderãt. Et cõsũpsit, deus (ecce iteratio poenę) ĩ vanitate, sine assecutione intẽti, dies eoꝝ: & annos eorũ ĩ terrore. Testat liber iudicũ, testat historia moysi, ꝙ peccãs ppl's punitus ẽ viuẽdo in timore inimicorũ. in deserto qdẽ ꝑ annos. 40. & postea pluries oppressi a diuersis principibus. ¶ Si occidit eos. Rõ reddit punitiõis: qa. s. vtilis erat. erat. n. populus cõditionis seruilis, ad seruiẽdũ deo motus potius afflictione q̃ tractus beneficio. Si occidit eos, & quęsierũt eũ, reliq afflicti occisione suorũ: & reuersi sunt ad deũ, & manicauerũt, mane venerũt, ad deum. Et recordati sunt quia fortitudo eorum deus, vexatio dedit intellectum: & deus excelsus redemptor eorum.

Et lactauerũt eũ in ore suo. Reddita rõne punitionis, reddit rõnẽ tempatę punitionis, ex instabilitate cordis eoꝝ. Et lactauerũt eũ, deũ, in ore suo. Recursus populi ad deũ describit ad similitudinem adulatorię fraudis seu mẽdacii. Nec intẽdit ꝙ ppl'us ex itẽtione simulata recurrerit ad deũ, velut decepturus deum: sed facto ita se exhibuit sicut decipiens. intendit. n. dicere ꝙ populus blande acceptauit cultum diuinum (omnia quęcũq; dixerit dñs faciemus) & tñ facto fecerunt oppositum ex instabilitate: acsi simulate pepigissent foedus cũ deo. Et lactauerũt eũ, blande deceperunt, idest more decipientium se gesserũt, in ore suo: & in lingua sua mẽtiti sunt ei, more mentientium se habuerunt. Et cor eorum non firmum cũ eo. hæc instabilitas cordis fundat similitudinẽ ad mentiẽtes. & nõ crediderunt, facto, in pacto eius, dei facto cũ eis. ¶ Et ipse, deus, misericors condonabit iniqtatem. ecce plus q̃ temperatio iustitiæ, condonatio culpę. & nõ destruet. hæc est temperatio. & multiplicabit, hoc est nõ semel tantum sed multiplicatis vicibus aget, ad auertendum furorẽ suũ, ne totus exerceatur: & nõ suscitabit totam iram suam, puniens partialiter. Et recordatus est, deus, quia caro sunt ipsi: spiritus vadens & non redibit: hoc est quia instabiles & caduci sunt tum ẽm corpus tum ẽm spiritum qui est anima. Vbi ex parte dei nota pro ratione misericordiam, vbi dictum est & ipse misericors. ex parte vero populi instabilem conditionẽ tum carnis tum spiritus: qui vadit per mortem a corpore, & non redibit naturali cursu.

Quoties rebellarũt. Reddita rõne punitionis tempatę, descẽdit ad multiplex crimen gñatiõis egressę de ęgypto. Quoties rebellarũt ipsi ĩ deserto. Vnico aduerbio nũerali cõphẽdit tot recidiua crĩa illi' gñatiõis. peccauerũt. n. ĩ adoratiõe vituli, ĩ exacerbatiõe dei diffidẽdo ꝓgredi ad terrã ꝓmissiõis, ĩ seditiõe cõtra moysen & aaron de sacerdotio & pricipatu, in aqs cõtradictiõis, ĩ idolis madian &c. Quę oĩa simul cõphẽdit ꝓpheta. Quoties rebellarũt ipsi, deo, in deserto: faciẽt dolere eũ, deũ, ĩ solitudine. Metaphorica est locutio. nõ inuenit in deo dolor aut tristitia: sed illi ita offenderũt deũ ꝙ fecerũt eũ hẽre ꝑ modũ dolẽtis ꝙ eduxerit eos de terra ęgypti. Vnde dixit ad moysen. dimitte me vt irascat furor meus.

Et reuersi sunt:& iterū tētauerūt deū,& sanctū israelis signauerūt:hoc est definierūt tanq̄ signantes deū/ q̄ est certę potētię & nō immēsę & insignabilis.Et ē metaphora sūpta a signatiōe mēsuratū ad certū terminū ponderis vel capacitatis &c.¶ Nō sunt recordati.Exaggerat crimina eoꝝ/ex inexcusabilitate eoꝝ.Nō sunt recordati manus eius/opationis eius:diei qua redemit eos ab angustia.Qui posuit i ęgypto signa sua:& sepata' sua in cāpo zohan.Et cōuertit in sanguinē riuos eoꝝ & flumia eoꝝ,nō biberēt. Futurū nō bibēt/respicit p̄teritū cōuertit Et hęc fuit prima plaga ęgyptiorū. Textus hebręus habet i datiuo sanguini:sed p̄pōne in adiūcta mutauit cōgruitas.¶ Mittet in eos mixturā.s.varii generis muscarū,&comedit eos.Et hęc fuit quarta plaga.Futuꝝ mittet respicit seqlam huius plagę ad antedictā. Et ranā,& destruxit eos.& hęc fuit secūda plaga.Et dedit brucho germen eorū,& laborē eoꝝ locustę. Et hęc fuit octaua.Occidet in grādine vitem eorū,& sicū eorū in gelu.Dictio hebraica significare videt materiā frigidā incisiuā:quā interp̄tes circūloquūtur gelu seu pruina.Et tradidit grādini bestiā eorū:& acqsitionē eoꝝ scintillis.i.igni simul cū grandine a deo emissis.Et hęc fuit plaga septima.¶ Mittet in eos irā furoris sui:idignationē & iram & angustiam,immissionē angelorū malorū. In exodo nō describit inter plagas ęgypti īmissio angeloꝝ malorū.quāuis i li.sapiētię ca.17.describātur multę malę immissiones exterrentes in illis tenebris ęgyptios. Et forte autor libri sapientię ex hoc textu interpretatus est p immissiones angeloꝝ malorū/immissiones illoꝝ phātasmatū velut malorū nunciorum. Autoritas tñ istius psalmi explicans hmōi passiones illatas ęgyptiis/pōt intelligi q̄ in illis tenebris immissi sunt ęgyptiis vere angeli mali exterrētes variis apparitionibus. Vel hoc dicit rōne obdurationis ęgyptioꝝ,q̄ est opus angelorū malorū:qm̄ eorū offm̄ ē instigare ad obstinatū aīum.Et hāc deus dicitur misisse/sicut dr̄ indurasse cor pharaonis.s.subtrahēdo gratiā & permittēdo.¶ Appēdet semitā furori suo. Iustitia diuina describit appēsione semitę/librante semitam punitioni:vt intelligas deū ponderasse oēm viā pœnę quā exercuit in ęgyptios iuxta demerita eoꝝ.Nō vetuit a morte aīam eoꝝ, & bestiā eorū pesti tradidit.Duę plagę hic tāgunt.Altera pestis aīaliū brutoꝝ.quę fuit plaga qnta. Altera inchoat.s.mortis hoīum.De qua subdit.Et percussit oē primogenitū in ęgypto/tam hoīum q̄ iumentorū:principiū filiorū in tētoriis cham/in ęgypto descendēte a cham filio noe.Et hęc fuit plaga vltima.❡ Et fecit mouere velut ouem/multitudinē ouiū,populū suū/ex ęgypto;& duxit eos sicut ouile in desertū.Dum dicit ouile/aut ponitur cōtinēs pro cōtento:aut significatur q̄ ex integro cum omni substātia duxit eos in desertū/sicut siqs duceret nō solum oues sed ouile.¶ Et duxit eos cū fiducia,& non timuerūt. Intellige hoc post exhortationē moysi aperto mari rubro.nā ante timuisse valde/quū viderūt exercitū pharaonis sibi imminētē,scriptura testatur.Et inimicos eorū operuit mare/rubrum.Hęc submersio nō computatur inter plagas,quę fuerunt ante egressum ex ęgypto:sed fuit vltimum suppliciū ęgyptiorum/& plena securitas populi israel.In hebręo habetur fiducię in datiuo:sed congruitas adiuncta prępositione cum mutauit.

Et duxit eos. Cōsequēter transit pphęta ad generationē ingressam terram pmissionis. Vnde pronomen nō demōstrat illosmet homines q egressi sunt de ęgypto,sed filios eorum nondū vigesimū natos annum:qm̄ nullus egressorū ex ęgypto ingressus est terrā pmissionis/nisi iosue & chaleb.Et duxit eos/filios p̄dictorum,ad cōfine sanctitatis suę/ad cōfinia loci sanctificati seu dicati ad cultū diuinū:montē istum.s.sion,quē acquisiuit dextera eius/non dextera hominis.Et eiecit a faciebus eorum gētes/chananeas:& cadere fecit eos.i.loca eorum,in funiculū hęreditatis populi israel.Loqtur more diuidentium loca per funiculos:tanq̄ deus extenderit funiculum ad diuidendum terrā promissiōis ab aliis.& sic fecit cadere/hoc est velut sorte accidere vt contineretur terra chananeorum intra funiculum hęreditatis promissę israeli.Et habitare fecit in tentoriis eorum/chananeorum,tribus israel.

Et tentauerunt. Descriptis b̄n̄ficiis collatis gn̄ationi igressę terrā pmissionis/describunt nūc eoꝝ crimia.Et tētauerūt & rebellauerūt deo excelso,& testimonia eius nō custodierūt. Iā habes triplex crimē: tētationis/rebellionis & omissionis.Et retrocesserūt/a recta via dei,& p̄uaricati sunt. Nō solū peccarūt omittēdo seruare legē,sed p̄uaricati sunt & retrocesserunt a deo vt pr̄es eoꝝ.versi sunt quasi arcus doli: hoc est sicut arcus dolosi hoīs vertit in amicū.Et intēdit per hoc q̄ versi sunt contra deū,nō amicū sed patrē eorū.& hoc velut dolose:qa cū debuissent cōtra hostes dei perseuerare,versi sunt cōtra deū benefactorē.¶ Et fecerūt indignari eū in excelsis suis.immolabant.n.in locis excelsis sacrificādo idolis.& in sculptilibus suis faciēt emulari ipsum.More humano loqtur:q̄ sacrificādo idolis puocant deū ad inuidiā/velut ęgre ferētē q̄ cultus sibi soli debitus aliis impēdat.Futurū facient respicit p̄terita retrocesserunt/p̄uaricati sunt/fecerūt:denotans illationem huius ex illis. ❡ Audiuit deus.Post narrata crimina subiungitur pœna.& indignatus est/more indignātis se habuit:& abominatus est valde in israel/hoc est habitare in israel.Et reliquit tabernaculū silo:tētoriū quod habitauit in hoie.Ad literā describitur destitutio silo tēpore heli sacerdotis. Vnde arca dn̄i ducta est in castra:& capta a philisteis nunq̄ redut in silo.Et ppea hic dr̄ q̄ reliquit tabernaculū silo.quod vocat etiā tentoriū,quod habitauit deus non simpliciter & absolute sed in homine/hoc est inter hoīes.deus.n.habitat in seipso s̄m veritatē,& in coelis s̄m cōe dictū.¶ Et tradidit captiuitati fortitudinē suā,& gloriā suā in manu angustatoris.Arca dei

tradita in manus philistinorum, appellatur & fortitudo dei; quia velut testimonium erat fortitudinis diuinæ quã exercuerat: & gloria dei; quoniam ad glorificãdum deum erat facta. Et tradidit gladio; phi listęorum, populum suum: & in hęreditatem suam indignatus est. Electos eius deuorauit ignis: & vir gines eius non sunt nuptę. Sacerdotes eius filii heli, in gladio ceciderunt: & viduę eius non flebũt. ad cumulum mali nõ permittebantur flere viros suos. Hæc de ruina populi a philistęis tẽpore illo dñr.

Et euigilauit. Describitur consequenter diuina uindicta in philistęos: quæ simul fuit prouisio ad re/ductionem arcę. Et euigilauit quasi dormiens dominus, quasi fortis exultans ex vino. Vtraq̃ similitu do affertur ad duo. tum ad significandam diuinam potentiam quasi dormisse ceu impeditã vino; per/mittendo arcam suam capi ab idolatris. Et vere vt dormiens se habuit non saluando eam; quum facil lime posset: & vt impeditus a vino irę iustitiæ contra iudęos; permisit. Tum ad significandã vehemen tiam percussionis. tam enim ex somno q̃ ex vino surgens percutit quodãmodo sine discretione. ¶ Et percussit angustatores suos philistęos, retro; hoc est in secretiore parte natium: vt dicitur. 1. reg. 5. oppro brium sempiternum dedit eis; ignominiosę percussionis.

Et spreuit. Vltimo loco describitur generatio dauidis electa a deo. Et spreuit tentorium ioseph. Ad literam pertrãsit propheta totam generationẽ tempore samuelis & saulis: & deuenit ad tẽpus dauidis quando deus elegit dauidem in regẽ posthabita tribu ioseph: hoc est tribu manasseh, qui fuit primo/genitus ioseph. Et meminit specialiter ioseph: quia ipse surrogatus ẽ in primogenitum iacob; abiecto ruben a primogenitura propter incestum: vt patet in genesi. Et in tribu ephraim nõ elegit; sibi regem. Meminit quoq̃ ephraim: quia a iacob prępositus fuit manasseh fratri suo maiori in benedictione cã/cellatis manibus. gene. 48. Et elegit tribum iuda: de hac. n. fuit dauid. nec solũ tribũ iuda sed montem sion; pro loco tẽpli, quem dilexit; ad hoc vt sit locus templi. Ratio electionis non merita aliqua sed di lectio assignatur diuina: ideo. n. aliquẽ eligit quia diligit illum. Et ędificauit velut excelsa; hoc est ad si/militudinem coelorum; tanq̃ aliud coelum, sanctuarium suum; templum suũ: vt sicut coelum est habi/taculum dei ita tẽplũ hoc esset habitaculũ dei. quasi terrã fundauit ipsum æterno. Comparatur tẽplum nõ solũ excelsis coelis, sed etiã ĩfimę terræ quo ad stabilitatẽ. Et intẽdit p hoc assimilare ędificationem tẽpli primę creationi mũdi (de qua scriptũ est. in principio creauit deus coelũ & terrã) ędificãdo tem/plũ sicut coelũ & sicut terrã. Et elegit in dauid seruũ suũ; hoc est & elegit dauid in seruũ suum: & tulit eũ de gregibus ouis; multitudinis ouium. De post foetas adduxit eũ, ad pascẽdũ in iacob populũ suũ & israel hęreditatẽ suã; creãdo eũ regẽ: de pastore ouium fecit pastorẽ populi sui q est ei vt hęreditas. ¶ Et pauit eos; dauid iam rex, ſm perfectionẽ cordis; integra voluntate: & in intelligentiis palmarum suaꝶ ducet eos. Tres tangit rõnes regendi & gubernãdi in dauide rege. primo quã diximus integrã intẽtio/nẽ. secũdo prudẽtiã & intelligẽtiã, dicẽdo & in intelligentiis tũ diuinaꝶ; tũ humanaꝶ actionũ. fuit. n. vt dr in primo reg. prudẽs ab adolescẽtia sua. tertio exẽplaria facta; significata addẽdo manuũ suarum. Et vere hæc omnia requiruntur in principe ad regimen populi. Futurum autẽ ducet eos; perseuerãtiã regni dauidis significat: perseuerabit ducendo eos; ducatum eorum exercens. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum asaph. LXXVIII.

DEus uenerũt gentes in hęreditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt hierusalem in pomorum custodiam.
Posuerunt morticina seruorum tuorũ escas uolatilibus coeli: carnes san ctorum tuorum bestiis terræ.
Effuderũt sãguinẽ ipsorũ tãq̃ aquã i circũitu hierl'm: & nõ erat q sepeliret.
Facti sumus opprobriũ uicinis nostris: subsannatio & illusio iis qui i circũitu nr̃o sũt.
Vsq̃quo domine irasceris in finem: accendet uelut ignis zelus tuus?
Effunde irã tuã in gẽtes q̃ te nõ nouerũt: & i regna quæ nomẽ tuũ non inuocauerunt.
Quia comederunt iacob: & locum eius desolauerunt.
Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum; cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.
Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.
Ne forte dicãt i gẽtibus ubi ẽ deus eorũ: & inotescat i natiõibus corã oculis nostris
Vltio sanguinis seruorũ tuorũ qui effusus ẽ: introeat i cõspectu tuo gemitꝰ cõpeditorũ.
Secundum magnitudinem brachii tui: posside filios mortificatorum.

Et redde uicinis nr̃is septuplũ ĩ sinu eoꝝ:ĩproperiũ ipsoꝝ qđ exprobrauerũt tibi dñe.
Nos autem populus tuus & oues pascuę tuę:confitebimur tibi in seculum.
In generatione & generationem:annunciabimus laudem tuam.

ℭIVXTA HEBRÆVM.ℭ Psalmus asapho. LXXIX.

†dij 1 Propheta. DEus †uenerunt gentes in hęreditatem tuam:polluerunt templum san
ctitatis tuę/posuerunt hierusalem aceruis ruinarum.
2 Dederũt cadauer seruorũ tuorum escã aui cœlorum:carnẽ gratiosorũ tuorũ ferę terrę.
†circuitibus 3 Effuderũt sanguinẽ eorũ quasi aquas in circũitibus †hierusalẽ:& nõ sepeliens erat.
4 Fuimus opprobrium uicinis nostris:subsannatio & derisio circũitibus nostris.
5 Vsq;quo domine irasceris,æterno? ardebit quasi ignis zelus tuus?
6 Effunde irã tuã ad gẽtes q̃ nõ cognouerũt te:& super regna q̃ in noie tuo nõ uocauerũt.
7 Quia comedit iacob:& habitaculum eius desolauerunt.
8 Ne recordare nobis iniquitates priorum:festina,præuenient nos misericordiæ tuæ,
quia attenuati sumus ualde.
9 Auxiliare nobis deus salutis nostræ super causa honoris nominis tui:& libera nos,&
propitiare super peccatis nostris propter nomen tuum
10 Quare dicent gentes. Vox gentium ubi deus eorum? Propheta. scietur in gentibus
†oculis nostris E ante oculos nostros †ultio sanguinis seruorum tuorum effusi.
†facie b'tui 11 Veniet añ facies tuas †suspiriũ uicti:uelut magnitudo brachii tui et &c, solue filios mortis.
†dñi mei 12 Et redde uicinis nr̃is septuplũ ad sinũ eoꝝ:opprobriũ ipoꝝ qđ exprobrauerũt tibi dñe†.
13 Et nos populus tuus & ouis pascuę tuę confitebimur tibi æterno:generationi & gene
rationi narrabimus laudem tuam.

TItulus est.Psalmus asapho.Qui patet ex supradictis.Sed nihil hinc habetur de materia psalmi: sicut nec ex autoritate primi macca.7.vbi citatur secũdus huius psalmi versiculus.nã ibi est sermo de occisione.60.virorũ quos alcimus ex semine aaron occidit:hic aũt ꝓpheta loqtur de clade facta a gẽtilibus.deus inqt venerũt gẽtes in hęreditatẽ tuã.Ex quo patet ꝙ autor libri maccabeorũ versiculũ hũc trãsumptiue extẽdit ad suũ ꝓpositũ:vt frequẽti vsu faciũt doctores ecclesię.ℭ Colligẽdo itaq; ex psalmo materiã,p̃notãdũ ẽ ꝙ psalmus iste nõ est historicus sed ꝓpheticus.Quod ex eo patet ꝙ editus est tpe dauidis.nã cõstat vsq; ad tẽpora illa nunq̃ fuisse patrata in hierusalẽ q̃ hic dñr. Et rursus cõstat ꝙ tẽpliũ adhuc nõ erat ędificatũ,quod hic describit̃ pollutũ a gẽtibus.Relinquit̃ ergo ꝙ futura p̃dicẽdo describat/tanq̃ res gestas.Cõferẽdo autẽ scripta in hoc psalmo cum posterius gestis,nulla apparẽt magis cõsona gesta q̃ ea quæ exercuit antiochus in iudęos/scripta in libris maccabeorũ.tunc.n.venerunt gentes in hęreditatẽ dei/tunc polluerunt multipliciter tẽplum/tũc destruxerunt hierlm/tunc occiderunt sanguinẽ multum vere sanctorũ:qa directe sunt occisi ꝑꝑ diuinũ cultũ:nã trãseuntes ad ritus gẽtiliũ nõ occidebant̃.Accedit ad hoc ꝙ nõ cõqueruntur se abductos a patria ĩ captiuitatẽ,sed occisos vinctos/occidẽdos/derisos.Amplius petũt/nõ reduci ad patriã/sed liberari ad laudãdum deũ:tanq̃ desit eis libera cõfessio diuini nois &c̃.ℭ Vnde cõcludẽdũ mihi videt̃ ꝙ materia psalmi ad l'ram ẽ illa iudęorũ afflictio quæ ab antiocho facta ẽ tẽpore maccabeorũ/cõtra colẽtes deũ legẽq; diuinã seruãtes.

ℭSVMMARIVM EST.

ℭ Propheta in ꝑsona populi afflicti/supplex narrata inuasiõe gẽtium polluẽdo tẽpliũ/destruẽdo hierusalẽ &c̃.petit a deo liberationẽ ꝓpriã & vĩdictã hostiũ.Illã ex misericordia diuina/ex ꝓpria attenuatiõe/ex diuini nois glĩa & officio:istã/qa nõ nouerũt deũ/vt vltio fiat sanctorũ/vt reddat̃ septuplũ pro diuino opprobrio.Vtrãq; aũt vt oues diuinę pascuę laudẽt deũ & annũcient posteritati.

ℭ Persona loquẽs propheta est in ꝑsona ppl̃i afflicti:vt testat̃ vltimus versiculus.& nos ppl̃s tu' &c̃.

DEus venerũt gentes. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materię,& executiuã ibi polluerũt. ℭ Circa ꝓpõnem aduerte modũ.nã ꝓpheta ꝑsonã agit populi nõ solum afflicti sed supplicis:prophetia.n.ista tota ẽ per modum supplicationis explicata:vt patet intuẽti psalmum. Et ꝓpterea tam proponẽdo q̃ exequẽdo agit quod est afflicti supplicis.Et proponẽdo qdẽ nõ explicat se

venisse supplicem nisi supplicando/o deus.hoc enim congruit animo affecto magna tristitia:tanq̃ tri
stitia ipsa non patiatur explicare,sed trahat ad faciendum supplicationis opus.Intellige itaq̃ propo/
ni duo.primo supplicationem/significatam ipso recursu ad deum.Alterum afflictionem.venerunt gē/
tes/idolatrę,in hęreditatem tuam/terram & populum tuum.

℄ Polluerunt.Incipit hic pars executiua tali ordine.Prio tractat̃ illa particula/venerūt gētes in hę
reditatē tuā/explicando mala quæ intulerunt.Secūdo illa/deus/explicando supplicationē,ibi vsq̃quo
domine.℄ Inchoat a malis illatis templo.Polluerunt templum sanctitatis tuę/dupliciter.tum ponē
do ibi idolum:vt dicitur.1.macca.1.Tum quia templum plenum erat comessationibus & scortanti/
bus cū meretricibus.2.macca.6.¶ Posuerūt hierusalem aceruis.Pollutioni templi adiungitur destru/
ctio ciuitatis quātum ad ędificia/ab effectu aceruorum:quum.n.destruūtur ędificia/fiunt aceruí rui/
narū.Hæc destructio describitur.1.macca.1.q̃ princeps tributorū succēdit hierusalem igni,& destruxit
domos eius & muros eius in circuitu.Vnde multi aceruí ruinarū constituti sunt.¶ Dederunt cadauer
seruorū tuorum.Ordine p̃postero describitur prius ignominia cadauerū.Dederūt cadauer/multitudi/
nē cadauerum,escām auí/multitudini auium,celoꝝ:carnē gratiosoꝝ tuorum ferę terræ.Deinde occi/
sio hoium.Effuderūt sanguinē eorum quasi aquas/vt intelligas magnam occisorum multitudinē,in
circūitibus hierusalē/& nō solū in ciuitate.In hebręo habet̃ circūitibus in datiuo:sed addita est præ/
positio &c̃.Et non sepeliens/erat.nolebāt.n.q̃ cadauera sepelirētur:sed vt dictum est/a bestiis & auibus
comederētur.¶ Fuimus opprobrium vicinis nostris/ex his malis quæ passi sumus emersit aliud ma/
lum q̃ reputati sumus a vicinis nostris tanq̃ mali:subsannatio & derisio circūitibus nostris.Et hæc
omnia in deum redundabant:quia per hæc significabatur hebręorum religio vana.

Vsq̃quo domine.Tractatur hic supplicatio inclusa in illa particula/deus.Vbi aduerte supplicatio
nē cōpositā ex duabus partibus.s.ex clemētia erga ipsos/& ex vindicta erga hostes.mixtim tamen vt cō
gruit afflicto animo.intersecāt siquidē sese pluries hę petitiones:prout afflictus animus hac atq̃ illac
vagatus suggerit.℄ Inchoat autem a terminatione afflictionis proprię.Vsq̃quo dñe irasceris/q̃diu
durabit afflictio hæc,æterno!quasi dicat absit:ardebit quasi ignis zelus tuus/amor tuus erga israel im
patiens consortii vsq̃quo ardebit quasi ignis,sine termino!A secunda ędificatione templi vsq̃ ad tē
pus maccabeorū nihil inuenit̃ scriptū autenticę:& considerata pronitate iudęorū ad idolatriā,verisi/
mile est q̃ pp peccata ppl̃i colendo alienos deos/puniuerit eos tūc deus.Et hoc insinuat propheta nomi
nando zelum dei/impatiētē consortii:q.s.populus eius haberet alium deum.¶ Effunde iram tuam(di
uertit sermonē ad petitionē vindictę)ad gētes quæ non cognouerunt te:& super regna quæ in nomi
ne tuo nō vocauerūt.Acsi aperte diceret.quāuis peccauerimus,in hoc tñ p̃stamus gentibus q̃ cogno
uimus te/illę autē non:& rursus q̃ in nomine tuo inuocauimus/illę autē non.& propterea effunde irā
tuam in illas peiores nobis.¶ Quia comedit iacob.Explicat aliud malum quod intulit antiochus.s.
rapinam seu direptionem bonoꝝ.expoliauit.n.templum & ciuitatē:vt.1.macca.1.dicitur.Quia come
dit/antiochus/ad similitudinē vorātis absorbuit,iacob.i.bona iacob:& habitaculū eius desolauerunt.
¶ Ne recordare nobis iniq̃tates priorū.Reuertitur ad clemētiā pro se,supplicans vt non imputet sibi
iniq̃tates patrū.Ne recordare nobis/noli imputare nobis ad poenā,iniq̃tates priorum/patrum.Sed cito
festina,p̃ueniēt(dep̃catiue dr̃ pro p̃ueniant)nos misericordię tuę,q̃a attenuati sumus valde/& nume/
ro hoium & rebus/perdita ēt libertate cultus tui.¶ Auxiliare nobis deus salutis nostræ.Implorat offi/
ciū:q̃a tu solus es deus saluator noster/adiuua nos.sup cā honoris nois tui.Ingerit cām eē nō solius po
puli sed ēt dei/q̃a agebat̃ de honore diuini nois:vt inferius clarius explicabit.Et libera nos/ab his ma
lis:& p̃pitiare super peccatis nr̃is pp nomen tuū.repetitio est causę diuinę.¶ Quare dicēt gētes.Ecce
cā honoris diuini nois.Quare dicēt gētes,vbi deus eorū!Blasphemię diuini nois obuiādū supplicat.
Acsi diceret.Si nō adiuuas,blasphemabūt te gētes,vbi deus eorū!quasi dicat nullibi/nō pōt eos salua
re.quare pmittes q̃ dicēt gētes blasphemiā,vbi deus eorū!¶ Scietur/pro sciat̃,in gētibus ante oculos
nr̃os/hoc ē nūc & nō amplius differat̃(in hebręo hr̃ in datiuo oculis nr̃is:& silr̃ in sequēti versiculo hr̃
faciebus tuis in datiuo.& vtrūq̃ mutatū est adiūcta p̃pōne ante)vltio sanguinis seruorū tuorū effusi.
Diuertit iterū ad vindictā obuiatricē blasphemię.Veniet/pro veniat,ante facies tuas suspiriū vincti/
populi:habebat.n.vincula decretorū antiochi q̃ occiderētur nisi transirēt ad ritus gētilium.¶ Velut
magnitudo brachii tui.Regredit̃ ad clementiā erga se.Velut magnitudo brachii tui/supple est,solue/
subintellige sic solue,filios mortis/addictos morti ex decreto antiochi:hoc ē p̃uale & nūpe hmōi prætē/
decreta &c̃.¶ Et redde vicinis nr̃is.Diuertit rursus ad vīdictā vicinoꝝ:prius.n.petierat vīdictā p̃ncipa
liū hostiū.Et redde vicinis nr̃is septuplū/mali qd̃ itulerūt nobis/hoc ē cōplete vindica,ad finē eoꝝ:op/
probriū ipsoꝝ qd̃ exprobrauerūt tibi dñe/redde eis,vt exprobret̃ diis eoꝝ sicut ipsi exprobrauerūt tibi.
¶ Et nos populus tuus & ouis pascuę tuę/tum quo ad animam ratione legis/tum quo ad corpus ra/
tione terrę promissionis,confitebimur in primis tibi/confessione laudis,ęterno:& consequenter gene
rationi & generationi narrabimus laudē tuā/multitudinē laudū tuarū.Vterq̃ fructus optimus & pro
missio optima:vtpote comprehendens ea quæ dei sunt & ad deum & ad proximum.Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶Victori ꝑ liliis testimoniũ asaph cāticũ. LXXIX.

QVi regis israel intende: qui deducis uelut ouem ioseph.
Qui sedes sup cherubim: manifestare corā effraim, beniamin & manasse.
Excita potentiam tuam & ueni: ut saluos facias nos.
Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.
Domine deus uirtutum: quousq; irasceris super orationem serui tui.
Cibabis nos pane lachrymarũ: & potũ dabis nobis in lachrymis in mensura.
Posuisti nos in contradictionem uicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.
Deus uirtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.
Vineam de ęgypto transtulisti: eiecisti gentes & plantasti eam.
Dux itineris fuisti in conspectu eius: & plantasti radices eius, & impleuit terram.
Operuit montes umbra eius: & arbusta eius cedros dei.
Extendit palmites suos usq; ad mare: & usq; ad flumen propagines eius.
Vt quid destruxisti maceriā eius: & uindemiant eam omnes qui prętergrediuntur uiā.
Exterminauit eam aper de sylua: & singularis ferus depastus est eam.
Deus uirtutum conuertere: respice de cœlo & uide, & uisita uineam istam.
Et perfice eā quā plātauit dextera tua: & super filium hoīs quem confirmasti tibi.
Incensa igni & suffossa: ab increpatione uultus tui peribunt.
Fiat manus tua super uirũ dexterę tuę: & super filium hominis quem confirmasti tibi.
Et non discedimus a te: uiuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.
Domine deus uirtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam & salui erimus.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Vincēti ad lilia testificatio asapho psalmꝰ. LXXX.

1 Propheta. PAscens israel ausculta: ducēs quasi ouē ioseph, sedēs cherubinorũ, [qui] fe-
cisti lucere.
2 Faciebꝰ ephraī & beniamin & manasseh: suscita fortitudinē tuā & ueni ad salutē nob.
†dij 3 Deus †fac reuerti nos: & fac lucere facies tuas, & saluabimur.
†dij 4 Domine deus †exercituũ usq; quo fumasti in orationē populi tui: fecisti comedere eos
panem lachrymę, & fecisti bibere eos in lachrymis tertii.
5 Pones nos litem uicinis nostris: & inimici nostri subsannabunt eis.
†dij 6 Deus †exercituum fac nos reuerti: & fac lucere facies tuas, & saluabimur.
7 Vitem de ęgypto mouebis: eiicies gentes, & plantasti eam.
8 Expediuisti faciebus eius: & fecisti radicare radices eius, & replesti terram.
9 Operuerunt montes umbra sua: & ramis suis cedros dei.
10 Mittet ramos suos usq; mare: & ad flumen germina sua.
11 Quare fregisti macerias eius: & collegerunt eam omnes transeuntes uiam.
12 Vorabit eam aper de sylua: & reptile omnipotentis pascetur eam.
†dij 13 Deus †exercituum reuertere obsecro: respice de cœlis & uide, & uisita uitem hanc.
14 Et plantam quā plātauit dextera tua: & super filium [quem] roborasti tibi.
15 Succensa [pars] in igne [e] incisa: ab increpatione facierũ tuarum peribunt.
16 Erit manus tua super uirũ dexterę tuę: super filium adam [quē] roborasti tibi.
17 Et non retrocedemus a te: uiuificabis nos, & in nomine tuo uocabimus.
†dij 18 Domine deus †exercituum fac reuerti nos: fac lucere facies tuas, & saluabimur.

Titulus est. Vincēti ad lilia testificatio asapho psalmus. Et dicitur psalmus iste testificatio ad lilia, quia testificatur populo electo tribulationes futuras. Appellatione enim liliorum electus populus intelligitur: iuxta illud cant. 2. sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Et ratiōe certitudinis rei futurę tanq̄ visę appellatur testificatio. quod enim vidimus testamur ioan. 3. Vnde aliqualiter patet materia psalmi. ¶ Dico autem aliqualiter: quia est de materia psalmi aliquid certum & aliqd ambiguū. Certū est ꝙ psalmus iste propheticus est: quia tēpore dauidis editus, describit tribulationes populi non p̄teritas nec p̄sentes tunc, sed subsecutas multis annis post. Quod conuincitur ex eo ꝙ deuastatio populi describitur postq̄ regnū israelis extēsum est usq; ad mare & vsq; ad flumen. quod constat non fuisse adimpletum ante tempora dauidis: subsecuta autē deuastatio constat ꝙ longe post fuit. ¶ Ambiguum autem est de qua deuastatione est sermo: quoniam in psalmo generalia tātūmodo tanguntur. Crediderim ego ꝙ de deuastatione ppli facta per reges assyriorum fit sermo, & ꝙ petat reductio populi in terram promissionis, quæ facta fuit tempore cyri regis persarum. Moueor ad hoc tum qa cōstat clare ex verbis psalmi ꝙ de corporali deuastatione ppli educti de ęgypto, sub metaphora vineę seu vitis est sermo: hic. n. sequit ꝙ salus petita respondeat illi malo. Tum qa versiculus ter repetitus continens principale intentū, expsse dicit fac nos reuerti. cōstat. n. ꝙ reuersio sine additione aliqua desiderata & petita, intelligit sm subiectā materiā de qua est sermo: ac p hoc de reuersione ad locū vineę, hoc est ad terrā pmissionis. Tum qa in eodē versiculo ter repetito significat tota salutis futurę ratio illustratio diuinę faciei. rei siqdem gestę euētus testatus est adimpletionē pphetię huiusmodi. nā quum diuina facies illuxit cyro persarū regi, reuersus est populus & saluatus: & non per bellica arma, vt tempore maccabeorum. Quia igit oīa cōsonāt, materia psalmi ad literā est reductio populi vastati per babylonios &c̄.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta ī psona ppli deuastati ab assyriis recurrit ad deū pastorē israelis &c̄. vt auscultet, cōmemorādo mala subsecuta qa olim nō auscultauit pplm. Et sub spē vitis cōmēorat bñficiū eductiōis de ęgypto & magnificatiōis, admiratus ꝙ pmiserit suā deuastari vineā: supplicatq; vt visitet vineā hāc plātatā a dextera eius. & demū pphetat exauditiōem. Interserit aūt sepe petitionē salutiferę reductionis.

¶ Persona loquens propheta est.

Pastor israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuā materię, & executiuā, ibi deus fac reuerti. ¶ Proponit duo. Alterum ꝙ auscultet. alterum ꝙ veniat ad saluandum. Primum petit a deo pastore israelis. Et est hoc in loco israel nomen proprium non populi sed patriarchę illius qui fuit pater. 12. filiorum. Quod ex contextu insinuatur. nā subditur ioseph, filius eius. Et intēdit propheta inchoando a patriarcha populi cōmemorare duo diuina beneficia ante tēpora moysi exhibita populo in patribus. Alterum est ꝙ deus fuit velut pastor israelis seu iacobi, ducens ipsum in mesopotamiā & reducens in terram ipsius, accumulando diuitias &c̄. Alterū subditur. Ducens velut ouē ioseph. duxit. n. deus ioseph in egyptum velut ouem inermem, mansuetam, nescientē quorsum duceretur. Vnde ipse ioseph postea dixit fratribus suis. pro salute vestra misit me deus ante vos in ęgyptum gene. 45. ¶ Sedens cherubinorum. Nūcupato deo a duobus beneficiis ante legem, adiungit nūcupationes duas post legē. Altera sumitur a sessione super cherubinos. moyses siqdem nō figurauit deū: sed sedē vacuā sustentatā a duobus cherubinis. & ppterea deus dicitur sedens super cherubim. Fecisti lucere faciebus ephraim & beniamin & manasseh. Altera nūcupatio sumitur ab illustratione in sanctosanctorum. Ordinauit moyses ꝙ hę tres tribus (ephraim, beniamin & manasseh) haberent tētoria sua ad plagā occidentalem tabernaculi: in qua erat illa pars tabernaculi quæ vocatur sanctūsanctorum. Ita ꝙ prius describitur cōtentum in sanctosanctorum per sedē super cherubim: & postea describitur certa pars tēpli seu tabernaculi quæ appellatur sanctūsanctorum in qua erant cherubini tenētes sedē, definiēdo partē illam ab his tribubus quæ habitabāt circa illam. Hinc enim clare significatur pars occidentalis: qm̄ in parte occidētali tabernaculi habitabāt tres istę tribus: vt patet nu. 2. Dr aūt deus illuminare seu facere lucere ī sanctosanctorum, qa illumiabat mētes hoīum recurrētiū ad deū q ibi colebat. Nō sine mysterio aūt ppha recurrit ad deū pastorē israelis, ducē ioseph, sedētē sup cherubim, illustrātē ī sanctosanctorum: sed petiturus vt reducat populū deuastatū illustratiōe vultus sui, cōgrue inchoat a pastorali cura quā exercuit in patribus ante legē, & ab illustratione quā exercuit in tēplo post legem. vt qui coepit ducere & illustrare prosequatur vtrūq;, reducēdo & illustrando dispersum populum suum. ¶ Suscita fortitudinem tuā & veni ad salutē nobis. Hæc est principalis petitio. tanq̄ dormierit diuina potentia dum populus est afflictus, petitur suscita fortitudinē tuā, & veni ad efficiēdā salutē nostram.

Deus fac reuerti nos: & fac lucere facies tuas, & saluabimur. Incipit hīc pars executiua tali ordine. Prio tractat itētio principalis alludēdo spālr ad illā pticulā, fecisti lucere. Scdo tractat illa pticula, ausculta, ibi dñe deus exercituū. Tertio illa, suscita fortitudinē tuā, ibi vitē ex ęgypto. Quarto illa, & veni ad salutē nobis, ibi & visita vitē hanc. ¶ Principalis intentio prophetę tendit ad regressum populi salutarē ex luce diuinæ grāe. huc. n. tēdūt oīa cōmemorata circa israel & ioseph & sanctūsanctorum, huc tendunt oīa subiungenda in psalmo, in hoc consistit totū desideratū a disperso populo. Vnde hæc itegra

petitio ter in hoc psalmo repetitur. O deus inquit fac reuerti. Quãuis nõ dicat ad hierusalem aut ad sion nec ẽt ad te, sed absolute fac reuerti nos: cõstat tñ ꝙ intelligitur a dispersione ad locum vnde eiecti fuimus. & fac lucere facies tuas, nõ in seipsa (qm̃ in seipsa lux est) sed nobis. Et hoc non tam metaphorice. i. non iratam aut turbulentam faciem sed claram demonstra (humano more loquendo) q̃ significando modum quo reuersio populi effecta est: scilicet per illuminationẽ. & saluabimur, sine dubio nostra salus consurget ex luce diuinę gratiae.

Domine deus exercituum. Tractatur hic illa particula, ausculta | ab opposito seu cõtrario (scilicet ꝑterita nõ auscultatione) cõmemorãdo mala subsecuta, quia deus nõ auscultauit orationẽ factam populi. ℣ Vsq̃ quo fumasti. Irã dei humano more fumãtem describit supplicante populo. intendens per hãc metaphorã ꝙ deus exhibuit se iratũ etiã orãti populo: ac per hoc nõ auscultãtem, sed velut ex calore irę fumũ emittentẽ. hoc est ꝙ nõ exaudiuit orationẽ populi: iuxta illud hiere. 15. si steterint moyses & samuel corã me, nõ est anima mea ad populũ istũ. ℣ Fecisti comedere eos panem lachrymę, & fecisti bibere eos in lachrymis tertii. Ecce subsecuta mala quia deus nõ attẽdit orationi populi quę fiebat tẽpore hieremię: cibus. s. & potus lachrymarũ. Mẽsurę nomen est tertium, denotans abundantiam lachrymarũ ex quãtitate hydrię: tanq̃ biberint lachrymas ex hydria triũ metretarum. Pones nos litem vicinis nostris, pones quoq̃ nos materiã litis vicinis nostris, tanq̃ litigantibus de nobis vt de rebus suis: & inimici nostri subsannabunt eis | subiectioni adiicietur ꝙ derideбimur. quod intolerabilius est. Futurum pones respicit prȩteritum fumasti, significans sequelam huius effectus ex illa ira dei. Pronomen eis demonstrat nos in tertia persona.

Deus exercituum. Repetit tertium versiculum, augendo nuncupationem dei. vbi prius dixerat deus, modo dicit deus exercituum fac nos reuerti &c̃. vt supra. Ratio repetitiõis est magnitudo affectus ad desideratam salutem.

Vitem de ęgypto. Tractatur hic illa particula, suscita fortitudinem tuam. narrando prius opus fortitudinis eius olim factum: & postea quasi somnũ fortitudinis eius: & demũ petendo excitationẽ eius. ℂ Narrat itaq̃ eductionẽ populi de ęgypto, & magnificationẽ eius vsq̃ ad tempora dauidis seu salomonis, sub metaphora vitis. Vitẽ, populũ israel (nã vinea dñi sabaoth, domus israel est isa. 5.) de ęgypto mouebis: eiicies gentes, chananeas (futura mouebis & eiicies, non respiciũt tẽpus psalmi, sed tempus beneficioꝝ in pricipio psalmi ꝓpositoꝝ. s. pascens israelẽ, ducẽs ioseph. respectu enim horum futura immo cõsequẽs fuit eductio vitis de ęgypto) & plantasti eã, in terra promissionis. Expediuisti corã ea seu faciebus eius, hoc est abstulisti tũc omnia impediẽtia viã corã populo: & fecisti radicare radices eius, firmatus est enim populus in terra ꝓmissionis, & repleuisti terrã, tali vite. ℣ Operuerũt montes vmbra sua, adeo creuerũt rami eius ꝙ vmbra sua operuerũt montes: & ramis suis cedros dei, arbores excelsas. Quãtũ ad parabolã declaratur augmẽtũ vitis in excelsum: quãtũ ad rẽ declaratur celsitudo populi israel supra principes & magnos reges. quod cõstat fuisse tempore iosue. ℣ Mittet ramos suos vsq̃ mare, mediterraneũ. Futurũ sequelã denotat ad antedicta. & ad flumen, euphratis, germina sua. Hoc. n. impletũ est tẽpore dauidis, & perseuerauit tẽpore salomonis. ℂ Quare fregisti. Descripto opere potẽtię diuinę circa populũ magnificatum, subiungit modo quasi somnũ diuinę potentię, describẽdo deuastationẽ vitis. Quare fregisti, frangi dimisisti, macerias eius, vineę: & collegerunt eam, fructus eius, oẽs transeuntes viam. Vorabit eam aper de syluа, & reptile omnipotẽtis pascetur eam. Metaphora clara est | intelligenti per reptile omnipotentis significari cuncta animantia quę serpunt seu repunt. Quę specialiter dicuntur omnipotentis, vel vt etiam ipsa creata ab omnipotente deo intelligas: vel vt significatos per ipsa gregarios vastatores | ab omnipotente deo immissos intelligas. Per hæc. n. omnia intelligit deuastationes populi factas a rege assyriorum & exercitibus eius. rex enim ille significatur per aprum de sylua. ℂ Deus exercituũ. Petit excitationẽ potẽtię inuocãdo eũ. deus exercituũ, oĩum, reuertere obsecro, ad bonũ populi tui: respice de coelis, oculo misericordię, & vide, miserãdo.

Et visita vitem hãc. Tractatur hic illa particula, & veni ad salutẽ nobis, tali ordine. Primo supplicat vt veniat visitãs vitẽ hanc, populũ suũ eductũ de ęgypto. Et plãtam quã plantauit dextera tua, hoc est vitẽ plãtatã a dextera tua: dixit. n. superius & plãtasti eam. & super filiũ roborasti tibi. populũ quem appellauit vitem & plantã, appellat filiũ quẽ roborauit sibi deus: iuxta illud exo. 4. filius meus primogenitus israel. Quẽ sibi deus roborauit magnificãdo eũ (vt dictũ est superius) ad gloriam suam, vt esset populus peculiaris dei. ℣ Incẽsa in igne. Secũdo prophetat exauditionem, assignata prius ratione tantę deuastationis. Et intẽdit prosequẽs metaphorã vitis: ꝙ sicut in vinea partes illę quę sunt incisę seu cõbustę pereunt, ita pars populi incisa seu igne afflictionis cõsumpta peribit: sed ratio tam incisionis q̃ vstionis est increpatio diuina. ita ꝙ intẽdit propheta reddere rationem deuastationis populi ex increpatione diuina: quæ proculdubio supponit scelera eorum. Et licet metaphorice incisio & vstio dicta sint, nõ ab re intelligi potest per hęc ꝓphetari nõ solũ rõnem deuastationis, sed derelictionẽ partis incisę: hoc est decẽ tribuũ quarũ regnum fuit velut pars incisa a vite quã plãtauit dextera excelsi, recedẽs a cultu dei tempore hieroboam & deinceps. Ita ꝙ intendit propheta ꝙ pars huiusmodi incisa nõ re-

dibit

dibit,sed erit quasi pars cõsumpta igne.¶ Erit manus tua.Prophetat reuersionem populi . Erit manus tua,saluatrix,sup virum dexterę tuę.Quem appellauerat plantã dexterę tuę,eũdem appellat virũ dexterę tuę,populũ electũ.Et super filiũ adam quẽ roborasti tibi.Inter filios adam,populus israel est filius ille quẽ deus roborauit sibi:iuxta illud deute.32.quãdo separabat filios adam,pars dñi populus eius,iacob funiculus hæreditatis eius.Aduerte hic describi supplicationẽ exauditã,quam in versiculis.14.& 15.proposuit.Ibi enim petiit vt videat & visitet plantã dexterę & filiũ:hic autem asserit ꝙ erit manus eius sup virũ dexterę & filiũ.¶ Et nõ retrocedemus a te,viuificabis nos.Nõ corporalis tñ salus sed spũs vita describit̃ tũc futura,pphetãdo interr:ę gr̃ę ordinatos effectus.pręcedit viuificatio diuinę grãe:& subsequit̃ nõ retrocessio nr̃a.Et in noĩe tuo,nõ idolorum,vocabimus.i.inuocabimus.

Domine deus exercituum. Repetit tertio versiculũ cõtinentẽ principale intentũ,augendo nuncupationem diuinam.Primo deus,secundo deus exercituum:tertio domine deus exercituum fac reuerti nos &c̃.vt supra.Cõcludit enim psalmum in principali intento.Amen.

¶VVLGATA EDITIO ¶Victori in torcularibus asaph. LXXX.

EXultate deo adiutori nostro:iubilate deo iacob.
Sumite psalmum & date tympanum:psalterium iucundum cũ cithara.
Buccinate in neomenia tuba:in insigni die solennitatis uestræ.
Quia pręceptum israel est:& iudicium deo iacob.
Testimonium in ioseph posuit illud:cum exiret de terra ęgypti,linguam quam non nouerat audiuit.
Diuertit ab oneribus dorsum eius:manus eius in cophino seruierunt.
In tribulatione inuocasti me:& liberaui te,exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis.
Audi populus meus & contestabor te : israel si audieris me,non erit in te deus recens, neq; adorabis deum alienum.
Ego enim sum dñs deus tuus qui eduxi te de terra ægypti:dilata os tuũ & iplebo illud.
Et non audiuit populus meus uocem meam:& israel non intendit mihi.
Et dimisi eos ſm desideria cordis eorum:ibunt in adinuentionibus suis.
Si populus meus audisset me:israel si in uiis meis ambulasset.
Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem:& super tribulantes eos misissem manum meam.
Inimici domini mentiti sunt ei:& erit tempus eorum in secula.
Et cibauit illos ex adipe frumenti:& de petra melle saturauit eos.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Vincẽti sup haghithith asapho. LXXXI.

1 Propheta. CAntate deo †fortitudini nostrę:clangite deo iacob.
2 Eleuate cantationẽ:& date tympanũ citharã dulcia cum uiola. †dij.
3 Clangite in nouo,cornu:in solennitate diei festiuitatis nostrę.
4 Quia pręceptum israeli ipsum [est] et iudicium deo iacob.
5 Testimoniũ in ioseph posuit ip̃m:in exire eius super terrã ęgypti. Populus.labiũ [quod] non sciui audiam.
6 Deus. Amoui ab onere humerum eius:palmæ eius a cophino transibunt.
7 In angustia uocasti,& erui te:respondebo tibi in abscondito tonitrui,tentabo te super aquas litis.Selah.
8 Audi popule mi & contestabor in te:israel si audies me †. †mihi
9 Non erit in te deus alienus:& non curuaberis deo extraneo.
10 Ego dñs deus tuus,faciens ascendere te de terra ęgypti:dilata os tuũ,& iplebo illud.
11 Et non audiuit populus meus uocem meam† :& israel non uoluit me †. †voci meę †mihi

12 Et misi eum in directione cordis eorum: ibunt in consiliis suis.
†mihi 13 Vtinam populus meus audiens me†: israel in uiis meis ibunt.
14 Tā q̄ modicū inimicos eoꝝ humiliabo: & sup angustatores eoꝝ faciā uerti manū meā.
15 **Propheta**. Osores dn̄i negabunt ei: & erit tempus eorum ęterno.
16 Et fecit comedere eū de adipe tritici. **Deus**. & de petra melle faciā saturare te.

Titulus est. Vincēti sup haghithith asapho. Haghithith nomen dicitur instrumenti musici deducti ab urbe ghath.

¶ Materia psalmi (vt psalmus ipse pr̄e se fert) est inuitatio ministroꝝ diuini cultus ad cantandū deo & clangendū tubis in primo die mensis septimi, p cōmemoratione diuinoꝝ p̄cęptoꝝ ac iudicioꝝ. In versiculo nanq tertio inuit primus dies mēsis septimi: qui vocabat festum clāgoris & tubarū. Et deputatus erat vt esset sabbatū memoriale: vt patet leui. 23. & nu. 29. Et quia non explicat quid esset cōmemorandū sed dicit memoriale absolute, ideo intelligēdū est de memoria diuinoꝝ p̄cęptorum ac iudicioꝝ. Tum autoritate scripturę secūdi esdrę. 8. executionē memorialis quę fiebat prima die mensis septimi narrantis, in hoc q ōis populus cōuenit ad audiendū ex ore esdrę solēniter legētis legem domini. Tū ratione: qm̄ hæc erat materia simpliciter & absolute memoranda a populo illo. Et hæc duo explicant in versiculo quarto. Et in his cōtineri cōstat memoriā bn̄ficiorum. in p̄cępto enim de custodia sabbati clauditur memoria creationis: & in pręcępto de imolatione phase, clauditur memoria egressionis de ægypto &c̄. Hæc est igitur ad literam materia psalmi.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta īuitat ministros diuini cultus, ad cātādū & pulsandū deo ī festo tubaꝝ, p cōmemoratione diuinoꝝ p̄cęptoꝝ ac iudicioꝝ. tangendo præcęptorum quidem supremum simul cum tempore & testimoniis: iudiciorum vero præcipuas poenas ac præmia.

¶ Persone loquentes sunt tres: propheta, populus, & deus.

Cantate deo. Diuidit psalmus in partes duas: ppositiuā materiæ, & executiuā, ibi testimonium. ¶ Proponit inuitando prius ad cantum. Cātate deo fortitudini nostræ. Meminit fortitudinis qua itroducti sunt in terrā pmissionis celebraturi hoc festum, & nō ante. Clangite deo iacob. Spāliter deus sub rōne fortis seu potentis apparuit iacob: vt patet gene. 46. Eleuate cātationem, ampliori voce. ℣ Deinde ad musicū sonū. Et date tympanū citharā dulcia, vtraq, cū viola. clangite cornu. Quattuor hic habes instr̄a musica. In nouo. ecce tēpus, in nouilunio, nō quocunq sed in solēnitate, decreta, diei festiuitatis nostrę. Nullus dies nouilunii erat ex lege sanctus p cessationē ab ope seruili & solennis, nisi septimi mēsis. Et ppterea per has circūlocutiones describit primus dies mēsis septimi: qui vocabatur dies clangoris & tubarū, seu sabbatū memoriale clangētibus tubis. ℣ Quia p̄cęptum israeli ipsum, iudiciū deo iacob. Ratio festiuitatis & clāgoris tubaꝝ reddit ex p̄cępto & iudicio: hoc est qa p̄cępta data sunt israeli, & quia iudicia exercuit deus. Ad cōmemorandū enim hæc, institutū est festū tubarū: nec alia in locis p̄dictis assignat rō istius festi. Eadē autē est materia psalmi istius & festi tubarum.

¶ **Testimoniū in ioseph**. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat illa particula, quia p̄cęptū israeli. deide illa, iudiciū deo iacob, ibi & nō audiuit. ¶ Tractat itaq legislatio tali ordine. Prius describit tēpus cū testimonio beneficioꝝ. deinde ipsa legislatio, ibi audi popule mi. Testimoniū in ioseph. Tēpus quo data sunt p̄cæpta describit fuisse tēpus egressionis ex ægypto: qnquagesimo siquidē die data sunt p̄cæpta. Appellatione ioseph intelligi populū israel, testat cōtextus psalmi, subiūgēs vno atq eodē cōtextu gesta dei cū populo. amoui ab onere humerū eius, respōdebo tibi in abscōdito tonitrui &c̄. Et est sensus. Testimoniū, diuinæ p̄cęptionis, in ioseph, hoc est in gente ioseph. Populus enim hebręus in ægypto appellabat gens ioseph. Vn̄ & pharao dixit ad ioseph. pr̄ tuus & fratres tui venerūt ad te. Et rursus scriptū est. surrexit interea rex nouus qui ignorabat ioseph. insinuās scriptura p hoc q tā viuens ioseph q̄ memoria ipsius, rō apud ægyptios erat bene tractādi hebręos, tanq̄ cognoiatos a ioseph. Et ppterea rex nouus nō habēs rōnem ioseph, male tractauit gentē eius. In exitu eius sup terrā ægypti, in exitu ipsius gentis sup terrā. Egrediēdo ab ægypto versus terrā pmissionis ascendit: vt in pluribus scripturę locis patet. Gene. enim vlt. dicit ioseph. ascendā & sepeliā patrē meū. Et exo. 13. dicitur. & armati ascēderūt filii israel de terra ægypti. Quia igit ascēdendo exierunt, ideo dicit in exitu eius sup terrā ægypti. ℣ Labiū nō sciui audiā. Ecce primū testimoniū perhibitū a populo. Introducit enim ppheta testimoniū hoc diuinoꝝ p̄cęptoꝝ voce populi, dicētis. Labiū qd̄ nesciui audiā. Exiuit. n. ppl's auditurus linguā quā nunq̄ nouit: hoc est linguā dei. nā audiuit deū loquentē sibi de coelo, exo. 19. Vn̄ dicit deus exo. 20. vos vidistis q de coelo locutus sim vobis. Et vere diuinum labiū fuit auditū & ignotū: quia populus nunq̄ audierat vocē dei. Vn̄ & dixerūt moysi. loq̄re tu nobis & audiemus, nō loquatur nobis dn̄s. Moyses aūt solitus erat audire: scriptū est enim. moyses loquebat & dn̄s rn̄debat ei. ℣ Amoui ab onere. Secūdū testimoniū itroducit ex ore dei, narrātis beneficiū quod cōtulit gēti ioseph. Amo-

ni ab onere humerũ eius. affligebãt.n. ęgyptii eos oneribus: vt dr̃ exo. 1. Palmę eius a cophino trãsibũt. In ope luti & lateris & reliquo famulatu quo in terræ oneribus p̃mebant, cophinus cõputat: q fodiendo terrã iplebat̃ vt portaret. vt p has duas afflictiones (manuũ ad fodiẽdũ & iplẽdũ cophinos, & dorsi ad portãdũ) itelligamus reliquũ famulatũ. Futur̃ aũt trãsibunt refert̃ ad ptm̃ diuinę actionis amouẽ: qm̃ hęc releuatio fuit effectus diuinę actionis. ℭ In angustia. Declarat modũ secũdi testimonij. In angustia vocasti me. Apostrophat deus ad populũ. In angustia oppressionis ab ęgyptiis, vocasti me: iuxta illud exo. 2. igemiscẽtes filii israel pp opa vociferati sunt, ascẽditq; clamor eor̃ ad deũ. Et eruit te de ægypto. ℣ Rñdebo tibi. Declarat̃ modus primi testimonij. Rñdebo tibi in abscõdito tonitrui in mõte sinai: iuxta illud exo. 19. Et ecce coeperunt audiri tonitrua ac micare fulgura, & nubes dẽsissima operire mõtẽ. Ecce abscõditũ tonitrui in quo rñdit deus. subdit̃.n. ibidẽ q moyses loq̃bat̃ & dñs rñdebat ei, q̃ erant p̃cipiẽda populo. Futur̃ rñdebo, denotat seq̃lã ad ptm̃ & eruit te. ℣ Probabo te sup aq̃s litis. Tertiũ testimoniũ est bñficiũ aquę eductę de petra in egressu de ægypto añq̃ venirẽt ad mõtem sinai. Et appellat̃ aqua litis pp iurgiũ filior̃ israel ibidẽ cõtra moysen: vt dr̃ exo. 17. Et introducit̃ hoc miraculũ sub rõne tẽtatiõis ppli: hoc ẽ q deus vt pbaret cõfidẽtiã ppli i deo fecit eos pati penuriã aq̃. Q đ itellige metaphorice: qm̃ more tẽtãtis deus se habuit vt ppl̃s cognosceret seipm̃, q nõ cõfideret ĩ deo post tot mirabilia visa i ęgypto & i mari rubro. Hęc ĩducunt̃ vt testimonia p̃ceptionis diuinæ in mõte sinai.

Audi popule mi. Post testimonia p̃ceptorum ĩducunt̃ p̃cepta nõ in singulis sed in supmo eor̃. Audi popule mi & cõtestabor in te, certificatione: israel si audies me. In hebręo ht̃ mihi. Nõ erit in te deus alienus. Ecce p̃ceptũ supmũ. Et nõ curuaberis deo extrãeo. Ego solus, dñs vniuersor̃, deus natura, tuus p grãm, nõ tenuo.n. vocari deus tuus: faciens ascẽdere te de terra ęgypti, vt ex hoc libertatis beneficio me cognoscas. Dilata os tuũ. Benignissimus deus non dat p̃ceptũ sine p̃mio. Si me audiens, dilata os tuum, ad petendũ, pete q̃cq̃d vis, & implebo illud, & donabo totum plene.

Et nõ audiuit. Tractat̃ hic illa pticula, iudiciũ deo iacob. Post p̃cepta subdunt̃ iudicia. & prius iudiciũ penale. Et nõ audiuit ppl̃s. Deus nõ ẽ prius vltor q̃ nõ sit pctõr. Et ppea añ punitionẽ p̃mittit̃ offensa. Q rñ nõ audiuit ppl̃s vocẽ dei obediẽdo p̃ceptis eius: & israel nõ voluit me, sed vitulũ in deum. Duplex crimẽ: iobediẽtię & idolatrię. ℣ Et misi eũ. Ecce poena maxima iterna. s. q deus derelinq̃t hoiem sibiipsi. Et misi. Metaphorica ẽ locutio, q̃ derelictio significat̃ p missionẽ: q̃a de⁹ derelinq̃t, dr̃ misisse populũ ipsimet. Et misi eũ i directiõe cordis sui, ego destiti a directiõe ppli & misi eũ put cor eor̃ diriget eos. Ibunt. Ecce effectus derelictionis. ibũt in cõsiliis suis, destituti a lumine directiõis meę. ℣ Vtinã populus meus. Subdit̃ iudiciũ quo ad poenã extrĩsecã morę i deserto annos. 40. Sed describit̃ hęc poena tã q̃ cõtra diuinũ appetitũ ĩflicta: narrãdo p̃miũ illis paratũ, quo seipsos priuauerũt nõ obediẽdo. Vtinam populus meus. Cõsidera in aduerbio vtinã, affectũ diuinũ ad hoc q simus boni, ad hoc vt seruemus legẽ dei. Vtinã populus meus, erit, audiẽs me: vtinã israel, populus, in viis meis ibunt. Tanq̃ modicum, breuissimo tpe, inimicos eor̃ humiliabo, sicut qđ est modicũ facillime vicit̃: & sup angustatores eorũ faciã verti manũ meã, punitiuã, qua punio populũ meũ in deserto tot annis. Et intẽdit per hæc describere affectũ diuinũ ad p̃mia populi sui & ad punitionẽ inimicorũ. Acsi apte diceret deus. Quantũ est ex parte mea ego præcepi volens vt populus obediens præmia cõsequeretur victorię inimicorum, & non vt punirem populum: ego desideraui vt obediret & nõ vt punirem. Et futura ibunt cum reliquis, referuntur ad pręteritũ desideriũ dei subintellectũ in aduerbio vtinam. Sunt enim hęc verba dei explicantia diuinum affectũ more humano, anteq̃ filii israel exacerbassent deum in deserto.

Osores dñi negabũt ei. Accumulatio diuinor̃ iudicior̃, prius ad poenã deĩde ad p̃mium describit. Osores dñi. Cõcludit ppheta accumulãdo poenã poenę. Descripta fuit poena iternę desertiõis cũ poena detẽtiõis i deserto: adiũgit̃ mõ poena ęternę dãnatiõis. Osores dñi negabũt ei obediẽtiã. Et erit tp̃s eor̃ ęterno. exo. 32. de idolatria vituli loquẽs deus ad moysen ait. ego i die vltiõis visitabo & hoc pctm̃ eor̃, reseruãs poenã ad tp̃s vltiõis. Q đ nõ ẽ i hac vita sed i futura. tp̃s.n. p̃ntis vitę ẽ tp̃s misericordię: illud ãt erit tp̃s vltiõis, quo nullũ malũ remanebit ipune. Iuxta hũc sensum hic dr̃. erit tp̃s eor̃, inimicorũ dei, tp̃s.n. vltõis & tp̃s inimicor̃ dei idẽ ẽ, ęterno, sine fine. Notãt theologi hic dñiam iter p̃miũ btõr̃ & poenas dãnator̃: qm̃ illud erit sine tpe, hoc ẽ i ęternitate: poenę vero istor̃ erũt i tpe, s p tñ durãte. q̃a erũt successiuę (tp̃s.n. mẽsura ẽ successiuorũ) btitudo ãt sctõrũ erit tota simul. ℭ Et fecit comedere eũ. Descripto iudicio poenali, describit̃ mõ p̃miũ exhibitũ introductiõis in terrã pmissiõis. Et fecit comedere eũ, ppl̃m, de adipe tritici. Iosue. 5. dr̃ q filii israel trãsito iordane (hoc est igressi terrã pmissiõis) comederũt azimos panes & polẽtã eiusdẽ anni, defecitq; manna. vt intelligas terrã pmissionis significari p hoc q dr̃ fecit eos comedere de adipe tritici. ℣ Et de petra melle faciã saturare te. Iterũ introducit deũ loquentem cõferentẽ terram pmissionis, significãdo eã a melle genito in petra. Promittit̃ terra promissionis, terra lacte & melle manans. Et propterea hic meminit mellis. Quod autem dicit de petra, dispositionem petrosam illius terræ tangit, non inutilem sed productiuam mellis: hoc est frugiferam seu fructiferam. Futurum saturabo, respicit p̃teritũ fecit comedere: quia hoc fuit cõsequens ad illud. Statim.n. comederũt panes: & postea deleuerũt chananeos, & potiti sunt terra tam fructifera. Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶Psalmus asaph. LXXXI.

DEus stetit in synagoga deorum:in medio autem deos diiudicat.
Vsq; quo iudicatis iniquitatem:& facies peccatorum sumitis?
Iudicate egeno & pupillo:humilem & pauperem iustificate.
Eripite pauperem & egenum:de manu peccatoris liberate.
Nescierunt neq; intellexerunt,in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terrę.
Ego dixi dii estis:& filii excelsi omnes.
Vos autem sicut homines moriemini:& sicut unus de principibus cadetis.
Surge deus iudica terram:quoniam tu hęreditabis in omnibus gentibus.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Psalmus asapho. LXXXII.

1 Propheta. DEus † stans in congregatione dei:in medio deos iudicabit.
2 Vsq; quo iudicabitis iniquitatē:& facies impiorum suscipietis? Selah.
3 Iudicate pauperi & pupillo:egenum & inopem iustificatę.
4 Saluate pauperem & mendicum:de manu impiorum liberate.
5 Non cognouerunt & non intelligent,in obscuritate ambulabunt:labentur omnia fundamenta terræ.
6 Ego dixi.dii uos,& filii excelsi omnes uos.
7 Vere tanq̄ adam moriemini:& sicut unus principum cadetis.
8 Surge deus † iudica terram:quoniā tu hęreditabis in oībus gentibus.

TItulus est.Psalmus asapho.Qui patet ex supradictis.
¶Materia psalmi nec ex titulo habet nec ex autoritate dñi,qui ioan.10.affert sextū huius psalmi versiculū.s.ego dixi dii estis:qm̄ inde nihil aliud habet nisi q̄ verba hæc sunt vera,& q̄ appellatione deorum intelligunt illi ad quos sermo dei factus est:dū dicit.si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est,& nō pōt solui scriptura.Quia enim sermo dei factus est ad diuersos,& præcipue ad prophetas,de quibus nō apparet psalmū loqui,ideo hinc nō certificat materia psalmi.¶Ex discursu aūt psalmi apparet q̄ sermo psalmi dirigit ad iudices,arguēdo & monēdo eos.Vn̄ iūgendo verba dñi cū pgressu psalmi,infert q̄ nō ad oēs iudices sed ad illos ad quos sermo dei factus est(hoc est ad iudices populi israel)dirigit sermo.Et si amplius pspectū fuerit,apparebit q̄ rō monitorii est iudiciū vniuersale:quod tum in gnto tū in vltimo versiculo insinuat.ac p hoc psalmus iste ad literā tractat de aduentu mesiæ ad iudiciū,itroducēs illū p rōne arguēdi monendiq; iudices populi dei.Et hæc est ad literā materia psalmi.

¶SVMMARIVM EST.

¶Propheta arguit & monet iudices israel,tum ratione diuinæ pręsidentię,tum ratione diuini iudicii futuri,q̄ deus iudicabit terram hæres oīum gentium.
¶Persona loquens propheta est.

DEus stās. Diuidit psalmus in partes duas:ppositiuā materiæ,& executiuā,ibi vsq; quo.¶Proponit duo.Primū psidentiā dei in populo israel.Deus stans,psidens,in cōgregatione dei,hoc est in populo dei.Secūdo vniuersale iudiciū.In medio,corā,publice,deos.i.iudices,iudicabit.Exo.22.clare patet iudices deos appellari:dū dr.ad deos vtriusq; cā pueniet,& si illi iudicauerint &c̄.
¶Vsq; quo. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primū monent iudices circa actū iudicii.Secundo arguunt cęcitatis circa ambo pposita,ibi non cognouerūt.¶Monet aūt prius reprehendendo iudiciū iniquum.Vsq; quo iudicabitis iniquitatē?Iniustum iudiciū ex obiecto,est iudicare iniquitatē:quū pprium obiectū iudicii sit iudicare iustū:imo iudicare est dicere ius.i.iustum.Et facies impiorum suscipietis?Acceptio psonarū reprehendit.quū deberēt respicere ad cās respiciūt ad psonas:& ad comtulū mali,impias.¶Iudicate pauperi & pupillo.Reprehenso iniquo iudicio,pcipit iudiciū iustum circa psonas miserabiles & impotētes:vt a fortiori itelligas circa alios.Iudicate,ius dicite,pauperi & pupillo,qm̄ sunt actores:egenū & inopē iustificate,qm̄ sunt cōuenti.Saluate pauperē & mendicum,qui tum opprimunt:nec solū saluate,sed de manu impiorum liberate,liberos facite.¶Nō cognouerūt Præmissa monitione ad iudicādū,arguit cęcitatē eorum circa ambo pposita.Nō cognouerūt,in pterito,& nō intelligēt:quia in obscuritate ambulabūt.Perseuerantia ambulandi in tenebris(hoc est operandi opera tenebrarū)ratio est quare iniqui iudices neq; intellexerunt neq; intelligent hæc duo.videlicet. Labent

oia fundamēta terrę. Primū qđ nolūt intelligere est futurę dei iudiciū. qđ describit̃ a lapsu oīum fundamentorū terrae; nō quātū ad substātiā terrae, sed quantū ad dispōnem quā habet. cessabunt enim tūc oēs motus coelorū: qui sunt sustentātes terrā. i. totā elemētarē sphęrā in hac dispōne actiuorū & passiuorum, generationis & corruptionis. ℣ Ego dixi dii vos. Alterū qđ nolūt intelligere est celsitudo proprii officii: q̄ scilicet exercent diuinū officiū: quod tn̄ ego dixi eis. Propheta eis in persona docētis sacram scripturam ait. Ego dixi, aperui, manifestaui iudicibus populi. dii vos, & filii excelsi oēs vos. Secundum apostolicam doctrinam oēs iudices ministri sunt dei, ad vindictam malorum & laudem bonorum. 1. pet. 2. sed iudices populi israel praeter hoc q̄ erant ministri dei (sicut & omnes alii iudices gentium) habebant hoc proprium q̄ erant filii dei & dii. Filii quidem tanq̄ ab eo geniti: quia a deo instituti erāt nu. xi. Et dii: quia ad eos sermo dei factus est in prima eorum institutione. nam vt ibidem dicitur, auferens dominus de spiritu qui erat in moyse, dedit. 70. viris ad sustentandum cum eo onus populi: quumq̄ requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltra cessauerunt. Factus praeterea est sermo dei ad iudices populi eius per instructionem diuinae legis specialiter illis commissę vt capitibus populi. Et vt intelligas q̄ haec gratia non est personae sed officii, subdidit omnes vos, tam boni q̄ mali iudices. Vbi videre potes ambo proposita. pręsidentiam quidem diuinam, dicendo. dii estis & filii excelsi omnes vos. Vnde & iosaphath rex 2. parali. 19. p̄cipiens iudicibus, videte ait quid faciatis: non enim hominis exercetis officium sed domini. ℭ Vere tāq̄ adam moriemini. Prosequitur ea quę sunt futuri iudicii: declarando q̄ impunitas eorum in praesenti vita non reddet eos securos: quoniam manet eos iudicium post hanc vitam. Impunitas itaq̄ quam sepe conspicimus, significatur a simili morte & casu sicut caeteri moriuntur & cadunt. Vere sicut adam, sicut homo, moriemini: hoc est non deteriori morte moriemini vos q̄ alii homines. & sicut vnus principū, hoc est sicut alii principes, cadetis, a principatu: vel per exauctorationem vel per mortem &c̄. ℣ Surge deus, more surgentis ab ocio te habe, iudica terram, non hanc vel illam, ne impunes sint iniqui iudices: quoniam tu haereditabis in omnibus gentibus. Hinc apparet q̄ de mesia loquitur propheta. nam deus futurus haeres in omnibus gentibus, mesias est: iuxta illud secundi psal. postula a me, & dabo tibi gentes haereditatem tuam. Vnde non dixit tu haereditabis bona omnium gentium, sed in omnibus gentibus: quoniam ipsę gentes erunt haereditas eius. ipse est enim quem ad heb. 1. constituit deus haeredem vniuersorum. Hoc desiderans propheta adimpleri, supplicantis affectu introducit futurum iudicium. Surge deus iudica terram: quoniam illo iudicio hęreditabis, haeres eris, in omnibus gentibus, quibusdam amore, quibusdam subiectione. omnes enim gentes tam damnatę q̄ beatae erunt ipsius: sed illę iunctę amore amicitiae, istę possessę vt seruę. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Canticum psalmus asaph. LXXXII.

Deus quis similis erit tibi? ne taceas neq̄ compescaris deus.
Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te extulerūt caput.
Super populum tuum malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
Dixerūt uenite & disp̄dam⁹ eos de gēte: & nō mēoret̃ nomē isrāel ultra.
Quoniam cogitauerunt unanimiter simul: aduersum te testamentum disposuerunt.
Tabernacula idumęorum & ismaelitę: moab & agareni.
Gebal & āmon, & amalec: alienigenę cū habitantibus tyrum.
Etenim assur uenit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis lot.
Fac illis sicut madian & sisarę: sicut iabin in torrente cisson.
Disperierunt in endor: facti sunt ut stercus terrę.
Pone principes eorum sicut oreb: & zeb & zebeę & salmana.
Omnes principes eorum qui dixerunt: hęreditate possideamus sanctuarium dei.
Deus meus pone illos ut rotam: & sicut stipulam ante faciem uenti.
Sicut ignis qui comburit syluam: & sicut flamma comburens montes.
Ita persequeris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos.
Imple facies eorum ignominia: & quęrent nomen tuum domine.
Erubescant & conturbentur in seculum seculi: & confundantur & pereant.
Et cognoscant quia nomen tibi dominus: tu solus altissimus in omni terra.

❡IVXTA HEBRÆVM. ❡Canticum psalmi asapho. LXXXIII.

+dij 1 DEus † ne tace tibi: ne obsurdesce & ne quiesce deus.
2 Propheta. Quia ecce inimici tui tumultuabunt: & osores tui eleuauerũt caput.
3 Super populum tuum callebunt secretum: & cõsiliabuntur super reconditos tuos.
4 Dixerunt. Vox hostium recitata. uenite & desolemus eos de gente: & non memorabitur nomen israel ultra.
5 Propheta. Quoniam consiliati sunt corde pariter: super te fœdus ferient.
6 Tentoria edom & ismaelitarum: moab & agareni.
7 Ghebal & ammon & amalec: palestina cum habitatoribus zor.
8 Etiam assur associatus est cũ eis: fuerũt brachium filiis lot. Selah.
9 Fac illis sicut madian sicut sisarę: sicut iabin in flumine chison.
10 Destructi sunt in fonte dor: fuerunt sterquilinium terrę.
11 Pone ipsos duces eorum sicut oreb, sicut zeeb, sicut zeuach, sicut salmona: omnes principes eorum.
+deorum 12 Qui dixerunt. Vox hostium recitata. hęreditabimus nobis habitacula dei †.
13 Propheta. Deus meus pone eos ut rotam: quasi glumam faciebus uenti.
14 Velut igne combures syluam: & sicut flamma inflammabis montes.
15 Sic sequeris eos in tempestate tua: & in turbine tuo terrebis eos.
16 Imple facies eorum ignominia: & quęrent nomen tuum domine*.
17 Confundentur & terrebunt usq; semper: & erubescent & peribunt.
18 Et scient quia tu [es cui] nomen tuum [proprium] dñs*: solus tu excelsus super omnem terram.

TItulus est. Canticum psalmi asapho. De quo vt supra.
❡Circa materiam psalmi apparet ex ipo psalmo ꝙ tractatur de bello quod fuit tempore dauidis: & scriptum est. 2. reg. 10. 11. & 12. & tangitur. 2. reg. 8. quando scilicet anon rex ammonitarum ignominiose tractauit legatos dauidis, & propterea conduxit multas nationes secum ad pugnandũ contra dauidem. ❡Hoc autem bellum esse materiam psalmi huius, apparet tum ex cõfœderatione nationum in psalmo nominatarum. expresse siquidem in psalmo explicant decẽ nationes confœderatę contra israel. Et ne libera tribuatur interpretandi facultas, expresse subiungitur statim post nominatos cõfœderatos. fuerunt brachium filiis lot. Vbi aptissime explicat oẽs cõfœderatos ad hoc fuisse cõfœderatos. vt essent velut brachiũ ammonitis: quos constat eẽ filios lot. Testat. n. historia libri regũ ꝙ vidẽtes filii ammon ꝙ iniuriã fecissent dauidi, miserũt & cõduxerũt mercede syrũ roob & syrũ soba. 20. milia peditũ, & a rege maacha mille viros, & ab istob. 10. milia viroꝝ. Et postea subdit ꝙ adadezer eduxit syros q erãt trãs fluuiũ. Et rursus. vidẽtes autẽ vniuersi reges q erãt in ꝑsidio adadezer se victos esse ab israel, expauerũt & fugerũt &c̃. timueruntq; syri auxiliũ ꝑbere filiis ammon. Qz aũt natiões q̃ hic noiantur cõfœderatę in auxiliũ filioꝝ lot, sint illæmet quas subegit dauid, testat capitulũ. 8. 2. reg. vbi explicant septẽ istaꝝ nationũ subactę a dauide. s. moab, ammon, philistim, amalec, edom, ghebal, assur. Et tres aliæ (scilicet zor, ismaelitę, & agareni) ĩplicite vt puto cõprehendunt sub syrię noie & dñio adepto vsq; ad euphraten. Ismaelitę enim & agareni forte iõ in libro regũ tacent, quia terrę eorum nõ fuerunt subactæ: vtpote remotiores. q̃uis ipsi auxiliares filiis lot, fuerint superati. Zor aũt si pars est vt dicitur syriæ, sub syria comprehenditur. ❡Tum ex victoria insinuata in psalmo. Ideo enim dicitur fac illis sicut madian &c̃. vt intelligamus omnes gentes istas confœderatas fuisse victas. Et vere factum est istis nationibus sicut madian & sisarę &c̃. ❡Tũ ex ignominia petita. imple facies eorum ignominia. Hoc enim directe respondet ignominiæ illatę a filiis ammon legatis dauidis, radendo medias eoꝝ barbas & ꝑcidẽdo vestes vsq; ad nates. Nec obstat ꝙ psalmus describit nationes istas cõfœderatas cõtra deũ, vt nõ memoret nomẽ israel vltra. Testat siquidẽ ioab bellũ hoc cõtra deũ esse, dicẽs abisai fratri suo. 2. reg. 10. esto vir fortis & pugnemus ꝓ populo nr̃o & ciuitate dei nr̃i. ❡Est igit materia psalmi ad literam recursus dauidis ad deũ in bello tot nationũ cõfœderataꝝ aduersus eum pro ammonitis.

❡SVMMARIVM EST.

❡Prophetia cõtra cõfœderatas natiões decẽ ad delẽdũ populũ dei, supplicat deo vt faciat illis gẽtibus

sicut olim fecit madianitis & chananęis: quia sic superstites quęrent & cognoscent ipsum solum esse dominum & excelsum super omnem terram.

¶ Persona loquens propheta est.

Deus ne tace tibi. Diuidit psalmus in partes duas: ppositiuã materię, & executiuam, ibi qa ecce inimici. ¶ Proponit tria, sic ordinãda q secũdum primum teneat locũ. s. deus ne obsurdesce, ne agas surdũ, ne tanq̃ surdus adsis petitionibus nostris. Secũdum. ne tace tibi. Dicere dei est facere: & cõsequẽter tacere dei est nõ facere. Vnde supplicãdo ne tace, supplicat vt faciat sibi, ciuitati suę, tẽplo seu tabernaculo suo, populo suo. Causam populi arrogat deo: vt humano more loquẽdo facilius ipetret. & quia in veritate cõtra honorẽ diuinum fuisset oppressio populi in cã tam iusta. & qđ plus est oĩbus, qa hostium maligna intentio populum colentem vnum deum intendebat desolare. ¶ Tertium. Et ne quiesce deus: hoc est prosequere, ne desistas. Acsi aperte diceret. fac pro populo tuo, & non desistas adiuuando nos & deuastando hostes.

¶ Quia ecce. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primũ tractat illa particula ne obsurdesce. Secũdo illa, ne tace tibi, ibi quoniã cõsiliati sunt. Tertio illa, & ne qesce, ibi deus meus pone. ¶ Supplicãdo itaq ne obsurdescat, affert primo rõnem ex parte insurgẽtium. Quia ecce inimici tui tumultuabunt, more accensorũ ad inuadendũ: & osores tui eleuauerũt caput, in supbiam elati. ¶ Secũdo ex parte patiẽtiũ. Sup populũ tuũ callebũt secretũ. Ammonitę temere indicãtes secretũ cordis dauidis (scilicet q legatos nõ humanitatis officio sed explorãdi gr̃a miserit ad anon regẽ) significant, callide interp̃tantes secretũ qđ nõ erat. Et cõsiliabunt super reconditos tuos, filios israel sub tua ptectione susceptos. ¶ Tertio ab insurgentiũ pposito. Dixerũt, definierũt ammonitę: hoc. s. venite, cõfœderati, & desolemus eos, hebręos, de gẽte, hoc est vt nõ sit gens: & non memorabitur nomen israel vltra. Ex quo apparet quo tẽdebant ammonitę: ad bellum scilicet offensiuum & exterminatiuum israelis. Ex quibus tribus apparet congrue supplicari deo ne obsurdescat.

Quoniã consiliati sunt. Tractat hic illa particula, ne tace tibi: excitãdo primo deũ a multitudine cõfœderatorũ contra ipm deũ. Quoniã cõsiliati sunt corde, nõ ore tm̃, pariter, simul: sup te, debellandũ, fœdus ferient. Futurũ ferient, respicit ptm̃ cõsiliati sunt. ¶ Tẽtoria edom (ecce decẽ nationes cõfœderatę) & ismaelitarum, moab. Istę gentes clarę sunt. nam edom sũt idumęi ab esau: ismaelitæ ab ismaele filio abrahę: moab, moabitę a moab filio lot. Et agareni. Hi ab agar cõcubina abrahę, nomen mr̃is retinuerũt. Ghebal. hi sunt de qbus. 2. reg. 8. dicit q dauid pcussit & in gebelem ad. 23. milia. Et nihil aliud de istis inuenio. Et ammon, ammonitę ab ammõ altero filio lot: & amalech, amalechitæ, ab amalech nepõte esau. palestinorũ. hi sunt philistęi. Cũ habitatoribus zor. Aiũt zor esse tyrum. Sed minus consonat historię: qm̃ rex tyri iunctus amicitia cũ dauide scribit. 3. reg. 5. Etiam assur (assyrii ab assur filio sem significant qui in libro regũ dñt syri diuersis cognoibus: vt ibidẽ patet. Syria. n. & assyria noĩa eiusdẽ regionis dũdũ, diuisę in multas ptes: quarũ forte supior pars assyria vocata ẽ) associatus est cũ eis. Dixit. n. adadezer rex soba etiã syros vltra euphratem: qui forte spãli noie assyrii dicebant. Fuerũt brachiũ, tanq̃ instrm̃, filiis lot, ammonitis. ¶ Qm̃ inquã hi oẽs ferierũt fœdus contra te, ideo fac illis sicut madian. Excitato deo a fœdere decẽ nationum contra ipm, petit mõ ppheta vt faciat illis sicut olim fecit aliis hostibus suis. Et cõmemorat spãliter madian & iabin. Madian bis legit mirabiliter deuastatus. Primo tpe moysi nu. 31. qñ missis. 12. millibus pugnatorũ exterminarũt madianitas, & nec vnus quidẽ israelitarum occisus est. Altera vice tpe gedeonis, iudi. 7. & 8. qñ gedeon cum trecẽtis viris aggressus est exercitum madianitarũ cum aliis oriẽtalibus. De vtraq pstratione põt itelligi. fac illis sicut madian. i. madianitis a madian filio abrahę ex cethura vxore geñ. 25. sicut sisare, principi exercitus iabin regis chanaan iudi. 4. Et tãgit pstratio exercitus eius tpe delbore & barac, ibidẽ scripta. Vñ sequit sicut iabin, hoc est exercitui iabin, in flumine chison. Destructi sunt in fonte dor. nomẽ est loci. Sed aduerte hic q hic sunt duæ dictiones. altera en, hoc ẽ fons seu latitudo: altera dor, qđ est nomẽ pprium loci. Inuenitur tm̃ alibi (scilicet. 1. reg. 28.) endor vna dictio fm̃ iosephum in fine sexti li. antiq. nomẽ pprium ciuitatis in qua erat pythonissa cõsulta a saule. & forte ciuitas illa a fonte dor denoiata est endor. Fuerunt sterquiliniũ terræ, in casu datiuo: hoc est cadauera eorũ inhumata, fuerunt vt sterquiliniũ ad ipĩguandum terrã. ¶ Pone ipsos duces eorũ. Prostrationi exercituũ adiũgit pstrationẽ ducũ eorũ: vt nõ tm̃ in exercitus sed in pricipes eorũ vindicta fiat. Pone ipsos duces eorũ sicut oreb, sicut zeeb, sicut zebach, sicut salmona. Nomina sunt hæc principum exercitus madian & orientalium, qui fuerunt tunc occisi a gedeone & ephraim: vt ibi dicitur. Oẽs, nullo excepto, principes eorum. Qui dixerunt. hæreditabimus nobis habitacula dei, terram promissionis. quæ erat velut habitatio dei: pro quanto deus appellabat terram illam suam, vt habitaret nomen suum ibi per cultum &c̃.

Deus meus. Tractat hic illa particula, & ne qesce deus: supplicãdo p exterminatrice vindicta. Deus meus pone eos vt rotã, quasi glumã faciebus vẽti. Appellatiõe rotę itellige similitudinẽ rotę, coloris albi, naturę leuissimę, cõsurgẽtẽ ex flore cardui ad pfectionẽ pducto. q̃ a vento facillime ipellit: vt ad sensum videmus. Vñ solus vetus cõmemorat mouẽs tã respectu huiõi rotę q̃ respectu glumę, q̃ ẽ folliculus

lus frumẽti.Et intẽdit ꝑ has metaphoras ꝙ absq; difficultate eiiciat deus exercitus istos.⁋ Velut ignę cõbures syluã,& sicut flãma inflãmabis montes:sic sequeris eos in tẽpestate tua.Clarę sunt similitudi/nes:allatę ad hoc ꝙ sicut sine delectu mediãte igne deus cõburit syluã & flãma mõtes/quum accẽditur ignis in syluis aut in mõtibus,ita sine delectu oẽs istos ꝓsequat̃ hostes.Et explicat ꝓsecutionẽ ad simi/litudinẽ tẽpestatis & turbinis:nõ solũ ad denotandã vehementiã diuinę ꝓsecutionis tanq̃ desuper ve niẽtis,sed ad petẽdum executionẽ similẽ executioni factę cõtra chananeos iudi.4.qñ ꝓteruit eos dñs intãtum vt sisara de curru exliẽs/pedibus fugeret.& cõtra oriẽtales iudi.7.qñ oĩa castra eorum turba/ta sunt,& vociferãtes vlulantesq; fugerunt. ⁋ Imple facies eoꝝ.Nõ sufficit ꝓphetę vt pereãt,sed petit vt ignominiose pereãt/sicut ipsi ignominiã itulerunt legatis.Et quærent nomẽ tuum dñe.Ecce quor/sum petit vidictã/vt supstites q̃rãt nomẽ dñi.Nouerat ꝓpheta inimicos nõ trahi ad q̃rẽdũ nomẽ dñi amore,sed timore/sed verberibus & afflictionibus.& ꝓpterea tãq̃ eis vtile & deo honorabile/petit vt i/pleat facies eoꝝ ignominia,& sic quęrẽt nomẽ dei nosse & honorare.ℭ Cõfundent̃ & terrebunt̃ . De/scribit effectus punitionis diuinę,vt manifestet fructũ eoꝝ.Cõfundent̃/nõ assequẽtes intẽtũ,& terre/bunt̃(ad literam syri timuerũt ꝑbere amplius auxiliũ)nõ ad horã sed vsq; semp/quãtũ est ex natura facti: & erubescent/ob ignominiã,& peribunt.magna enim multitudo periit.hi enim sunt effectus persecu/tionis diuinę.⁋ Et scient.Ecce fructus.Et scient/supstites, quia tu/supple es qui pugnas pro nobis:rur sus scient quia nomen tuum/tibi proprium,dominus/non horum aut illorũ sed dñs absolute/hoc est vniuersorum.& iteꝝ scient quia solus tu/& alius nullus deus aut hõ,excelsus sup oẽm terrã/vtpote non hñs parẽ.Hic est fructus desiderabilis a sanctis:vtpote vtilis hoĩbus & honorẽ exhibẽs deo.Amẽ.

ℭ VVLGATA EDITIO.ℭ Victori ꝑ torcularibꝰ filiis core psalmꝰ.LXXXIII.

Vam dilecta tabernacula tua domine uirtutum ! concupiscit & deficit anima mea in atria domini.
Cor meum & caro mea:exultauerunt in deum uiuum.
Eteni passer inuenit sibi domũ:& turtur nidũ sibi ubi ponat pullos suos.
Altaria tua domine uirtutum:rex meus & deus meus.
Beati qui habitant in domo tua:in secula seculorum laudabunt te.
Beatus uir cuius est auxilium abs te:ascẽsiones in corde suo disposuit in ualle lachryma rum,in loco quem posuit.
Eteni bñdictionẽ dabit legislator:ibũt de uirtute i uirtutẽ,uidebit̃ deus deoꝝ in sion.
Domine deus uirtutum exaudi orationem meam:auribus percipe deus iacob.
Protector noster aspice deus:& respice in faciem christi tui.
Quia melior est dies una in atriis tuis:super milia.
Elegi abiectus esse in domo dei mei:magis q̃ habitare in tabernaculis peccatoꝝ.
Quia misericordiã & ueritatem diligit deus:gratiam & gloriam dabit dominus.
Nõ priuabit bonis eos qui ambulãt in inocẽtia:dñe uirtutũ btũs hõ qui sperat in te.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Vicẽti sup ghithith filiis core psalmus. LXXXIIII.

1 Propheta. QVam dilecta tabernacula tua,domine ⁴ exercituum!
2 Concupiuit & etiam consumpta est anima mea atriis domini : cor meum & caro mea laudabunt ad deum uiuum.
3 Etiam passer inuenit domum,& hirundo nidũ sibi in quo posuit pullos suos : altaria tua domine ⁴ exercituum,rex meus & deus meus.
4 Beatitudines habitatorum domus tuę:adhuc laudabunt te. Selah.
5 Beatitudines hominis, cui fortitudo ipsi in te est :eleuationes erũt in corde eorum.
6 Transeuntes in ualle fletus,fontẽ ponent illã:etiã benedictionibus amiciet̃ doctor.
† deos 7 Ibunt de fortitudine ad fortitudinem:apparebit ad deum † in sion.
† dij 8 Domine ⁴ deus † exercituum audi orationẽ meã:ausculta deus iacob. Selah.
† dij 9 Clypeus noster uide deus † :& respice facies christi tui,

10 Quoniam bonus dies in atriis tuis super mille: elegi esse ad limen in domo dei mei ma
gis q̄ habitare in tentoriis impietatis.
11 Quia sol & scutum dominus deus†: gratiam & honorem dabit dominus, non prohibe- †4
bit bonum ambulantibus in perfectionibus.
12 Domine exercituum: beatitudines hominis confidentis in te.

TItulus est. Vincenti super ghithith filiis core psalmus. Ghithith instrumētum dicitur musicū denominatū ab vrbe gath. Filii core inter cātores cōputant, denominati a patre seditioso seu schismatico cōtra sacerdotiū aaron nu. 16. ea etiam ratione quia vt dicitur nu. 26. factum ē grande miraculum vt pereunte core non perirent filii eius. Significatur itaq; ꝙ psalmus iste deputatus est cantandus a filiis core super illo instrumento musico. vel ꝙ filii core materiam psalmi prębuerunt.

¶ Materia psalmi (vt ex ipso colligitur psalmo) est tēplū dei vt amabile, desiderabile ac delectabile. clara enī mētio atrioꝝ & altariū & apparitiōis corā deo ī sion, testaī ꝙ de tēplo dei in sion ē sermo ad lr̄am.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta domū dei & illius atria amabilia describit ex deo viuo, ex altaribus, ex tam habitantiū q̄ cōcurrētiū beatitudine, & ex doctrina. ita ꝙ elegit melius esse in limine domus dei q̄ in penetralibus impioꝝ: profitēs beatos esse confidētes in deo, quia dominus sol, scutū, largitor gr̄æ & honoris &c̄. est.

¶ Persona loquens propheta est.

QUam dilecta. Diuidiī psalmus in ptes duas: ppositiuā materię, & executiuā, ibi cor meum. ¶ Proponit duo. Alterum ex parte tēpli dei: ꝙ. s. est dilectū. q̄ dilecta tabernacula tua. Pluraliter dixit tabernacula pp diuisionē inter sanctū & sanctūsanctoꝝ. Vel qa iam multiplicata erant. nam dauid nō trāstulit tabernaculū quod fecerat moyses in sion: sed cōstruxit aliud, transferendo arcā in tabernaculū nouum. Ad significādū ergo & ꝙ prius tabernaculū fuit dilectū, & ꝙ nouū tabernaculū est dilectum, dixit pluraliter tabernacula. Quāuis etiā hoc possit intelligi rōne adiunctoꝝ habitaculorū: quæ erāt habitacula ministroꝝ tēpli. ¶ Alterū ex parte pphetæ. s. desideriū & delectatio. Concupiuit & ēt cōsūpta ē aīa mea atriis dn̄i, cōstruēdis seu habitādis. Aīæ cōsūptio magnitudinē affectus significat ad manēdū ī atriis dn̄i. aut magnitudinē delectatiōis, vsq; adeo vt videaī cōsumi aīa, hoc ē abstrahi ab opationibus aīalibus: vt cōtigit ī extasi. & ad lr̄am explicaī magnitudo affectus dauidis ad domū dei. ¶ Cor meum. Incipit hic pars executiua tali ordīe. Prio tractatur illa particula, q̄ dilecta tabernacula tua. Secūdo illa, cōcupiuit & etiā cōsumpta ē, ibi dn̄e de⁹. ¶ Tractaī itaq; amabilitas domus dei ex capitibus sex. Prio ex pte dei: declarādo ꝙ deus ē rō totius amoris & cultus tēpli. Cor meū, mens mea, & caro mea. Siue p carnē ītelligas ptē sensitiuā, siue ēt carnalia mēbra. de vtrisq; n. verificaī ꝙ cātabunt laudādo deū: dauid. n. ēt corpali ministerio laudauit deū in trāslatiōe arcę: vt patet. 2. reg. 6. Et dictio hebraica quæ hic ponitī, significat laudē mixtam cantui. ¶ Etiā passer. Secūdo ex pte altaris, sumpta metaphora ab auibus quo ad duo: hoc ē habitaculū p eis, & nidum p pullis earū. Ita ꝙ cōparanī altaria & habitaculo & nido: qa pstant bonū homini p se & pro genere. & cū hoc describiī delectatio dauidis in sacrificiis dei quēadmodū delectanī aues inuēto habitaculo & inuento nido. Altaria dicit: qa in rei veritate plura erāt altaria. aliud enim erat altare holocaustoꝝ & aliud altare thymiamatis. Rex me⁹ & deus meus. Gr̄as agēdo de tāto beneficio, appellat regē a regēdo, qa puidit nobis de altaribus cōferentibus & qd̄ est domus & qd̄ est nidi: & deū rōne cultus q exhibeī super altaribus. ¶ Beatitudies. Tertio a beatitudine habitātiū in domo dei. Beatitudines, in spe, sunt habitatoꝝ domus tuæ, sacerdotū, leuitarū, & vlr̄ ministrorū tuorū: qa adhuc, hoc ē sine cessatiōe, laudabūt te. Proprie aduerbiū adhuc, significat semp superesse futurā laudē. Quod cōstat adimpleri in successiuis laudibus dei in hac vita: qa laus succedit laudi. ¶ Beatitudines hoīs. Quarto a beatitudine cōi oībus cōcurrētibus ad domū dei ī veritate cordis sui. Beatitudines, in spe, sunt hoīs fortitudo ipsi ī te: hoc ē cuius fortitudo ē in te, nō in seipso: hoc ē nō ponit in seipso spem, cōfidēdo in viribus humanis, sed fortitudinē suā ponit in deo. Ita ꝙ denominauit vere cōcurrētes ad deū, ex cordis ppriı ęstimatione, qua deū recognoscūt eē fortitudinem suā. Quia eleuationes in corde eorū. nō habēt corda depressa ad terrena tales hoīes, sed eleuata ad ea q̄ dei sunt. ¶ Trāseuntes in valle fletus. Quinto a fiducia afflictoꝝ: ex hoc. s. ꝙ afflicti trāseūtes in valle fletus (oīa afflictionū genera cōprehēdit ī valle fletus. & oēs afflictos cōphēdit, dicēdo transeūtes in valle fletus) fontē ponēt illā. s. domū dei. habebūt. n. domū dei vt fontē refrigerii, vt locū consolationū, vt locū ad quē suspirabūt vt ad fontē gratiarū & cōsolationum. At si textus iste meminit certi loci q iudi. 2. appellaī locus flentiū (pro eo ꝙ oīs isrl̄ reprehēsus ibi ab angelo ꝙ violassent fœdus diuinū in sui ruinā, fleuerint) tractaī hic amabilitas domus dei ab affluētia bonoꝝ inde puenīete. Et est sensus ꝙ israelitę vidētes affluētiā diuinoꝝ beneficiorū ex tēplo dei, trāseūtes in valle fletus (hoc est recordati violati fœderis diuini & diuinarū monitionū ac cōminationū: sicut illi trāseūtes p illā vallē, fletū ex loco recordanī) nō solū flebūt sed fontē lachrymarum ponēt, efficiēt illā vallem, recognoscendo quantum

dānū incurrerunt tāto tēpore/sustinētes idola.ex affluentia.n.diuinorꝝ bñficiorꝝ ex cultu in domo dñi, cōuicti ꝙ abūdassent bonis si deū coluissent/tāta abūdātia lachrymarū effluēt ꝙ fontē nō locū lachrymarū efficiēt vallē illā. ¶ Sexto a cōditiōibus doctorꝝ ī domo dñi.Etiā bñdictionibus amicieť doctores hōc ē erūt doctores vestiti bñdictionibus ieternarū virtutū.i.erūt doctores ṗditi virtutibus,docētes nō solū verbo sed vita & exēplo.Et ecce fructus taliū doctorꝝ.Ibūt/ṗpli discētes,de fortitudine ad fortitudinē/& nō de fortitudine ad ociū aut īgratitudinē,sed ṗgredienť de fortiter gestis ad alia fortiter gerēdas & tādē apparebit/qlibet corꝝ,ad deū in sion/loco tēpli,cultum exhibendo/gratias agendo &c̄.
Domine deus exercituū. Tractať hic illa ṗticula/cōcupiuit & ēt cōsūpta ē aīa mea atriis dñi/tali ordine.Prīo petit qđ hic cōcupiuit.Audi orōnē meā,ausculta deus iacob.clypeus nr̄ vide deus , & respice facies chr̄i tui/dauidis.Hoc est qđ desiderauit:vt deus respiciat benigno oculo faciē dauidis apparētis corā se ī tēplo seu tabernaculo dei.Humāo more petitionē explicat:quo quos diligimus respicim' ī facie,exosos āt nō respicimus.¶ Scđo rōnē reddit quare cōcupiuit atriis dñi.Qm̄ bonus dies/supple vnicus,ī atriis tuis suṗ mille/dies alibi:iō elegi eē ad limen ī domo dei mei magis q̄ habitare ī tētoriis ipietatis.Et cōsistit rō maioris boni , tū qa dies vnus ī atriis dei ē bonus aīæ,habitatio aūt cū ipiis est mala aīæ.tū qa ēt bona tpalia cultus dei tūc tēporis ṗstabat/multo potētius q̄ societas ipiorꝝ. Aduerte hic ꝙ dictio hebraica quā iterpˀtes exponēdo dixerūt eē ad limen/sonat si latina lingua admitteret liminare īfinitiuū.¶ Tertio a cōditiōibus dei.Quia sol/iustitiæ & oīs veritatis,& scutū/cōtra cūcta aduersantia,dñs deus.rursus qa grām/tā internā q̄ externā,& honorē dabit dñs.itē qa nō ṗhibebit bonū ambulātibus ī pfectionibus/morꝝ/vitę/cultusq diuini.Iō dñe exercituū,beatitudines sunt hoīs cōfidētis ī te.Collige triplex genus bñficii descriptū:& ṗspicies merito illatū ꝙ btitudines ī spe sūt cuiuslibet q cōfidēs est in deo:vtpote hn̄s deū pro sole & scuto/vtpote obtēturus grām & honorē etiā corā hominibus/vtpote cui accumulāda sunt bona animæ & corporis & in hac vita & in alia.Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶ Victori filiorum core psalmus. LXXXIIII.

BEnedixisti domine terram tuam:auertisti captiuitatem iacob.
Remisisti iniquitatem plebis tuæ:operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti omnem iram tuam:auertisti ab ira indignationis tuæ.
Conuerte nos deus salutaris noster:& auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in æternum irasceris nobis:aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
Deus tu conuersus uiuificabis nos:& plebs tua lętabitur in te.
Ostende nobis domine misericordiam tuam:& salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me dominus deus:quoniam loquetur pacē in plebē suam.
Et super sanctos suos:& in eos qui conuertuntur ad cor.
Verūtamen prope timētes eū salutare ipsius:ut inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi:iustitia & pax osculatę sunt.
Veritas de terra orta est:& iustitia de cœlo prospexit.
Etenim dominus dabit benignitatem:& terra nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eum ambulabit:& ponet in uia gressus suos.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti filiis core psalmus. LXXXV.

1 Propheta. VOluisti domine terram tuam:reduxisti captiuitatem iacob.
2 Cōdonasti iniquitatē populo tuo:operuisti oē peccatū eorū. Selah.
3 Collegisti oēm iram tuam:fecisti redire ab indignatione furorem tuum.
4 Reduc nos deus salutis nostræ:& frange iram tuam nobiscum.
5 Nunquid æterno indignaberis in nobis:ṗtrahes iram tuā generationi & generationi?
6 Nonne tu reuerteris, [nōne] uiuificabis nos?& populus tuus lętabuntur in te.
7 Fac nos uidere domine gratiam tuam:& salutem tuam da nobis.
8 Audiam quid loquetur ipse deus dominus:quoniam loquetur pacem ad populū suū & ad gratiosos suos,& non reuertentur ad stultitiam.

9 Tantum prope timentes† eius salus ipsius:ad habitandum honor in terra nostra. † timētib•
10 Gratia & ueritas obuiauerunt:iustitia & pax osculatę sunt.
11 Veritas de terra germinabit:& iustitia de cœlis prospecta est.
12 Etiam dominus dabit ipsum bonum:& terra nostra dabit fructum suum.
13 Iustitia faciebus eius ibit:& ponet uiæ gressus eius.

Titulus est. Vincēti filiis core psalmus. De quo vt supra.
ℭ Materia psalmi (vt uerba psalmi prę se ferunt) est redēptio q̄ tūc expectabat̃ p mesiā. Ad cuius euidētiā aduertendū est/psalmū tractare duas captiuitates. Alterā pteritam/in primis tribus versiculis. alterā futurā quātū ad redēptionē a quarto versiculo vsq; ad finē. Et de pterita nō est qō:quū cōstet esse reductionē ex seruitute ęgyptiaca. de futura aūt in dubiū vertit̃ an sit babylonica captiuitas/an captiuitas quæ expectabat̃ redimēda p mesiā. ⁋ Apparet aūt ex duobus q̄ nō sit sermo de reductione ex captiuitate babylonica, sed de redēptione p mesiā. Prīo ex pace hic pphetata. Redeūtes.n. ex captiuitate babylonica nō habuerūt tantā pacē quanta hic describit̃. nā & impediti sunt ędificare templū cœptū ab hominibus & cambyse rege persarū. 1. regū. 4. & postea licētia obtenta a dario ędificandi, nihilominus tanto timore hostium pmebantur q̄ vna manu ędificabant murum hierusalem & altera faciebāt opus/neemię. 4. Secūdo ex iustitia descripta seu prophetata. nam tunc qui redierunt ex captiuitate/nō habuerunt iustitiam ante oculos suos: sed vt patet. 1. esdrę. 9. & principes & sacerdotes & leuitę & populus transgressi sunt mandata dei, miscentes semen sanctum cū prohibitis gentibus: etheis/ferezeis/iebuseis &c. Quia itaq; ea quæ prophetantur in psalmo dissonant ab iis quæ acciderunt in reductis ex captiuitate babylonica/& valde consonant redemptioni per mesiam (quæ iustitiam/pacem/gratiam & veritatem secum tulit plenissime) ideo materia psalmi ad literam est redemptio tunc a patribus expectata adimplenda per mesiam. Vnde & in textu non describitur captiuitas vt futura sed vt psens, liberatio autem vt futura: vt patet intuenti.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta pro redimenda per mesiam humani generis captiuitate supplicans, describit mesię præsentiam a prædicatione pacis/a concursu gratiæ & ueritatis/iustitiæ & pacis: cum fructificatiōe pacis & cœlestis iustitiæ &c.

ℭ Persona loquens propheta est.

Voluisti dn̄e. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuā materiæ, & executiuā/ibi nūqd ęterno. ℭ Proponēdo materiā cōmemorat prius simile antiquum beneficium dei: scilicet eductionē populi de ægypto in terrā promissionis. Voluisti dn̄e/habitare. Gene. 15. differre se dicit deus executionē habitādi terrā promissionis, qa nōdum sunt complerę iniquitates amorręorum. qbus cōpletis habitauit deus terrā pmissionis p populū suū. Et ideo tanq̄ iam aduenerit tēpus habitandi dicit pphe/ta. Voluisti dn̄e/supple habitare p pplm tuū, terrā tuā/hoc est terrā pmissionis: iuxta illud leui. 25. terra nō vendetur in perpetuū, quia mea est/& vos aduenę & coloni estis. Reduxisti captiuitatē iacob/populi israel ex seruitute ęgyptiaca. Et dicit reduxisti: qa gen̄. 15. pmittit̃/generatione quarta reuertent̃ huc. Condonasti iniquitatem populo tuo. In itinere dum populus reduceretur a deo in terram in qua prius fuerant patres eius, peccauit populus pluries: ita q̄ merebatur nō introduci in terram promissam. & propterea hic dr̃ q̄ non obstantibus peccatis deus reduxit eos. Operuisti omne peccatū eorum. Vbi multitudinē peccatorū in itinere cōmissorū significat. Collegisti oēm irā tuā/a dispersione populi: fecisti redire ab indignatione furorē tuū/quo volebas populū disperdere. ⁋ Reduc nos. Postq̄ redemisti ex ęgypto & condonasti tot crimina, superest vt reducas nos/de captiuitate peccati, deus salutis nostræ: & frange iram tuam nobiscum/quam cōtra nos habes ex communi generis humani peccato. Et hæc duo sunt quæ proponit: quæ sancti patres expectabant adimplenda per mesiam.

ℭ Nunquid ęterno. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula/frange irā tuā nobiscū. Secūdo illa/reduc nos deus salutis nr̄æ/ibi audiā qd loquet̃. ℭ Fractionē irę tractat a terminatione illius. Nunquid ęterno indignaberis in nobis? quasi dicat absit. protrahes/hoc est nunquid ptrahes, iram tuam generationi & generatiōi/successiue/sine fine? quasi dicat absit. ⁋ Nōne tu reuerteris. More humano loqtur, tanq̄ indignatus abierit deus/q̄ qn̄q; reuertet̃. Et intēdit q̄ recessit subtrahēdo gr̄am, reuertet̃ cōferēdo eā. Viuificabis nos/hoc est nōne tu viuificabis nos/vita gr̄æ: & ppl's tuus lętabunt̃ (cōstructio de significato) in te. effectus internę vitę spiritualis est lętitia in deo. ⁋ Fac nos videre dn̄e gr̄am tuā. Nō solū terminabit̃ ira tua, sed cū puentu gr̄æ tuæ. Perspice in hac petitione quod dn̄s ait. multi reges & pphetę voluerunt videre quæ vos videtis & nō viderūt. Et salutem tuam dabis nobis. non solum uidebimus gratiā tuā, sed dabis cum illa salutem, non humanam sed tuam.

Audiā qd loqtur. Tractat̃ hic illa particula/reduc nos deus salutis nr̄æ: describēdo reductionē prīo a doctrina mesiæ. Audiā qd loquet̃ ipse deus dn̄s. Sermonē inqt christus quē audistis nō est meus sed eius q

misit me. Andiam inquit id quod ꝑdicabit tūc deus: qm̄ loquet̃ pacē, euangeliū pacis, ad populū suū & ad gratiosos suos, discipulos. qbus mādauit, gratis accepistis gratis date. Gratiosos appellat gratis dātes. Et nō reuertent̃ ad stultitiā. Nota hūc effectū aduētus christi, ꝙ nō sunt amplius reuersi iudei ad stultitiā idolatrię. ¶ Tn̄ prope timētes eius salus ipsius. Duplex pōt esse sensus. Alter significans effectū euāgelii pacis: ꝙ licet sit ꝓpositū oībus, nō tn̄ effectū salutis pariet oībus, sed tn̄ apud timētes deū: hoc est apud eos quos deus tāgit intus suo timore. nemo inqt christus venit ad me nisi pater qui me misit traxerit eū, interno motu. Alter est significās corporalem ꝑsentiā christi ꝑdicāris euāgelium pacis non apud oēs sed apud iudęos, significatos per timētes deū: qm̄ quum totus mundus idolatrię vacaret, sola gens iudęoꝝ timebat deū. Et tūc est sensus ꝙ salus eius. i. ꝑdicatio salutifera mesię, erit tn̄ ꝓpe iudęos timentes deū: iuxta illud. nō sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus israel. Et iuxta hunc secundū sensum cōtinuanda est hæc particula cū immediate sequēti, ad habitandum honor in terra nostra. vt sit cōtinuatio appositiua. salus, appositiue honor ad habitādū in terra nostra. Et tūc hoc est, mesias honor dei & totius mūdi ad habitādū ꝑsentia corporali ī sola terra promissionis. Quā ꝓpheta appellat terrā nostrā: quia erat iudeoꝝ quātum ad vsum & fructum, dei aūt quātū ad proprietatē: vt dictum est in principio psalmi. Iuxta primū vero sensū nō ē cū ꝓcedētibus sed cū sequētibus cōtinuāda hęc ꝑticula, ad habitādū honor in terra nostra. Et est sensus. honor erit ad habitandum in terra nostra quū gr̄a & veritas obuiauerūt. ita ꝙ gratia & veritas obuiāuerūt qn̄ honor mesię habitabit in terra nostra per mysteriū incarnationis. Quouis aūt mō cōtinues, proculdubio per obuiationem gratiæ & veritatis &c̄. describit̃ mesias, ꝓphetando ꝙ in aduentu eius gratia & veritas obuiauerūt. vidimus inquit ioannes eū plenū gratiæ & veritatis: & de plenitudine eius oēs accepimus. Ita ꝙ gr̄a & veritas non solū obuiauerūt, ī ꝑsona mesię cōfictę, sed per ipsum ad vniuersos diffūdēdæ. Iustitia & pax osculatę sunt. Cōsidera hoꝝ quattuor concursum: & videbis nihil deficere. ¶ Veritas de terra germinabit, & iustitia de coelis ꝓspecta est. Aduerte hic ꝙ dictio hebraica significat germinare seu florere. ita ꝙ non dicit veritatē germinari sed germinare: hoc est ꝙ ipsa veritas emittit florē seu germen. Vnde prouenit ꝙ pōt esse duplex sensus lr̄æ. Alter. veritas de terra, hoc est terrestris, germinabit. Et sic significatur ꝙ veritas ꝓducet flores, germina & fructus suos. Et vere hoc adimpleri videmus tēpore mesię. in quo nullus est locus figmētis, sed soli veritati iuxta verbum dn̄i. ego ad hoc natus sum vt testimoniū ꝑhibeam veritati. ōis q est ex veritate audit verba mea. Et sic dr̄ veritas de terra, hoc ē veritas humanis mētibus naturaliter insita, germinabit, germē fidei. Nā veritas naturalis tanq̄ irrigata ꝑdicatiōe euāgelica, ꝓferet assensum fidei velut suū florē seu germen. Verū quippe vero germanū est: & veritas fidei nōnullus est fructus veritatis naturalis, ex dono tn̄ dei. & ꝓter hoc veritas nobis īsita germinabit rectitudinē morū & operū. Alter sensus est. Veritas germinabit de terra: hoc est ex terra, ex terrenis hominibus, emittet germina sua. Et hoc est valde mirabile ꝙ veritas quæ rarum inuenit in hominibus locū, tēpore mesię germinat, profert germina sua ex terrenis hominibus. Quod adimpletum videmus in vniuersis nationib⁹ cōuersis ad veritatē euangelicā ¶ Similiter duplici sensu exponi pōt, & iustitia de coelis prospecta ē. Alter est. Et iustitia de coelis, hoc est iustitia coelestis, prospecta est: quæ est iustitia fidei. Alter est. Et iustitia prospecta est de coelis. Ante mesiam iustitia non est visa nisi de terris, nisi ab hominibus terrenis dicta & exercitata: tempore mesię iustitia visa est a coelis instituta (qualis est iustitia fidei) promissa, ꝑdicata &c̄. propter multitudinem miraculorum approbantium illam.

Etiā dn̄s. Accumulat diuina bn̄ficia futura tp̄e mesię. Etiā dn̄s dabit ipsū bonū. tū dando deitatē hoī. pr̄ meus qd̄ dedit mihi maius est oībus. Tū largiēdo verę bonitatis abūdātiā humano generi. & terra nr̄a dabit fructū suū, hoīem mesiā vltimū expectatū ex terra nr̄a. Tum multitudinē bonoꝝ operū. Iustitia faciebus eius, mesię, ibit, dirigēs ipm̄ ad oīa iusta opa: decet. n. nos implere oēm iustitiā, dixit ipse ioāni baptistę. & ponet vię gressus eius, christus: hoc ē nō solū dirigēdo sed exequēdo iustitia coram eo erit. multi. n. hn̄t iustitiā ante mētis oculos directricē, sed nō ponētē in executiōe gressus eoꝝ ī via hui⁹ vitę: qa qn̄ꝙ ī executiōe deficiūt. Mesię aūt gressus iustitia nō solū diriget tanq̄ ante eū ꝓcedēs, sed etiā ponet exequendo toti vię huius vitę gressus illius: ipse. n. solus est qui peccatum nō fecit. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Oratio dauid LXXXV.

INclina dn̄e aurē tuam & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.
Custodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te.
Miserere mei domine quoniam ad te clamabo tota die: lętifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meā leuabo.
Quoniā tu domine suauis & mitis & multę misericordiæ: omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe dn̄e orationem meam: & intende uoci deprecationis meæ.

In die tribulationis meę clamaui ad te:quia exaudisti me.
Non est similis tui in diis domine:& non est secundum opera tua.
Omnes gentes quascunq; fecisti uenient:& adorabunt coram te domine,& glorifica bunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu & faciens mirabilia:tu es deus solus.
Deduc me dñe ī uia tua & ingrediar ī ueritate tua:lętetur cor meū ut timeat nomē tuū.
Cōfitebor tibi dñe deus meus in toto corde meo:& glorificabo nomē tuū in æternum.
Quia misericordia tua magna ē sup me:& eruisti animā meā ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerunt super me,& synagoga potentium quęsierunt animam meā: & non proposuerunt te in conspectu suo.
Et tu domine deus miserator & misericors:patiens & multę misericordię & uerax.
Respice in me & miserere mei:da imperiū tuū puero tuo:& saluū fac filiū ancillæ tuæ.
Fac mecum signum in bonū,et uideant qui oderunt me & confundantur:quoniam tu domine adiuuisti me & consolatus es me.

IVXTA HEBRÆVM. Oratio dauidi. LXXXVI.

1 Propheta. INclina dñe aurem tuam,respōde mihi:quia pauper & mendicus ego.
2 Custodi aīam meā,qa sāctus ego:salua seruū tuū tu de9 me9 cōfidētē ī te.
3 Miserere mei domine†:quoniam ad te uocabo tota die. † dñi mei
4 Lętifica animam serui tui:quia ad te domine†animam meam leuabo. † dñi mei
5 Quoniā tu domine†bonus & ignoscens & multus gratia:omnibus uocantibus te. † dñi mei
6 Ausculta domine orationem meam:& ausculta in uocē deprecationū mearum.
7 In die angustię meæ uocabo te:quia respondebis mihi.
8 Non sicut tu in diis domine†:& non sicut opera tua. † dñi mei
9 Oēs gētes quas fecisti ueniēt:& curuabūt se facieb9 tuis dñe & honorabūt nomē tuū†. † noi tui
10 Professio gētiū. Quia magnus tu,& faciens sepata tu:deus†solus tu. † dii
11 Propheta. Doce me dñe uiā tuā,ibo ī ueritate tua:uni cor meū timori nois tui.
12 Confitebor te dñe† deus meus in toto corde meo:& honorabo nomē tuū sempiterno. † dñi mei
13 Quia gratia tua magna super me:& eruisti animam meā a fouea inferiori.
14 Deus† superbi surrexerunt super me,& cętus robustorum quęsierunt animam meam: & non posuerunt te coram se. † dij
15 Et tu domine†deus miserator & misericors:longus furorū,& multus gratia & ueritas. † dñi mei
16 Vertere ad me & miserere mei:da fortitudinem tuā seruo tuo,& salua filiū†ancillę tuę. † filio
17 Fac mecum signum bonitati:& uidebunt osores mei & confundētur,quia tu domine auxiliatus es mihi & consolatus es me.

TItulus est.Oratio dauidi. Iste est secundus psalmus habens pro titulo oratio: quia per modum orationis conditus est. ¶ Materia eius(quātū ex ipso psalmo apparet)est ipsemet dauid cōstitutus in persecutione ab absalon. Qđ enim dauid pro seipso oret in hoc psalmo,facile intelligitur ex apostolica regula:scilicet quia nihil eorum quę de seipso dicit excedit personam eius,sed omnia verificātur de ipso:vt facile esset discurrendo per singula monstrare. Qđ autem de persecutione ab absalon loquatur,appatet ex eo,ꝙ manifeste petit saluari a congregatione quęrētium animam suam: adiungens vt videant quoniam tu domine adiuuisti me & consolatus es me. Hinc enim apparet ꝙ aut de persecutione a saule aut de persecutione ab absalon loquitur.tertia enim non inuenitur congregatio odientium quęrentium animam eius proprie loquendo. Hostilia siquidem bella exterorum tendebāt directe contra statum regni & non contra vitam dauidis:sed persecutio tam saulis q̄ absalon directe tendebat contra vitam dauidis. Constat autem ex tertiodecimo versiculo ꝙ tempore istius psalmi anima dauidis erat eruta ex fouea inferiori:per hoc ꝙ remissum erat ei crimen quo metuerat foueam infe

riorem:hoc est infernum. Et q toto tempore persecutionis a saul nunq̄ legitur crimen aliquod dauidis:sed postq̄ factus est rex commisit crimen homicidii & adulterii ante persecutionem ab absalon. & q audierat a nathan propheta remissum sibi peccatum. ¶ At si obiecerit quispiam / dauidem etiam persequente ipsum saule incurrisse crimen homicidii:dicente ipso. 1. reg. 22. ego sum reus omnium animarum patris tui. sciebam enim in die illa q quum ibi esset doech idumeus / proculdubio annunciaret sauli. Agnoscat se errare: quoniam s̄m veritatem dauid tunc non incurrit crimen aliquod. Tum quia sciens q doech annunciaret sauli se vidisse dauidem apud achimelech &c̄. nō tamen sciebat nec suspicabatur nec suspicari tenebatur q propterea saul seuiret in deceptum & innocētem sacerdotem. Tum quia saluator declarauit dauidem tūc in gestis ibidem iustum:assumendo in exemplum a dauide tunc iusto q comedit panes sanctos. constat enim ex eo q dauid tunc iustus comedit panes sanctos/saluatorē declarate actum comedendi panes sanctos fuisse licitū i necessitate. Nō enim a viro tanti sceleris tunc/exemplum assumpsisse ad excusandū discipulos intelligi potest:quum hoc sit a ratione alienum. Non igitur crimen incurrit propter p̄sentiam doech:sed dauid dixit se reum non affectu aut īprudentia, sed facto/sed opere gesto coram doech. Et locutus est more humano: quo consueuimus quibuscūq; malis occasionaliter secutis ex facto nostro quātumcūq; simus innocentes dicere / ego fui causa tot malorum. Et ad consolandum abiathar dixit dauid ego sum reus:hoc est ego debeo facere satis pro omnibus animabus patris tui/ego constituo me debitorem/satisfacturum &c̄. ¶ Igitur ad literam dauid constitutus in tribulatione ob persecutionē ab absalon/in hoc psalmo orat pro seipso.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid eiectus ab absalon, orans petit vt deus ad se pauperē/gratiosum/cōfidentē in deo seruū/inclinet aurē suam & respondeat, quia ipse deus bonus/ignoscens & multus gratia. Et videns quia deus respondit:contēplatur inde inter deos quidē nullū similem deo/in genere vero humano omnes gentes adoraturas quādoq; deū. ipse vero dauid prius gratias aget de percepta venia eius/petēs vt dirigat se i via dei cū plenitudine timoris dei:& vltimo petet saluari ab hac tēporali tribulatiōe/& letificari &c̄.

¶ Persona loquens propheta est.

Inclina domine. Diuiditur psalmus in ptes duas:propositiuā materiæ, & executiuā/ibi qm̄ tu domine. ¶ Proponit sex petitiones. Prima est. Inclina dn̄e aurem tuam. Humano more tanq̄ pauper ad principē recurrens/nō audet petere audi me:sed vt dignetur aures pauperi p̄stare. hoc enim denotat petendo inclina. ¶ Secūda petitio est. Responde mihi. Diuitibus non est opus supplicare vt princeps respondeat:qm̄ suapte natura diuites respondent diuitibus. sed pauper etiam supplicās/vix obtinet vt princeps sibi rn̄deat. Quia pauper & mēdicus ego. Indigentiam simul & rationem duarum p̄missarū petitionum aperit. Et quāuis metaphorice possit intelligi dauid profitens se pauperem & mendicum (scilicet comparens coram deo tanq̄ pauper & mendicus coram principe:& hic sensus literalis consonet metaphoricę petitioni inclina aurem tuam) potest tamen etiam proprie intelligi q dauid profitetur se pauperem & mēdicum respectiue ad statum regium a quo ceciderat. ita q erat rex pauper (vtpote manifeste īdigēs) & mēdicus:vtpote ex alienis opibus viuēs (vt patet. 2. reg. 16. & 17.) tanq̄ ex mēdicitate. ¶ Tertia. Custodi animam meam/vitam meam, quia gratiosus ego. Docuit dominus orando dicere. dimitte nobis debita nostra sicut dimittimus debitoribus nostris. Petens dauid custodiri vitam suam/allegat quia ipse fuit gratiosus aliis. saluauit enim bis vitam saulis:& in proposito gratiose indulserat absalon qui interfecerat amnon. ¶ Quarta petitio. Salua seruum tuum tu deus meus, seruum tuum inquam confidētem in te. ¶ Quinta. Miserere mei domine/in hac miseria constituti:quoniam ad te vocabo/recurram, tota die/sine intermissione. ¶ Sexta. Lętifica animam serui tui, quia ad te domine animam meam leuabo/per contemplationem. Aduerte hic dauidem citare vndiq; rationes. Ex parte malorum indigentiam periculumq; vitę:ex parte bonorum spiritualium/gratiositatem/ seruitutem dei/confidentiam/recursum/& contemplationem. vt vndiq; ex parte animi & corporis humano more prouocet dei gratiam. Vbi simul aduerte q docet cōditiones quas debet habere nostra oratio:vt scilicet sit fulta virtutum meritis/& recursu ad deum cum fiducia/seruitute eleuationeq; mentis, petendo necessaria.

¶ Quoniam tu domine. Incipit hic pars executiua tali ordine. Pr̄o tractatur illa particula/inclina domine aurem tuam/simul cum illa gratiosus ego. Secūdo tractatur illa/responde mihi quia pauper & mendicus ego/ibi in die angustiæ. Tertio tractatur illa/custodi animam meam/simul cum reliquis, ibi deus superbi. ¶ Tractat itaq;/inclina domine aurem tuam mihi:assignando rationem ex cōditionibus dei tribus. Quoniam tu domine bonus/omnibus, & ignoscens/peccatoribus, & multus/nō semel aut bis sed multiplicatis vicibus gratis p̄stans:omnibus/nullo excepto, vocantibus te. Ideo ausculta domine orationem meam, & ausculta in vocem deprecationum mearum.

In die angustię meę. Tractatur hic illa particula/responde mihi quia pauper & mendicus ego:assignando rationem ex effectibus bonis consequentibus ad responsionem dei. Et intendit q ideo ipse in die angustiæ suæ recurret ad deum, quia deus respondebit sibi:hoc est quia deus curam se habere afflic

ctorum perseueranter monstrabit, ideo ipse recurret in afflictione sua ad deum. Ideo nullus inter deos similis deo apparebit: vtpote nullo habente curam afflictorum, nullo faciente opera prouidentiæ circa homines quæ tu facis. Et similiter ideo omnes gẽtes quandoꝙ te adorabunt. ideo ego petam vt dirigas viã meã &c̃. Et vt vno verbo dicat, itẽdit ꝙ qa deus respõdet opibus puidẽtiæ qbuscũꝙ afflictis recurrentibus ad se, ideo nullus similis inter deos, ideo omnes gentes adorabunt &c̃. Adimplerique prophetiam hanc non est dubium. ¶ Quia magnus tu. Professio est hæc omnium gentiũ. Quia magnus tu, & hoc quo ad excellentiam: & faciens sepata tu, & hoc quo ad opera: deus solus tu, & hoc quo ad naturam. ℭ Doce me domine. Proposuit in die angustiæ meæ vocabo te: modo exprimit ad quid vocabit. Vbi nota ordinẽ. Primo vocat largitatem spiritualis gratiæ. Doce me, intus, viam tuã, cum efficacia, ita ꝙ ibo in veritate tua: hoc est ad hoc vt eam in veritate tua, in veritate doctrinæ tuæ, morum tuorum, fidei tuæ &c̃. Vni cor meum. Non sufficit ꝙ doceas, ꝙ instruas partem intellectiuam: sed oportet vt illabaris in partem affectiuam, in voluntatem meam. Vni cor meum timori nominis tui, vt ex integro te timeat, & non sit cor meũ sicut prius ex parte tantum te timens. Et simul promitto. confitebor te domine in toto corde meo, confessione fidei: & honorabo nomen tuum sempiterno. Quia gratia tua magna super me fuit: & eruisti animam meam a fouea inferiore, ab inferno dãnatorum quem merueram ex adulterio & homicidio. ¶ Aduerte hic ꝙ si de fouea sepulchri intelligeret, non apposuisset illud adiectiuum inferiore: quum fouea suapte natura significet locum inferiorem. Ex hoc ergo adiectiuo apparet ꝙ de inferno loquitur: quæ est fouea iferior sepulchro. Immo ad literam dixit ex fouea inferiore propter foueam superiorem animæ, nõ corporis: ad quã descẽdebant tũc temporis iusti morientes. Ita ꝙ fouea dãnatorum appellatur fouea inferior respectu limbi patrum qui est fouea superior: qui in sacris literis appellatur infernus.

Deus superbi surrexerunt. Tractatur hic illa particula, custodi animam meam. Vbi nota duo. Alterũ ꝙ propheta continuat orationem, ponendo tertio loco petitionem bonorum corporaliũ. postq̃ enim petiit id quod erat spiritualis salutis, & gratiarumactiones promisit pro recepta venia, subiũgit petendo salutem corporis. Alterũ ꝙ simul tangit propheta reliqua proposita in principio psalmi. Deus superbi, absalon & complices, surrexerũt super me, deiiciendũ: & cætus robustorum, illi adhęrẽtiũ, quæsierunt animam meam, tollere, occidere me. & non posuerũt te coram se. Non solum peccant superbia, extollendo se super regem, sed peccãt impietate, posthabẽtes te: qui præcepisti honorari patrẽ, qui prohibuisti iniustitias. Quãuis enim dauid tũc pateretur iuste a deo, absalon tamen & complices iniuste surrexerunt contra dauidem. & propterea dicitur ꝙ non posuerunt te coram se. Hæc est angustia & regni & vitæ. ℭ Et tu domine deus. Cerne hic tractari illam particulam ad te domine vocabo. Miserator, opere, & misericors, affectu: longus furorum, hoc est tardus ad vindictas, tanq̃ in longum protrahens moueri ad iram, & multus gratia, multiplicatis vicibus conferens gratis, sine meritis, & veritas, deus enim est ipsa veritas sicut est ipsa bonitas. Aduerte hic prophetam exequi quod proposuit: scilicet ad te domine animam meam leuabo. magna enim mentis eleuatio in hac contemplatione diuinarum conditionum relucet. ¶ Vertere ad me. More humano loquitur. Tanq̃ auersus a dauide fuit deus occupante absalon regnum dauidis. Et propterea petit. vertere ad me, per effectum gratiæ, & miserere mei, quod superius proposuerat: da fortitudinem tuam, ad sustinẽdum & vincendum, seruo tuo, mihi: & salua me filium ancillæ tuæ. Cuncta proposita exequitur, ampliãdo. & vbi prius se dixerat seruum dei, modo non solum dicit se seruum, sed natum seruum dei: vtpote filium seruæ. Sicut inter homines filius seruæ non solum est seruus sed natus seruus: partus enim sequitur vterum. ¶ Fac mecum signum bonitati. Non credebatur deum remisisse crimina adulterii & homicidii dauidi. & propterea dauid petit vt deus reducat se ad regnum in signum bonitatis diuinæ quæ indulsit peccatũ. Fac mecum inquit signum bonitati tuæ, qua mihi indulsisti, signum inquam quod palam sit apud omnes: & videbunt osores mei & cõfundentur, quia tu domine auxiliatus es mihi & cõsolatus es me, reducendo in regnum. Et sic cõpleuit particulam, lętifica animã meam &c̃. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Filiorum core psalmus cantici. LXXXVI.

FVndamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas sion super omnia tabernacula iacob.

Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei.

Memor ero raab & babylonis: scientium me.

Ecce alienigenæ & tyrus & populus æthyopum: hi fuerunt illic.

Nunquid sion dicet. homo & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus?

Dñs narrabit in scripturis populorum & principum horum: qui fuerunt in ea.

Sicut lętantium omnium habitatio est in te.

ℂ IVXTA HEBRÆVM. ℂ Filiis core psalmus cantici. LXXXVII.

ciuitatis dei
1 Propheta. FVndamentum eius in montibus sanctitatis.
est plus q̃
2 Dilig͠es dñs portas sion super omnia tabernacula iacob.
re sunt
†decor 3 Honoratę(dictum est)in te ciuitas dei†. Selah.
4 Deus. Recordabor superbam & babel scientibus me. Propheta. ecce palestina & tyrus
cum ęthiopia, iste natus est ibi. Selah.
5 Et sion dicetur. Vox euangelica. uir & uir natus est in ea, & ipse fundabit eã excelsus.
6 Dñs numerabit in scribendo populos: iste natus est ibi. Selah.
erunt erunt
7 Propheta. Et principes sicut parturientes. Deus. oẽs fontes mei in te.

TItulus est. Filius core psalmus cantici. De quo vt supra.
ℂ Circa materiam psalmi scito constare ꝙ psalmus tractat de ciuitate dei: vt patet in principio eius. Quum aũt ciuitas dei sit vel terrestris hierusalẽ(quã deus elegit a tẽpore dauidis vt esset nomen dei ibi)vel spiritualis hierusalẽ/& nõ possit psalmus iste verificari de terrestri hierusalẽ(tum q̃a in quar to versiculo dicitur. ecce palestina & tyrus cũ ęthiopia, iste natus est ibi. tum quia describitur fundamẽ tũ ciuitatis huius in mõtibus sanctitatis: quod de terrestri hierusalẽ nõ verificat᷑)cõsequens est vt sit sermo de spirituali hierusalẽ. Nec opus est subdistinguẽdo inq̃rere an de hierusalẽ coelesti an militante sit sermo: quoniã hierusalem spiritualis vnica tñ ciuitas est. non habemus hic manẽtem ciuitatẽ sed futurã inquirimus. Cuius nõ sumus hospites & aduenę sed ciues. nõ solũ cõuersatiõe(quia nostra cõ uersatio in coelis est)sed natiuitate: quia illa quę sursum ẽ hierusalẽ est mater nostra, in libertatẽ filio rũ dei generans palestinos & tyrios & ęthiopes: hoc est omnes gentes. Congruereq̨ ei nomen sion/te statur apl's ad heb. 12. accessistis ad sion mõtẽ & ad ciuitatẽ dei viuẽtis hierusalẽ coelestem. ¶ Est igitur ad lsam materia psalmi ciuitas dei coelestis hier'm cõis oĩbus gẽtibus i suis initiis quæ in terra habet.

ℂ SVMMARIVM EST.

ℂ Propheta describit ciuitatẽ dei a fundamento/portis & doctrina: declarans ciuitatẽ cõmunẽ omnibus gentibus/non vt ascitis sed natis ibi, deo fundante/numerante & scribente: principesq̨ eius vt parturientes/& omnes diuinos fontes in illa.

ℂ Personę loquentes sunt propheta/deus & uox euangelica.

FVndamentum eius. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuã materię, & executiuã/ibi recordabor. ℂ Proponit de ciuitate dei tria. Primo fundamẽtũ. Fundamentũ eius. s. ciuitatis dei, est in mõtibus sanctitatis. fundamentũ aliud nemo potest ponere inquit apostolus p̃ter id quod positũ est quod est christus iesus. Per montes sanctitatis celsitudines virtutũ oium intellige. Christus plenus gratiæ & veritatis, fundamentũ significatur ciuitatis dei. Potes quoq̨ per montes sanctitatis/sanctos angelos intelligere: vt significetur christus super sanctos angelos fundare ciuitatem dei, eo ꝙ fundauit eam super bona coelestis beatitudinis. Et intendit propheta ciuitatem dei esse fundatam in virtutibus & in bonis verę beatitudinis. ¶ Secũdo portas. Diligens/supple est, dñs portas/sacramenta ecclesiastica, sion/coelestis: per ecclesiastica. n. sacramẽta ingressus fit ad coelestẽ patriam. super omnia tabernacula iacob/plus q̃ omnia quæ sunt veteris testamenti. ¶ Tertio doctrinam. Honoratę/supple res, dictũ est in te ciuitas dei. Sic habetur in hebręo. Et nec apparet cõgruitas grãmaticę: sed apparet ꝙ dicẽ dũ fuisset/honoratę dictę sunt in te ciuitas dei: vt numerus participii ac verbi cõgrueret nomini. Sensus tamen ac constructio est. Dictum est o ciuitas dei ꝙ res honoratę / res honore dignę, in te sunt. Et post descriptionẽ fundamẽti & portarũ significãtur interiora ciuitatis: non quæ sunt, sed ꝙ honore digna sunt. spiritualia. n. bona sunt interiora ciuitatis dei, quibus maxime debetur honor. Et ne quęras a propheta vnde scis hæc? respondet quia dictum est/reuelatum est/auditum est/fide tenetur. vt vndiq̨ intelligas ꝙ de spirituali dei ciuitate loquitur.

ℂ Recordabor. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula/honoratę dictũ est in te. Secundo illa/super omnia tabernacula iacob, ibi & sion. Tertio illa/fundamẽtũ eius/ibi & ipse fundabit. Quarto illa/in mõtibus sanctitatis/ibi & principes. Quinto illa/portas sion/ibi omnes fontes. ℂ Introducit itaq̨ deum constituentẽ ciuitatem suã cõmunem omnibus mũdi nationibus. Recordabor/in ciuitate mea, superbam & babel scientibus me. Per superbam & babel significãtur vniuersę nationes gentium. babel. n. nomen est babylonis. Superbę vero nomine ęgyptus significatur. & apparet ꝙ est in loco hoc nomen regionis/ex hoc ipso ꝙ ꝓpheta copulat cũ babylone. Et est sensus ꝙ dã do mãdata sciẽtibus me, recordabor harũ regionũ quæ spãliter subegerũt populũ dei: vt a fortiori intelligantur

telligantur cętere. Quod fuit adimpletū dū chr̄s mandauit discipulis. eūtes in mūdū vniuersum prędicate euangeliū omni creaturę, qui crediderit & baptizatus fuerit &c̄. Hęc est enim doctrina euāgelica. ⁋ Ecce palestina. Demōstraꝫ effectus statim subsecutus. ecce palestina & tyrus cū ęthiopia. numero trinario vniuersę mūdi nationes significanꝫ ob pfectionē trinarii. Iste natus est ibi. Quū debuisset dicere isti nati sunt ibi, in ciuitate dei p baptismū (iuxta illud. oportet vos nasci denuo) dixit in singulari iste natus est ibi. tū ad denotādā indifferētiā oīum p baptismū nascentiū: qa in chr̄o nō est mas aut foemina, nō est barbarus aut scytha &c̄. vt apl̄s inquit ad col. 3. Tum ad significandā singularitatē nascentiū: quia nō nascitur in ciuitate dei populus (nō .n. baptizaꝫ cōitas) sed quilibet singillatim nasciꝫ in ciuitate dei. ⁋ Et bñ nota: quia nō dicit iste ascitus est sed natus est: quia vt dictū est, oportet nos nasci denuo. Aduerte quoq; aduerbiū demōstratiuū ecce, significare statim secutū fructū cōuersionis gentium ad chr̄m. nam breuissimo tēpore ecclesia chr̄i in asia, aphrica & europa nata est.

Et sion dicetur. Tractatur hic dilectio ciuitatis dei sup oīa tabernacula iacob. Vbi aduerte duo. Alterū ꝙ sion in textu hebręo est casus datiui. Alterū ꝙ sion in hoc versiculo significat populū hebręū vacantē cultui diuino in mōte sion. Et ppterea aliter sumitur hic sion q̄ in secūdo versiculo. nā hic inducīꝫ sion absolute, supius aūt qualificata: scilicet habēs fundamētū suū in montibus sanctitatis. ⁋ Cōsequēter itaq; ppheta introducit ꝙ sion .i. populo hebręo admirāti seu inuidēti de cōuersione gentiū ad ciuitatē dei fundatā in chr̄o (tanq̄ soli ipsi hebręi sint ciues nati in ciuitate dei, & gentiles conuersi sint proselyti seu ciues asciti) huic inquā querelę seu admirationi diceꝫ euāgelica voce, hoc quod sequitur: scilicet vir & vir natus est in ea: hoc est tā vnus vir q̄ alter natus est in ciuitate dei, nulla est disparitas iudęi & gentilis, sed vterq; natus (non ascitus) est in ea, ciuitate dei. & ipse excelsus, deus, fundabit, pseuerabit fundando, eā, in vtrisq;. Per quod simul declaraꝫ fundamētū ciuitatis ex pte fūdatoris. Legē in actibus aploꝝ disceptationē hebręoꝝ aduersus petrum redeūtē a cōuersione cornelii & alioꝝ gentilium: & inuenies dictū ad sion quod hic pphetaꝫ: vt patet act. xi. ⁋ Dñs numerabit in scribendo populos, iste natus est ibi. Magna dignitas nascentiū in ciuitate dei: qñ dñs describiꝫ & numerans & scribens populos, ita ꝙ singuloꝝ computū tenet. vnūquēq; sigillatim scribit ex quocunq; sit populo, iste natus est ibi, in ciuitate dei. Et intendit ppheta per hoc declarare ꝙ magnifacit deus singulos siue iudęos siue gētiles qui baptizantur: vt intelligas ꝙ natiuitas per baptismū, nō est adinuentio humana sed diuina, ex hoc ꝙ deus numerat & scribit singulos natos ibi.

Et principes sicut parturientes. Declaraꝫ hic illa particula, in mōtibus sanctitatis: declarando celsitudines virtutū in principibus nō solum pro seipsis sed pro aliis. Et propterea describunꝫ principes ciuitatis apostoli & alii similes sicut parturiētes, generātes alios. Filioli mei inqt apl̄s, quos iterū parturio donec formeꝫ chr̄s in vobis. Totū studium principū fuit & esse debet ad salutē alioꝝ. ⁋ Oēs fontes mei in te. Introducitur itez deus alloquēs ciuitatē, declarādo ꝙ oēs fontes mei sunt cōclusi in te. Acsi aperte diceret. nullus quęrat extra te meū fontē: sed oēs fontes mei, tā ad potū q̄ ad ablutionē, irrigationē &c̄. sunt in te, ciuitate mea. Vbi aduerte ꝙ quas superius dixit portas, mō vocat fontes: qm̄ & fontes ipsi tā doctrinę q̄ sacroꝝ sunt portę per quas ingredimur coelestem patriam. Amen.

⁋ VVLGATA EDITIO. ⁋ Canticum carminis filiorum core uictori per chorum ad pręcinendum intellectus eman ezraitę. LXXXVII.

Domine deus salutis meę: in die clamaui & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meā.

Quia repleta est malis anima mea: & uita mea inferno appropinquauit.

Estimatus sum cum descendētibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.

Sicut uulnerati dormientes in sepulchris: quorū non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum & non egrediebar: oculi mei languerunt prę inopia.

Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt & confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuā: & ueritatē tuā in pditione?

Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua:& iustitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te domine clamaui:& mane oratio mea preueniet te.
Vt quid domine repellis orationem meam:auertis faciem tuam a me?
Pauper sum ego & in laboribus a iuuentute mea : exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus.
In me transierunt irę tuę:& terrores tui conturbauerunt me.
Circundederunt me sicut aqua:tota die circundederunt me simul.
Elongasti a me amicum & proximum:& notos meos a miseria.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Canticū psalmi filiis core/uincenti super machalath:ad affligendum intelligentia heman ezrachitę. LXXXVIII.

1 Propheta. Domine deus salutis meę:die clamaui,in nocte coram te.
2 Veniet coram faciebus tuis oratio mea:inclina aurem tuam laudationi meę.
3 Quia saciata in malis anima mea:& uitę meę ad foueam appulerunt.
4 Reputatus sum cū descendentibus putei:fui quasi homo cui non fortitudo.
5 ego In mortuis liber: reputatus sicut interfecti iacentes sepulchri,q̄ nō meministi ipsorū amplius/ & ipsi a manu tua excisi sunt.
6 Posuisti me in puteo inferiorum:in obscuritatibus/in profundis.
7 Super me confirmata est ira tua:& cunctis fractionibus tuis afflixisti.Selah.
8 Longe fecisti notos meos a me:posuisti me abominationē eis,carceratū/& non exibo.
9 Oculus meus languit ab afflictione mea:uocaui te domine,in tota die expandi ad te palmas meas.
10 Oratio. Nūquid mortuis facies separatum?an mortui surgent/ cōfitebunt te?Selah.
11 Nunquid narrabitur in sepulchro gratia tua: et ueritas tua in perditione?
12 Nunquid cognoscetur in obscuritate separatum tuum:& iustitia tua in terra oblita?
13 Propheta. Et ego ad te dn̄e clamaui:& in mane oratio mea pręueniet te.
14 Oratio. Quare domine relinques aiam meam:abscondes facies tuas a me?
15 Paupęr ego & obiens a puero:portaui timorē tuum/conturbabor.
16 Super me trāsierunt irę tuę:& terrores tui contristauerunt me.
17 Circundederunt me quasi aquę tota die:circūierunt super me pariter.
18 Longe fecisti a me amicum & sodalem:notos meos in mea obscuritate.

Titulus est.Canticum psalmi filiis core/vincenti sup machalath:ad affligēdum intelligentia he/man ezrachitę.Vbi aduerte hunc titulum mentionem facere insolitam:scilicet filiorum core & heman.Consueuerunt enim tituli vnum genus cantorum nominare/nō duo.Et filii quidem core vi/dent nominari vt cantores:heman vero velut ꝓpheta.erat enim de numero videntium:vt dicit̄.1.pa rali.25.Vnde & psalmus iste dicit̄ eruditio seu itellectus heman.Ezrachitę denoiatio videt̄ a patria:si/cut hieremias vocaba? anathotites.Quod aūt dr̄ ad affligēdū/materiā tāgit psalmi:qa a pricipio vsq̄ ad finē plenus afflictionis est.Machalath nomē dr̄ instrī musici,sup quo cātādus erat iste psalmus.
¶Circa materiā aūt psalmi ambiguū restat de cuius afflictione psalmus loquit̄.Sequēdo aūt apostolicā regulam quia finis legis & ꝓphetarum est chr̄s,videtur mihi rōni valde cōsentaneum vt psalmus iste ad lr̄am loquatur de afflictione christi viui & mortui.¶Moueor aūt ad hoc:qa quattuor dicta in hoc psalmo,aut nō verificant̄ aut nō ꝓprie nisi de christo.Primum est in versiculo quinto.in mortuis liber.Nulla enim ꝑsona/nullus populus fuit in mortuis liber:sed solus mesias in triduo mortis suę fuit in mortuis liber.¶Secūdum est in versiculo sexto.posuisti me in puteo inferiorum.Nunq̄ enim legit̄ po/

Polus in captiuitatē ductus ꝙ fuerit addictus carceri:& tñ non solum in isto versiculo sed etiã in versiculo.8.persona loquens dicit se carceratam. Quod vere conuenisse mesiæ quantum ad animã posito in puteo inferni/& quantũ ad corpus signato sepulchro cũ custodibus,euãgelica pdit historia. ¶ Tertium est multus sermo de mortuis in hoc psalmo in.3.4.5.6.10.11.&.12.versiculis. Tãtus enim de inferno & mortuis sermo insinuat personã loquentem inter mortuos:ac per hoc mesiã.qui solus a mortuis ascendit ad vitã. ¶ Quartũ est coeua perpessio malorũ significata in versiculo.15.ſm textũ hebraicum. pauper ego & obiens a puero,portaui furorẽ tuũ &c. Non enim põt de populo hebręo quãuis captiuo verificari ꝙ semp afflictus fuerit:quũ fuerit plurimũ exaltatus & tpe dauidis & salomonis. Mesias autem in hac vita passibili a primo natiuitatis suæ die semper afflictus est. ¶ Est itaq; materia psalmi afflictio mesiæ viui & mortui.

¶ SUMMARIUM EST.

¶ Propheta in persona mesię mortui & apud inferos morantis/recurrit ad deũ pro ppria resurrectione:citans tum poenalitates quas tunc sufferebat/tum merita poenarum quas passus erat viuens.

¶ Persona loquens propheta est.

DOmine deus. Diuidit psalmus in partes duas: ppositiuam materię,& executiuã/ibi reputatus sum. ¶ Proponit duo:scilicet orationem suã & causam. Domine deus salutis meę/autor & finis, die clamaui & in nocte corã te. Nota tres cõditiones huius orõnis:clamorẽ cordis.rectitudinẽ,coram te/nõ corã hoĩbus. cõtinuitatẽ/die & nocte. ¶ Veniet faciebus tuis orõ mea. Acsi diceret.quia ex parte mea/oratio habet suas cõditiones,habeat quoq; ex parte tua duas cõditiones. Altera est ꝙ ingrediatur velut meus nuncius vsq; ad cõspectũ tuũ. veniet enim deprecatiue intelligendũ est. Altera.inclina aurẽ tuã laudationi meę. More humano petit inclinationẽ auris ad attendendũ orationi suę. Quã ideo vocat laudationẽ,quia ad laudandũ deũ tendit. Et hebraica dictio significat laudẽ mixtam cantui:ad hoc enim tẽdit vniuersa hęc oratio vt chrs resurgat laudãdo & cantãdo deũ. ¶ Quia(ecce cã duplex) saciata est/in hac vita,in malis/poenę,aĩa mea. Non dixit spũs meus sed aĩa mea:qm̃ pars supior animi nõ fuit passa,sed pars inferior/quã pprie significat aĩa ab animãdi officio/quo respicit corpus inferius se. Significãter quoq; describitur saciata:quia in chrõ vnicuiq; vitiũ permissum est pati quod suũ erat/sine consolatione aliqua redundante ex parte aĩ superiore in ĩferiorem:vt damascenus & theologi docẽt. Et vitę meę. Altera cã est passio mortui. Et vitę meę ad foueã appulerũt. Nõ solũ in hac vita repletus sum malis,sed etiam vita mea terminata est ad foueam/& tumuli quo ad corpus & inferni quo ad aĩam:quia vere mortuus sum & descendi ad inferos.

¶ Reputatus sum. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractaẽ illa particula/vitę meæ foueã appulerũt. Secũdo illa/die vocaui in nocte &c̃.ibi oculus meus. Tertio illa/saciata ĩ malis aĩa mea/ibi & ego ad te dñe. ¶ Reputatus sum. Inter poenas quas chrs mortuus sustinere p nobis voluit,explicaẽ prima/credulitas hoĩum ꝙ ipse descẽderit ad infernũ sicut alii hoĩes. Reputatus sum cũ descendẽtibus putei/inferni:hoc est similis aliis descẽdentibus in puteũ inferni.fui sicut hõ cui nõ est fortitudo. Explanatio est dictę poenę:qa fui apud hoĩes reputatus sicut hõ cui nõ est fortitudo superãs infernũ/sed succũbens poenis inferi sicut reliq hoĩes. In mortuis liber/quũ tñ ego sim in mortuis/inter mortuos liber/in libertate mea est morari in ĩferno & nõ morari:sicut in libertate mea fuit mori & nõ mori/descẽdere ad infernũ & nõ descẽdere. ¶ Sicut interfecti. Alia poena est nulla spes hoĩum de chri resurrectione. Reputatus sum sicut ĩterfecti/nõ a quocũq;,sed & ipsi a manu tua excisi sunt:hoc est tanq̃ iuste diuina manu abscisi de hac vita.i.sicut interfecti a iustitia pro criminibus suis.iacẽtes sepulchri ꝙ nõ meministi ipsorũ amplius:hoc est sicut sepulti ab antiquo quorũ nõ est ãplius recordatio. Vbi duas cãs desparationis humanę de resurrectiõe chri pspice. Alterã ꝙ reputatus est abscisus a deo de hac vita:ac per hoc nõ rediturus ad vitã. Alterã ꝙ reputatus est sicut sepulti ab antiquo,quorum nõ est recordatio/quorũ resurrectionẽ nullus expectabat. ¶ Posuisti me. Tertia poena nõ est ęstimatiõis sed facti. Vñ deũ autorẽ eius significat. Et est poena loci:quia aĩa eius fuit in inferno/loco vilissimo. Posuisti me in fouea inferiorũ. Infernus fouea inferiorũ diciẽ respectu fouearũ quæ sunt sup terrã. In obscuritatibus,in profundis. Exaggerationes sunt describentes infernum ab obscuritate & situ remoto a nobis. ¶ Super me confirmata ira tua. Quarta poena est dilatio resurrectionis. Super me confirmata ira tua/differendo resurrectionẽ meã:& cũctis fractionibus tuis afflixisti. Vocat sepe ppheta hic tribulatiões fractiones/ab vndis maris fractis ab obstaculis/assimilãdo mala sua illis vndis. Acsi aperte diceret ꝙ vniuersa mala a te patior. Prius enim dixerat reputatus sum &c̃. mõ declarat a deo cũcta sibi mala prouenisse. Et vere sic est. ¶ Longe fecisti notos meos a me. Explicatio est in spẽ ꝙ discipuli eius pdiderũt fidẽ. Et sic longe/elongatione infidelitatis,fecisti/subtrahendo donũ fidei,notos meos/discipulos meos,a me. ¶ Et quod plus est,posuisti me abominationẽ eis. Quinta est hęc poena/qua habitus est vt abominabilis ẽt viris pbis.vñ vt abominabile die sabbati/remotũ est corpus eius a cruce. Et sic ẽt discipulis fuit abominabilis in die sabbati. Carceratũ & nõ exibo:hoc est clausum in sepulchro sigillato cũ custodibus vt nõ possim exire.ne forte veniãt discipuli eius & furenẽ eum. Hmõi.n.conclusio & subsecuta est

ad abominationẽ cõmunem ne corpora manerẽt sabbato in cruce/& annexã habuit abominationẽ in cã:qm̃ tanq̃ seductoris corpus custodiebatur vsq; in diem tertium.

Oculus meus. Tractaẽ hic illa particula/dñe deus salutis meę die clamaui &c̃.describẽdo recursum suũ ad deũ.Tũ quo ad modũ.ex parte oculoꝝ.Oculus meus lãguit ab afflictione/suspensus in orõne vocaui te dñe/actus orãdi est.Ex pte tpis.in tota die.Et ex parte manuũ.expandi ad te palmas meas.Et itẽdit per hęc corporalia signa recursum aię christi ad deũ ex oĩbus viribus suis.⁋ Tũ quo ad petitionẽ.Nunqd mortuis.Hæc est petitio resurrectionis.Vbi aduerte aduentũ mesię ordinatũ a deo ad officiũ p̃dicandi & p̃dicationẽ cõfirmandi miraculis.Quod ipse chr̃s p seip̃m executus est:& vtrunq; cõmisit discipulis.Vñ scriptũ est.illi aũt pfecti p̃dicauerũt vbiq;,dño cooperãte & sermonẽ cõfirmãte sequẽtibus signis.Fructus aũt est vt cognoscaẽ & laudeẽ deus.Hæc oĩa in hac petitione afferunẽ velut impossibilia nisi ipse chr̃s resurgat.Nunqd mortuis facies separatũ/hoc est multitudinẽ miraculorũ/me nõ resurgente sed inter mortuos morãte nunqd officiũ meũ faciẽdi miracula adimplebis in mortuis quasi dicat nõ.an mortui surgẽt/me in inferno morãte,& cõfitebunẽ te/confessione laudis!quasi dicat nec ista vtilitas erit.⁋ Nunqd narrabiẽ in sepulchro gr̃a tua/officium predicãdi nunqd exercebiẽ inter mortuos!in sepulchro.i.in hoĩbus qui fuerunt sepulti:veritas tua in pditione/in vano/seu in terra pditionis/in ĩferno!Et describit vniuersam materiã p̃dicationis per gr̃am & veritatem:quia vniuersę vię dñi gratia & veritas.quasi dicat nec hoc erit.⁋ Nunqd cognoscetur in obscuritate separatum tuum, & iustitia tua in terra oblita!Tãgit reliquum fructum velut impossibilem in ĩferno.Ex qbus oĩbus infertur necessitas proprię resurrectionis/vt prędicetur viuentibus tam gratia q̃ veritas dei/& fiant mirabilia,& viuentes laudent deum cognitis mirabilibus & iustitia eius.

Et ego ad te dñe. Tractaẽ hic illa particula/saciata est in malis aĩa mea/repetẽdo recursum ad deum: qm̃ in principio psalmi proposita est orõ pro vtraq; cã.Et ego ad te dñe clamaui/clamore cordis:& mane/diluculo,oratio mea pueniet te.¶ Quare dñe.Incipit afferre merita passionum suarum in hac vita ad petẽdam resurrectionem. Hactenus.n.petiit illã ex officio p̃dicandi & fructu p̃dicationis/ pręmissis malis quę mortuus sustinuit.Quare dñe relinques aĩam meã/in ĩferno:abscondes facies tuas a me/differendo resurrectionem.Tanq̃ diceret.nulla est causa,sed adsunt merita resurgendi.⁋ Et in primis pauper ego/fui.ad lr̃am in tota vita sua fuit pauper.Et obiens a puero:hoc est a pueritia semp fui velut moriens/pręmultitudine passionum.portaui timorem tuum/plenus fui semp timoris tui,conturbabor seu dubitabo:hoc est inde secutũ est ꝙ fui turbatus pluribus modis/a iudęis &c̃. Vel (& in idem redit)inde secutũ est ꝙ fui similis dubitãti ob varias iudęoꝝ persecutiones. Futurũ cõturbabor respicit pręteritũ portaui.⁋ Super me transierũt iræ tuæ.Mala pœnæ appellat iras dei:quia iratoꝝ est punire.Et terrores tui/velut cõminantes mala pœnæ, cõtristauerũt me.Terrores dei appellat pręuisa mala quæ erat passurus.sustinuit.n.chr̃s nõ solum cruciatum passionis,sed ẽt ppassionis/ præcogitando futuram passionẽ.vnde & ipse dixit tristis est aĩa mea.⁋ Circundederunt me quasi aquę tota die penetrãtes circumcirca:circũierunt super me pariter.nã simul passus est oĩa genera passionũ ſm omnes partes:vt facile est ex euangelio colligere.⁋ Longe fecisti a me amicũ & sodalem,notos meos obscuritate.Supius dixit mortuus/longe fecisti notos meos a me elongatione fidei:modo de iis quę passus est in vita dicit ꝙ longe fecit notos suos a se.Et declarans quando/dicit obscuritate:hoc est tempore quo fui in statu ignominię.tẽpore siquidẽ passionis nullus amicorum comparuit corã pilato aut herode aut pontificibus pro ipso.Hæc sunt merita ratione quorum petit resurgere:iuxta illud. factus obediẽs vsq; ad mortem,propter quod & deus exaltauit illum.Et rursus.oportuit pati christum , & ita intrare in gloriam suam. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Intellectus ethan ezraitæ. LXXXVIII.

MIsericordias domini:in æternum cantabo.

In generatione & generatione:annũciabo ueritatẽ tuã in ore meo.

Quoniam dixisti in ęternum misericordia ędificabitur in cœlis : præparabitur ueritas tua in eis.

Disposui testamentum electis meis:iuraui dauid seruo meo/usq; in ęternum pręparabo semen tuum.

Et ędificabo in generatione & generatione:sedem tuam.

Confitebuntur cœli mirabilia tua dñe:etenim ueritatem tuã in ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in nubibus ęquabitur domino:similis erit domino in filiis dei!

Deus qui glorificatur in consilio sanctorum : magnus & terribilis super omnes qui in circũitu eius sunt.

Domine deus uirtutũ quis similis tibi? potens es domine & ueritas tua in circũitu tuo.
Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliasti sicut uulneratũ supbũ: in brachio uirtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.
Tui sunt cœli & tua est terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti.
Tabor & hermon in nomine tuo exultabunt: brachium tuum cum potentia.
Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua: iustitia & iudicium pręparatio sedis tuæ.
Misericordia & ueritas pręcedent faciem tuã: beatus populus qui scit iubilationem.
Domine in lumine uultus tui ambulabunt: & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur.
Quoniã gloria uirtutis eorũ tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
Quia domini est assumptio nostra: & sancti israel regis nostri.
Tunc locutus es in uisione sanctis tuis & dixisti, posui adiutorium in potente: & exaltaui electum de plebe mea.
Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.
Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.
Et concidã a facie ipsius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam.
Et ueritas mea & misericordia mea cũ ipso: & in noie meo exaltabit̃ cornu eius.
Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.
Ipse inuocabit me, pater meus es tu, deus meus & susceptor salutis meę.
Et ego primogenitum ponam illum: excelsum pre regibus terrę.
In ęternum seruabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi.
Et ponam in seculum seculi semen eius: & thronum eius sicut dies cœli.
Si aũt dereliquerint filii eius legem meam: & in iudiciis meis non ambulauerint.
Si iustitias meas prophanauerint: & mandata mea non custodierint.
Visitabo in uirga iniquitates eorum: & in uerberibus peccata eorum.
Misericordiam autẽ meam non dispergam ab eo: neq; nocebo in ueritate mea.
Neq; prophanabo testamentum meũ: & quę procedunt de labiis meis non faciã irrita.
Semel iuraui in sancto meo si dauid mentiar: semen eius in ęternum manebit.
Et thronus eius sicut sol in cõspectu meo & sicut luna pfecta in æternũ: & testis in cœlo fidelis.
Tu uero repulisti & despexisti: distulisti christum tuum.
Auertisti testamentum serui tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.
Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem.
Diripuerunt eum oẽs transeuntes uiam: factus est opprobrium uicinis suis.
Exaltasti dexteram deprimentium eũ: lętificasti omnes inimicos eius.
Auertisti adiutorium gladii eius: & non es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eum ab emundatione: & sedem eius in terra collisisti.
Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.
Vsquequo domine auertes in finem: exardescet sicut ignis ira tua?
Memorare quę mea substantia: nunquid enim uane cõstituisti oẽs filios hominum?
Quis est homo qui uiuet & non uidebit mortem: eruet aĩam suam de manu inferi?
Vbi sunt misericordię tuę antiquę domine: sicut iurasti dauid in ueritate tua?
Memor esto dñe opprobrii seruoꝝ tuoꝝ: quod continui in sinu meo multaꝝ gentium.

Quod exprobrauerunt inimici tui dñe: quod exprobrauerũt cõmutationem christi tui.
Benedictus dominus in ęternum: fiat fiat.

℄ IVXTA HEBRÆVM. ℄ Intelligẽtia ethan ezrachitę. LXXXIX.

1 Propheta. GRatias domini ęterno cantabo: generationi & generationi notifica-
bo ueritatem tuam in ore meo.
2 Quia dixi. mundus gratia ędificabitur, cœlos firmabis: ueritas tua in eis.
3 Deus. Ferii fœdus electo meo: iuraui dauid seruo meo.
4 Vsq; ęternũ stabiliã semẽ tuũ: & ædificabo generatiõi & gñationi thronũ tuũ. Selah.
5 Propheta. Et cõfitebũt̃ cœli separatũ tuũ dñe: ẽt ueritatẽ tuã in ecclesia sanctorum.
6 Quoniã quis in cœlo ęstimabitur dño: assimilabitur dño in filiis deorum?
7 Deus roboratus in secreto sanctoꝝ multo: & timẽdus sup cũctis circũdantibus eum.
8 Dñe deus exercituum quis sicut tu: fortis dñe, & ueritas tua circũitibus tuis.
9 Tu dominans in superbia maris: & eleuante undas suas tu comprimes eas.
10 Tu cõtriuisti quasi uulneratũ superbã: ĩ brachio fortitudinis tuę dispsisti inimicos tuos.
11 Tibi cœli ẽt tibi terra: orbem & plenitudinem eius tu fundasti ipsa.
12 Aquilonẽ & dextrũ tu creasti ipsos: tabor & hermon in noĩe tuo laudabũt.
13 Vox mõtiũ. Tibi brachiũ cũ fortitudie: roborabit̃ manꝰ tua, & exaltabit̃ dextera tua.
14 Iustitia & iudiciũ pręparatio throni tui: gratia & ueritas pręuenient facies tuas.
15 Propheta. Btitudines populi scientiũ clangorẽ: dñe in luce facieĩ tuarũ ambulabũt.
16 In noĩe tuo exultabũt tota die: & in iustitia tua exaltabuntur.
17 Quia gloria fortitudinis eoꝝ tu: & in uoluntate tua eleuabis cornua nostra.
18 Quia dño scutum nostrum: & sancto israelis rex noster.
19 Populus. Tũc locutus es in uisione gratioso tuo, & dixisti. Vox dei recitata. posui ad-
iutorium super fortem, exaltaui electum de populo.
20 Inueni dauid seruum meũ: in oleo sanctitatis meę unxi eum.
21 Qui manus mea firma erit cum eo: etiam brachium meum roborabit eum.
22 Non eleuabitur inimicus in eo: & filius iniquitatis non affliget eum.
23 Et conteram a faciebus eius angustatores ipsius: & osores eius percutiam.
24 Et ueritas mea & gratia mea cum eo: & in noĩe meo exaltabitur cornu eius.
25 Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.
26 Ipse uocabit me. pater meus tu, deus meus & fortitudo salutis meæ.
27 Etiam ego primogenitum dabo eum: excelsum regibus terrę.
28 Eterno custodiam ei gratiam meam: & pactum meum fidele ei.
29 Et ponam ęterno semen eius: & thronum ipsius sicut dies cœlorum.
30 Si derelinquent filii eius doctrinam meã: & in iudiciis meis non ambulabunt.
31 Si statuta mea maculabunt: & pręcępta mea non custodient.
32 Et uisitabo in uirga rebellionem eorum: & in plagis iniquitatem eorum.
33 Et gratiam meam non frangam ab eo: & non mentiar in ueritate mea.
34 Non maculabo pactum meum: & exitum labiorum meoꝝ non mutabo.
35 Semel iuraui in sanctitate mea: si dauid mentiar?
36 Semen eius sempiterno erit: & thronus eius sicut sol coram me.
37 Sicut luna stabilietur semper: & testis in cœlo fidelis. Selah.
38 Populus. Et tu reliquisti & abominatus es: indignatus es cum christo tuo.

39 Fecisti uacare pactum serui tui:maculasti terrę coronam eius.
40 Rupisti omnes macerias eius:posuisti munitiones eius ruinam.
41 Diripuerūt eum oēs transeuntes uiam:fuit opprobrium uicinis suis.
42 Eleuasti dexterā angustatorum eius:lętificasti omnes inimicos illius.
43 Etiam reuerti facies aciem gladii eius:& non erexisti eum in prælio.
44 Cessare fecisti mundiciam eius:& thronum illius terrę detraxisti.
45 Abbreuiasti dies pueritiarum eius:amiciuisti super eum ignominia. Selah.
46 Vsquequo dñe absconderis,ęterno:ardebit quasi ignis indignatio tua?
47 Memento,ego quanti tēporis:super quā uanitatem creasti oēs filios adam.
48 Quis uir uiuet & non uidebit mortē:saluabit aiam suam de manu foueę?Selah.
(sunt) (quae)
49 Vbi gratię tuę priores domine?:iurasti dauid in ueritate tua? † dñi mei
(quia)
50 Recordare dñe opprobrii seruoꝝ tuoꝝ: portaui in sinu meo omne multoꝝ populoꝝ. † dñi mei
51 Quę exprobrauerunt inimici tui dñe:quę exprobrauerunt uestigia christi tui.
52 Benedictus dominus ęterno:amen & amen.

Titulus est. Intelligētia ethan ezrachite. Ethan vnus fuit ex cātoribus.1.parali.25. Ezrachita denominaꝰ a loco. Cui intellectus eoꝝ quę in pñti psalmo scribunꝰ attribuit.est.n.ethan in hebręo datiui casus. Ita ꝙ psalmus iste vocaꝰ intelligentia tū ꝓpter doctrinā,tū ꝓpter intelligētiā futuroꝝ.

¶ Materia psalmi est diuina laus perpetua ob gratiam & veritatem dei manifestatas tum ex cōibus,tum ex speciali promissione facta dauidi de perpetuitate regni eius.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta cantat grās ac veritatem dei. Et a supremis inchoans,deū supra oēs spūales substantias,creatorem ac dominum cœloꝝ & terrę,mirabilem ac laudabilem in mari rubro,in hermon,in thabor,& beato in hierusalem populo pertrāsiens declarat:ad diuinamq; promissionem de perpetuo dauidis regno deuenit. Et vbi velut violatam plorandam prędixit a populo,supplicātem tunc desolatum populum pro acceleratione aduentus mesiæ describit.

¶ Personę loquentes sunt propheta,deus,montes,& populus.

Gratias domini. Diuidiꝰ psalmus in partes duas:propositiuā materię,& executiuā,ibi & confitebunꝰ. ¶ Proponit duo.s. cantaturum se grās domini,& notificaturum veritatem dei. Vniuersę viæ dñi sunt gratia & veritas. Duplici mō promittit:scilicet cantando.in quo intellige oēm modum laudis.& notificando:in quo cōprehendiꝰ oīs modus doctrinę. Primū extēdit ad ęternitatem:quia diuina laus nunq̄ cessabit,sed perseuerabit etiam in æterna patria. Secūdum,successiuis generationibus applicat:quia doctrina ſm successionē generationum durabit. Quod autem dicit in ore meo,refertur ad vtrunq;:cantū scilicet & notificationem. Quod impletur,dū proprio ore ꝓpheta protulit hūc psalmum & laudis & doctrinę. ¶ Quia dixi. Duplicē subiungit rōnem promissorum. Ita ꝙ ordo est. Ideo gratias dñi ęterno cantabo,ideo generatiōi & generationi notificabo veritatē tuam in ore meo,quia dixi,interiori verbo cordis & intellexi & explicaui,hęc videlicet.mūdus gratia ædificabiꝰ. vere mūdus creatus est ex sola diuina grā:nulla.n.merita ꝓcesserūt quibus debereꝰ creatio mundi. Futurū aūt ædificabiꝰ,non significat futurū respectu ꝓphetę sed respectu gratię.īsinuauit enim ꝓpheta ꝙ respectu diuinę gratię mundus fuit futurus:vt hinc etiā oīfariam intelligas grā ædificatū mundū. Cœlos firmabis. Primę partes mundi sunt coeli.& ipsi coeli sunt vere firmi:nam elementa generanꝰ & corrūpuntur ſm partes. Non solum intellexi ꝙ gratia mūdus ædificabitur,sed ꝙ gratia coelos natura incorruptibili firmabis. Veritas tua in eis. Dixi quoq; ꝙ nō sola gratia sed & veritas tua in eis,coelis ac mundo est. ¶ Et inter alias veritates tuas existētes in eis est vna hęc:scilicet. Ferii foedus. Introducit ꝓpheta deum explicantē hanc spālem veritatem. ferii foedus electo meo,dauidi. Vnde & ipse dauid.2.reg.23. dicebat. nec tanta est domus mea apud deū vt pactum æternum iniret mecū,firmum in oībus atq; munitum. Iuraui dauid seruo meo,hoc scilicet. vsq; æternum stabiliam semē tuum,& ędificabo generationi & generationi thronū tuū. Perspice in hac promissione perpetuitatē seminis & regni. Cæsaris enim regnum adhuc durat in cęsaribus,sed nō semen:& saulis semen durauit sed non regnum. Vtrunq; itaq; promittit deus dauidi. Quod adimpletum est in mesia ex semine dauidis rege æterno. Collige ergo ꝙ ideo propheta gratias & veritatem domini dicet,quia perspexit ꝙ gratia & veritate tam mundus q̄

promissio mesiæ constat. Et hæc est materia psalmi.

¶ Et cõfitebuntur. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatꝛ illa particula, grãs dñi &c. rõne mũdi & coelorꝫ. Secũdo tractatꝛ eadẽ particula rõne ꝓmissionis factę dauidi, ibi tũc locutus es in visione. ¶ Tractãdo itaqꝫ ꝙ mũdus & coeli ꝓbent materiã laudandi diuinã grãm & docẽdi diuinã veritatem, tali ꝓcedit ordine. Primũ apit veritatẽ de deo ex coelestibus notam. deinde grãm mirabilium mundo manifestatam vsqꝫ ad tẽpora dauidis, ibi tu dominans. ¶ Et cõfitebuntꝛ, materiã confitendi dabũt, coeli, coelestia corpora, separatum, hoc est mirabile, tuũ dñe. Familiare est hebreæ linguę vti singulari numero tanq̃ genere multa comprehendẽre: separatum tuum. i. genus mirabiliũ tuorꝫ. quod constat esse opus gratiæ dei. & veritatẽ tuã, rerũ diuinarũ, non apud quoscunqꝫ, sed in ecclesia, in conuẽtu, sanctorꝫ, hoc est hoĩum mũdę mẽtis & dicatę diuinis. non enim oĩbus datum est ex diuinis cognitis ꝑ coelestia corpor a, laudare deũ. Vnde & ad ro. 1. reprehẽdunꝛ phi: qui quũ deum cognouissent nõ sicut deũ glorificauerũt. ¶ Quoniã quis in coelis ęstimabiꝛ dño. Ecce veritas diuina quã coeli cõfitenꝛ: scilicet excellentia dei suꝑ oẽs substantias spũales, quas angelos dicimus. inuisibilia. n. dei ꝑ ea q̃ facta sunt (& p̃cipue coelestia corpora) intellecta, cõspiciunꝛ, sempiterna quoqꝫ virtus eius & diuinitas inq̃t apostolus ad ro. 1. Et ꝓpterea ꝓpheta dicit. Quoniã quis in coelis, in q̃bus dicimus habitare deos, ęstimabiꝛ dño, nõ solũ nõ ęquabiꝛ sed nec ęstimabiꝛ relatus ad dñm? quasi dicat nullus. Et vere sic est: qm̃ dñs est actus purus, reliquę aũt intelligentię sunt actus admixti potentiæ. Assimilabiꝛ dño in filiis deorꝫ? Filii deorꝫ appellanꝛ eędẽ intelligẽtiæ, ꝑ quãto sunt naturę spũalis: spũs. n. est deus. & quo ad hoc sunt, quasi eiusdẽ naturę cum deo: sicut filii sunt eiusdẽ naturę cũ patre. Quia tñ maior est dissimilitudo earũ ad deũ q̃ similitudo, ideo appellãdo eas filios negat similitudinẽ, dicendo quis assimilabiꝛ? quasi dicat nullus: q̃a solus deus est actus purus, infinite distãs ab oĩbus admixtis potẽtiæ. ¶ Deus roboratus in secreto sanctorꝫ multo. Ne putares ex ĩbecillitate ĩtellectus nři ꝓnunciari tantã dei excellẽtiã, declarat ꝓpheta ꝙ relatus deus ad secretũ (hoc est a nobis remotissimũ) cõsortiũ sanctorꝫ spũum quos angelos dicimus, ĩuenĩꝛ magis roboratus. More humano describit maiorẽ excellẽtiã cognosci de deo in illo secreto q̃ a nobis dicaꝛ. Et ꝓpea dř metaphorice roboratus: vtpote cognitus maioris excellẽtię, potẽtię &c. Et timẽdus suꝑ cũctis circũdãtibus eũ. Ptãs illatiua mali supnis spiritibus, significaꝛ in deo ꝑ hoc ꝙ describiꝛ timẽdus (ꝓculdubio vt potẽs ĩferre malũ) suꝑ cũctis circũdãtibus eũ, coelestibus spiritibus. oĩa. n. ĩ nihilũ redigereꝛ nisi ea manus dei cõseruaret. ¶ Dñe deus exercituũ q̃s sicut tu? q. d. nullus. fortis dñe, fortitudine oĩpotẽtię: & veritas tua circũitibus tuis, clara est. q̃a a nobis satis obscure cognosciꝛ sicut lux solis a noctua. Hęc sunt q̃ coeli cõfitẽda ꝓbẽt de veritate diuina ecclesiæ sanctorum.

Tu dñans. Declarata veritate diuina cõfitẽda, subiũgit grãm mirabiliũ manifestatorꝫ in mũdo, inchoãs a notioribus effectibus mirabilibus. s. a mirabilibus in elemẽto aquę, diuidendo mare rubrũ tũ ad saluãdos hebręos, tũ ad submergẽdos ęgyptios. ¶ Tu dñans in suꝑbia maris, & eleuãte vndas suas tu cõprimes eas. Mare rubrũ describiꝛ a cõditionibus cõtrariis miraculo. s. eleuatione vndarꝫ excellentiũ: has. n. habet suapte natura mare. Et deus ostẽdit se dñm vndarꝫ excellentiũ maris: dũ diuisit aquas, & velut murũ solidas reddidit a dextris & a sinistris. qđ est totaliter cõtrariũ fluctibus marinis. Et hoc quo ad salutẽ populi israel. Futurũ cõprimes, respicit dñium diuinũ. ¶ Tu cõtriuisti quasi vulneratum suꝑbum, ęgyptũ, hoc est ęgyptiacũ populũ in mari rubro. Assimilat submersionẽ ægyptiorꝫ vulneri: vt intelligas ꝙ fuit velut actio diuina sicut vulnus est actio percutientis. Vnde & tunc dixerunt ægyptii. fugiamus israelem, dñs enim pugnat pro eis cõtra nos. In brachio fortitudinis tuæ dispersisti, mortuos, inimicos tuos, ægyptios per littora maris. ¶ Tibi coeli. Post dñium aquarum probatũ a mirabili effectu, subiungiꝛ dñium reliquarũ partium mũdi, non solum eadem rõne sed ẽt ratione creationis. Tibi coeli, subdunꝛ, ẽt tibi terra, subdiꝛ: quia orbem & plenitudinẽ eius, aĩalia & vegetabilia, tu fundasti, a fundamẽtis creasti, ipsa. ¶ Aquilonẽ & dextrũ tu creasti. Per dextrũ intellige primũ mobile, quod est supremũ coelũ, significatũ per dextrum quia motus eius incipit a dextera parte: vt phi tradũt in secũdo coeli. Per aq̃lonẽ intellige reliqua corpora coelestia, significata ꝑ septẽtrionẽ: q̃a motus eorꝫ ĩcipit versus septẽtrionẽ: qm̃ ĩcipit ab ariete versus taurũ. constat aũt septẽtrionalem viã esse ab ariete versus taurum. Et sic probauit coelos esse dei, quia aquilonem & dextrum creauit: & terram esse dei, quia orbẽ terræ & plenitudinem eius fundauit. ¶ Tabor & hermon. Post dominium omnium partium mundi, subiungitur gratia mirabilium gestorum in introductione populi israel in terram promissionis. quam nominat a duobus montibus. Ab hermone quidem ratione principii: quia ibi fuit prima possessio terræ. ibi enim ruben & gad & media tribus manasse, portiones suas accęperunt, deuastatis regibus amorręorum seon & og viuente adhuc moyse. Tabor vero ratione victorię tempore delborę inde habitę diuinitus: vt dicitur iudi. 4. & 5. Meminit autem specialiter horum: quoniam summatie pertransire intendit propheta. & propterea tangit alterum circa initium & alterum circa prosecutionem post mortem seniorum: scilicet iosue & aliorum timentium deum quando in populo insurrexerunt mala multa. Vnde & intermedia vix quodammodo tangit. Tabor itaqꝫ & hermon, initium &

profecutio victoriæ,in nomine tuo laudabunt tuum brachium cũ fortitudine/cõtra inimicos. ℭ Roborabitur manus tua. Intermedia tangũtur introducendo montes/hoc est populum victoriosum,laudãtes deũ/humano more supplicãdo p pspero successu. Roborabitur manus tua/contra inimicos nostros,& exaltabitur dextera tua/prosternendo eos. ℣ Iustitia & iudiciũ. Ne putes iniustum peti,iustitia inquit/in executione,& iudicium/in sententia contra hostes,pręparatio throni tui. Sedes dei locanda erat in hierusalem:ob quod oportuit ius dicere & iustitiam exercere in idolatras habitatores locorum illorum. Sic enim iudicium & iustitia pparauerũt sedem dei,pro quãto exterminarunt idolatras vt habitarẽt cultores dei/& sic ibi locaretur sedes dei. In sanctosanctorum erat tabella sustentata a cherubinis quæ appellabatur sedes dei. Gratia & veritas pręuenient facies tuas. contra hostes iustitia & iudicium,pro nobis gratia & veritas. Gratia quidem/quia sine nostris meritis: veritas autem/quia promisisti patribus terram hanc. ℭ Beatitudines/sunt, populi scientium clangorem. Effectus intẽtus describitur foelicitas populi sciẽtis per experiẽtiã clangorem/festiuum sonũ diuinarũ solẽnitatũ. Et intẽdit q introducto populo & quietẽ adepta sede dñi/beatus est populus cõcurrẽs ad solẽnitates dñi. ℣ Dñe in luce facierum tuarũ. Vt intelligas rationẽ quare populi dixerit eẽ beatitudines,declarat partes beatitudinis. Prima est in intellectu. Dñe in luce faciei tuę/gratiæ tuę,ambulabũt/gubernabũt se. In noĩe tuo(secũda pars spectat ad affectũ)exultabunt tota die/nõ in noĩe proprio gaudebũt. Et in iustitia tua. Tertia pars ad prosperitatẽ exteriorũ rerũ spectat. Et in iustitia tua/ in obseruatione iustificationũ tuarũ,exaltabuntur/quo ad tẽporales res. Et merito. Quia gloria fortitudinis eorum tu. ratio enim glorificãdę fortitudinis populi tu es,non virtus eorũ:& in volũtate tua/nõ ex debito,eleuabis cornua nr̃a/ptãtes nostras. Quia dño(datiui casus est)scutũ nr̃m:hoc est qa defensio nr̃a nõ nobis sed dño ascribẽda est.& sancto(datiui quoq casus ẽ)israelis rex nr̃:hoc est & nr̃ rex dauid sancto israelis.i.deo ascribit̃.factus.n.ẽ dauid rex qa deus elegit ipm̃ i regẽ:vt scriptũ ẽ tã in prio q̃ i scdo regũ.& ppterea dr̃ q rex nr̃ ascribit̃ sancto israelis. Hę sũt gr̃æ diuinę in mũdo visę simul cũ veritate diuina(q̃s ppheta dicturũ se spopõdit)vsq ad tẽpora dauidis. vnde & ad regẽ dauidẽ terminauit eas.

Tũc locutus es. Tractat̃ hic iterũ gr̃a & veritas dñi super pmissione facta dauidi(vt i principio psalmi ppositũ fuit)tali ordine. Prio refert̃ diuina pmissio. Secũdo introducit̃ populus tanq̃ querulus nõ seruatę pmissionis/ibi & tu reliquisti. ℭ Tũc/qñ dauid rex noster datus est a te,locutus es in visiõe gratioso tuo/nathan pphetę:vt patet.2.reg.7.& dixisti/hæc quæ sequũtur. Posui adiutorium super fortẽ/dauidem.fortem qdem cõtra vrsum & leonẽ:adiutũ vero cõtra goliath.& mediãte hoc adiutorio exaltaui electum/a me dauidẽ,de populo.erat.n.vir popularis:vtpote vacãs pascendis ouibus. Inueni dauid seruum meũ/timentẽ deum:in oleo sanctitatis meę vnxi eum/in regem.primo per samuelem:deinde super iuda:& demum super totũ israel. Sic aũt vnxi eum.q manus mea conseruatiua,firma erit cũ eo:etiam brachium meum/augmentatiuum,roborabit eum. Non eleuabitur inimicus/saul,in eo/in eius depressione:& filius iniquitatis/idem saul,non affliget eum/cõterendo. Et conterã a faciebus eius angustatores ipsius:& osores eius percutiam.quod fuit adimpletum in monte gelboe. Et veritas mea/adimplens promissa,& gratia mea/sine dauidis meritis,cum eo:& in nomine meo exaltabitur cornu eius/ad regnum. Ad literam siquidem dauid fuit promotus ad regnũ nomine dei/tanq̃ deus hoc reuelauerit:vt clare patet in secũdo regũ.& rursus bella dauid gerebat in nomine domini:& sic exaltabatur potestas eius/tanq̃ agentis p̃lia domini. Et ponam in mari/mediterraneo,manum eius:& in fluminibus/syrię vsq ad euphratẽ,dexteram eius. Quod constat adimpletum.2.reg.8. ℣ Ipse vocabit me/hoc est vocare poterit me,pater meus tu. Dixi vocare poterit:quia nusq̃ inueni dauidem ausum fuisse vocare deum patrem.quãuis tanta diuina gratia donatus fuerit vt vocare potuerit deum patrem suum. Et intendit per hoc q dauid regnum recognoscet a deo tanq̃ a patre:quia non ex successione regię originis regnum obtinuit,sed ex adoptione.ita q deus cuius est regnum adoptauit sibi dauidem in filiũ/velut successorem regni. Et propterea dicitur.ipse vocabit me,pater meus/adoptione,tu/es: deus meus & fortitudo salutis meę. Quia pr̃/a te hẽo regnũ:qa deus/a te hẽo eẽ:qa fortitudo/a te saluatus sũ.recognitio.n.bñficiorũ describit̃. Et ego/pr̃,priogenitũ dabo eũ/cõferẽdo ipsi regnũ:priogenitorũ.n. ẽ succedere i regno.excelsũ regibus terræ.& ẽ datiui casus regibus. Quod fuit adipletũ quũ dauid excelsus fuit apud reges,n̄ solũ pstratos ab ipo sed ẽt nõ pstratos:vt regẽ tyri/regẽ thou &c̃.quorũ mẽinit liber regũ. Æterno custodiã ei gratiã meam/qua elegi ipsum in regẽ:& pactum meũ/quod pepigi cum eo de messia,fidele/erit,ei. Et ponam sempiterno semen eius.quod adimpletum fuit in messia.& thronũ eius/regiũ,sicut dies coelorum/excelsum & indeficientem. Licet enim apud nos quandoq fit dies & quandoq nox propter vmbram terræ,in coelis tamen semper est dies:quia non pertransit vmbra terræ lunam.

Si dereliquerĩt. Descripta promissione diuina quo ad substãtiã,describunt̃ cõditiones eius in casu q euenire posset. Si aũt dereliquerĩt filii eius/dauidis,doctrinã meã/hoc est legem meam/non curando de ea:& in iudiciis meis/p̃ceptis scilicet iudicialibus,nõ ambulabunt. Si statuta mea/cęrimonialia,macu labũt. Dictio hebraica quã interp̃tes vocãt statuta,significat p̃cepta quorũ nõ ẽ rõ nisi qa sic [illegible]

qualia sunt praecepta caerimonialia. Et praecepta mea/moralia, non custodient. Nota hic ꝙ non dicit si ipse dauid peccabit, sed si filii eius peccabũt: vt relinquat dauidem in timore & suspensum an si ipse peccauerit deus seruet ei promissionem. Vnde quum post hanc promissionem cõmisisset adulterium & homicidium/timuit ꝙ deus non seruaret sibi hanc promissionem, qua se indignum reddiderat. Et visitabo in virga/paterna castigatione (iuxta illud. qui parcit virgę odit filium suũ. prouer. 13.) rebellionem eorum/filiorum: & in plagis/flagellorum, iniquitatem eorum. Et gratiam meam non frangam ab eo. Nota conditiones in euentu: scilicet ꝙ puniet filios sed non auferet gratiam a dauide. & nõ mẽtiar in veritate mea/iam dicta de regno eius. Non maculabo pactum meum, & exitum labiorum meorum non mutabo. Semel iuraui in sanctitate mea/vtpote non habens maiorem per quem iurem: si dauid mentiar? Lege hoc interrogatorie: non ad interrogandum sed referendo quęstionem an ego mentiar dauidi/an cum effectu adimplebo quod promisi dauidi de mesia an nõ? hanc enim tacitam quęstionem introducit deus/vt ostendat se immobiliter promisisse: & ab hac inchoat. Ita ꝙ ordo literę ẽ. si dauid mentiar? imperfecta est locutio: & consueta homini inter loquendum confirmanti se verificaturum quod dixit se facturum. Cõsueuimus enim in tali locutione & dispositione positi dicere. si ego mentiar? si ego faciam? & similia. intendentes ꝙ non vertatur in dubium/ꝙ non vertatur in conditionalem si. Et tunc subiigitur. Semel iuraui in sanctitate mea, semen eius sempiterno erit &c̃. excluditur enim sic conditio/excluditur dubitatio, commemorando ꝙ iam semel iuraui/iam iureiurando firmaui. Sed litera transposita est causa metri. Semen eius sempiterno erit. quod adimpletum est in mesia. Et thronus eius/regia dignitas, sicut sol coram me/ęternus, sicut luna stabilietur semper: & testis in coelis fidelis. Apoc. 1. & a iesu christo qui est testis fidelis.

Et tu reliquisti. Hactenus locutus est deus: deinceps loquitur populus israel post regnum zedechiae vltimi regis ex semine dauidis vsq; ad tempus mesię. Introducit siquidem propheta huiusmodi populum videntem nõ esse amplius aliquem regem de semine dauidis/voce admirationis & lamẽtationis primo narrãtem/& deinde supplicantem pro aduentu mesię/ibi vsq; quo domine. ℂ Nota hic primo ꝙ huiusmodi voces querulę introducuntur a propheta ad erudiendum successores de futuro euentu: scilicet ꝙ priuabitur multo tempore progenies dauidis regno/anteq̃ veniet mesias. vt quum hoc viderint fieri, non perdant fidem de aduentu mesię/deq; promissione facta a deo dauidi. Vnde & merito psalmus iste appellatus est eruditio seu intelligentia: quoniam eruditi sunt filii isrł'vt non intelligerẽt promissionem diuinam sic adimplendam vt continua successione futuri essent reges de semine dauidis vsq; ad mesiam qui regnaturus est in ęternum. ℂ Nota secundo ꝙ istę querulę voces verificantur in populo illo intermedio tempore, non prout sonant (quum videantur quasi blasphemię/arguentes deũ violati foederis) sed vt explicant motum rationis inferioris/considerãtis naturam factorũ & nõ rationes diuinas quibus haec fecit deus. Ita ꝙ sicut hieremias explicans motum partis inferioris scḋm naturam facti dixit/seduxisti me domine & seductus sum, ita populus facta considerans explicat id qđ facta p̃tendunt. quod est opus rationis inferioris & non rationis deliberatę: quoniam deliberatio exigit etiam rationem superiorem: alioquin deliberatus actus nõ fit. ℂ His pręlibatis intellige verba populi ad deum post regnum zedechię. Et tu deus reliquisti & abominatus es: indignatus es cum christo tuo/dauide in ipsius successione/priuãdo successionem eius regno. Fecisti vacare pactum serui tui/hoc est pactum tuum cum seruo tuo dauide. Vere vacauit tanto tempore pactum de regno: quia nullus fuit ex eius semine rex tanto tempore. Maculasti terrae coronam eius/regiam dignitatem. Dixit terrae, cohibẽs linguam/ne intelligatur ꝙ maculauerit coronam mesię: quae futura erat corona coelestis. Rupisti omnes macerias eius/regni eius custodias. vel quia non solum moenia ciuitatum sed & macerias vinearum rupisti: vt intelligas totalem desolationem. Posuisti munitiões eius ruinam/loco munitionum posuisti ruinam ciuitatum & templi &c̃. Diripuerunt eum/regnum eius, omnes transeuntes viam/datus est in p̃dam omnibus: fuit opprobrium vicinis suis/ammonitis &c̃. Eleuasti dexteram angustatorum eius, lętificasti omnes inimicos illius. ℂ Etiam reuerti facies aciem ensis eius. Metaphora est/sumpta a retortione aciei gladii incisorii: quum torquetur acies acsi esset ex plumbo: & sic non potest incidere. Et intendit per hanc metaphoram ꝙ arma propria nihil eis profuerunt/dicendo. Etiã/ad cumulum malorum, reuerti facies. i. retorqueri, aciem gladii eius: & non erexisti eum in pręlio. Cessare fecisti mundiciam eius/hoc est cęrimonialia omnia per mundiciam significata: quia aqua lustrationis ad mundandum cessauit tanto tempore. & thronum illius/regium, terrae (datiui est casus) detraxisti/ad terram deiecisti. Abbreuiasti dies pueritiarum eius. Locutio est metaphorica ad similitudinem eorum qui moriuntur in pueritia. Et intendit ꝙ regnum mortuum est in pueritia. Amicuisti super eum ignominia. Haec sunt mala poenę quae populus medio tempore vidit/cõtraria quantum ad substantiam facti superioribus promissis dauidi: vt diligens lector potest discurrendo applicare.

Vsq;quo. Completa narratione transit ad supplicationem. Vsq;quo domine absconderis? Petit primo non differri aduentũ mesię. Vsq;quo domine absconderis/velut non auditurus, in ęternum? tanq̃

dicat absit. Vel hoc quod dicitur in ęternum/iungendum est cum sequenti particula sic. in ęternum ardebit quasi ignis indignatio tua? interrogatiuę. quasi dicat absit. ℣ Memento ego quanti temporis. Rationem affert accelerandi aduentum mesię ex breuitate vitę humanę. Et intendit ꝙ non sumus tã longeuę vitę, vt possimus diu viuendo expectare longo tempore & videre tandem regnum mesię: sed sumus breuissimę vitę: & propterea accelera, vt videamus mesiam. Memento/huius scilicet. quanti tẽporis ego/sum: super quã vanitatem/breuis vitę, creasti oẽs filios adã/cõmunis est ista miseria. Quod & probat. Quis vir viuet & non videbit mortẽ? nullus, saluabit animam suam de manu foueę/inferni, ne descendat ad inferos? nullus. Mortem describit prius ex parte corporis quod moritur. deinde ex parte loci animę sepatę. Et est sermo de loco animarum ante aduentũ mesię. tunc enim locus animarum erat infernus. ℣ Vbi gratię tuę priores domine, quas iurasti dauidi in veritate tua? Auget supplicationem ex diuina promissione: tanq̃ requirens vt adimpleat promissam gratiam iuramento firmatam dauidi de mesia rege ex semine eius. Et nota ꝙ expectantis affectu & more clamat vbi sunt ꝓmissę gratię? cupit enim eas videre adimpleri. & quia non apparent/clamat vbi sunt? ℭ Recordare domine. Adiungit supplicationi rationem ex parte iniuriarum quas patitur populus, spãliter quo ad hoc ꝙ inimici exprobrãdo dicunt/quando veniet mesias vester? & similia. Recordare domine opprobrii seruorum tuorum/nostri: portaui/ego populus, in sinu meo/patienter recondens, omneq̃ opprobrium, multorũ populorum/opprobrantium. Quę exprobrauerunt inimici tui domine: vt intelligas istos populos esse inimicos dei. Et dixit hoc ad humano more prouocandum deũ propter opprobrium ab inimicis dei. Quę exprobrauerũt vestigia christi tui. Ecce materia opprobrii. exprobrant. n. remanere vestigia in fide nostra christi tui dauidis propter spem mesię: erãt siq̃dẽ velut vestigia dauidis vncti a deo in patrẽ mesię fides & spes venturi mesię. ℣ Bñdictus dñs ęterno. Cõcludit orõnẽ ppl's adiũcta rõne superiore, bñdicẽdo deũ: hoc est submittẽdo totũ ꝓuidẽtię eius/& grãs agẽdo de omnibus. Vel supplicãdo cõcludit desiderãtis affectu. sit benedictus dñs in æternũ: amen & amen/vere & iterũ vere. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Oratio moysi uiri dei. LXXXIX.

Domine refugium factus es nobis: in generatione & generatione.

Priusq̃ montes fierent aut formaretur terra & orbis: a seculo & usq; in seculum tu es deus.

Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti conuertimini filii hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos tanq̃ dies hesterna quę prętериit.

Et custodia in nocte: quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat: uespere decidat, induret & arescat.

Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nr̃as in cõspectu tuo: seculũ nostrum in illuminatione uultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor.

Quoniam superuenit mansuetudo: & corripiemur.

Quis nouit potestatem irę tuæ: & prę timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia.

Conuertere domine, usq;quo: & deprecabilis esto super seruos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua: & exultauimus & delectati sumus in omnibus diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus uidimus mala.

Respice in seruos tuos & in opera tua: & dirige filios eorum.

Et sit splendor domini dei nostri super nos: & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Oratio moysi uiro dei.

1 Propheta. DOmine† habitaculum tu fuisti nobis: in generatione & generatione.
2 Anteq̃ mõtes nati sunt, & creata fuit terra & orbis: & a seculo & usq;
seculum tu deus [es].
3 Facies reuerti hominem usq; ad contritionẽ: & dixisti, reuertimini filii adam.
4 Quia mille anni tui in oculis tuis: sicut dies hesterna q̃ñ pertrãsiet, & [sicut] uigilia ĩ nocte.
5 Inundasti eos: somnus erunt, in mane quasi herba mutabitur.
6 In mane florebit & mutabitur: ad uesperum† succidetur & siccabitur.
7 Quoniam consumpti sumus in furore tuo: & in ira tua territi sumus.
8 Posuisti iniquitates nostras coram te: absconsionem nostram luci faciem tuarum.
9 Quoniã oẽs dies nostri uersi sũt ĩ ira tua: cõsumpsimus annos nostros quasi sermonẽ.
10 Dies annorum nostrorũ, in se septuaginta anni: & si in fortitudinibus octoginta anni.
& superbia eorum labor & dolor: quoniam uolans [est] cito & uolauimus.
11 Quis sciens fortitudinem iræ tuæ: & sicut timor tuus [erigit] iram tuam.
12 Ad numerandum dies nostros, sic fac scire: & faciemus uenire cor sapientię.
13 Reuertere domine, usq; quo: & [placatus] solatus esto super seruos tuos.
14 Sacia nos in mane gratia tua: & laudabimus & lętabimur in cunctis diebus nostris.
15 Lętifica nos sicut dies [quibus] afflixisti nos: annos [quibus] uidimus malum.
16 Apparebit ad seruos tuos opus tuum: & pulchritudo tua super filios eorum.
17 Et erit dulcedo dñi† dei nostri super nos: & opus manuũ nostrarum dirige super nos, &
opus manuum nostrarum dirige ipsum.

TItulus est. Oratio moysi viro dei. Et est tertius psalmus intitulatus oratio: quia per modum contemplationis editus est. Attribuiturq; oratio hęc moysi qui scripsit pentateuchũ. Et ne intelligeres alium moysen, adiunctum est viro dei: sic enim sepe in scriptura vocatur ille moyses. Et aut moyses condidit orationem hanc metrice, insertam psalmis dauidis (sicut inter epistolas ciceronis inseruntur aliquę aliorũ epistolę) aut quod potius crediderim, moyses edidit hanc orationem quantum ad materiam non metrice: quam postea dauid extendit, in formam metri reducendo. & propterea moysi ascribitur tanq̃ autori orationis quantum ad materiam.

ℭ Circa materiã psalmi aduerte esse hic aliqd certum. s. q; a principio psalmi vsq; ad versiculũ vndecimũ tractat̃ de miseria vitę humanę quãtũ ad breuitatẽ vitę. vnde & cõcludit̃ dies nostros annorũ. 70. esse. Ita q; clarũ est primã p̃tẽ psalmi tractare de vitę breuitate cõi generi humano ex ira dei pp peccata nr̃a. Quo fit vt reliqua pars psalmi quę in supplicatione cõsistit, intelligẽda cõsequẽter sit de remedio huiusmodi miserię: alioquin non r̃nderent vltima primis. Et q̃a remediũ est spiritualis gratia, ideo secunda pars psalmi proculdubio intelligenda est de petitione spiritualis gratiæ. ¶ Verum an petatur spiritualis gratia absolute, an per aduentum mesię, non clare patet. Consideranti tamen perspicaciter. 15. versiculũ (petentẽ lętifica nos sicut dies afflixisti nos, annos vidimus malũ) apparebit p̃phetã distĩguere ĩter tẽpus afflictiõis & mali & tẽpus lętitię: ac p̃ hoc petere grãm aduẽtus mesię. tãq̃ tẽpus mesię sit tp̃s lętitię, & tp̃s añ mesiã sit tp̃s afflictiõis. Et hãc t̃pis diuersitatẽ referẽdo ad solam gratiã, difficile ẽ saluare: q̃m nõ diuersum sed vnũ & idẽ ẽ tẽpus grẽ & tẽpus afflictiõis. Cõsonatq; aduẽtui mesię p̃cedẽs ĩmediate versiculis petẽs, sacia nos mane grã tua, & laudabimus & lętabimur in oĩbus diebus nr̃is. Hoc. n. clare zacharias p̃r ioãnis baptistę in mesię aduẽtu impleri dicit. vt seruiamus illi ĩ sanctitate & iustitia oĩbus diebus nostris. ¶ Cõsentaneũ itaq; r̃õni est vt materia psalmi intelligat̃ ad istam miseria humanę vitę pp peccatũ hoĩs a diuina ĩflicta iustitia, cõmemorata vt reparanda p̃ mesiã.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta ob hominis peccatũ a diuina iustitia miseriã humanę vitę illatã cõtẽplatur. & supplicat vt placatus deus faciet hominem sua gratia, dãdo & sapere s̃m timorem suũ, & lętari cunctis diebus, & directionem operum: prophetãs appariturum opus cum dei pulchritudine ac dulcedine.

¶ Persona loquens propheta est.

DOmine habitaculū. Diuidit psalmus in ptes duas: ppositiuā materię, & executiuā, ibi qm̄ mille. ¶ Proponit tria. s. ęternitatē dei, iustitiā eius, & gr̄am eiusdē. Sed litera nō pponit hæc tria hoc recto ordine: sed primo gr̄am. dn̄e habitaculū, refugiu, tu fuisti nobis, nō in personis nostris, sed in generatione & generationem, hoc est vniuersis gn̄atiōibus. Assimilat deū habitaculo refugii: qa intēdit loqui de deo quatenus ad eū cōfugit genus humanū, dānatū pp pprīū peccatū: sicut hō a facie persecutorū & iniuriarū (ab imbrib⁹, frigoribus &c̄.) cōfugit ad habitaculū. ¶ Anteq̄ mōtes nati sunt & creata fuit terra & orbis. Æternitas dei pponit. tum a parte ante p tēpus imaginariū significatū, dicēdo an̄ creationē mūdi. Sicut. n. dicēdo extra aut supra coelū, significat imaginarius situs, ita dicēdo anteq̄ terra fieret &c̄. significat tēpus imaginariū: qa nullū erat tunc tēpus reale. Et a seculo & vsq in seculū tu de⁹. Ecce ęternitas a parte post. extēsio. n. tēporis a seculo in seculū, post mūdi creationē est. Facies reuerti hominē. Proponit iustitia quā deus exercuit ī primū hoiem. quū. n. donasset ipsum originali iustitia, post peccatū fecit reuerti eū vsq ad cōtritionē mortis. Et dicit reuerti: qa redit in cōditionem pprię naturæ. Et futurū facies, respicit dei ęternitatē p̄missam. Et construenda est sic litera. Tu deus anteq̄ montes nati essent &c̄. facies reuerti hoiem ad cōtritionē mortis sibi naturalē. ¶ Et dixisti. Declarat qn̄ hoc fuit afferendo sententiam datam cōtra hoiem. reuertimini filii adam. puluis es & in puluerem reuerteris. Vbi & nota nō solū hominem dānatum sed filios: vt intelligas primum parentē cū ipsius posteritate dānatū ad mortē, hoc ē ad necessitatē moriēdi. Hoc. n. significat, reuertimini in terram filii adam.

¶ Quia mille anni. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractant simul illę particulę, anteq̄ mōtes &c̄. facies reuerti hoiem &c̄. hoc est diuinę ęternitatis & humanę punitionis quo ad durationē vitę. Secūdo tractat illa, dn̄e habitaculum fuisti nobis &c̄. ibi quis sciēs fortitudinē. ¶ Tres itaq poenales cōditiones hūanæ vitę ppheta affert. s. q est vt somnus, q mutatiōibus multis subiecta, & q velocissime ac breuissime transit. Et has omnes infert ex cōparatione naturalis vitę (qua hō innocēs viuere posset) ad ęternitatem. ita q conferendo naturalem vitā hois ad ęternitatē, intendit mōstrare nō fuisse seuerā dei iustitiā qua pp peccatū animaduertit in hoiem dictis tribus poenalitatib⁹. Hoc ē quo tendit ppheta. Accipit itaq annos mille p supremo tēpore hūanę vitę: vtpote quos nullus vnq̄ hō vixit: vt patet legenti ętates hoium ante diluuiū. Et refert ad ęternitatē oculatā, dicēs. Qm̄ mille anni, suprēma hois ętas, in oculis tuis (ecce ęternitas oculata) sunt sicut dies hesterna, nō qn̄ durabat, sed qn̄ pertransiet. prima cōparatio. Et custodia in nocte. altera cōparatio mille annoꝝ ad ęternos oculos dei. ¶ Et per primā cōparationē intēdit declarare q quātacūq ętas humana relata ad ęternitatē, nullius est durationis, sed ē sicut dies hesterna postq̄ pertrāsiit: quæ significat tēpus p̄teritum paucissimū, quod modo nihil est. Per alterā vero cōparationē intendit declarare q studiū humanū ex omnibus naturę viribus ē sicut vna vigilia custodię nocturnę. Per qđ significat & breuitas & obscuritas totius studii humani naturalis: ita q nō meret cōparari diei nec etiā integrę nocti, sed vni custodię. ¶ Quia inquā sic se hn̄t naturalia hois ad æternos oculos dei, inūdasti eos, more ipetuosę aquę ipulisti eos hoies peccātes. & p hoc significat punitionē diuinā. Sōnus erūt. Ecce prīa poena. s. q hoies facti sunt vt sōn⁹. Metaphoricus ē sermo. & vt rn̄deat p̄missis, duo innuit. Alterū p respectū ad diē hesternā. alterum p respectū ad custodiā noctis. s. q vbi hois vita naturalis erat velut dies hesterna, p peccatum facta est velut somnus. Et sil'r vbi humanum studiū naturale erat velut custodia nocturna, p peccatū factum ē velut somnus: hoc est q studium hominis post peccatū tam īuolutū tenebris est q nec custodię nocturnę meretur assimilari sed dormitioni. & sil'r vita nostra nō meretur comparari diei (quo multis vacat exercitationibus) sed somno, qui necessitatis est. Et tu poteris extendere metaphorā prout sp̄ussanctus docuerit. ¶ In mane q̄si herba mutabit. Secūda poena describit tot varietatū qbus hō subiicit. & declarat primū ex sil'itudine herbę, q̄ eodē die tot mutatiōibus subiicit. Mutabit, hō, q̄si herba ī mane, hoc ē ī die artificiali a suo pricipio noīato. Et subdit modū. In mane, in prīa pte diei, mutabit, icipiet mutari vegetatiōe, & florebit: ad vesperum siccabitur & succidetur. ¶ Quoniā consumpti sumus. Rationem reddit tot varietatū ex diuina iustitia: vt intelligas propter peccatum hæc nobis accidisse. Et duas inducit mutationes nostri: sub quibus omnes mutationes nostri intellige comprehendi.

Qm̄ cōsumpti sumus. Ecce vna mutatio, sub qua cōp̄hēdit oīs mutatio corporis. in furore tuo, iustitia tua punitiua. & in ira tua territi sumus. Ecce altera mutatio: sub qua comprehēditur omnis mutatio passionum animi. ¶ Posuisti iniquitates. Quia deus non est prius vltor q̄ homo sit peccator, declarat rationem iustitiæ diuinæ fuisse peccata hominis. Et loquitur more humanorum iudicum: qui quando punituri sunt crimen, ponunt crimen illud ante examen suum, & deducūt crimen quod erat occultū corā iudice in lucē iudicii. Hæc. n. significat dicēdo. posuisti iniqtates nr̄as corā te, iudicandas & puniēdas, abscōsionē nostrā luci facieꝝ tuaꝝ. Ad literā (vt ipse moyses scripserat) deus posuit peccatum primoꝝ parentū corā se, & abscōsionē ade, dicendo adam vbi es? rn̄dente illo abscondi me eo q nudus essem &c̄. ¶ Quoniam omnes dies nostri. Tertia poena velocissimę breuitatis describit. Quoniā oēs dies nostri versi sunt in ira tua, de bono in malū: in statu. n. īnocētię dies nr̄i erāt boni &c̄. sed ī ira dei, hoc est ī iustitia, versi sūt ī malos. ideo cōsūpsimus annos nr̄os quasi sermonē. volat irreuocabi

le verbũ.Percipe labilitatẽ annoꝝ nr̃oꝝ ad ſilitudinẽ locutiõis.⁋ Dies annorũ noſtrorũ.ecce breuitas. in ſe/hoc eſt nõ relati ad ęternitatẽ ſed in ſeipſis(relati.n.ad ęternitatẽ iam dictũ eſt ꝙ nec merent̃ cõparari vni diei)ſunt.70.anni.Cõſidera hoc tu qui dicis ętatis nos eſſe breuioris q̃ fuerint ętatis ſuperioris homines.multa milia annorum iam fluxerũt a tẽpore editi pſalmi contemplantis ętatẽ humanam.70.annorum.Si.n.breuior facta eẽt ętas,certe a tãto tẽpore hucuſq nõ eſſet ętas hominum ad huc.70.annoꝝ: cuius oppoſitũ videmus. Et ſi in fortitudinibus/hoc eſt in cõplexionibus robuſtioribus,octoginta anni:& ſuperbia eorũ labor & dolor:hoc eſt & quod ſuperire contingit tẽpus octoginta annorũ/plenũ eſt laboris & doloris.qm̃ volans cito/ẽ vita noſtra,& volauimus/magis q̃ ambulauimus.Intẽdit.n.p metaphorã volatus uelocitatẽ curſus uitę noſtrę ſignificare/quãto celerior eſt uolatus ambulatione.uidemur.n.nobis nõ ambulaſſe ſed uolaſſe quum ſumus prope mortem.

Quis ſciens. Tractat̃ hic illa particula/dñe habitaculũ fuiſti nobis:petẽdo ſciam/gfam/ & lętitiã ac directionẽ operũ cũ diuina placatiõe,apparitione opis/pulchritudinis ac dulcedinis dei.℄ Vide ſingula.Inchoat petitionẽ ſapiẽtię ab ĩpoſſibilitate aliter hñdi eã.Quis ſciẽs fortitudinẽ irę tuę/hoc eſt quãtũ põt iuſtitia tua!quaſi dicat nullus.Scimus.n.fortitudinẽ irę humanę:qa vltimũ quod põt ẽ occidere hoiem.Sed quãtũ põt iuſtitia diuina nullus ſcit naturali notitia.tũ qa nullus natural̃r ſcit poenas alterius vitę.tũ qa multo plus põt iuſtitia diuina q̃ in iferno punire.Et ſicut timor tuus irã tuam/ hoc ẽ qs ſciẽs irã tuã ſicut timor tuus exigit ſcire!quaſi dicat nullus.Vbi perpẽde ignorãtiã tum eius quod põt iuſtitia diuina.tũ modi ſciẽdi.ſ.vt diuinus timor exigit.⁋ Ideo ad numerandũ dies noſtros, ſic(ſcilicet ſm timorẽ tuũ)fac ſcire.Perpende ꝙ petit ſciam ſic.i.ſm timorẽ dei ad numerãdũ dies ꝓprios:hoc eſt ad librãdũ tẽpus vitę ꝓprię ſm timorẽ dei.qui.n.ſcit cõputũ dierũ ſuoꝝ tenere ſm timorẽ dei/hic ſcit vt diuino cõgruit timori & irã dei & quãtũ põt ira eius.& hoc eſt pmũ remediũ cõtra breuitatẽ vitę.Vnde & ſubditur fructus.& faciemus venire cor ſapiẽtię.Effectus ſciẽtię ẽ dare operã vt cor imbuat̃ ſapiẽtia/hoc eſt notitia diuinoꝝ.Et bñ nota ꝙ nõ loqtur de ſapiẽtia mẽtis,ſed de ſapiẽtia cordis:quoniã illa eſt ſpeculatiua cõis bonis & malis,iſta eſt affectiua/ꝓpria bonis.⁋ Reuertere dñe.Scda petitio more humano deũ velut principẽ q receſſerat indignatus/interpellat vt reuertat̃ placatus. Reuertere dñe/ad ſilitudinẽ reuertẽtis te habe q velut receſſiſti a nobis pp peccatũ,vſqquo/ſupple differs reuerti:& ſolatus eſto(paſſiue vſurpatur hic ſolatus)ad ſilitudinẽ eius q iã cõſolationẽ recipit eſto,ſup ſeruos tuos.⁋ Sacia nos.Tertia petitio.Nõ parũ gratiæ impetire,ſed ſacia nos gfa tua:& hoc nõ tarde, ſed in mane/principio diei gfę & veritatis:& laudabimus/te,& lętabimur/in te , in cũctis diebus nr̃is. Põdera petitionẽ:petit.n.nos ſaciari diuina gfa.& pondera fructũ,lętitiã & laudẽ oĩbus diebus nr̃is.& vide ſi de meſię aduẽtu tractat.⁋ Lętifica nos Quarta petitio.Sicut dies afflixiſti/hoc ẽ qbus afflixiſti nos:ãnos/hoc ẽ ſicut ãnos,vidim⁹/hoc ẽ qb⁹ vidim⁹,malũ.Vbi mãfeſte vides peti lętitiã i dieb⁹meſię ſicut i dieb⁹ añ meſiã fuit afflictio & viſio maloꝝ:afflictio ĩ nobis/viſio maloꝝ ĩ pximis.℄ Apparebit.Interſerit añq̃ cõpleat petitiões oẽs modũ quo de⁹ cõcedet petitas gfas:qđ ẽ ꝓphare myſteriũ meſię. Apparebit tũc quũ cõceſſeris nobis hæc,ad ſuos tuos opus/nõ nr̃m,ſed tuũ.Myſteriũ meſię appellat op⁹ diuinũ:qa vere ſic eſt.qđ deſcribit appiturũ ſeruis dei.Et pulchritudo tua ſup filios eoꝝ.Ipſe meſias ẽ pulchritudo dei.ẽ.n.ſplẽdor glię & figura ſubſtãtię ei⁹ &c.Et recole ꝙ iõ dicit & ſup filios eoꝝ.ſ.ſeruoꝝ dei:qa in principio pſalmi ꝓpoſuerat habitaculũ fuiſti nobis in generatione & generatione. verificat ſiqdẽ multitudinẽ generationũ/inducẽdo ſeruos dei & filios eoꝝ.⁋ Et erit dulcedo dñi dei noſtri ſuper nos.Dixerat ꝙ apparebit opus tuũ:& explicauerat opus illud eſſe pulchritudinẽ ad perficiẽdũ intellectũ.pulchra.n.ſunt quæ viſa placẽt.ſuperat vt explicaret idẽ ad perficiendũ affectũ:& ꝓpea dixit.& erit dulcedo/appetibilis,dñi dei nr̃i ſuper nos.Hæc oĩa ĩ myſterio meſię affuiſſe,clare cõſtat.℄ Et opus manuũ noſtrarũ.Regredit̃ ꝓpheta ad ꝓſequẽdũ petitiones.quęcũq.n.ſuperius petiit/ad intellectũ & affectũ ſpectãt.Vñ reliquũ erat vt peteret ſpectãtia ad executionẽ opis.parũ.n.ꝓdeſt ſcire & velle/niſi ſubſequat̃ opatio,quũ facultas ſuppetit.Et ꝓpea duo petit circa executionẽ opis.℄ Alterũ eſt.& opus manuũ nr̃aꝝ dirige ſup nos.In quo petit opa humana dirigi ſupra facultatẽ naturæ:quod tũc pcipimus, quũ noſtrũ credere/noſtrũ ſperare/noſtrum diligere/noſtrũ operari ad ſupnaturalia tendit bona.⁋ Alterũ.Et opus manuũ noſtrarũ dirige ipm̃.In quo petit etiã opa noſtra quæ ex vi naturaliũ opamur dirigi a deo.Et hoc directe atteſtatur recognitioni humanę miſerię quã incurrimus p peccatum,vt etiã in opibus ex viribus naturalibus nobis competentibus cognoſcamus nos indigere directiõe diuinæ ſicut infirmi egent auxilio in operibus quæ ſani poſſent.Amen.

℄ VVLGATA EDITIO. XC.

QVi habitat in adiutorio altiſſimi:in protectione dei cęli commorabit̃.
Dicet dño. ſuſceptor meus es tu & refugiũ meũ/deus meus/ſperabo ĩ eũ.
Quoniam ipſe liberabit te de laqueo uenantium:& a uerbo aſpero.
Scapulis ſuis obumbrabit tibi:& ſub pennis eius ſperabis.
Scuto circundabit te ueritas eius;non timebis a timore nocturno.

A sagitta uolāte in die, a negocio pambulāte i tenebris: ab icursu & demonio meridiāo.
Cadent a latere tuo mille & decē milia a dextris tuis: ad te autem nō appropinquabit.
Verūtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum uidebis.
Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum.
Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam angelis suis mandauit de te: ut custodiant te in omnibus uiis tuis.
In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.
Quoniā in me sperauit liberabo eum: protegā eum quoniā cognouit nomen meum.
Clamauit ad me, & ego exaudiā eū: cū ipso sū in tribulatiōe, eripiā eū & glorificabo eū.
Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

ℭIVXTA HEBRÆVM. XCI.

1 Propheta. HAbitans in abscondito excelsi: in umbra omnipotētis pernoctabit.
2 Mesias. Dicā dño. spes mea & arx mea, deus meus, cōfidam in eo.
3 Propheta. Quia ipse liberabit te a laqueo offendiculi: a peste fallaciarum.
4 In ala sua operiet te, & sub alis eius protegeris: scutum & clypeus [tibi erit] ueritas eius.
5 Non timebis a timore noctis: a sagitta [que] uolabit die.
6 A peste [que] in obscuro ambulabit: ab incisione [que] diruet meridie.
7 Cadet a latere tuo mille, & decem milia a dextera tua: ad te non appropinquabit.
8 Tantum in oculis tuis uidebis: & retributionem impiorum cernes.
9 Quoniam tu domine [mesia] spes mea: excelsum posuisti habitaculum tuum.
10 [Ideo] Non accidet ad te malum: & plaga non appropinquabit in tabernaculo tuo.
11 Quoniam angelis suis mandabit [de te] tibi: ad custodiendum te in omnibus uiis tuis.
12 Super palmis portabunt te: nequando offendes in lapidem pedem tuum.
13 Super leonem & aspidem calcabis: conculcabis leunculum & draconem.
14 Deus. Qm̄ in me desiderauit & liberaui eū: exaltabo eū, qm̄ cognouit nomē meum.
15 Vocabit me & respōdebo ipsi: cū ipso ego in angustia, eruam eum & honorabo eum.
16 Longitudine dierum saciabo eum: & faciam uidere ipsum in salute mea.

TItulus nullus est. Materia psalmi ex ipso psalmo appet φ est mesias custoditus a deo. Nā custodia mādata i versiculo. xi. (angelis suis &c̄.) nulli pticulari psonę, nulli pplo cōuenit nisi mesię. qlibet em pplis & qlibet singularis hō excępto mesia, permissus est offendere pedē ad lapidē: hoc est incurrere aliquē casum quasi fortuitū, & culpę & poenę. excępto inquā mesia: q & peccatū nullū fecit, & inuoluntariū malū nullū incurrit. Accedit ad hæc φ i principio psalmi dr, habitans in abdito excelsi. habitare qppe est iugem qetē personalē alicubi possidere: cōstat aūt nec moysen nec dauidem aut quēcūq aliū iustū habitasse, sed trāsitorie quodāmodo hospitatos in abdito excelsi. mesiā vero habitasse: q de seipso testat. nemo ascendit in coelum nisi qui descendit de coelo filius hominis qui est in coelo, habitās semper in abdito excelsi. ℣ Vnde sine dubio materia psalmi ad literam est diuina mesię viatoris custodia a malo, sic vt mereretur propria tribulatione immortalis vitæ præmium.

ℭSVMMARIVM EST.

ℭPropheta mesiam habitantem in abscondito dei, custodiēdū ab omni malo, periculo & euentu, ministrātibus ei angelis describit: sic vt passum nil pter deum desiderantē deus fouerit, liberauerit, exaltauerit, immortalitate vitę corpalis, honore & salute omni repleuerit.
ℭPersonę loquentes sunt tres: propheta, mesias, & deus.
HAbitans in abscondito. Diuidit psalmus in ptes duas: ppositiuā materię, & executiuā, ibi dicā domino. ℭ Proponit vnū, multis tamen conditionibus fultum. Proponit quidem φ habitans

Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua:& iustitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te domine clamaui:& mane oratio mea preueniet te.
Vt quid domine repellis orationem meam:auertis faciem tuam a me?
Pauper sum ego & in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus.
In me transierunt irę tuę:& terrores tui conturbauerunt me.
Circundederunt me sicut aqua:tota die circundederunt me simul.
Elongasti a me amicum & proximum:& notos meos a miseria.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Canticũ psalmi filiis core,uincenti super machalath:ad affligendum intelligentia heman ezrachitę. LXXXVIII.

1 Propheta. DOmine deus salutis meę:die clamaui,in nocte corãm te.
2 Veniet [coră] faciebus tuis oratio mea:inclina aurem tuam laudationi meę.
3 Quia saciata in malis anima mea:& uitę meę [ad] foueam appulerunt.
4 Reputatus sum cũ descendentibus putei:fui quasi homo [cui] non fortitudo.
5 [ego] In mortuis liber: [reputatus] sicut interfecti iacentes sepulchri,qᵹ nõ meministi ipsorũ amplius, & ipsi a manu tua excisi sunt.
6 Posuisti me in puteo inferiorum:in obscuritatibus,in profundis.
7 Super me confirmata [est] ira tua:& cunctis fractionibus tuis afflixisti.Selah.
8 Longe fecisti notos meos a me:posuisti me abominationẽ eis,carceratũ,& non exibo.
9 Oculus meus languit ab afflictione mea:uocaui te domine,in tota die expandi ad te palmas meas.
10 Oratio. Nũquid mortuis facies separatum?an mortui surgent, cõfitebunẽ te?Selah.
11 Nunquid narrabitur in sepulchro gratia tua: [et] ueritas tua in perditione?
12 Nunquid cognoscetur in obscuritate separatum tuum:& iustitia tua in terra oblita?
13 Propheta. Et ego ad te dñe clamaui:& in mane oratio mea pręueniet te.
14 Oratio. Quare domine relinques aiam meam:abscondes facies tuas a me?
15 Pauper ego & obiens a puero:portaui timorẽ tuum,conturbabor.
16 Super me trãsierunt irę tuę:& terrores tui contristauerunt me.
17 Circundederunt me quasi aquę tota die:circũierunt super me pariter.
18 Longe fecisti a me amicum & sodalem:notos meos [in mea] obscuritate.

TItulus est.Canticum psalmi filiis core,vincenti sup machalath:ad affligẽdum intelligentia heman ezrachitę.Vbi aduerte hunc titulum mentionem facere insolitam:scilicet filiorum core & heman.Consueuerunt enim tituli vnum genus cantorum nominare,nõ duo.Et filii quidem core videnẽ nominari vt cantores:heman vero velut ꝓpheta.erat enim de numero videntium:vt dicit.1.paral.25.Vnde & psalmus iste dicit eruditio seu ĩtellectus heman.Ezrachitę denoĩatio videẽ a patria:sicut hieremias vocabaẽ anathotites.Quod aũt dr ad affligẽdũ,materiã tãgit psalmi:qa a pricipio vsqꝫ ad finẽ plenus afflictionis est.Machalath nomẽ dr instri musici,sup quo cãtãdus erat iste psalmus.
¶ Circa materiã aũt psalmi ambiguũ restat de cuius afflictione psalmus loquiẽ.Sequẽdo aũt apostolicã regulam quia finis legis & ꝓphetarum est chrs,videtur mihi rõni valde cõsentaneum vt psalmus iste ad lrãm loquatur de afflictione christi viui & mortui. ¶ Moueor aũt ad hoc:qa quattuor dicta in hoc psalmo,aut nõ verificanẽ aut nõ ꝓprie nisi de christo.Primum est in versiculo quinto.in mortuis liber.Nulla enim ꝑsona,nullus populus fuit in mortuis liber:sed solus mesias in triduo mortis suę fuit in mortuis liber.℣ Secũdum est in versiculo sexto.posuisti me in puteo inferiorꝝ.Nunq̃ enim legiẽ po-

pulus in captiuitatē ductus ꝙ fuerit addictus carceri: & tñ non solum in isto versiculo sed etiā in versiculo .8. persona loquens dicit se carceratam. Quod vere conuenisse mesiæ quantum ad animā posito in puteo inferni, & quantū ad corpus signato sepulchro cū custodibus, euāgelica ꝓdit historia. ¶ Tertium est multus sermo de mortuis in hoc psalmo in .3.4.5.6.10.11. & .12. versiculis. Tātus enim de inferno & mortuis sermo insinuat personā loquentem īter mortuos: ac per hoc mesiā. qui solus a mortuis ascendit ad vitā. ¶ Quartū est coeua perpessio maloꝝ significata in versiculo .15. ſm textū hebraicum. pauper ego & obiens a puero, portaui furorē tuū &c̄. Non enim pōt de populo hebręo quāuis captiuo verificari ꝙ semp afflictus fuerit: quū fuerit plurimū exaltatus & tpe dauidis & salomonis. Mesias autem in hac vita passibili a primo natiuitatis suæ die semper afflictus est. ¶ Est itaq; materia psalmi afflictio mesiæ viui & mortui.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta in persona mesię mortui & apud inferos morantis, recurrit ad deū pro ꝓpria resurrectione: citans tum poenalitates quas tunc sufferebat, tum merita poenarum quas passus erat viuens.

¶ Persona loquens propheta est.

DOmine deus. Diuidit psalmus in partes duas: ꝓpositiuam materię, & executiuā, ibi reputatus sum. ¶ Proponit duo: scilicet orationem suā & causam. Domine deus salutis meę, autor & finis, die clamaui & in nocte corā te. Nota tres cōditiones huius orōnis: clamorē cordis. rectitudinē, coram te, nō corā hoībus. cōtinuitatē, die & nocte. ¶ Veniet faciebus tuis orō mea. Acsi diceret. quia ex parte mea, oratio habet suas cōditiones, habeat quoq; ex parte tua duas cōditiones. Altera est ꝙ ingrediatur velut meus nuncius vsq; ad cōspectū tuū. veniet enim deprecatiue intelligendū est. Altera. inclina aurē tuā laudationi meę. More humano petit inclinationē auris ad attendendū orationi suę. Quā ideo vocat laudationē, quia ad laudandū deū tendit. Et hebraica dictio significat laudē mixtam cantui: ad hoc enim tēdit vniuersa hęc oratio vt chr̄s resurgat laudādo & cantādo deū. ¶ Quia (ecce cā duplex) saciata est, in hac vita, in malis, poenę, aīa mea. Non dixit spūs meus sed aīa mea: quū pars supior animi nō fuit passa, sed pars inferior, quā ꝓprie significat aīa ab animādi officio, quo respicit corpus inferius se. Significāter quoq; describitur saciata: quia in chr̄o vnicuiq; viriū permissum est pati quod sui erat, sine consolatione aliqua redundante ex parte aī superiore in īferiorem: vt damascenus & theologi docēt. Et vitę meę. Altera cā est passio mortui. Et vitę meę ad foueā appulerūt. Nō solū in hac vita repletus sum malis, sed etiam vita mea terminata est ad foueam, & tumuli quo ad corpus & inferni quo ad aīam: quia vere mortuus sum & descendi ad inferos.

¶ Reputatus sum. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat̄ illa particula, vitę meæ foueā appulerūt. Secūdo illa, die vocaui in nocte &c̄. ibi oculus meus. Tertio illa, saciata ī malis aīa mea, ibi & ego ad te dn̄e. ¶ Reputatus sum. Inter poenas quas chr̄s mortuus sustinere ꝓ nobis voluit, explicat̄ prima, credulitas hoīum ꝙ ipse descēderit ad infernū sicut alii hoīes. Reputatus sum cū descendētibus putei, inferni: hoc est similis aliis descēdentibus in puteū inferni. fui sicut hō cui nō est fortitudo. Explanatio est dictę poenę: q̄a fui apud hoīes reputatus sicut hō cui nō est fortitudo superās infernū, sed succūbens poenis inferi sicut reliq̄ hoīes. In mortuis liber, quū tñ ego sim in mortuis, inter mortuos liber, in libertate mea est morari in īferno & nō morari: sicut in libertate mea fuit mori & nō mori, descēdere ad infernū & nō descēdere. ¶ Sicut interfecti. Alia poena est nulla spes hoīum de chr̄i resurrectione. Reputatus sum sicut īterfecti, nō a quocūq;, sed & ipsi a manu tua excisi sunt: hoc est tanq̄ iuste diuina manu abscisi de hac vita. i. sicut interfecti a iustitia pro criminibus suis. iacētes sepulchri ꝙ nō meministi ipoꝝ amplius: hoc est sicut sepulti ab antiquo quoꝝ nō est āplius recordatio. Vbi duas cās desꝑationis humanę de resurrectiōe chr̄i ꝑspice. Alterā ꝙ reputatus est abscisus a deo de hac vita: ac per hoc nō rediturus ad vitā. Alterā ꝙ reputatus est sicut sepulti ab antiquo, quorum nō est recordatio, quoꝝ resurrectionē nullus expectabat. ¶ Posuisti me. Tertia poena nō est ęstimatiōis sed facti. Vñ deū autorē eius significat. Et est poena loci: quia aīa eius fuit in inferno, loco vilissimo. Posuisti me in fouea inferioꝝ. Infernus fouea inferiorū dicit̄ respectu foueaꝝ quæ sunt sup terrā. In obscuritatibus, in profundis. Exaggerationes sunt describentes infernum ab obscuritate & situ remoto a nobis. ¶ Super me confirmata ira tua. Quarta poena est dilatio resurrectionis. Super me confirmata ira tua, differendo resurrectionē meā: & cūctis fractionibus tuis afflixisti. Vocat sepe ꝓpheta hic tribulatiōes fractiones, ab vndis maris fractis ab obstaculis, assimilādo mala sua illis vndis. Acsi aperte diceret ꝙ vniuersa mala a te patior. Prius enim dixerat reputatus sum &c̄. mō declarat a deo cūcta sibi mala prouenisse. Et vere sic est. ¶ Longe fecisti notos meos a me. Explicatio est in spē ꝙ discipuli eius ꝑdiderūt fidē. Et sic longe, elongatione infidelitatis, fecisti, subtrahendo donū fidei, notos meos, discipulos meos, a me. ¶ Et quod plus est, posuisti me abominationē eis. Quinta est hęc poena, qua habitus est vt abominabilis et vitis ꝓbis. vñ vt abominabile die sabbati, remotū est corpus eius a cruce. Et sic ēt discipulis fuit abominabilis in die sabbati. Carceratū & nō exibo: hoc est clausum in sepulchro sigillato cū custodibus vt nō possim exire. ne forte veniāt discipuli eius & furent̄ eum. Hmōi. n. conclusio & subsecuta est

ad abominationē cōmunem ne corpora manerēt sabbato in cruce,& annexā habuit abominationē in cā:qm̄ tanq̄ seductoris corpus custodiebatur vsq; in diem tertium.

Oculus meus. Tractaē hic illa particula,dn̄e deus salutis meę die clamaui &c̄.describēdo recursum suū ad deū.Tū quo ad modū.ex parte oculoꝝ.Oculus meus lāguit ab afflictione,suspensus in orone vocaui te dn̄e,actus orādi est.Ex pte tpis.in tota die.Et ex parte manuū.expandi ad te palmas meas.Et itēdit per hęc corporalia signa recursum aię christi ad deū ex oibus viribus suis.¶ Tū quo ad petitionē.Nunqd mortuis.Hæc est petitio resurrectionis.Vbi aduerte aduentū messię ordinatū a deo ad officiū p̄dicandi & p̄dicationē cōfirmandi miraculis.Quod ipse chr̄s p̄ seipm̄ executus est:& vtrunq; cōmisit discipulis.Vñ scriptū est.illi aūt p̄fecti p̄dicauerūt vbiq;,dn̄o cooperāte & sermonē cōfirmāte sequētibus signis.Fructus aūt est vt cognoscaē & laudeē deus.Hæc oia in hac petitione afferunē velut īpossibilia nisi ipse chr̄s resurgat.Nunqd mortuis facies separatū,hoc est multitudinē miraculorū,me nō resurgente sed inter mortuos morāte nunqd officiū meū faciēdi miracula adimplebis in mortuis quasi dicat nō.an mortui surgēt,me in inferno morāte,& cōfitebunē te,confessione laudis?quasi dicat nec ista vtilitas erit.¶ Nunqd narrabiē in sepulchro gr̄a tua,officium predicādi nunqd exercebiē inter mortuos?in sepulchro.i.in hoibus qui fuerunt sepulti:veritas tua in p̄ditione,in vano,seu in terra p̄ditionis,in īferno?Et describit vniuersam materiā p̄dicationis per gr̄am & veritatem:quia vniuersę vię dn̄i gratia & veritas.quasi dicat nec hoc erit.¶ Nunqd cognoscetur in obscuritate separatum tuum,& iustitia tua in terra oblita?Tāgit reliquum fructum velut impossibilem in īferno.Ex q̄bus oibus īfertur necessitas proprię resurrectionis,vt prędicetur viuentibus tam gratia q̄ veritas dei,& fiant mirabilia,& viuentes laudent deum cognitis mirabilibus & iustitia eius.

Et ego ad te dn̄e. Tractaē hic illa particula,saciata est in malis aīa mea,repetēdo recursum ad deum:qm̄ in principio psalmi proposita est oro pro vtraq; cā.Et ego ad te dn̄e clamaui,clamore cordis:& in mane,diluculo,oratio mea p̄ueniet te.¶ Quare dn̄e.Incipit afferre merita passionum suarum in hac vita ad petēdam resurrectionem. Hactenus.n.petiit illā ex officio p̄dicandi & fructu p̄dicationis,pręmissis malis quę mortuus sustinuit.Quare dn̄e relinques aīam meā,in īferno:abscondes facies tuas a me,differendo resurrectionem.Tanq̄ diceret.nulla est causa,sed adsunt merita resurgendi.¶ Et in primis pauper ego,fui.ad l̄ram in tota vita sua fuit pauper.Et obiens a puero:hoc est a pueritia semp̄ fui velut moriens,pręmultitudine passionum.portaui timorem tuum,plenus fui semp̄ timoris tui,conturbabor seu dubitabo:hoc est inde secutū est ꝙ fui turbatus pluribus modis,a iudęis &c̄. Vel (& in idem redit)inde secutū est ꝙ fui similis dubitāti ob varias iudęoꝝ persecutiones. Futurū cōturbabor respicit pręteritū portaui.¶ Super me transierūt iræ tuæ.Mala pœnæ appellat iras dei:quia iratoꝝ est punire.Et terrores tui,velut cōminantes mala pœnæ, cōtristauerūt me. Terrores dei appellat pręuisa mala quæ erat passurus.sustinuit.n.chr̄s nō solum cruciatum passionis,sed ēt ꝓpassionis, præcogitando futuram passionē.vnde & ipse dixit tristis est aīa mea.¶ Circundederunt me quasi aquę tota die penetrātes circumcirca:circūierunt super me pariter.nā simul passus est oīa genera passionū s̄m omnes partes:vt facile est ex euangelio colligere.¶ Longe fecisti a me amicū & sodalem,notos meos obscuritate.Sup̄ius dixit mortuus,longe fecisti notos meos a me elongatione fidei:modo de iis quę passus est in vita dicit ꝙ longe fecit notos suos a se.Et declarans quando,dicit obscuritate:hoc est tempore quo fui in statu ignominię.tēpore siquidē passionis nullus amicorum comparuit corā pilato aut herode aut pontificibus pro ipso.Hæc sunt merita ratione quorum petit resurgere:iuxta illud. factus obediēs vsq; ad mortem,propter quod & deus exaltauit illum.Et rursus.oportuit pati christum , & ita intrare in gloriam suam. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Intellectus ethan ezraitæ. LXXXVIII.

MIsericordias domini:in æternum cantabo.
In generatione & generatione:annūciabo ueritatē tuā in ore meo.
Quoniam dixisti in ęternum misericordia ędificabitur in cœlis : præparabitur ueritas tua in eis.
Disposui testamentum electis meis:iuraui dauid seruo meo,usq; in ęternum prępara bo semen tuum.
Et ędificabo in generatione & generatione:sedem tuam.
Confitebuntur cœli mirabilia tua dn̄e:etenim ueritatem tuā in ecclesia sanctorum.
Quoniam quis in nubibus ęquabitur domino:similis erit domino in filiis dei?
Deus qui glorificatur in consilio sanctorum : magnus & terribilis super omnes qui in circūitu eius sunt.

Domine deus uirtutū quis similis tibi?potens es domine & ueritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestati maris:motum autem fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliasti sicut uulneratū supbū:in brachio uirtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.
Tui sunt cœli & tua est terra : orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti.
Tabor & hermon in nomine tuo exultabunt:brachium tuum cum potentia.
Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua:iustitia & iudicium preparatio sedis tuæ.
Misericordia & ueritas precedent faciem tuā:beatus populus qui scit iubilationem.
Domine in lumine uultus tui ambulabunt:& in nomine tuo exultabunt tota die,& in iustitia tua exaltabuntur.
Quoniā gloria uirtutis eorū tu es:& in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
Quia domini est assumptio nostra:& sancti israel regis nostri.
Tunc locutus es in uisione sanctis tuis & dixisti.posui adiutorium in potente:& exaltaui electum de plebe mea.
Inueni dauid seruum meum:oleo sancto meo unxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei:& brachium meum confortabit eum.
Nihil proficiet inimicus in eo:& filius iniquitatis non apponet nocere ei.
Et concidā a facie ipsius inimicos eius:& odientes eum in fugam conuertam.
Et ueritas mea & misericordia mea cū ipso:& in noīe meo exaltabit cornu eius.
Et ponam in mari manum eius:& in fluminibus dexteram eius.
Ipse inuocabit me.pater meus es tu,deus meus & susceptor salutis meę.
Et ego primogenitum ponam illum:excelsum prę regibus terrę.
In ęternum seruabo illi misericordiam meam:& testamentum meum fidele ipsi.
Et ponam in seculum seculi semen eius:& thronum eius sicut dies cœli.
Si aūt dereliquerint filii eius legem meam:& in iudiciis meis non ambulauerint.
Si iustitias meas prophanauerint:& mandata mea non custodierint.
Visitabo in uirga iniquitates eorum:& in uerberibus peccata eorum.
Misericordiam autē meam non dispergam ab eo:neq; nocebo in ueritate mea.
Neq; prophanabo testamentum meū:& quę procedunt de labiis meis non faciā irrita.
Semel iuraui in sancto meo si dauid mentiar:semen eius in ęternum manebit.
Et thronus eius sicut sol in cōspectu meo & sicut luna pfecta in æternū:& testis in cœlo fidelis.
Tu uero repulisti & despexisti:distulisti christum tuum.
Auertisti testamentum serui tui:prophanasti in terra sanctuarium eius.
Destruxisti omnes sepes eius:posuisti firmamentum eius formidinem.
Diripuerunt eum oēs transeuntes uiam:factus est opprobrium uicinis suis.
Exaltasti dexteram deprimentium eū:letificasti omnes inimicos eius.
Auertisti adiutorium gladii eius:& non es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eum ab emundatione:& sedem eius in terra collisisti.
Minorasti dies temporis eius:perfudisti eum confusione.
Vsquequo domine auertes in finem:exardescet sicut ignis ira tua?
Memorare quę mea substantia:nunquid enim uane cōstituisti oēs filios hominum?
Quis est homo qui uiuet & non uidebit mortem:eruet aiam suam de manu inferi?
Vbi sunt misericordię tuę antiquę domine:sicut iurasti dauid in ueritate tua?
Memor esto dn̄e opprobrii seruoꝝ tuoꝝ:quod continui in sinu meo multaꝝ gentium.

Quod exprobrauerunt inimici tui dñe: quod exprobrauerũt cõmutationem christi tui.
Benedictus dominus in ęternum: fiat fiat.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Intelligẽtia ethan ezrachitę. LXXXIX.

1 Propheta. Gratias domini ęterno cantabo: generationi & generationi notifica-
bo ueritatem tuam in ore meo.
2 Quia dixi. mundus gratia ędificabitur, cœlos firmabis: ueritas tua in eis.
3 Deus: Ferii fœdus electo meo: iuraui dauid seruo meo.
4 Vsq; ęternũ stabiliã semẽ tuũ: & ædificabo generatiõi & gñationi thronũ tuũ. Selah.
5 Propheta. Et cõfitebũt cœli separatũ tuũ dñe: ẽt ueritatẽ tuã in ecclesia sanctorum.
6 Quoniã quis in cœlo ęstimabitur dño: assimilabitur dño in filiis deorum?
7 Deus roboratus in secreto sanctoꝝ multo: & timẽdus sup cũctis circũdantibus eum.
8 Dñe deus exercituum quis sicut tu? fortis dñe, & ueritas tua circũitibus tuis.
9 Tu dominans in superbia maris: & eleuante undas suas tu comprimes eas.
10 Tu cõtriuisti quasi uulneratũ superbiã: i brachio fortitudinis tuę dissipasti inimicos tuos.
11 Tibi cœli ẽt tibi terra: orbem & plenitudinem eius tu fundasti ipsa.
12 Aquilonẽ & dextrũ tu creasti ipsos: tabor & hermon in noĩe tuo laudabũt.
13 Vox mõtiũ Tibi brachiũ cũ fortitudĩe: roborabit man⁹ tua, & exaltabit dextera tua.
14 Iustitia & iudiciũ pręparatio throni tui: gratia & ueritas pręuenient facies tuas.
15 Propheta. Btitudines (erunt) populi scientiũ clangorẽ: dñe in luce faciei tuę ambulabũt.
16 In noĩe tuo exultabũt tota die: & in iustitia tua exaltabuntur.
17 Quia gloria fortitudinis eoꝝ tu: & in uoluntate tua eleuabis cornua nostra.
18 Quia dño scutum nostrum: & sancto israelis rex noster. (ascribitur)
19 Populus. Tũc locutus es in uisione gratioso tuo, & dixisti. Vox dei recitata posui ad-
iutorium super fortem, exaltaui electum de populo.
20 Inueni dauid seruum meũ: in oleo sanctitatis meę unxi eum.
21 Q; manus mea firma erit cum eo: etiam brachium meum roborabit eum.
22 Non eleuabitur inimicus in eo: & filius iniquitatis non affliget eum.
23 Et conteram a faciebus eius angustatores ipsius: & osores eius percutiam.
24 Et ueritas mea & gratia mea cum eo: & in noĩe meo exaltabitur cornu eius.
25 Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.
26 Ipse uocabit me. pater meus tu, deus meus & fortitudo salutis meæ.
27 Etiam ego primogenitum dabo eum: excelsum regibus terrę.
28 Eterno custodiam ei gratiam meam: & pactum meum fidele ei.
29 Et ponam ęterno semen eius: & thronum ipsius sicut dies cœlorum.
30 Si derelinquent filii eius doctrinam meã: & in iudiciis meis non ambulabunt.
31 Si statuta mea maculabunt: & pręcepta mea non custodient.
32 Et uisitabo in uirga rebellionem eorum: & in plagis iniquitatem eorum.
33 Et gratiam meam non frangam ab eo: & non mentiar in ueritate mea.
34 Non maculabo pactum meum: & exitum labiorum meoꝝ non mutabo.
35 Semel iuraui in sanctitate mea: si dauid mentiar?
36 Semen eius sempiterno erit: & thronus eius sicut sol coram me.
37 Sicut luna stabilietur semper: & testis in cœlo fidelis. Selah.
38 Populus Et tu reliquisti & abominatus es: indignatus es cum christo tuo.

39 Fecisti uacare pactum serui tui:maculasti terrę coronam eius.
40 Rupisti omnes macerias eius:posuisti munitiones eius ruinam.
41 Diripuerũt eum oẽs transeuntes uiam:fuit opprobrium uicinis suis.
42 Eleuasti dexterã angustatorum eius:lętificasti omnes inimicos illius.
43 Etiam reuerti facies aciem gladii eius:& non erexisti eum in prælio.
44 Cessare fecisti mundiciam eius:& thronum illius terrę detraxisti.
45 Abbreuiasti dies pueritiarum eius:amiciuisti super eum ignominia. Selah.
46 Vsq; quo dñe abscondéris,ęterno:ardebit quasi ignis indignatio tua:
47 Memento,ego quanti tẽporis:super quã uanitatem creasti oẽs filios adam.
48 Quis uir uiuet & non uidebit mortẽ:saluabit aĩam suam de manu foueę: Selah.
49 Vbi (sunt) gratię tuę priores domine† (quas) iurasti dauid in ueritate tua: † dñi mei
50 Recordare dñe† opprobrii seruoꝝ tuoꝝ: (quia) portaui in sinu meo omne multoꝝ populoꝝ. † dñi mei
51 Qꝫ exprobrauerunt inimici tui dñe:ꝙ exprobrauerunt uestigia christi tui.
52 Benedictus dominus ęterno:amen & amen.

Titulus est. Intelligẽtia ethan ezrachite. Ethan vnus fuit ex cãtoribus. 1. parali. 25. Ezrachita denominaẽ a loco. Cui ĩtellectus eoꝝ quę in pñti psalmo scribunẽ attribuiẽ. est. n. ethan in hebręo datiui casus. Ita ꝙ psalmus iste vocaẽ intelligentia tũ ꝑpter doctrinã, tũ ꝑpter intelligẽtiã futuroꝝ.

¶ Materia psalmi est diuina laus perpetua ob gratiam & veritatem dei manifestatas tum ex cõibus, tum ex speciali promissione facta dauidi de perpetuitate regni eius.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta cantat gr̃as ac veritatem dei. Et a supremis inchoans, deũ supra oẽs spũales substantias, creatorem ac dominum coeloꝝ & terrę, mirabilem ac laudabilem in mari rubro, in hermon, in tabor, & beato in hierusalem populo pertrãsiens declarat: ad diuinamq; promissionem de perpetuo dauidis regno deuenit. Et vbi velut violatam plorandam prędixit a populo, supplicãtem tunc desolatum populum pro acceleratione aduentus mesiæ describit.

¶ Personę loquentes sunt propheta, deus, montes, & populus.

tes versus hoiem, die/hoc est manifeste, timendas se reddũt: qa nõ dãt tps fugiẽdi. Et ĩtẽdit ppheta per: hæc excludere a mesia pdicante timorẽ cuiuscunq; mali tẽporalis. Et bñ nota q̄ nõ excludit a chfo donũ timoris: de quo scriptũ est esa. xi. & replebit eũ spũs timoris dñi. Nec ppassio timoris: quũ scriptum sit mat. 14. coepit pauere. Sed passio timoris. hęc. n. in chfo nõ fuit: sicut nec cuiuscũq; alterius passionis aĩalis defectus. ℣ At si nõ sufficit tibi exclusio oĩs timoris maloꝝ tpalium/sed singula q̄ris, pcipe timorẽ noctis exclusum nocte qua pditus & captus est/ quũ dixit quẽ q̄ritis &c̃. Sagittã volãtem in die/ agnosce furiosum clamorẽ tolle tolle crucifige eũ, cũ pcipiti expeditione pilati. Pestis vero ambulãs in obscuro/ machinario mortis in cõcilio põtificũ executioni mãdata sub ptextu lęsę maiestatis fuit. Incisio demũ meridiana/in crucifixione manifesta est, qñ clauis hora sexta fixus est. Et nihil hoꝝ timuit, sed pro veritate libens sustinuit. ℭ Cadet a latere tuo mille. Secũdus effectus veritatis describit. Et psequẽdo parabolã/describit q̄ quũ apparebit cũ clypeo veritatis, cedent oẽs ad latera/tanq̄ expeditã dãtes viã: & q̄ a sinistris mille cadẽt/a dextris vero decẽ milia, ita q̄ nullus ei nocebit: & q̄ hos casus non efficiet gladius/lanceis, sed tñ videbit ppriis oculis p iusta retributione impiorum. Hæc est parabola: qm̃ nullis armis offensiuis descriptus est armatus/ sed defensiuis tñ: puta scuto & clypeo. Nec dicit pcuties eos, sed q̄ ipsi cadent. Et expresse excluditur oĩs offensio/dicendo tñ in oculis tuis videbis. hoc enim perinde est acsi dixisset/tu nõ facies cadere sed videbis cadentes. Et intendit per hanc metaphorã explicare infoelicẽ casum iudęoꝝ in aduẽtu mesię: q̄ veniẽte chfo nõ cũ armis offensiuis/sed cũ pdicatione veritatis, cadent a latere eius mille/cadẽt in infidelitatis crimẽ iudęi stãtes ad latus eius (hoc est conuersantes cũ eo) mille/in magno numero. sed a dextris tuis/hoc est post resurrectionẽ tuã (status. n. imortalis appellat dextera chfi) cadẽt decẽ milia/iudęoꝝ: qa multo maior numerus iudęoꝝ cecidit in crimẽ ĩfidelitatis post resurrectionẽ chfi q̄ añ. nã p totũ mũdũ iudęi dispsi/& nõ solũ illi qui erãt in iudęa, ĩciderũt in crimẽ pfidię. Et ipsi qdẽ ceciderũt, chfs aũt nõ fuit cã casus eoꝝ nisi veritatẽ manifestãdo: iuxta verbũ eius. si nõ venissem & locutus eis nõ fuissem/ pctm̃ nõ hẽrẽt. & rursus. si opa nõ fecissem q̄ nemo alius fecit/ pctm̃ nõ hẽrent. s. ĩfidelitatis. Tm̃ in oculis tuis videbis/nõ eris cã casus eoꝝ/sed clara visione intueberis casum: & retributionẽ impioꝝ cernes. Nota hic iusto dei iudicio casum iudęorũ permissum/dicendo retributionem. significat enim per hoc q̄ meruerunt cadere in perfidiam.

Qm̃ tu dñe. Tractat hic illa particula/habitãs in abscõdito excelsi. ppheta enim prosequẽs sermonẽ ad mesiã/assumit hmõi celsitudinẽ p rõne. Qm̃ tu dñe/mesia, spes mea/spes oĩum pphetarũ: excelsum posuisti habitaculũ tuũ/vtpote simul existẽs in terra & ĩ coelo. Ideo nõ accidet/nõ eueniet casu aut fortuito, ad te malũ/qd̃cunq;: & plaga nõ appropinquabit in tabernaculo tuo/in corpe tuo. Nemo (inqt ipse) tollit aĩam meã a me, sed ego pono eã. qcqd. n. passus est chfs, ex pposito/ex electione & nõ inuitus neq; casu passus est. ℭ Prosequẽdo parabolã belli, postq̄ descriptus est mesias veritate velut armis defensiuis munitus/describit ex securitate sui habitaculi/& demum ex ministris custodiẽtibus ipsum. Quoniã angelis suis. Rõnẽ reddit executę custodię/mandatum dei ad angelos. Sicut enim chfs vsus est ministerio hoium ad ea quę sunt cibi & potus/nauigationis & hmõi, ita vsus est ministerio angeloꝝ ad obuiandũ occurrẽtibus quæ ipse nolebat sibi occurrere. Et hoc hic significat. Qm̃ angelis suis mandabit/deus, tibi/pro de te: ad custodiendũ te in oĩbus viis tuis. ℣ Super palmis portabũt te. Metaphoricus est sermo/significãs pfectã executionem custodię: sicut perfecte custodiret qui portaret manibus angeloꝝ. Nequãdo offẽdes in lapidẽ pedẽ tuũ/ne minimus quidẽ casualis seu fortuitus casus eueniat. ℣ Sup leonẽ & aspidem calcabis, cõculcabis leunculũ & draconẽ. Respectu hoium descriptus est mesias defensus: modo respectu dęmonũ describitur non solum illæsus, sed victor/sed calcator. nunc inquit iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Describitur autem vniuersitas dęmonum sub metaphora animalium rapacium (leonis & catuli leonum) & venenosorum/aspidis & draconis: quoniam eorum tam maiorũ q̄ minorum officia ad rapiendum quem deuorẽt & ad venenãdum aĩas tendunt. Differentias autem morales prudenti lectori relinquo.

Qm̃ in me. Tractat hic illa particula/pnoctabit. Postq̄ enim descriptus est mesias vndiq; custoditus (tũ ab hoĩbus/tũ a malis & casualibus/tũ ẽt a nociuis aĩantibus) itroducit ppheta deũ declarantẽ passionẽ/meritũ ac pmiũ mesiæ. ℣ Vbi nota rõnem cõtextus. oportuit enim declarare pnoctationem mesiæ in principio ppositã: & multo magis oportuit post expssam custodiam mesiæ ab oĩ malo/obuiare falsę intelligentię quã cõcipere posses ex pdicta custodia. s. q̄ inde intelligeres mesiam nõ fuisse tribulationibus subiectũ/nõ fuisse vere mortuũ. Vt igit hũc erroneũ intellectũ pphera excludat/oportuit subiungere q̄ passus & tribulatus fuit: & quare. s. vt mereret: & quid ei pro pmio datum est. ℭ Loquens ergo deus ait. Quoniã in me desiderauit/desideriũ suũ mesias posuit nõ in mundo sed in me deo, & liberaui eũ resuscitando ipsum. Nota in desiderio meritum: in liberatione vincula mortis a qbus liberatus est. Exaltabo eũ. ecce pręmiũ. Propter quod (inquit apostolus) deus exaltauit eum, & dedit illi nomẽ &c̃. Rursus. qm̃ cognouit nomen meũ/imo nullũ aliud nomen cognouit. ego (inquit mesias) gloriam meam non quæro, sed glorifico patrem meum. Vocabit me. Nota tres actus meritorios: desiderii/glorificationis & vocationis: hoc est recursus ad deum. Et respondebo ipsi/multipliciter. Primo

assistendo.cum ipso/messia,ego/deus,in an gustia/passionis eius.Secundo liberando.eruam eum. Tertio glorificando.& honorabo eu.Quarto imortalitate corporis donando.longitudine dierũ faciabo. Et demum totaliter beando.& faciam videre ipsum/messiam,in salute mea/hoc est in omni mea salute effecta ipsius:hoc est faciã ꝙ videbit omnem meam salutem in seipso.Amen.

¶VVLGATA EDITIO ¶Psalmus cantici in die sabbati. XCI.

Bonum est confiteri domino:& psallere nomini tuo altissime.
Ad annunciandum mane misericordiam tuam:& ueritatem tuã p noctẽ.
In decachordo psalterio:cum cantico in cithara.
Quia delectasti me domine in factura tua:& in operibus manuum tuarum exultabo.
Quã magnificata sunt opera tua dñe:nimis profundę factę sunt cogitationes tuę.
Vir insipiens non cognoscet:& stultus non intelliget hęc.
Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnũ:& apparuerit oẽs qui operanť iniquitatẽ.
Vt intereant in seculum seculi:tu autem altissimus in ęternum domine.
Quoniam ecce inimici tui domine/quoniam ecce inimici tui peribunt:& dispergẽtur omnes qui operantur iniquitatem.
Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum:& senectus mea in misericordia uberi.
Et despexit oculus meꝰ inimicos meos:& ab isurgẽtibus i me malignãtibꝰ audiet auris mea.
Iustus ut palma florebit:sicut cedrus libani multiplicabitur.
Plantati in domo domini:in atriis domus dei nostri florebunt.
Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi:& bene patientes erunt ut annuncient.
Quoniam rectus dominus deus noster:& non est iniquitas in eo.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Psalmus cantici diei sabbati. XCII.

1 Bonum ad confitendũ dño:& ad cantandũ nomini tuo excelse.
2 Propheta. Ad annunciandũ in mane gratiam tuã:& ueritatem tuam in noctibus.
3 Super denario & super uiola:super meditatione in cithara.
4 Quoniam lętificasti me dñe in opibus tuis:in opibus manuum tuarum cantabo.
5 Quã magnificata sunt opa tua dñe:ualde profundę factę sunt cogitationes tuę.
6 Vir bestialis non cognoscet:& stultus non intelliget hoc.
7 In florẽdo ipii sicut herba:& germiabũt oẽs opantes iniqtatis/ad destructos eẽ seusq̃ semper.
8 Et tu excelsus ęterno domine.
9 Quoniam ecce inimici tui domine quoniam ecce inimici tui peribũt:& separabunť omnes operantes iniquitatis.
10 Et exaltasti instar unicornis cornu meum:mixtura mea in oleo recenti.
11 Et respexit oculus meus in inspectoribus meis: in insurgentibus super me malignantibus audient aures meę.
12 Canticum. Iustus ut palma florebit:ut cedrus in libano crescet.
13 Plantati in domo domini:in atriis dei nostri florebunt.
14 Adhuc fructificabũt in senectute:pingues & uiuidi erũt.
15 Ad annunciandum quia rectus dominus:rupes mea/& non iniquitas in eo.

Titulus est.Psalmus cãtici diei sabbati.Dies sabbati oẽm festiuũ diẽ apud hebraeos cõprehẽdit. & in hoc titulo significat materiã diei festiui.Ita ꝙ materia psalmi significať eadẽ eẽ materia diei festiui.expẽdebať siqdẽ dies festus in duobus opibus.s.diuinę laudis/& annũciatiõis diuinoꝝ pplo. Et psalmus iste(vt ipsemet prae se fert)laudat vtrunq̃ opus super gratia & veritate dei erga iustos & peccatores/ostensis in dauide & persecutoribus eius.In principio siquidem psalmi manifeste laudať laudate deum & annunciare populo super gratia & veritate dei.in versiculis autem.7.8.&.9.poena ipioꝝ

patet:in.12.autem & sequentibus gratia iustoꝝ. Ostēsio aūt erga dauidem & inimicos eius explicatur in versiculis.x.&.xi.& vltimo: vt patet intuenti. Hæc est itaq; materia psalmi ad literam.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid vtrunq; sabbati opus (scilicet laudare deū/& annūciare populo grām & veritatem dei erga iustos & iniustos) cōmendat. Et veritatē qdē in oībus iniustis: ac spāliter in persecutoribus suis. grām vero in seipso/in oībus iustis/ac spāliter in ministris diuini cultus manifestat.

¶ Persona loquens propheta est.

Bonū ad cōfitēdū dño. Diuidit psalmus ī ptes duas: ppositiuā materię,& executiuā/ibi qm̄ letificasti. ¶ Proponit qdē vnā ofonē, sed multas hn̄tē ptes. nā ponit bonū eē laudare & annūciare, adiūgēdo modos laudādi & materiā laudis ac annūciationis. ℣ Vide singula. Bonū/honestum qa actus religiōis/vtile aię & delectabile spūi, supple opus ē (& hoc dicit ad rephēdēdū eos q supstitionē eē docēt diuinā laudē & cātū) ad cōfitēdū dño/cōfessione laudis: & ad cātādū (explicat laudādi modū. s.cātādo) noī tuo/vt noīeris/vt glorificeris, excelse/deus. ℣ Ad annūciādū. ecce secūdū opus/annunciare populo. In mane in noctibus: ecce circūstātię tpis. in mane/ī pricipio diei tpe valde cōgruo ad vtrūq;. in noctibus/tpe cōgruo ad laudādū deū.& spāliter subiūgēdo modo. s.sup meditatiōe. nox.n. apta ē cōtēplatiōi. Grām tuā. ecce materia vtriusq;: qa vniuersę vię dñi gr̄a & veritas. Sup denario.i. decachordo & sup viola, sup meditatione in cithara. Tria instr̄a apponunt opi diuinę laudis: vt p hęc ītelligas vniuersa instr̄a musica. Meditatio aūt īter modos laudādi admiscet: vt ītelligas exterius laudādi opus ab īterna meditatiōe pgredi & ad illā tēdere. ad hoc.n. laudat deus cātibus & instr̄is musicis, vt tū laudātiū tū audiētiū meditatio excitetur erga diuina. Hic est enim fructus intentus.

¶ Qm̄ letificasti. Incipit hic ps executiua tali ordīe. Prīo tractat illa pticula/bonū ad cōfitēdū &c̄. Secūdo illa/sup meditatiōe/ibi q̄ magnificata. Tertio illa/veritatē tuā/ibi vir bestialis. Quarto illa/grām tuā/ibi & exaltasti. Quīto illa/ad annūciādū/ibi plātati ī domo dñi. ¶ Reddit rōnē q̄re bonū ē laudare & canere laudes diuinas ex naturali origine. Quia letificasti me dñe in opibus tuis, iō in opibus manuū tuaꝝ cātabo. Dictio hebraica īterp̄tata cātabo/sigñat cātū mixtū laudi & ecōuerso. Naturalis origo cātādi & laudādi letitia ē: & talis letitia talis cātus ac laudis. Vñ ppheta nō dixit letificasti me ī tali & tali re, sed in opibus tuis: hoc ē q̄tenus sunt opa tua. vt rōnē letitię ītelligas nō rē opatā, sed deum opantē. Et pportionaliter ideo laudabo seu cātabo ī opibus tuis q̄tenus tuis.i. rōne tui. Et vere hęc debet eē tota rō diuini cultus: cātādo/sonādo &c̄. Et ītēdit ad lr̄am dauid in seipō exprimere reliquos. qa letificatus fuit a deo in multis opibus dei (tū salutiferis/tū contēplatis) ideo assurrent ad laudandū & cantandum deo. Quia ergo diuina est origo laudis diuinę, merito bonum est laudare & cantare.

Q̄ magnificata. Tractat hic illa particula/sup meditatiōe: subiūgēdo res meditatas cātādo & laudando. Et sunt duo. Primū. q̄ magnificata sunt opa tua dñe! Admirātis ē & pfitētis excellētē magnificationē operū diuinoꝝ: vt p hoc ītelligas mētē hoīs cōtēplātis diuina opa/quāto magis cōsiderat magnitudinē tāto magis admirari: qm̄ semp crescit materia admirādi. nā opa dei quāto magis cōtēplant tanto inueniunt maiora. ℣ Alterū est. valde pfundę factę sunt. Dictio hebraica si latina lingua pmitteret/sonat valde pfundatę sunt cogitationes tuę. Et intēdit q diuinæ cogitatiōes sunt valde lōgę & īscrutabiles quēadmodū ea quæ sunt in valde profundo loco. Et hoc quoq; admirātis mentis est & pfitentis suam ignorantiā: immo summā elongationē diuinatū cogitationū non solum a nobis sed ab oī creatura. nullus enim nouit quæ disponit deus circa agenda & rationes agendorum.

Vir bestialis. Tractat hic illa pticula/veritatē tuā: describēdo cursum īpioꝝ dispositū a deo/īcognitū ab hoībus sensualibus. Et īchoat ab hac ignorātia. Vir bestialis/more bestiaꝝ p̄ntia tm̄ cognoscens & sectās nihil ppēdēs futurę vitę, nō cognoscet: & stultus/nō sapiēs q̄ dei sūt, nō ītelliget hoc/qd̄ dictū ē in cōi de pūidētia dei/& explicabit in spē circa dispōnē īpioꝝ & iustoꝝ. s. In florēdo impii sicut herba/hoc est īpii sūt in florēdo sic herba. florere/psperari īpioꝝ nō ē stabile, sed sic herba/cuius flos parū durat: & germinabūt oēs opantes iniq̄tatis/more foeni, ad destructos eē se vsq; semp. Ita q pspitas īpioꝝ cōparat herbę nō solū quātū ad īstabilitatē, sed deterioris cōditionis q̄ herba describit: in hoc q īpii germināt ad ęternā sui destructionē. herba aūt etsi crescit ad hoc vt secet, repullulat tm̄. Et est sermo de destructiōe īpioꝝ ęterna: q̄ erit in īferno. ℣ Et tu excelsus ęterno dñe. Vt ītelligas diuina dispōne ordinari qd̄ dictū ē de iniq̄s, affert ppha duas dñi cōditiones. eternitatē, vt nō mireris poenas īpioꝝ dilatas in aliā vitā: apud ęternū qppe dñm p nihilo hr̄ hmōi dilatio. Celsitudinē vero vt reuerendo pspicias rōnē q̄re deus psperitatē dat īpiis in hac vita: ex celsitudine siqdē diuinę pūidētiæ hoc puenit. ℣ Et vt absq; oī hęsitatiōe a deo dispositā & apud ipm̄ nō dilatā poenā īpioꝝ ītelligas/subdit. Qm̄ ecce inimici tui dñe. ecce demōstrātis est ęternū īteritū īpioꝝ. Quātūs.n. appareat q differat, fm̄ tm̄ rei veritatē ppe ē. Et ppea dicit ecce inimici tui: vt ītelligas rōne inimicitię ad deū puniēdos ab īpō deo. Qm̄ ecce inimici tui pibūt. repetitio exaggerātis ē. Et sepabūt oēs opantes iniq̄tatis. ℣ Aduerte hic duo. Alteꝝ eosdē eē inimicos dei & opatores iniq̄tatis. Alteꝝ q duplex poena dānatoꝝ significat. s. pibūt & sepabūt. Sepabunt qdē a te poena dāni: pibūt aūt poena sensus. Hæc de veritate diuina erga iniquos.

Et exaltasti. Tractaẽ hic illa particula, gratiam tuã. Primo respectu dauidis: & deinde respectu oium iustorum. Et exaltasti istar vnicornis, habentis cornu eleuatum, cornu meum, potentiam meam, eleuando me ad regnum, vsq; ad euphratẽ subactis vniuersis hostibus: & mixtura mea, vnguentum vnctionis meæ, in oleo recenti: hoc est vnguẽtũ vnctionis meæ non aruit vetustate, sed ex oleo recenti semp fuit. ¶ Et respexit oculus meus in inspectoribus meis: in isurgẽtibus sup me malignãtibus audient aures meę. ¶ Perspice hic dauidẽ gratiam dei in quattuor suis ptibus recognoscere. Primo in frõte. & exaltasti sicut vnicornis cornu meũ. Secũdo in capite. & mixtura mea in oleo recẽti. Tertio in oculis, vidẽdo pstratos inimicos. cõsueuit. n. ppheta hic victoriã significare pfectã per visionẽ in inimicis, q̃ ẽ effectus victorię: vt alias dictũ ẽ. Quarto ĩ auribus: audiẽdo sequẽs cãticũ laudatiuũ iustorũ. Quę ĩ libris regũ leguntur adĩpleta: dũ plures vidit psecutores suos & supauit, & silr audiuit isurgẽtes & supauit. Et narrauit hęc duo gña hostiũ. s. visorũ & auditorũ: vt p visos itelligas oẽs q ppe, p auditos oẽs q a lõge fuerũt cõtra ipm, & q oẽs supauit. Vbi hẽs dei gratiam manifestatã in dauide, & veritatẽ in inimicis dauidis.

Iustus. Sicut tractauit de veritate non solũ erga inimicos dauidis, sed erga oẽs iniquos, ita tractat de dei gratia nõ solũ erga dauidẽ sed erga oẽs iustos. ¶ Et inducit canticũ in laudẽ iustorum, ex diuina gratia florentiũ. Iustus vt palma florebit. De iniqs dixit, impii in florendo sicut herba: de iustis autem, iustus florebit vt palma. Quanta distantia est inter herbam & palmam, tantam intellige distãtiam inter florem impiorũ & florem iustorũ. illa hodie est & modico ęstu arescit: palma eniterna quodãmodo est. Vt cedrus in libano crescet. excellẽtia augmẽti iustorũ significatur ex similitudine cedrorũ in libano.

Plãtati in domo dñi. Cõtinuatur canticũ: simul tractãdo illã particulã, ad annunciãdũ. Et quia officiũ annũciãdi cõuenit ministris diuini cultus, ideo gratiam dei erga ipsos describit ad annunciãdũ. Plãtati ministri dei ad similitudinẽ arborũ plãtati in domo dñi, in tẽplo dei (qui ex tẽplo dei aluntur sicut arbores aluntur ex agro in quo plãtatę sunt) in atriis dei nři, ad quę cõuenit populus, florebũt, doctrina. Adhuc fructificabũt in senectute, supra naturã arborũ & hoiũ: qm̃ vtrorũq; est in senectute minui & deficere, isti vero fructificabũt in senectute. pigues & uiuidi erũt ad annũciandũ. Dona diuinę gratiæ cõcessa euãgelizãtibus recẽsentur ex silitudine corporaliũ: q erũt sicut hoies pigues & corpus bonę dispõnis habẽtes, ita q ẽt ĩ senectute generãt. Dotes aĩ p hæc corporalia itellige. Quia rectus dñs. Ecce res annũciata. quia rectus dñs, oĩbus. Petra mea. ecce gratia qua me firmauit in regno ppetuo vsq; ad mesiã iclusiue. Et nõ iniqtas in eo, est. ecce veritas. ¶ Et numerauit hæc dauid vt itelligas ministros tẽpli semp annũciaturos: primo puidẽtiã dei erga oẽs rectã, sine vlla iniquitate, sine vlla acceptione personarũ & ẽ deinde spãlem dispõnẽ dei de regno domus dauidis vsq; ad mesiã. Et pptera dixit q annũciabunt deũ petrã meã. Et hoc ẽt absq; vlla iniqtate effecit deus, trãsferẽs regnũ de domo saulis in domũ meã. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus. XCII.

DOminus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem & pręcinxit se.
Etenim firmauit orbem terrę: qui non commouebitur.
Parata sedes tua ex tunc: a seculo tu es.
Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina uocem suam.
Eleuauerunt flumina fluctus suos: a uocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.

¶ IVXTA HEBRÆVM. XCIII

1 Propheta. DOminus regnauit, superbia indutus est: indutus est dominus fortitudine & cinctus est. etiam firmabis orbem (qui) non labetur.
2 Firmatum (est) solium tuum ex tunc: ab ęterno tu.
3 Eleuauerũt flumina dñe eleuauerũt flumina uocẽ suã: eleuabũt flumina fractionẽ suã.
4 A uocibus aquarum multarũ fortes fractiones maris: fortis (est) in celsitudine dñs.
5 Testimonia tua uerificata sunt ualde: domui tuę pulchruit sctitas dñe lõgitudini dierũ.

TItulus nullus est. Materia psalmi vt ex ipo colligitur, ẽ initiũ regni mesię. Tũ ex eo q vbi dñs regnauit, cõflictus mũdi cõtra ipm sub spẽ fluminũ & mariũ manifeste describitur. qđ post resurrectionẽ

christi impletũ esse constat. Tum ex eo ꝙ testimonia eius valde verificata introducunt᷑:& simul subiũ/
gitur sanctitas pro pulchritudine domus dei in æternum. Hæc enim adimpleta quo ad testimonia tẽ
pore martyrũ videmus:& quotidie docemus & ꝑdicamus pulchritudinẽ ecclesię cõsistere in sanctita/
te. ¶ Est igitur ad literam materia psalmi regnũ christi in sui initio:hoc est a tẽpore resurrectionis ei⁹.

❡SVMMARIVM EST.

❡Propheta cõtemplatur mesiam incipientẽ regnare:describẽs eum tum a conditionibus ꝑsonę/tũ a
firmitate regni/tum a pugna cõtra mundum testimoniis veris & domo sancta.

❡Persona loquens propheta est.

DOminus regnauit. Diuidit᷑ psalmus in ꝑtes duas:ꝓpositiuã materię,& executiuã/ibi ẽt firma/
bis. ❡Proponit quattuor. Primũ. Dñs/mesias,regnauit:hoc ẽ vbi mesias dñs nõ hoꝝ aut illoꝝ
sed vniuersoꝝ regnauit/regnũ suscępit, suꝑbia idutus est/q prius idutus fuerat humilitate passionis &
cæteraꝝ miseriaꝝ humanaꝝ. Et est sermo de suꝑbia/hoc est excellẽtia superãre oĩa. Hãc siqdẽ iduit chr̃s
vbi regnauit resurgẽdo a mortuis. Tũc.n.ĩchoasse chr̃i regnũ nõ solũ patet matth.vlti.data ẽ mihi oĩs
ꝑtãs in cœlo & ĩ terra:sed ẽt matth.16.sunt qdã de hic stãtibus q nõ videbũt mortẽ donec videãt filiũ
hoĩs veniẽtẽ in regno suo. Quod ipletũ nõ fuisset si chr̃s post resurrectionẽ suam nõ ĩcœpisset regnare.
Indutus est dñs fortitudine/imortalitatis corporalis. Et quatto cictus ẽ. Per quod denotat᷑ ꝙ nõ genit
sed parauit se ad operãdũ/ad pugnãdũ. cingulo siqdẽ dispositio ad futuras oꝑationes significat᷑. Et ad
lr̃am chr̃s in resurrectiõe sua ĩcipiẽs regnare, exaltatus ẽ suꝑ oẽ nomẽ/& stolam ĩmortalitatis accępit:
oꝑaturus q̃ sunt fidei in ecclesia sua/& pugnaturus cõtra mundum insurgentem contra ipsum.

❡Etiã firmabis. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primũ tractat᷑ illa ꝑticula/dñs regnauit. Secũ
do reliq̃ tres particulę simul/ibi eleuauerũt. ❡Tractat aũt initiũ regni mesię a tribus. Et ĩcipiendo ab
vltimo dicit. ẽt firmabis orbẽ. Alloquit᷑ ipm mesiã ꝙ prima oꝑatio eius erit firmare orbẽ. Et ẽ sermo de
mũdo futuro:de quo apl's ad hebr.2.nõ.n.angelis subiecit deus orbẽ futurum. Et ꝓpterea declarãdo de
quo orbe loq̃t᷑, subdit᷑. nõ labet᷑.i.q nõ labet᷑:ad dr̃iam mũdi huius, q labet᷑ a suo statu/a dispõne motus
& generatiõis & corruptiõis &c̃. Et dedit hãc oꝑationẽ primã mesię: vt itelligeremus ꝙ ipe firmabit si/
bi regnũ suũ:mũdus.n.futurus ẽ regnũ mesię. Et apte describit regẽ ꝙ vbi regnauit, oꝑam dedit ad fir/
mãdũ regnũ/nõ multaꝝ ꝓuiciaꝝ sed mũdi futuri. Et hoc describit᷑ futuꝝ quãtũ ad cõsummationẽ, sed
statim ꝙ regnauit ĩchoatũ. Firmitas.n.futuri mũdi ẽ resurrectio chr̃i iuxta verbũ apl'i. si chr̃s resurrexit
& nos resurgemus. ❡Firmatũ soliũ tuũ ex tũc. Ne putares dubio alicui aut vacillatiõi cuicunq subiĩ/
ci regnũ chr̃i, explicat ꝓpheta ꝙ soliũ regnũ firmatũ ẽ ex tũc/quo regnat᷑ cœpit:accępit.n.ex tũc firmi/
tatẽ æternitatis. ¶ Et ne hoc mireris subdit rõnẽ. Ab æterno tu. Duo ꝑ hoc declarat. Alteꝝ ꝙ ipe est ve
re ille q ab hebrẹis vocat᷑ dñs. qa ab æterno tu:vt hic itelligas mesiã ẽẽ veꝝ deũ. Alteꝝ ꝙ nõ est mirãdũ
ꝙ ipe firmabit orbẽ ĩmobilẽ/& ꝙ soliũ eius firmatum est:qa ab æterno tu/hoc est qa tu es deus.

Eleuauerũt. Tractãt hic illę particulę/suꝑbia idutus ẽ &c̃. ab effectu pugnę & victorię cõtra mũdũ.
Vñ ĩchoat ab ĩsurgẽte mũdo cõtra chr̃m. ¶ Vbi aduerte ꝙ ĩducit mũdũ sub figura fluminũ & maris.
Et tã de fluminibus q̃ de mari ĩducit ꝙ dupliciter ĩsurrexerũt contra chr̃m:vocibus.s.& fluctibus. Et ꝑ
voces itelligẽ nõ solũ verba sed doctrinas/sed ꝓcępta & decreta cõtra fidẽ chr̃i:ꝑ fluctus aũt (q fractio
in lr̃a dñr/a fractiõe vndaꝝ ad obstacula) ꝑsecutionũ facta. Et ĩtẽdit ꝑ flumina spãles pricipes seu ma/
gistratus:ꝑ mare aũt gñalẽ pricipẽ seu magistratũ. Nã ad lr̃am primũ flumẽ fuit magistratus iudęoꝝ:
& deĩde plures alii pricipatus spãles. Pręter hos ãt fuit mare romani iperii, ĩmaniter ꝑsequẽs fidẽ chr̃i.
¶ Et aduerte vt bñ ꝓũctes:& iũgas illa verba a vocibus aquaꝝ multaꝝ cũ sequẽtibus.s.fortes fractiões
maris. Sic.n.maris describunt᷑ fractiões fluctuũ fortes simul cũ vocibus aquaꝝ multaꝝ/multoꝝ popu
loꝝ. ❡Fortis in celsitudine dñs. Insurgẽtibus fluminibus & mari apparuit dñs fortis in celsitudine.
Recole qđ dixerat idutus est suꝑbia & idutus ẽ fortitudine:& ꝑspice vtrũq;, dũ dr̃ fortis in celsitudine.
Et vere in hac pugna cõprobatus est chr̃s dñs fortis/ĩmortalis, in celsitudine/suꝑ oĩa. ¶ Modus ãt quo
apparuit fortis in celsitudine/subiũgit᷑. Testimõia tua verificata sũt valde. Hęc fuerũt & sũt arma chr̃i
in cœlo regnãtis testimõia verificata. Testimõia qppe chr̃i in verbis sũt euãgelica documẽta, in factis
sũt miracula:iuxta illud mat. vlti. illi aũt ꝓfecti ꝑdicauerũt vbiq;, dñó coopante & sermonẽ cõfirman/
te sequẽtibus signis. Et ꝑter hęc ĩ vita discipuloꝝ sũt oꝑa charitatis. in hoc cognoscẽt hoĩes ꝙ discipu
li mei eritis si dilectionẽ seruaueritis. In ꝑsecutiõibus assistẽtia:dãs & ĩternũ robur/& os & sapiam cui
nõ poterũt resistere oẽs aduersarii. Hæc.n.oĩa chr̃i testimõia verificata sunt valde:qbus cõprobatus est
dñs fortis ĩ celsitudine. ¶ Quoꝝ effectus est. Domum tuę pulchruit sc̃titas dñe lõgitudini dieꝝ. Domũ
dei ẽẽ ecclesiã (hoc est cõgregationẽ oium fideliũ) testat᷑ apl'us. 1. ad timo. 3. ĩ domo dei q̃ est ecclesia dei
viui. Vnde est sensus ꝙ sc̃titas fuit/est & erit pulchritudo chr̃ianoꝝ. Et itendit ꝓpheta apire ꝙ hæc pu/
gna chr̃i aduersus mũdũ nõ tẽdit ad hñdã ecclesiã cuius pulchritudo cõsistat ĩ diuitiis/honoribus/glo
ria/ꝑncipatu/& aliis hmõi tꝑalibus bonis:sed cuius pulchritudo sit sc̃titas. Et vtit᷑ ꝑterito pulchruit/&
longitudine dierum:vt intelligas omni tempore sanctitatẽ esse pulchritudinẽ ecclesiæ. Aduerte hic ꝙ
dictio hebraica interpretata pulchruit/sonat vnũ verbũ quod lingua latina non habet:qđ vulgariter

diceret starli bello. Intendit.n. ppheta ꝙ sanctitas cōgruit ecclesię chri nō solum quasi substantia sed et vt pulchritudo eius: vt delectaremur in sanctitate sicut delectamur pulchritudine. Amen.

ℭVVLGATA EDITIO. .XCIII.

DEus ultionum dominus: deus ultionum libere egit.
Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis.
Vsquequo peccarores dn̄e: usquequo peccarores gloriabuntur?
Effabuntur & loquent̄ iniquitatē: loquentur oēs qui opantur iniustitiā?
Populum tuum dn̄e humiliauerunt: & hęreditatem tuam uexauerunt.
Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.
Et dixerunt. non uidebit dominus: nec intelliget deus iacob.
Intelligite insipienres in populo: & stulti aliquando sapite.
Qui plantauit aurem non audiet: et qui finxit oculum non considerat?
Qui corripit genres non arguet: qui docet hominem scientiam?
Dominus scit cogitationes hominum: quoniam uanę sunt.
Beatus homo quem tu erudieris domine: & de lege tua docueris eum.
Vt mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.
Quia non repellet dn̄s plebem suam: & hęreditatem suam non derelinquet.
Quoadusq; iustitia conuertatur in iudicium: & iuxta illā, oēs qui recto sunt corde.
Quis consurget mihi aduersus malignantes: aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?
Nisi quia dn̄s adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.
Si dicebam motus est pes meus: misericordia tua dn̄e adiuuabat me.
Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lętificauerunt animam meam.
Nunquid adhęret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in pręcepto?
Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.
Et factus est mihi dn̄s in refugium: & deus meus in adiutorium spei meę.
Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malicia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus deus noster.

ℭIVXTA HEBRÆVM. XCIIII.

1 Propheta. DEus ultionum domine*: deus ulrionum fulge.
2 Eleuare iudex terrę: redde retributionem super superbos.
3 Vsquequo impii domine* usquequo impii lętabuntur?
4 Affluent, loquentur forte: extollent se omnes operantes iniquitatis?
5 Populum tuum domine* conterent: & hęreditatem tuam affligent?
6 Viduam & aduenam interficient: & pupillos occident?
7 Et dixerunt. Vox superbo℞. non uidebir dn̄s, & non intelliget deus iacob.
8 Propheta. Intelligite bestiales in populo: & insipientes quando intelligetis?
9 Plantans aurem nunquid nō audiet? si creans oculum nunquid non uidebit?
10 Erudiens gentes nonne castigabit, docens hominem scientiam?
11 Dominus* cognoscens cogitationes hominis: quia ipsę sunt uanitas.
12 Beatitudines uiri quem castigabis ipsum domine: & de doctrina tua docebis eum.
13 Ad faciendum quiescere ipsum † a diebus mali: donec fodietur impio fouea. († ipsi)
14 Quoniam non derelinquet dn̄s* populum suum: & hęreditatem suam non deseret.

15 Quoniam usq; iustitiam reuertetur iudicium:& post ipsum omnes recti cordis.
16 Quis surget mihi cum malignis? quis stabit mihi cum operantibus iniquitatis?
17 Nisi dominus adiutorium mihi fuit: uelut modicum habitauit deserta anima mea.
18 Si dixi lapsus est pes meus: gratia tua domine sustentabit me.
19 In multitudine cogitationum mearum in medio mei: consolationes tuę deliciabuntur animam meam.
20 Nunquid sociabitur tibi thronus prauitatũ: formans laborẽ super pręcepto?
21 Pugnabunt super asam iusti:& sanguinem innocentẽ condemnabunt.
22 Et fuit dominus mihi fortitudini:& deus meus fuit petrę spei meę.
23 Et uertet sup eos iniquitatem eorum:& in malicia eorum cędet eos, cędet eos dominus deus noster.

TItulus nullus est. Materia psalmi ex iis quę psalmus prae se fert intelligenda est. Apparet in principio psalmi manifeste postulari a deo iudicium & iustitiam contra impios oppressores populi dei, negãtes diuinã puidẽtiã. Apparet deinde beatũ praedicari hoĩem doctũ a deo donec fodiat pctõri fouea &c̃. Apparet demũ affirmari q deus puniet ipios. ¶ Ex qbus oĩbus facile patere põt materiam psalmi esse retributionẽ diuinã futurã tũ ad dãnationẽ iniquoꝝ, & specialiter opprimẽtiũ pauperes & iustos & negãtiũ diuinã puidẽtiã: tum ad beandũ rectos corde, doctos a deo &c̃. ¶ Ita q materia psalmi ad lrãm est, deum habere puidẽtiã humanoꝝ actuũ in pñti, retributricem in futuro.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta impios negantes diuinã puidentiã respectu humanoꝝ actuũ oppressores populi dei cõsiderãs diutius pseuerare, supplicat deo vt manifestet se iudicẽ, puniẽdo &c̃. Et vbi rephendit negantes diuinã puidẽtiã, reddit rõnem quare & quousq; supbi perseuerant & iusti patiunt. s. rõne futuri iudicii & vsq; ad illud, desideratum a iustis fidẽtibus in diuina gratia. Et demum punitionem iniquorum describit separatione a deo & succisione.

¶ Persona loquens propheta est.

DEus vltionũ. Diuidit psalmus in partes duas: ppositiuã materię, & executiuam, ibi vsquequo. ¶ Proponit tria. Primũ. Deus vltionũ, cuius ẽ vlcisci, dñe:& exaggerãdo repetit deus vltionum, cui reseruant vindictę, fulge. Tanq̃ obscurus lateat, tanq̃ nõ credat deus quatenus est deus vltionum (hoc est quatenus habet officiũ vindicãdi) rogat ppheta vt fulgeat vltionũ deus. ¶ Deinde eleuare iudex terrę, qui mõ in aestimatione hoiũm iaces tanq̃ nõ exercens iudicia eleuare sm officiũ iudicis quo fungeris respectu vniuersę terrę. Insinuat aũt petendo eleuare, actionẽ iudicii diuini retributiuã iustis īteruenĩẽte gr̃a dei: iuxta illud. misericordia exaltat iudiciũ iac. 2. & rursus. exaltabit parcens vobis deus iudicii dñs esa. 30. ¶ Et demũ redde retributionẽ sup supbos. Actus iudicis & vltionis describitur.

¶ Vsquequo. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat illa particula, sup supbos. Secundo illa, deus vltionũ, ibi ītelligite. Tertio illa, fulge, ibi btitudines viri. Quarto illa eleuare iudex terrę, ibi qrũ vsq; iustitiã. Quĩto illa, redde retributionẽ, ibi nunqd sociabit tibi. ¶ Describunt supbi de quibus est sermo a multiplici scelere diuturno. Et ĩchoãs a diuturnitate sceleꝝ ait. Vsq; quo (nota diuturnitatis est oĩum sequẽtiũ criminũ) impii dñe! rursus exaggerãdo vsq; quo ipii lętabunt! Primũ crimen ab aĩ lętitia ĩcipit, significãte pfectã eoꝝ iniqtatẽ, ita q lętant ĩ criminibus. ¶ Affluẽt, vsq; quo affluẽt, ẽrescẽt abũdanter, loquent, vsq; quo loquent, forte! Secũdũ crimẽ in locutione est q velut cõfluendo loquunt forte: hoc est verba potẽtię, pferẽtia eos potẽtes, cõminãtes & hmõi. ¶ Extollẽt se. Tertiũ crimẽ ppriũ supbis, & hoc in ope, extollẽt se. Prima supboꝝ intẽtio est extollere seipsos: hic est finis proprius oĩum operũ eoꝝ. Vñ & merito subdit. oẽs opantes iniqtatis. ¶ Populũ tuũ. Post crimina supboꝝ in seipsis numerat crimina eorundẽ cõtra alios. s. deũ, publicũ bonũ, psonasq; miserabiles. Vsq; quo populũ, ecce offensio publici boni, tuũ, ecce offensa dei, dñe cõterent! & haereditatẽ tuã, iustos quos tibi hęredes cõstituisti, affligẽt! Viduã, miserabilẽ ex sexu & statu, & aduenã, fouendũ extra patriã, īterficiẽt! & pupillos, vndiq; miserãdos, occidẽt! Noli quęrere historiã particularẽ hoꝝ criminũ: qm̃ de genere supborũ negãtiũ diuinã puidẽtiã sermo est. quos sęuire in populũ dei (hoc est in cultores expectantes regnũ coeleste) & psonis miserabilibus nõ parcere, inumerabilia gesta testant. Et dixerũt, p ipunitate suoꝝ criminũ: nõ videbit dñs, & nõ ĩtelliget deus iacob, gesta nr̃a. Vbi clare negãt deũ videre & ĩtelligere actus nr̃os. ¶ Et si pspicacius pphetę verba fuerint considerata, simul narrat errorẽ & rõnem erroris. Duplex a philosophis negantibus diuinam prouidentiam respectu humanorum actuum, ratio affertur. Prima est ex ratione intelligẽdi: quia scilicet intellectio & pręcipue diuina est omnino immaterialis, im-

mo remota ab omni non solum materia sed potentialitate. Et hinc volunt non esse fas tantę excellentię diuini intellectus vt immisceatur actibus materialibus/singularibus, in fluxu/varietate & oimoda potentialitate constitutis: quales sunt actus nostri. Et hæc ratio tangit dicendo. nō intelliget deus iacob/deus qui adoratur a populo israel: hoc est verus deus. Altera ratio ex parte vilitatis rerum visarū sumitur: scilicet ꝙ quædam melius est non videre ꝗ videre, propter eorum vilitatem/turpitudinē &c̄. Et hanc rationem tangit dicens. non videbit dominus.

Intelligite bestiales. Tractat hic ꝓpheta particulā illam/deus vltionū/ex parte radicis (.s. cognitiōis actuū nostroꝝ) arguēdo statim blasphemiā ipsoꝝ, dicētium. nō videbit dn̄s nec intelliget deus iacob. Intelligitę bestiales/hoies more bestiaꝝ viuētes, in populo/plati tn̄ populo tanꝗ magistri populorū: & insipiētes/de altissima cā male sentiētes, qn̄ itelligetis/qn̄ penetrabitis itellectu veritatē? ¶ Plātās autem nunqd nō audiet? si creans oculū nunqd nō videbit? Erudiēs gentes nōne castigabit, docēs hoiem sciētiā? A quattuor effectibus dei itēdit docere in deo esse sciam actuū humanoꝝ. s. ex hoc ꝙ fecit sensum auditus/sensum visus/synderesim/& itellectū speculatiuū in nobis. Et intendit talem rōnem ꝙ qcqd est ꝑfectionis in auditu/visu/in synderesi seu rōne practica/& in itellectu speculatiuo hois, totū eminētiori tn̄ mō est in deo. Meminit spāliter auditus & visus, qa spūaliores sunt iter oēs sensus. Nō arguit ab effectibus miraculosis: qa ad illos loquit̄ q negāt miracula. sed arguit ab effectibus quos ipsi phi fatent̄ produci a deo mediāte ministerio naturæ. Et fundat rōnem sup cōi ai cōceptione phoꝝ. s. qcqd perfectionis habet effectus ꝑexistit lōge excellentiori mō in suprema illius cā. ¶ Siste hic minus erudite in phia seu speculatiua theologia: & scito ꝙ nō itēdit ꝓpheta iferre ꝙ deus audit seu videt: sed ꝙ deus cognitione sua cognoscit quicqd sensu visus videt̄/qcqd sensu auditus audit̄. hoc est enim excellentiori mō videre & audire. Ad significādū ergo synderesim/dicit erudiēs gētes. deus. n. erudit gētes mediante synderesi idita aiæ nostræ. Ipsa siquidē arguit nosmetipsos quū male opamur/& instigat ad bene operandum. est enim naturalis quidam habitus animi ad bonū sm rectā rōnem probandum & cōtrariū reprobandum. qm oibus gentibus naturalis est: ac per hoc est effectus largitoris naturę. Lumen autē intellectus agentis & habitus principioꝝ in speculatiuis/significatur dicendo. docēs hoiem sciētiam. nam illo naturali lumine acquirimus scientiam/siue inueniendo siue discēdo. Et hoc similiter naturale est oibus hoibus: ac p hoc effectus largitoris naturę. ¶ Dn̄s cognoscēs cogitationes hois, quia ipsę vanitas. Concludit propheta ꝙ dn̄s cognoscit cogitationes cuiusqꝫ singularis hois. Et ne putes ꝙ cognoscit cogitationes hois sm id quod habent de spūali seu imateriali/& nō sm ꝙ fluxę potentialesqꝫ sunt, subiungit quia vanę sunt/imo sunt vanitas. Rōnem rei cognitę reddit cōiunctio quia. & est sensus. cognoscit ēt eas sm ꝙ vanę sunt. Et per hoc respondet ꝓpheta dicētibus/non intelliget non videbit deus. ex eo enim ꝙ affirmat deū cognoscere cogitationes ēt sm ꝙ vanę sunt, intelligi vult falsum esse ꝙ aliquid nō videat̄ a deo: & falsum esse ꝙ quędā melius est nō videre ꝗ videre/simpliciter & absolute loquendo. Sicut per rōnem inductā de plasmatione auris/visus &c̄. mōstrauit falsum esse non intelliget deus iacob. At si diffusius cupis ista discuti, lege theologos speculatiuos.

Beatitudines viri. Tractatur hic illa particula/fulge: declarando apud quos & quomodo fulget deus vltionum. Beatitudines/erunt, viri quem castigabis ipsum domine: & de doctrina tua docebis eum. Ad faciendum quiescere ipsum a diebus mali donec fodietur impio fouea. Intuere duas actiones dei erga futuros beatos: scilicet castigationis & doctrinę, non qualiscunqꝫ sed legis diuinę. Et perpende effectum castigationis & talis doctrinę. nam effectus describitur quies a diebus mali. Et est sermo de quiete perpetua futurę vitæ, quæ paratur docto a deo a diebus mali: hoc est a multis successiuis afflictionibus quibus diebus vitæ præsentis castigatur. ¶ Nec prętereas tempus temporisqꝫ rationem/donec fodietur impio fouea. Vnum idemqꝫ tempus describitur afflictionis iustorum pro quiete perpetua/& fossionis foueæ impiorum: vt intelligas afflictionem iustorum ab impiis/esse ipsam fossionem foueæ impiorum. Quasi foueam etenim sibiipsis fodiunt impii, dum affligendo iustos adimplent iniquitates suas quibus parant sibi foueā inferni. Et respondet hoc directe pręmissis superius, vsqꝫquo dn̄e populum tuū humiliabunt, viduam & aduenam interficient &c̄. Acsi aperte responderet/donec fodietur peccatori fouea. Vnde sequitur. Quoniam nō derelinquet dn̄s populum suū/contritū a superbis: & hæreditatem suam/iustos, non deseret/ꝗuis affligi sinat.

Quoniā vsqꝫ iustitiā. Tractatur consequenter illa particula/eleuare iudex terrę: declarādo iustitiam dei eleuandam in retributione iustorum. Quum dixisset itaqꝫ ꝙ non derelinquet populum suum, subiungit quid faciet populo suo. Quoniam vsqꝫ iustitiam/hoc est executionem iustitię in alia vita, reuertetur iudicium/pręsentis vitæ: hoc est iudicia quæ in pręsenti vita exercentur/reducentur ad rectitudinem iustitię in futura vita. & post ipsum/hoc est sequentur ipm/affectabūt ipsum iudicium reuocatum ad iustitiam, omnes recti cordis. Iniqui nollēt futurum esse tale iudicium verę iustitiæ: iusti autem desiderāt tale iudicium. Et dixit hoc ꝓpheta non solum quia multa iudicia humana sunt iniusta, sed præcipue quia iudicium diuinum in præsenti vita non exercet iustitiam. Nec intelligas ex hoc ꝙ diuinū iudiciū in hac vita sit iniustū: sed intellige ꝙ abstinet a iustitia. non enim punit peccatores &

reprobos, i hac vita, sed reseruat executioni iustitię futuræ vitę. ¶ Quis surget mihi. Pręmisit & post
ipsum omnes recti cordis, & proposuerat eleuare iudex terrę. Et propterea vtrunq; declarare intendens
quomodo fiet, explicat qua fiducia recti corde affectant iudicium iustitię, quũ ipsi habeãt vnde time/
ant. declarãdo. n. hoc declarat q deus iudex terræ exaltatur iudicando iustos, & q iusti habẽt vnde desi
derẽt iudicium iustitię. Agẽs itaq; propheta iustũ cõsiderantẽ seipsum relatiue ad futurum iudicium
iustitiæ, ait. Quis surget mihi, habẽti rectum cor, hoc est pro me, cum malignis, simul iudicandis ante
tribunal iudicis? quis stabit mihi, habẽti rectum cor, hoc ẽ pro me (exaggeratio est) cum operariis ini
quitatis, simul iudicandis a iudice vniuersę terrę. Quasi dicat. ego non sufficio pro me, merita propria
non sat sunt. ¶ Vnde & subdit declarans illum quis. Nisi dñs adiutorium mihi. ecce quis surget, quis
stabit p me: ecce quõo eleuabit iudex terrę iudicãdo iustos. Adiutoriũ mihi, adiuans merita mea, adiu/
toriũ mihi ad merẽdũ ęternã vitã, velut modicũ habitauit deserta aĩa mea. Mos hebraici sermõis ẽ: &
significat apud nos paulominus, parũ defuit qn aĩa mea habitauit deserta a societate pr̃ię coelestis. Di
cit autem velut modicum, & non dicit absolute: quia meritum iustorum non ex toto sed pro maxima
sui ratione est ex adiutorio diuinę gratię, & pro aliquo modico est ex nostro libero arbitrio. Inde enim
fit q nisi adiutorium diuinę gratię adsit nostris operibus parum deest quin remaneamus deserti: illud
siquidem modicũ est aliqualis ratio merendi ex parte liberi arbitrii. ¶ Si dixi lapsus est pes meus. Cõ
siderat vir recti cordis in seipso vtrũq;. s. bonũ opus & malum opus, meritum & demeritum proprium.
Et proprium quidem meritũ attribuit diuino adiutorio. De proprio autẽ peccato, quod impune reli/
qui nequit, ait. Si dixi, si consideraui, si professus sum coram te, q lapsus est pes meus, q peccaui ex fra/
gilitate humana, ad similitudinem eius cuius pes labitur: gratia tua domine sustentabit me. ecce reme
dium, ecce quis surget pro me ratione peccatorum quæ cõmisi. gratia tua dñe p̃bet mihi fiduciam q
ipsa sustentabit me in iudicio iustitię. ¶ Et ne discurram per singulas partes meas, vnico verbo omnia
comprehendam. In multitudine cogitationum mearum in medio mei, hoc est intra me, hoc est cogi/
tationum mearum de itimis meis. Cõmune est omnibus cogitationibus esse intra cogitantem: sed dif
ferẽtia ponit iter cogitatiões ex pte rei cognitę. nã ex hac pte aliquę cogitatiões sunt itra me, illę. s. qbus
cogito de intimis meis: & aliquę sunt extra me, illę. s. quibus cogito de agris, de diuitiis, & aliis exterio/
ribus. In multitudine ergo cogitationũ in medio mei, hoc est s̃m multitudinem cogitationũ de mul/
tis intimis meis, cõsolationes tuę deliciabũtur aĩam meã. i. nõ solũ delectationẽ sed delicias faciẽt aĩæ
meæ. Et intẽdit q quascũq; sui internas ptes cogitet iustus relatiue ad diuinũ iudiciũ, in oĩbus inuenit
rõnẽ diuinæ gratię cõsolatricis, sicut inuenit in explicatis duobus. s. merito boni & lapsu peccati.
Nunquid sociabitur tibi. Tractat hic illa particula, redde retributionẽ sup supbos: inchoãdo a con
trarietate iniquorũ iudicũ respectu dei iudicãtis terrã: a quo petit redde retributionẽ supbis. Nunqd so
ciabit tibi thronus prauitatũ, hoc est principes iudicesq; praui, formãs laborẽ sup p̃cepto? Duas con/
trarietates principũ seu iudicũ respectu principatus diuini tãgit. Altera est thronus prauitatis: quum
thronus dei sit thron⁹ rectitudinis & iustitię. Altera ẽ q thron⁹ supb⁹ format laborẽ sup p̃cepto: hoc
est ad hoc p̃cipit vt affligat: addit p̃cepta ad laborẽ afflictionis, angustiarũ &c. thronus aũt diuinus for
mat salutẽ & cõsolationẽ nr̃am sup p̃cepto: qm̃ ad hoc p̃cipit vt ea quę sunt salutis & cõsolationis ha
beamus. Vnde patet q thronus prauitatũ formãs laborẽ sup p̃cepto, nõ associabit deo iudicãti terrã.
Et pp̃ea dixit sociabit tibi? quasi dicat nõ. ¶ Pugnabunt sup aĩam iusti. Ecce opa throni prauitatũ. Pu
gnabũt, assessores, cõsiliarii, & reliqui hmõi, sup aĩam, cõtra vitã, iusti: & sanguinẽ innocẽtẽ cõdẽnabũt.
Hæc est cõclusio pugnę supborũ. in qua illorũ sentẽtia cõtraria iusto iudici, & innocẽtũ passio simul tã
git. ¶ Et fuit dñs mihi fortitudini, & deus meus petrę spei meę. Anteq̃ retributionẽ reddẽdã superbis
describat, interponit iustorũ in hac vita oppressorũ ab iniquis iudicibus cõsolationẽ diuinã: occasione
sumpta qa eos cõdẽnatos introduxerat. Vnde duplicẽ opẽ diuinã in hac vita tangit. Alterã fortitudi/
nis ad sustinẽdũ illatas iniurias. Alterã firmitatis spei futurę beatitudinis. his. n. duobus p̃cipue egent
iniuste patiẽtes. ¶ Et vertet, deus, sup eos, iudices prauitatũ, iniqtatẽ eorũ, in futuro iudicio: quam exer
cuerũt cõtra iustos. Hæc est. n. retributio reddẽda superbis. Et in malicia eorũ, æterna, cędet eos. Vbi ad/
uerte tam exterioris iniquitatis q̃ interioris malicię retributionẽ describi. & tandẽ cędet eos dñs de/
us noster. Bis dicit cędet propter cędem animę & cędem corporis in futura vita. nam & corpus & ani
ma ęternaliter morietur, volendo mori, & mors fugiet ab eis. apoc. 9. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. XCIIII.

VEnite: exultemus domino, iubilemus deo salutari nostro.
Pręoccupemus faciem eius in confessione: & in psalmis iubilemus ei.
Quoniam deus magnus dominus & rex magnus: super omnes deos.
Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipsius
sunt.

Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud:& aridam manus eius formauerunt.
Venite adoremus & procidamus & ploremus ante dominum qui fecit nos:quia ipse est dominus deus noster,nos autem populus eius & oues pascuę eius.
Hodie si uocem eius audieritis:nolite obdurare corda uestra.
Sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto:ubi tentauerunt me patres uestri,probauerunt & uiderunt opera mea.
Quadraginta annis proximus fui generationi huic:& dixi semper hi errant corde.
Ipsi uero non cognouerunt uias meas:quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam.

IVXTA HEBRÆVM. XCV.

1 Propheta. Venite:cantabimus domino,clangemus petrę salutis nostræ.
2 Pręueniemus facies eius in confessione:in canticis clangemus ei.
3 Quoniam deus magnus dominus & rex magnus:super omnes deos.
4 Quia in manu eius [sunt] inquisitiones terræ:& uires montium ipsi [subsunt].
5 Quoniam ipsi [subest] mare & ipse fecit illud:& aridam manus eius formauerunt.
6 Venite:curuabimus nos & genuflectemus,procũbemus faciebus dñi factoris nostri.
7 Quia ipse deus noster,& nos populus pascui eius & ouis manus eius:hodie si in uoce eius audietis.
8 Non indurate cor uestrum:sicut lite,sicut die tentationis in deserto.
9 Deus. Qͥ tentauerunt me patres uestri:probauerunt me,etiam uiderunt opus meũ.
10 Quadraginta annis contendam in generatione,& dixi.populus errantes cordis [sunt] ipsi:& ipsi non cognouerunt uias meas.
11 Qͥ iuraui in furore meo.si introibunt ad requiem meam.

Titulus nullus est.Circa materiã psalmi ambiguitas quædam est propter verba pauli apostoli ad hebr.3.&.4.nam verba apostoli prę se ferunt ꝙ psalmus iste loquitur de tẽpore mesię,introducentis in ęternã requiẽ humanũ genus.Ait.n.ꝙ si iosue pstitisset populo requiẽ diuinã,nunq̃ spũssanctus tẽpore dauidis dixisset,hodie si vocẽ eius audieritis &c̃.Verba aũt psalmi nihil de ęterna requie explicant,nihil de mesia explicite sonant:sed inuitant populum hebręum in primis ad laudandum deum,deinde ad adorandum,monendo ne obdurati sint si vocem dñi hodie audierint,subiungendo exẽpla antiquorum patrum:vt patet intuenti psalmum.¶ In hac autẽ ambiguitate videtur mihi scda pars amplectẽda ad lrãm:qm̃ paulus apl's mystico sensu vsus est.Quod apparet ex duob⁹.Primũ est ꝙ mystico sensu interp̃taẽ requiẽ meã ex pricipio genesis,requeuit deus ab opibus suis:hoc.n.est signũ ꝙ non literalẽ sed mysticũ sensum tractabat.Secũdũ ꝙ quũ in psalmo nõ fiat compatio nisi quãtũ ad obdurationẽ cordis,& crimina cõtẽtionis & tẽtationis,apl's apposuit cõpationẽ quietis ęternę ad quietem terrę ꝑmissionis: ea ꝓculdubio rõne qa quies terræ ꝑmissionis figura fuit q̃etis coelestis patriæ.Hoc autẽ spectare ad sensum mysticum,clare cõstat.¶ Sequendo itaq; lralẽ sensum,dicimus ꝙ materia psalmi est inuitatio populi hebręi ad laudandum & adorandum deum:monẽdo ne quacũ ꝗ dic aliqd audierint ex mandato dei,sint obdurati vt patres eorum,qui fuerunt puniti &c̃.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta inuitat iudeos tũ ad laudãdum deum ex excellentia dei regis magni cui subsunt penetralia terræ,mare &c̃.tum ad adorandum deum ratione beneficiorum creationis nostræ & peculiaris foederis quo ipse deus noster & nos populus eius:monens ne imitentur obdurationem patrum in die litis & in die tentationis,explicata poena qua priuati fuerunt ingressu terræ promissionis.
¶ Persone loquentes sunt propheta & deus.

Venite,cantabimus. Diuiditur psalmus in partes duas:ꝓpositiuã materię,& executiuã,ibi quoniam deus.¶ Proponit tria.Primo inuitat iudęos,venire.Secundo narrat ad quid.cantabimus domino,clangemus petrę salutis nostræ.Cantus humanę est vocis:clangor instrumenti musici.& cũ cũloqtur sonũ festiuum.Ratio aũt laudis cũ cantu & sono,significaẽ deus quatenus est firmitas salutis

nostrę. In qua firmitate clauditur gubernatio diuina ad salutem nostram. ¶ Tertium. Pręoccupabimus facies eius in confessione, in canticis clangemus ei. Ad gratiarū quoq; actionem eisdem solēnitatibus inuitat: scilicet cum cantu & festiuo sono, adiuncta celeritate pręuentionis / in signum maioris gratitudinis. Et refertur pręuenire non ad beneficia diuina, sed ad tempus accusandę ingratitudinis. Et est sensus. anteq̄ accusemur ingratitudinis / laudes illi persoluemus.

¶ Qm̄ deus magnus. Incipit hic pars executiua tali ordine. Prīo tractatur illa particula / pręuenie mus &c̄. Secūdo illa / cātabimus &c̄. ibi venite & curuabimus nos. Tertio illa / venite: ibi hodie si ī voce.

¶ Reddit itaq; prīo rōnē q̄re ꝑuenire debemus dn̄m ī cōfessione laudis / ex duabus excellētibus cōditionibus dn̄i. Altera est ꝙ deus magnus: altera ꝙ est rex magnus. & vterq; sup oēs deos. Et significat̄ ꝑ primum excellentia dei super oēs intelligētias & sp̄ūs quos angelos & dęmones vocamus: & ēt super oēs deos s̄m opinionē hoīum. Per secūdū aūt dn̄ium ac regimen oīum eorūdem. multi. n. ph̄i sentiunt deū esse deū magnū super oēs deos, q tn̄ non concedunt eundē esse regē magnū super oēs deos: vt patet de auicēna. negāt. n. deū gubernare spirituales substantias. ¶ Quia in manu eius inquisitiōes terrę. Declarat regem magnū ex subiectione penetraliū terrę / virium montiū & maris. quę tria constat nullius alterius potestati ac regimini subiici. vt ex eo ꝙ quęcūq; occultę vię ꝑ quas inquiri pōt aliquid in penetralibus & cauernis terrę / & omnes montium vires / & tam spaciosum ac inquietum mare potestati ac gubernationi ipsius subduntur, intelligatur vere rex magnus super oēs deos: q̄bus hæc non subdi constat. ¶ Et ipse fecit illud. Declarat deū magnū super oēs deos, quia ipse creauit terrā & mare: & eadē ratione reliqua. Et significanter dicit manus eius formasse aridam: vt intelligeres ꝙ ipse immediate ꝑ seipsum (velut propriis manibus) creauit terram, quæ est infimum omnium c̄orum: vt per hoc intelligeres multo magis ipsum per seipsum creasse superiora.

Uenite, curuabimus nos. Tractatur hic illa particula / cātabimus &c̄. petrę salutis nostræ. Postq̄ enim inuitauit ad laudandum deum rōne excellentię diuinę, modo inuitat ad adorandū deum rōne beneficioꝝ nobis collatoꝝ. Et ad triplex genus reuerentię exhibendū inuitat. Primum est curuabimus nos. quod facimus dum flexum caput simul cum pectore demittimus. & genuflectemus: quod maioris est reuerentię. procumbemus (quod summę est reuerentię) faciebus domini factoris nostri. ecce beneficium creationis nostrę. ¶ Quia ipse deus noster. Peculiaris gratię beneficium (quod etiā fœdere quādoq; sancitum est) affert pro ratione totius reuerentię. Et cōtinet duas partes. Alteram ex parte nostra: scilicet quia ipse deus noster: hoc est qa ipsum ꝓmisimus habere in deū / qa ipse dignat̄ esse noster deus. ipse. n. est suapte natura deus: sed dignatus est vocari noster peculiari gratia cultus / separando nos ab aliis. Et nos promisimus habere eū in nostrū. en dn̄m elegisti hodie vt sit tibi deus deute. 26. ¶ Alteram ex parte dei. & nos populus pascui eius & ouis manus eius. Apparet in superficie error vt populus referatur pascui & ouis referatur manus eius: quoniam debuisset dici populus manus eius & ouis pascui eius. Placuit tn̄ spirituisancto cōmutare adiectiua propter mysterium: vt intelligeremus nos quū ouē agimus / proximos deo velut sub manu eius: & quū velut vnū de populo nos exhibemus / pasci a deo. Ad literam iudęi dicitur populus pascui dei quo ad cibū corporeum: quia pascebātur in terra ꝓmissionis, quam sibi appropriauerat deus. quo ad animam autem, quia pascebantur verbo diuinę legis. Oues autem dicuntur manus eius: quoniā ducti sunt ab ęgypto in terram promissionis sicut oues a pastore, manuducēte eos per colūnam ignis in nocte & nubis in die. Et intendit ꝙ ipse deus habet nos vt populum a se pascendum / & vt oues regendas sub manu sua: quod est specialis gratię. De qua alibi dicitur. non fecit taliter omni nationi.

Hodie si in voce eius. Tractat̄ hic illa particula / venite: monēdo eos ab exēplo ne imitētur p̄res. Hodie / hoc est quocūq; die, si in voce eius / prophetas seu nūcios dei in voce dei loquentes (vn̄ & prophetę dicebant / hæc dicit dn̄s: significādo se loqui in voce dei) audieritis / quemadmodum audierunt patres vestri moysen &c̄. loquētes in voce dei, nō indurare cor vestrū. Metaphora a duricie sumpta (quæ non cedit tangenti) appellatur indurare cor q non admittit vocem dei intra cor / parendo illi. Sicut lite: hoc est sicut obdurauerunt patres vestri corda litigando & contendendo / timentes progredi ad terram promissionis. Tangit enim historiam scriptam nu. 13. & 14. quando reuersis exploratoribus terræ promissionis / populus voluit lapidare iosue & chaleb, & constituere sibi ducem & reuerti in ęgyptum / nō curantes audire vocem domini. Sicut die tentationis in deserto. Tangit aliud crimen scilicet quo tentauerunt deum: quod pluribus historiis apparet. Quod autem dicit in deserto / locum vtriusq; criminis significat. Et meminit horum duorū criminū tanq̄ cōprehēdentiū oīa: quia crimine litis recesserūt a deo / diffidendo: crimine aūt tentationis accedebant ad deū dubitādo. ¶ Vbi tētauerūt me. Proposuit ꝓpheta monitionē ne imitētur obdurationē cordis patrū in duobus specialiter excessibus: introducit modo deū loquētē declarādo vtrūq; excessū. Et primo tētationis plures cōmissę. Vbi tētauerūt me / deum, patres vestri: probauerunt / experti sunt me, etiam viderunt opus meum / multiplex: dando manna / dando aquas / dando carnes / &c̄. iuxta illud. & tentauerunt me iam per decem vices. Aduerte hic ꝙ tentare deum est ex intentione experiri velle potentiam aut scientiam aut voluntatem

dei. Quod manifeste criminosum est: vtpote ꝓcedés ex illicito dubio circa potẽtiã/sciam aut volũtatẽ dei. ¶ Quadraginta annis cõtẽdã in generatiõe. Explicat crimen litis sine ordine. Nã prio explicat duratio pœne: puniti sunt.n.mora.40.annoꝝ in deserto, donec oẽs numerati morerent. Futurũ aũt cõtẽdã referẽ ad ꝑteritũ ꝓbauerũt & viderũt opus meũ. Et est sensus. ꝓpterea cõtẽdã.i.effectũ cõtẽtionis durare faciã.40.annis: seu ꝑ modũ litigãtis.40.annis me habebo/occidẽdo eos, in generatione/hac egressa de ęgypto. Et vere sic fecit: qa nõ nisi cõpletis.40.annis placatus fuit. ¶ Et dixi. Diffinitionẽ meritorũ subiũgit. Et dixi/diffiniui cõditiones ppli egressi de ęgypto duas. Altera est. populus errantes cordis ipsi. In quo error cordis/hoc est volũtatis, significaẽ.i.error affectatus. Altera est. & ipsi nõ cognouerunt vias meas. In quo significaẽ materia erroris affectati: ꝙ.s.errauerũt ignorãdo vias dñi, quas tam manifestis signis & miraculis cognoscere debuerãt. ¶ Qꝫ iuraui in furore meo. Sentẽtia cõdẽnationis describiẽ immutabilis ex iuramẽto apposito/& iusta ex furore: hoc est iustitia vindicatiua. Si introibunt ad requiẽ meã: hoc est ad quiescẽdũ in terra mea.s.terra ꝓmissionis. Hæc.n.fuit pœna illis illata: nã nullus eoꝝ introiuit in terrã ꝓmissionis/exceptis iosue & chaleb innocẽtibus. ¶ Describitur aũt hæc pœna sub cõditione/si introibũt, nõ ꝙ cõditionale fuerit iuramẽtũ: sed qa ꝓpheta introducit deũ iurantẽ in ira, cõsequẽs fuit vt verba quoqꝫ irati more subiũgeret: mos aũt iratoꝝ est mutilo sermone & conditionali cõminatoria vti. Cõsueuimus.n.irati dicere cõminãdo. si vnq̃ habebit a me gratiã/si vnq̃ reuertet in domum/& similia: intendentes negatiuam ꝙ nunq̃ admittetur ad domum/nunq̃ admittetur ad gratiam. Sic enim in proposito humano more deus iratus dicit si introibunt ad requiem meam: intẽdens ꝙ non introibunt ad requiem meam. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. XCV.

CAntate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra.
Cãtate dño: benedicite nomini eius, annũciate de die i diẽ salutare eiꝰ.
Annunciate inter gẽtes gloriã eius: in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus dñs & laudabilis nimis: terribilis est sup oẽs deos.
Quoniam omnes dii gentium dęmonia: dominus autem cęlos fecit.
Cõfessio & pulchritudo i cõspectu eiꝰ: sanctimõia & magnificẽtia i sanctificatiõe eiꝰ.
Afferte dño patriæ gẽtiũ/afferte dño gloriã & honorẽ: afferte dño gloriã nomini eius.
Tollite hostias & introite in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius.
Cõmoueatur a facie eius uniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terræ qui non cõmouebitur: iudicabit populos in equitate.
Lætentur cœli & exultet terra/commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt.
Tũc exultabũt oĩa ligna syluarũ a facie dñi: quia uenit, qm̃ uenit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrę in equitate: & populos in ueritate sua.

¶ IVXTA HEBRÆVM. XCVI.

1 Propheta. CAntate dño canticũ nouũ: cantate dño omnis terra.
2 Cãtate dño: bñdicite nomẽ eius, annunciate de die in diẽ salutẽ eius.
3 Narrate in gentibus honorem eius: in omnibus populis sepata eius.
4 Quia magnus & laudatus ualde/timendus ipse: super omnes deos.
5 Quia omnes dii populorum uacuitates: & dominus cœlos fecit.
6 Pulchritudo & decor faciebus eius: fortitudo & gloria in sanctuario eius.
7 Parate domino familię populorũ: parate dño honorem & fortitudinem.
8 Parate domino honorem nominis eius: eleuate munus, & introite ad atria eius.
9 Curuamini domino in decore sanctitatis: tremite a faciebus eius omnis terra.
10 Dicite in gentibus. Predicanda. dominus regnauit, etiam firmabitur orbis qui non labetur: iudicabit populos in rectitudinibus.
11 Propheta. Lętabuntur cœli & exultabit terra: tonabit mare & plenitudo eius.

12 Gaudebit campus & omne quod [est] in eo: tunc laudabunt omnia ligna syluę.
13 [coram] Faciebus domini: quoniam uenit, qm̄ uenit ad iudicandum terram: iudicabit orbem
in iustitia & populos in ueritate sua.

Titulus nullus est. Materia psalmi (vt facile ex ipso accipit) est tēpus mesię. Tum ex eo ꝙ in principio inuitat ad cāticū nouū, tanq̄ succedēs veteris testamēti cantico. tum ex eo ꝙ inuitat oēm terrā. tum ex eo ꝙ describit cultus dei apud vniuersos cū destructione idolatrię. tum ex eo ꝙ describit lętitia coelorum, terrę, maris &c̄. quia dominus venit ad iudicandū terrā. Hæc. n. ad tempus mesię spectare non est dubium. ¶ Est igitur materia psalmi ad literam aduentus mesię vterq;.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta inuitat oēm terrā ad cāticum nouum ob aduētū mesię destruētis idolatriā, constituentis cultū diuinū plenū virtutis, pulchritudinis & decoris, regnātis firmantisq; orbem immutabilem, ac iudicantis mundum cū gaudio & laude coelorum & vniuersæ creaturę.

¶ Persona loquens propheta est.

Cantate dn̄o. Diuidit psalmus in ptes duas: ppositiuā materię, & executiuā, ibi bn̄dicite. ¶ Proponit vnū: hoc est inuitat ter oēm terrā ad cantandū dn̄o canticū nouū. Trinę autem inuitationis ratio nō solū est perfectio numeri trinari, sed alia reddit a propheta. Canticum nouum (ad differētiā cantici veteris) fert secum differētiā testamēti noui a testamēto veteri. Et qa testamētū nouū cōe est toti mūdo, ideo inuitat ois terra: quū testamētū vetus ad solā terrā promissionis se extenderet.

¶ Benedicite. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo explicat qualitas cantus. Secūdo reddit ratio trinę inuitatiōis, ibi annūciate. Tertio tractat illa pticula, ois terra, ibi qa magnus dn̄s. Quarto tractat illa, canticū nouū, ibi dicite in gētibus. ¶ Explicat itaq; qualitas cātus dicēdo. bn̄dicite nomen eius. Nō. n. ad vanū cātū īuitat, sed ad cantū laudātē diuinū nomen, gratias agendo &c̄. ¶ Annūciate de die in diē. Reddit rōnē quare ter inuitauit cātate, ex triplici effectu in tēpore mesię. Salutē eius. ecce primus effectus. ipse. n. saluū faciet ppl'm suū a peccatis eoꝝ, dixit angelus ad ioseph spōsum beatę virginis. Narrate ī gētibus honorē eius. Ecce secūdus effectus, honor deo debitus & exhibitus tēpore mesię: dū destructis idolis vnus a gētibus oibus adoratus est deus. Propter quod signāter dicit. narrate in gētibus, quæ erāt idolatrę, honorē eius, honorē deo debitum. In oibus populis sepata. i. mirabilia eius. Ecce tertius effectus, comphendens non solum mirabilia miraculorum tēpore mesię, sed mirabilia pmissa adimplenda in coelesti patria. Quæ vere magis possumus mirari q̄ scire.

Quia magnus dn̄s. Tractat hic illa particula, ois terra: reddēdo rōnem quare inuitat ois terra. ¶ Et reddit rōnē ex fructu duplici cōmunicato omni terrę. Alter est destructio idolatrię, manifestato vno vero deo. Quod & fecisse mesiam in toto mundo iam patet. Et describitur dicendo. Quia magnus, non mole sed virtute, dn̄s, qui ab hebręis dicitur dn̄s, & laudatus valde: timendus ipse super oēs deos. Hæc tria adiectiua (magnus, laudatus & timēdus) oīa referūtur ad hoc vltimū, super oēs deos: hoc est super oēs qui vocantur dii, ipse deus apparuit magnus, laudatus est valde, monstratus est timendus plus q̄ oēs qui vocantur dii. Quia omnes dii populorū vacuitates, & dn̄s coelos fecit. quia compertum est ꝙ omnes dii populorū sunt vacuitates, hoc est sunt sicut vasa vacua nihil in se continentia: & ex altera parte cognitum est ꝙ dn̄s non est vacuitas, sed est creator coeloꝝ. ¶ Aduerte hic ꝙ dictio hebraica interptata vacuitates, si lingua latina pateretur rectius interptata fuisset nihila: hoc est cogniti sūt dii populorum ꝙ quilibet eorum est nihil, dominus autem non solum non est nihil sed fecit coelos. Et vere hæc differentia cognita est postq̄ christus mundum illuminauit. ¶ Pulchritudo & decor. Alter fructus cōmunis toti mundo describitur: scilicet ecclesiasticus cultus tempore mesię. nō in immolatione vitulorum & animalium, non in turpibus & obscenis actibus, nec in superstitionibus: sed pulchritudo & decor faciei eius. Metaphorice introducit, more humano de deo loquens: ꝙ in cultu qui exhibetur coram eo, nihil turpe aut indecorum, sed pulchritudo & decor īuenitur. Fortitudo & gloria in sanctuario eius. In ecclesia dei tempore christi exterius pulchritudo & decor: interius fortitudo animi, propria christianę religionis virtus (vtpote quæ omnes sanctos eius constituit, pcipuo fortitudinis actu qui est sustinere) & gloria: hoc est actus digni gloria: qui soli sunt actus virtutum. Et propterea parate dn̄o familiæ pplorū, omniū: parate inquā dn̄o honorē & fortitudinē. parate tertio dn̄o honorem nois eius. Clara ē hæc monitio, cōsequēs ex añdictis. Eleuate munus, eucharistię, & introite ad atria ei9, loca orōnis deo dicata. Curuamini dn̄o, adorādo illū, ī decore sanctitatis, nō in decore vestiū: tremite a faciebus eius ois terra. ¶ Collige prudēs lector q̄ exigit ppheta ab vniuersa terra in cultu dei tpe mesiæ, & vide vniuersa ad spūale bonū aī spectare: quia vere lex spiritualis vitę, est lex christi.

Dicite in gentibus. Tractatur hic illa particula, canticū nouū: declarādo materiā noui cātus. Dicite in gētibus, pdicate, euangelizate vniuersis nationibus: hoc. i. Dn̄s regnauit, dn̄s deus in homine mesia

regnare inchoauit resurgendo a mortuis:hoc enim est primum prędicādum gentibus.Et tunc regnū
mesię inchoauit:iuxta illud.data est mihi omnis potestas in coelo & in terra.Tūc inchoauit regnum
dei:quod ioannes baptista/quod christus prędicauerat.appropinquauit regnum coelorum. Haec est
pręcipua cantici noui materia.Et merito:quia nouę immortalitatis aditus apertus est humano gene
ri.¶ Etiam firmabitur orbis qui non labetur/hoc est mundus futurus.de quo ad hebr.z.non enim an/
gelis subiecit deus orbem terrae futurum.Ratio firmitatis venturi seculi est inchoatio regni christi per
resurrectionem:iuxta illud.1.ad cor.15.si christus resurrexit & nos resurgemus.Et ad differentiam mun/
di pręsentis cuius dispositio labetur/descripsit orbem futurum a nō lapsu:vt immobilitatem eius de/
pingeret.Iudicabit populos in rectitudinibus.Executio significatur orbis immobilis.per hoc enim ꝙ
dominus regnauit/radicata est firmitas futuri mundi:per hoc autem ꝙ iudicabit populos vniuersos
in eorum rectis actibus(esuriui & dedistis mihi manducare &c̄.)executioni mandabitur futurus mun
dus.nam tunc erit secundus christi aduentus & mundus venturus.Haec tria sunt materia noui canti/
ci.in quibus cōprehenditur mysterium incarnationis/& humanorum meritorum in fide christi/& foe/
licitatis futuri mundi.¶ Lętabuntur coeli.Ad literā lętati sunt coeli tum in primo aduentu,missis an
gelis cātātibus ad pastores/& apparēte noua stella magis:& multo magis lętati sunt resurgēte & ascē
dente christo in coelum:& longe incōpabilius lętabuntur in nouitate futuri mundi.Et exultabit ter/
ra.in primo qdem aduentu gaudio spiritussancti afflata:in secūdo aūt totaliter.Tonabit mare.Meta/
phora est a multitudine soni coelestis,significās gaudiū maris:hoc est insularum & eorū.Et plenitudo
eius.plenitudo maris/pisces & reliqua quae nascuntur in aquis sunt.Gaudebit cāpus & oē quod in eo/ē:
tūc laudabūt/cātādo,oia ligna syluę.Intēdit p has differētias maris & plenitudinis eius/cāporū & ple/
nitudinis eorū & syluarū,vniuersas differentias creaturarū materiam diuinę laudis pbituras.Et reuera
adimpletū videmus in miraculis christi,vniuersa elēa/vniuersaq; rerū genera materiā laudis diuinę p/
buisse:vt patet intuēti sacras hystorias.Rursus hoīes in mari/in insulis/ī cāpis/in syluis/& breuiter vbi/
libet existentes,ad dei laudem surrexerūt:& siqui desunt surgent. Nec vacat mysterio ꝙ pręter elēa quae
sola sunt partes substantiales vniuersi / nullius mixti specialis mentio fit nisi ligni syluestris:quoniam
in hoc mesias mortem superauit.& hoc signum crucis erit in coelo quum dominus ad iudicādum ve/
nerit.propterea enim descriptum tempus illud est tanq̄ materia gaudii & laudis omnium lignorum
syluestrium:quia tunc in vno eorum(scilicet crucis ligno)exaltari meruerunt. ¶ Gaudebunt inquam
& laudabunt faciebus domini/coram facie domini:quoniam venit/mesias in carne,quoniam venit/
in secūdo aduētu/ad iudicādū terrā.iudicabit orbē in iustitia/reddēdo vnicuiq; sm ꝙ meruit:& pplos
oēs,in veritate sua/nō in veritate attestata per homines,sed sua/diuina/ infallibili/certa & clara. Amē.

¶ VVLGATA EDITIO. XCVI.

DOminus regnauit exultet terra:lętentur insulae multae.
Nubes & caligo in circūitu eius:iustitia & iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum pręcedet:& inflammabit in circūitu inimicos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi terrae:uidit & commota est terra.
Montes sicut cera fluxerunt a facie domini:a facie domini omnis terrę.
Annunciauerunt coeli iustitiam eius:& uiderunt omnes populi gloriam eius.
Confundantur omnes qui adorant sculptilia:& qui gloriantur in simulachris suis.
Adorate eum omne angeli eius:audiuit & lętata est sion.
Ex exultauerunt filię iudae:propter iudicia tua domine.
Quoniā tu dn̄s altissimus super omnē terram:nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominum odite malum:custodit dominus animas sanctorum suorum,de
manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta est iusto:& rectis corde lętitia.
Lętamini iusti in domino:& confitemini memorię sanctificationis eius.

¶ IVXTA HEBRAEVM. XCVII.

1 Propheta. DOminus regnauit:exultabit terra,lętabuntur insulę multę.
2 Nubes & obscuritas circūitibus eius:iusti tia & iudicium firmamen/
tum solii eius.
3 Ignis faciebus eius ibit:& inflāmabit circūitu angustatores eius.

4 Fecit illucere fulgura sua orbi:uidit & contremuit terra.
5 Montes sicut cera liquefacti sunt a faciebus domini:a faciebus domini omnis terrę.
6 Annunciauerunt coeli iustitam eius:& uiderunt omnes populi honorem eius.
7 Cōfundētur oēs seruitores sculptilis,gloriantes in uacuitatibus:icuruamini ei oēs angeli dii.
8 Audiuit & lętata est sion & exultauerunt filię iudę:propter iudicia tua domine.
9 Quoniā tu dominus excelsus super oēm terrā:ualde eleuatus es super omnes deos.
10 Diligentes domini odite malum:custodiens animas gratiosorū suorum,de manu impiorum eruet eos.
11 Lux sata est iusto:& rectis cordis lętitia.
12 Lętamini iusti in domino:& confitemini memorię sanctitatis eius.

TItulus nullus est.Materia ex autoritate apostoli pauli ad hebr.1.habetur: inducentis calcem septimi versiculi huius psalmi,dicēdo.& quū iterum introducit primogenitū in orbem terrę,dicit adorent eū omnes angeli dei. Vnde clare patet ꝙ de aduentu mesiæ psalmus loquitur. ¶ Ita ꝙ in his verbis apostoli,psalmi huius materia significatur.nam per pronomen eū exponit apostolus mesiam: & per primogenitū monstrat gloriosum eius aduētū.vt intelligas primogenitū quatenus primogenitū dei,non quatenus vilis & abiectę formę.Dicendo iterū,monstrat secūdā introductionem mesię in orbem terrę.primus enim aduentus mesię fuit humilis:alter futurus est gloriosus. Dicendo in orbem terræ,significat ꝙ de aduentu mesię ad accipiendam possessionem regni in terra(quæ fiet in aduentu ad iudiciū)psalmus iste tractat.Et sic esse testatur progressus psalmi,describentis apparatū mesię veniētis ad iudicādū mūdū.¶ Est itaq; materia psalmi ad lrām,aduētus christi gloriosus ad vlt̄ iudicium.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta describit mesiam venientem ad iudicandum mundum magno apparatu:scilicet adorātibus angelis,annunciantibus coelis,videntibus vniuersis populis,precunte igne vrente reprobos,coruscantibus fulguribus,tremente terra,liquescentibus montibus,gaudentibus iudęis. proindeq; monet dilectores domini vt odiant malum:quia deus custodiet & liberabit eos a malo . & quia lucem ac lętitiam habent insitam iusti,lętentur & laudent deum.

¶ Persona loquens propheta est.

DOminus regnauit. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materię,& executiuā,ibi nubes.¶ Proponit tria.Primo regnum mesię.Dn̄s regnauit.Acclamantis vox est quum rex possessionem regni accipit.clamant enim omnes festiua voce,dn̄s regnauit.Et christus quidem in sua resurrectione regni potestatem accępit(dicēte ipso tunc,data est mihi omnis potestas in coelo & in terra)in sua autem ascensione accępit possessionē regni in coelo:in aduētu vero ad iudiciū accipiet possessionem regni in terra.Et in singulis horum congruit acclamatio dn̄s regnauit.In proposito autem ratione tertii acclamatur dominus regnauit.veniet enim tunc in maiestate regia,regnum terræ possessurus.cui interim dicitur,sede a dextris meis donec ponam &c̄.¶ Exultabit terra.Secundo proponitur effectus regni quo ad iudęos : ꝙ exultabit terra promissionis ob salutem totius israel.¶ Lętabuntur insulę multę.Proponit̄ tertio effectus regni in gentibus,significatis ab insulis multis:velut a soliditate terrę sepatis ꝑꝑ idolatriam:cui subiacebant tempore quo editus est psalmus.

¶ Nubes ꝛ obscuritas. Incipit hic pars executiua tali ordine.Prio tractatur illa particula,dominus regnauit.Secundo illa,exultabit terra,ibi audiuit.Tertio illa,lętabūtur insulę multę,ibi diligentes domini.¶ Describitur itaq; mesias accipiēs regnū in terra,ab apparatu multiplici:scilicet ꝙ veniet adorantibus angelis,annunciātibus coelis,vidētibus omnibus populis,ꝓcedente igne,nube,obscuritate,multitudine fulgurū,tremente terra,liquescentibus montibus &c̄.Sed non seruatur hic ordo in descriptione literę:sed potius primo describuntur ea quæ spectant ad maiestatem tremēdā.Nubes & obscuritas circūitibus eius.Ad literam scriptum est.videbūt filium hominis venientem in nube & maiestate.luc.21.Sed nubes illa videtur intelligēda nubes glorię,similis nubi quæ in ascensione domini subtraxit eum ab oculis apostolorum.nubes autem hæc quum obscuritati iungatur,& non suppedaneæ christo sed in circūitibus eius describatur,tenebrosa nubes intelligitur,subtrahens iniquis solatium lucis solaris.Et ꝓpea ponit̄ i circūitibus:in q̄bus describent̄ inflāmādi peccatores.¶ Iustitia,i executiōe,& iudiciū,in ꝓnūciatione sentētię,firmamētū solii eius,mesię.nō ꝙ mesię soliū regale in seipso firmet̄ iudicio & iustitia:sed quia in suo effectu(hoc est in gubernatione regni sui)firmat̄ iudicio & iustitia. Et vere firmabitur,quia erit vltimum:qm̄ non erit opus amplius iudicare & iustitiam facere:quia nulla succedet varietas.¶ Ignis,corporeus qui appellatur ignis conflagrationis , faciebus eius,mesię regnantis , ibit : & inflammabit circūitu , non in vna tantum parte terræ , angustatores eius . Hoc

erit mirabile ꝙ ignis ille non erit molestus electis, sed reprobis inimicis mesię:quū tamē ignis futurus sit in circuitu, & non seorsum in vna parte/ in qua potuisses putare congregatos reprobos solos. ℂ Fecit illucere fulgura sua orbi. Hinc manifeste colligitur ꝙ de nube tenebrosa fuit sermo:ex tali enī nube coruscant fulgura. Et nota ꝙ non vni regioni sed orbi describuntur coruscare fulgura. ⁋ Vidit & cōtremuit terra:hoc est viderunt homines terreni & tremuerunt. Vel terremotus describitur tunc futurus. Et metaphorice attribuitur terrę videre & tremere:quia ad similitudinē vidētis & trementis se habebit. ℂ Montes sicut cera liquefacti sunt. Ad literam renouāte christo mundū/montes non erūt:sed ipsi sicut & coetera mixta(excepto corpore humano)dissoluētur in elā. Et propterea hic inter effectus regni christi/cōputatur liquefactio montium. A faciebus dñi,a faciebus inquā dñi omnis terræ/hoc est accipiētis possessionē dominii vniuersę terrę. ℂ Annūciauerūt coeli iustitiam eius. Pōt ad literam intelligi per annūciationē coeloꝝ/signa quę apparebunt in coelis. & erunt signa in sole & luna & stellis. Sed pcipue intelligenda videtur apparitio coelestis maiestatis:puta signi crucis velut de coelo descēdētis,& multorum sensibiliū signorum spectantium ad gloriam tanti regis. Verisimile est.n.ꝙ sicut in primo aduentu veniens homo humilis impleuit omnia quæ fuerunt humanæ humilitatis humano more,ita in secūdo aduētu veniēs gloriosus implebit ea quæ maiestatis sunt etiam humano more:nā ad homines veniet hō gloriosus rex. Et ppterea rōni cōsentaneum videtur vt aduentus ille quāuis in principio futurus sit sicut fur in nocte(hoc est improuisus)tñ nō in ictu oculi,sed multo interiecto tēporis spatio durabit:multo magis q̄ duret ingressus alicuius pricipis in aliquā ciuitatē. Et sic tot mirabilia/durante descensu de coelo ad terras/executioni mādabuntur. Qꝫ enim ibi interueniat ordo tēporis,testatur paulus apostolus describēs ordinē tēporis inter resurrectionem priorum iustorum & raptum viuoꝝ obuiam christo in aera.1.ad thessa.4. ⁋ Et viderunt oēs populi honorem eius. Tam iusti q̄ iniusti videbunt honorē christi:sed illi ad cumulum doloris,isti ad cumulum gaudii. ℂ Confundētur oēs seruitores sculptilis,gloriantes in vacuitatibus:hoc est in diis qui sunt velut vasa vacua. Quū oēs populi videbunt christū cū honore diuino,cōfundentur oēs cultores idoloꝝ:clare videntes ꝙ dii sui nihil sunt,& ꝙ christus est verus deus. In quorum pleniorē cōfusionē subditur. incuruamini ei/mesię,oēs dii/hoc est angeli dei:vt apl's exposuit. Apostrophat.n. ꝓpheta ad ipsos angelos vt incuruētur adorando mesiam:vt p hoc attestētur ipsum nō esse purum hominē,sed etiā verum deum.

Audiuit. Tractatur hic illa particula/exultabit terra/quantum ad iudęos. Scriptū est.n.ꝙ quum intrauerit plenitudo gentium/tūc omnis israel saluus fiet. ℂ Quia igitur reliquię israel tunc inuentę saluę erūt/credentes in christū,ideo ꝓpheta specialiter eoꝝ meminit gaudii. Audiuit/veniētē regem,sion/populus hebręus significatus per sion in quo erat tēplum dei,& lętata est/charitatis gaudio:& exultauerunt filię iudę/velut festū celebrātes etiā mulieres iudęorum , propter iudicia tua dñe. Per iudicia describit aduentū ad iudicium/propter multas partes illius iudicii:dum alios dānabit/alios beabit/ idolatras cōfundet &c̄. ℂ Quoniā tu dominus. Specialis ratio gaudii iudęis colentibus vnum deum erit in illo aduentu/quia mesias tandiu expectatus ab eis apparuit excelsus super omnem terram,& eleuatus valde super deos,tam nūcupatiue(vt demones/iupiter mars &c̄.)q̄ participatiue:vt sancti angeli, qui dii participatiue dicuntur.

Diligentes domini. Tractatur hic illa particula/lętabuntur insulę multę:declarando saluādos in oī natione. Facit aūt hoc per modū monētis . ita ꝙ vtrūq; officium simul exercet:& monētis & describētis. ℂ Diligētes dñi odite malū. Duas describit partes:dilectionē erga deum , odium erga malū/quod simpliciter & absolute est malū:ad differētiam eorū quæ sunt mala ſm quid : qualia sunt omnia mala poenalia pręsentis vitę. Solum.n.malum culpę cū malo dānatiōis ęternę est malū absolute:quod pcipitur odio haberi. Et addit dilectioni dñi odium mali:quoniam multi sunt qui diligunt deū,nō tñ odio habēt peccata.& hoc qa dilectio non est formata charitate. ℂ Custodiens animas gratiosorum suorū, de manu impiorū eruet eos. Merito dilectionis dei & odii mali adiungitur pmium simul cū auxilio diuino. Custodia quippe diuina auxiliū gratiæ est:quod impenditur gratiosis actiue/hoc est misericordibus. pręmiū aūt est liberatio de manu impioꝝ. Acsi aperte diceret.facite quod ex vobis est actibus internis/diligēdo deū & odiēdo malum,quia deus faciet quod suum est . custodiet siquidem animas vacantiū operibus misericordię ne ruant in crimina,& liberabit eos de potestate impiorū/tam demonum q̄ hominū. ⁋ Vbi aduerte ꝙ ideo dilectioni dei & odio mali supposuit benefactricem gratiam,quia vana esset dilectio quæ nō exhiberet opera:iuxta illud.si quis diligit me,sermonē meū seruabit. ℂ Lux sata est iusto,& rectis cordis lętitia. Ne putes pręmiū iustorū in sola custodia & liberatione a malo sistere,adiungit affluentiam bonoꝝ internoꝝ:lucis.s.quo ad intellectū/& lętitię quātū ad affectū. Et vtrāq; dicit satam:quoniā in partibus aię nostræ sata est. Lucis quidem semen satū in anima/est tum naturale lumen intellectus,tum gratuitum lumen fidei infusum animę. Lętitię quoq; semen satum in anima/est tum naturalis appetitus ad bonū rōni consentaneū,tum infusus charitatis amor. Et intendit per hæc ꝓpheta duo. Alterum deseruiens monitioni.s.aperire rōnes odiēdi malum ex iis quæ in nobis sunt sata. Alterū est seruiens descriptioni futurę beatitudinis:vt sciamus foelicitatē futurā consistere in luce & lætitia

quas

quas nō sumus experti/quarū nō vidimus fructus,sed semina tm̄ in iustis & rectis corde sunt. Vt ex talibus seminibus conijcere possimus qualitatem/magnitudinem/suauitatem &c̄. futurę lucis & lętitię. tanto enim excellentiores sunt,quanto arbores & fructus pręstant seminibus. ℭ Lętamini iusti in domino. Conclusio vniuersalis est in officiis quę ita in pręsenti vita inchoant ꝙ perseuerant in futura: scilicet lætari in deo & laudare deum. Lętamini inquit iusti/nō in vobismetipsis,sed in domino:& cōfitemini/confessione laudis,memorię sanctitatis eius:hoc est laudate ꝙ recordatus est exequēdo/ꝙ ad similitudinem recordātis se habuit exequendo id quod sanctitatis suę est:hoc est exequendo sanctificationem nostram. Sanctificabit siquidem sanctificatione consummata(in anima/in corpore & in vniuerso) iustos omnes. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Psalmus.XCVII.

CAntate domino canticum nouum:quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera eius:& brachium sanctum eius.
Notum fęcit dn̄s salutare suum:in cōspectu gentiū reuelauit iustitiā suā.
Recordatus est misericordię suę & ueritatis suę domui israel.
Viderunt omnes termini terrę:salutare dei nostri.
Iubilate deo omnis terra:cantate & exultate & psallite.
Psallite dn̄o in cithara/in cithara & uoce psalmi:i tubis ductilibus & uoce tubę cornee.
Iubilate in conspectu regis domini: moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum & qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu,simul montes exultabunt a conspectu domini:quoniam uenit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iustitia:& populos in ęquitate.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Psalmus. XCVIII.

1 Propheta. CAntate domino⁴ canticum nouum:quia separata fecit. saluauit sibi dextera sua & brachio sanctitatis suę.
2 Notificauit dn̄s⁴ salutē suā:oculis gentium reuelauit iustitiam suam.
3 Recordatus est gratiæ suæ & ueritatis suæ domui israel:uiderunt omnes fines terræ salutem dei nostri.
4 Clangite domino⁴ omnis terra:aperite & laudate & canite.
5 Canite domino⁴ in cithara:in cithara & uoce cantus.
6 In tubis & uoce cornu.clangite faciebus regis domini⁴.
7 Tonabit mare & plenitudo eius:orbis & habitantes in eo.
8 Flumina percutient uola:simul montes laudabunt.
9 Faciebus domini⁴, quia uenit ad iudicandum terram:iudicabit orbem in iustitia & populos in rectitudinibus.

TItulus est.Psalmus.Ex quo nihil aliud habetur nisi ꝙ est canticum.

ℭ Materia psalmi ꝙ sit mesias,facile patet ex eo ꝙ aperte dicit᷑. viderunt omnes fines terræ salutē dei nostri.& gaudiū vniuersæ creaturę describit᷑ in cōspectu regis dn̄i. Hæc.n.ad tēpus spectare mesię constat.Et qm̄ describit᷑ mesias rex & veniens ad iudicandū mundum,cōsequens est ꝙ sit hic sermo non de aduentu chr̄i in humilitate passibilis carnis/sed de aduentu chr̄i in regno suo. Cautus tñ esto: quia describit᷑ ēt publicatio euāgelii in vniuerso mundo.¶ Quo fit vt psalmus iste ad lr̄am tractet de regno chr̄i quantum ad initia regni:hoc est resurrectionē eius & aduentum ad iudicium. Hæc.n.duo sunt initia regni chr̄i.Alterū quantū ad acceptionem dn̄ii:nā in resurrectione sua testatur ipse/data est mihi oīs ptās in coelo & in terra.Alterum quo ad acceptionē possessionis.nā vsq; ad aduentum ad iudicium quiescit a dextris dei/differens accipere possessionem regni terrarum.Et propterea tractatur hic de resurrectione christi p̄dicata mundo vsq; ad diem iudicii.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Monet propheta mundum ad cantandum canticum nouum domino;quia mirabilia fecit resusci

tando seipsum/publicando euangelium gentibus & domui israel/veniẽdo cum maiestate ad iudicandum mundum cum gaudio vniuersæ creaturæ.

¶ Persona loquens propheta est.

CAntate dño. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam/ibi saluauit sibi. ¶ Proponit duo. Alterum est. Cantate domino canticum nouum/noui testamenti: ad differentiam testamenti veteris. Alterum est. quia separata. i. mirabilia, fecit/in nouo testamento. Et vere separata ab omni facultate naturę fecit.

¶ Saluauit sibi. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat̃ illa particula/separata fecit. Secũdo illa/cãtare dño/ibi clangite domino. Tertio illa/canticũ nouũ/ibi clangite faciebus. ¶ Tractando itaq; mirabilia quæ fecit dñs, ĩchoat a maximo miraculo quo resuscitauit seipm̃ a mortuis. Saluauit sibi. Non dicit saluauit alios sed sibiipsi salutem fecit. Non huius passibilis vitæ (quoniã venit ad ponendũ vitam suam pro salute mũdi) sed fecit sibi salutem ĩmortalis vitę per resurrectionem a mortuis. Dextera sua & brachio sanctitatis suæ. Significatur sub metaphora dexterę & brachii humanitas christi: quia est instrumentum coniunctũ personaliter deo. Vtrunq; aũt nominatur: quia & aĩa & corpus chr̃i organũ cõiunctũ fuit deitatis. Et aĩa qđdẽ assimilat̃ brachio/corpus vero manui dexterę: qa sicut manus mediãte brachio iungit̃ personę humanę, ita corpus mediãte aĩa iunctũ est p̃sonę diuinę. aĩa. n. fuit ratio q; corpus vniret̃ filio dei: vt in theologia speculatiua patet. Attribuiturq; vtriq; salutem facere: qa aĩa & corpus chr̃i nõ solum meritorie sed ẽt effectiue quatenus organa deitatis/effecerũt resurrectionẽ ipsius chr̃i. ppterea enim dexterę & brachii noĩbus quę sonãt instra coniũcta/appellata sunt. ¶ Notificauit dñs. Miraculo resuscitationis proprię adiũgit miracula publicationis euãgelii in gentibus & iudęis. quã cõstat inchoãsse post resurrectionẽ chr̃i. Et gẽtibus qđem notificauit duo. Alterũ salutẽ quã attulit vniuerso mũdo. Suã dixit, vt intelligeres salutem aĩę/salutẽ ęterne fœlicitatis q̃ propria est deo: nõ salutẽ cõem hoĩbus & pecoribus/nõ salutẽ cõem bonis & malis hoĩbus/nõ salutem demũ quã homo aut creatura quæcunq; dare põt: sed suã/quã solus dare põt. Alterũ iustitiam suã, hoc est iustitiã fidei, vere suã: quia solus illã dare põt/& sola est iustificans hoĩem corã deo. ¶ Recordatus est gratię suę. Respectu iudęoꝝ salus chr̃i sub rõne recordatę gratię & veritatis describitur: qa vere ad similitudinẽ recordati gratię olim promissę abrahę & verificãtis p̃missa/deus executus est veniẽdo in mesia ad saluãdũ populũ israel. Simili quoq; modo beata virgo descripsit hãc salutẽ. suscepit israel puerũ suum recordatus misericordię suę sicut locutus est ad p̃res nostros. ¶ Viderunt oẽs fines terræ. Aduerte prudens lector q̃õnem speculatiuoꝝ in theologia: quo pacto mũdus vidit salutẽ mesiæ, quã nõ nisi credẽdo cognouit: quũ nullus videat qđ credit. Soluit̃ aũt q̃õ/dicendo q; aliud vident & aliud credũt. videmus. n. credibilitatẽ salutis dei, videmus credibilitatẽ resurrectionis/regni & deitatis chr̃i: credimus aũt ipsam salutẽ/resurrectionẽ/regnũ/deitatẽ. Tot. n. miracula totq; testimonia vidẽtes, videmus credibilitatẽ regni/deitatis &c̃. sicut hñtes ĩnumeros fidedignos testes de aĩali viso in galliis/videmus credibilitatẽ q; illud aĩal fuerit ibi visum, credimus tñ illud fuisse ibi. Hoc siquidẽ modo cõuicti a miraculis nõ solũ hoĩes sed ẽt dęmones credũt & cõtremiscũt/videntes credibilitatem rei creditæ: hoc est videntes q; credendum sit. Et sic omnes fines terræ viderunt quatenus credibilem salutẽ dei nostri, domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.

Clangite dño. Tractat̃ hic illa particula/cantate dño: declarãdo solẽnitatẽ cantus. Clãgite dño/festiuo sono festũ agite, oĩs terra/nulla excępta: aperite/supple os ad cantãdum, & laudate & canite. Canite inquam domino in cithara: non sola sed in cithara & voce cantus/musici. In tubis/quarum vsus erat in iubileo, & voce cornu/cuius vsus erat in festo propiciationis. ¶ Et intendit per hæc oĩa instrumẽta musica & modulationes humanas/vniuersam festiuitatẽ cantus exhibendam mesiæ.

Clangite faciebus regis dñi. Tractatur hic illa particula/canticum nouum: explicando materiam noui cantici esse dominum regem/mesiam regem regnantem iam in cœlis/venturum in maiestate ad iudicandum mundum. ¶ Clangite/agite festum festiuo sono. Dictio siquidem hebraica interpretata clangite/significat sonum festiuum/seu sonum ad excitandum publicam festiuitatem. Faciebus regis/non humilis iam mesiæ, domini. ¶ Tonabit mare & plenitudo eius, orbis & habitantes in eo. Flumina percutient vola/hoc est ad similitudinem festiuantium percutiendo volas: simul montes laudabunt. faciebus domini quia venit ad iudicandum terram. Describitur gaudium vniuersæ creaturæ inferioris (hoc est terræ & aquarum) in aduentu mesiæ ad iudicium: quia tunc veniet mesias ad accipiendum possessionem regni horum inferiorum. ac per hoc inferiora omnia sub tanto rege materia gaudii & laudis diuinę erunt: & si sensum haberent/gauderent & laudarent. ¶ Iudicabit. Subdit qualitatem iudicii quod exercebit mesias. In communi quidem iudicabit orbem/non regionem vnã, in iustitia exequendo iustitiam/reddendo vnicuiq; ius suum. & populos in rectitudinibus. Determinat in specie merita iuris non fore consanguinitatem/nobilitatem/diuitias & huiusmodi, sed rectitudines: ac per hoc & obliquitates. Hę enim solę erunt merita iuris vniuscuiusq; in vniuersali iudicio quod faciet mesias. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. XCVIII.

DOminus regnauit/irascantur populi:qui sedes super cherubim moueatur terra.
Dominus in sion magnus:& excelsus super omnes populos.
Confiteatur nomini tuo magno/quoniam terribile & sanctum est:& honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directiones:iudicium & iustitiam in iacob tu fecisti.
Exaltate dñm deum nostrum/& adorate scabellum pedum eius:quoniã sanctũ est.
Moyses & aaron in sacerdotibus eius:& samuel inter eos qui inuocãt nomẽ eius.
Inuocabant dñm & ipse exaudiebat eos:in columna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius:& pręceptum quod dedit illis.
Domine deus noster tu exaudiebas eos:deus tu propitius fuisti eis,& ulciscẽs in omnes ad inuentiones eorum.
Exaltate dominum deum nostrum & adorate in monte sancto eius : quoniam sanctus dominus deus noster.

¶ IVXTA HEBRÆVM. .XCIX.

1 Propheta. DOmin9 regnauit/ tremẽt ppli:sessor cherubinoꝝ/ cõmouebit terra.
2 Dominus in sion magnus: excelsus ipse super omnes populos.
3 Confitebuntur nomen tuum magnum & timendum:sanctum ipsum.
4 Et fortitudo regis iudicium dilexit:tu firmasti rectitudines/iudicium & iustitiam in iacob tu fecisti.
5 Exaltate dñm deum nostrũ:& curuamini scabello pedũ eius/ sanctus ipse.
6 Moyses & aaron in sacerdotibus eius/& samuel in uocantibus nomẽ eius:uocãtes ad dominum & ipse respondebit eis.
7 In columna nubis loquetur ad eos:custodierunt testimonia eius/& pręceptũ dedit eis.
8 Dñe deus noster tu respondisti eis:deus ignoscẽs fuisti eis/& ultor super operibus eoꝝ.
9 Exaltate dominum deum nostrũ:& curuamini monti sanctitatis eius/quia sanctus dominus deus noster.

TItulus nullus est.Materia psalmi(vt facile ex ipso apparet)est regnum dei in veteri testamento: hoc est ab egressu de ægypto & deinceps.Ita ꝙ ex rebus prius gestis in dicto regno/docet agenda deinceps:hoc est postq̃ regnauit deus in monte sion:quod ichoauit tempore regni dauidis.¶ Qꝫ enim tractetur de regno dei in statu veteris testamenti,patet tum ex principio psalmi.dominus regnauit,sessor cherubinorum/dominus in sion magnus. Tum ex medio.curuamini scabello pedum eius. quod constat appellari arcam domini. Tum ex fine.curuamini monti sanctitatis eius. ¶ Qꝫ vero ex prioribus gestis moneat quę postea sunt agenda/totus fere decursus psalmi testatur:dum referũtur gesta a deo in principio regni eius,scilicet tempore moysi.& refertur iustitia dei vlciscens ẽt in moysen & aaron & samuelẽ.& demũ cõcluditur exaltandus deus/& venerandus ẽt mons in quo colitur.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta describit regnũ dei in veteri testõ a tempore egressionis populi de ægypto/sanctũ/terribile/legem ferens/iustum vsq; adeo vt nec moysi aaron & samueli quanuis sibi familiaribus & obseruatoribus præceptorum suorum pepercerit:& propterea exaltandum laudibus esse deum , & venerandũ tum scabellum eius tum montem sanctitatis eius.

¶ Persona loquens propheta est.

DOminus regnauit. Diuiditur psalmus in duas partes: propositiuam materię,& executiuã/ibi confitebuntur.¶ Proponit duo.Alterum est initium regni dei in veteri testamento.Dñs regnauit/regnare coepit in populo israel. Hoc ad literã fuit in egressuilioꝝ israel de ęgypto:tunc enim primum filii israel fuerunt populus liber/vt posset haberi pro regno.& deus dignatus est regnare in illo

tanq̄ rex eorum: iuxta illud exo.19. vos eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta. & 1.reg.12. samuel reprehendit populum ꝙ petierit regem, allegans. quum dominus deus vester regnaret in vobis. ¶ Sessor cherubinorum. Ad literam in principio quo deus incœpit habere populum israel pro regno, describtus est a moyse sessor cherubinorum: pro quanto fecit duas statuas cherubinorum velut gestantes tabellam quasi sedem dei. Et propterea hoc in loco ꝓpheta simul describit initium regni & sessionem super cherubim: vt hinc intelligas ꝙ de regno tunc inchoante est sermo. ¶ Tremēt populi, commouebitur terra. Effectus regnantis dñi describitur cōmotio terræ, tremor populorum: hoc est timor magnus. Futurū autem tam trement q̄ cōmouebitur, respicit prẹteritū regnauit. & denotat ad sceptrū tanti regis, maximi timoris sequelam. Qui cōmunis fuit & populis externis & populo israel: vt patet legenti sacras historias subsecutas. ❡ Dominus in sion magnus. Alterum propositorꝫ describit: scilicet ꝓsecutio diuini regni in mōte sion. Dominus, idem regnat, in sion, in mōte sion (illuc enim dauid trāstulit arcā dei, ibi in illius summitate ædificandū cōstituit templum dei) magnus, nō mole sed virtute: & excelsus, potētia, sup oēs populos. Ad literam significaꝫ celsitudo dei mōstrata in prostratione & subiectione omnium populorum aduersantium regno eius. quæ etiam apparuit tēpore dauidis: quū subactis hostibus omnibus regnum israel sublimatum est sub cultu dei. ¶ Collige prudens lector ambo proposita: ꝙ q̄primum regnauit secutus est timor: vbi autem regnauit in sion, affuit magnitudo & celsitudo super omnes populos.

❡ Cōfitebuntur. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractaꝫ illa particula, dominus regnauit. Secundo illa, sessor cherubinorꝫ, ibi exaltate dñm. Tertio illa, tremēt ppl'i cōmouebiꝫ terra, ibi moyses & aaron. Quarto illa, dñs in sion &c̄. ibi exaltate. ❡ Tractaꝫ itaq̄ initiū regni diuini in veteri testamēto a quattuor: scilicet a noīe, a potētia, a volūtate, a lege. Et de noīe quidē tanti regis. Cōfitebuntur nomen tuū magnum & timēdum, sanctū ipsum. affirmabūt, laudabunt nomen tuū esse magnū, esse timendū, esse sanctum. Magnum in miraculis tot patratis in eductione de ægypto & in deserto. timendū ob pœnas ægyptiorꝫ & filiorꝫ israel multas in deserto. sanctū in apparitione cœlesti. ¶ Et fortitudo (ecce potētia) regis, ipsius dei, iudiciū dilexit. ecce voluntas. Et bene nota scribi ꝙ potentia regis dilexit, nō facere quod pōt, nō facere quod vult, sed iudicium, sed ius dicere: vt intelligas deū regem poni in exemplū aliorꝫ regum: vtpote qui dilexit facere nō quod potuit, non quod voluit, sed quod ius exigit. ¶ Tu firmasti. Ecce legislatio. Decet enim regem legem statuere in regno suo. In tres aūt partes distinctam describit legem: moralem, iudicialem, & cęrimonialem. Tu firmasti rectitudines. Ecce pcẹpta moralia: Quæ apte describunꝫ nō tunc data sed firmata: qm̄ pcæpta moralia indita sunt menti humanæ ab initio, sed firmātur autoritate diuina. Colere vnum deū, honorare parētes, nō furtū facere, & huiōi, recta ratio dictat: sed firmanꝫ hæc quia deus pcẹpit hæc eadem in sacra scriptura. Iudiciū, pcẹpta iudicialia, & iustitiam, pcẹpta cęrimonialia quę appellantur iustitiæ legis, in iacob tu fecisti. Duas apponit his duobus generibus pcẹptorum conditiones. Alteram in iacob, hoc est in populo descendente ex iacob: ad differentiam moralium quæ ligant omnes gentes. Alteram fecisti, hoc est vim iuris tribuisti: ad dñiam etiam moralium, quę vim iuris habēt etiā si a nullo rege statuanꝫ. Sunt enim præcępta cęrimonialia atq̄ iudicialia iuris positiui (diuini tamē) respectu illius populi.

Exaltate. Tractaꝫ hic illa particula, sessor cherubinorꝫ: inferēdo debitam laudem ac reuerentiā tanto regi. Exaltate, nō in seipso sed in vestris aīs & laudibus, dñm deum nostrū: & curuamini, in signum reuerentiæ, scabello pedum eius, hoc est arcę dñi. quæ erat sita inter duos cherubinos sic vt siquis sedisset super tabellam gestatā a cherubinis, pedes posuisset sup arcam dñi: & ꝓpterea ad literam ipsa arca appellatur scabellū pedum dñi. Sanctus ipse. Rōnem venerationis arcę (ne supstitionē aut idolatrię speciē putares) adiungit esse sanctitatem dei: hoc est ꝙ veneraꝫ arca ratione dei. Qui appellatur sanctus: qm̄ sanctitas proprietatē diuinę naturę liberā ab omni potentialitatis immundicia significat: quam vocant philosophi actum purum. Per hoc enim cognoscimus naturam eius eleuatam supra omnem etiam excogitabilem naturā. Propter hoc apud esaiam angeli laudant deum, sanctus sanctus sanctus: hoc est celsus, eleuatus & liber ab omni potentialitate.

Moyses & aaron. Tractatur hic illa particula, trement populi commouebitur terra: declarando q̄ timendum se exhibuerit deus vniuersis, ex hoc ꝙ moysi aaron & samueli sacri status, familiaribus dei, custodientibus præcępta eius deus non pepercerit, sed vindictam exercuit in eos. Hæc est intentio literę: per quam maximus incutitur timor cęteris. ❡ Moyses & aaron in sacerdotibus eius. Ecce status sacerdotalis eorum. aaron siquidem fuit summus sacerdos: & moyses fons sacerdotii inuenitur, dū ipse consecrauit aaron. Et samuel in uocantibus nomen eius. Status samuelis describitur, nō sacerdotalis, (quum non fuerit de tribu leui) sed inter vocantes nomen domini præcipuus. De ipso enim legitur. 1.reg.19. ꝙ erat stans super cuneum prophetarum. & post moysen primus fuit excellens ꝓpheta domini: de quo scriptum est ꝙ cognouit vniuersus israel a dan vsq̄ bersabeę ꝙ fidelis samuel propheta esset domini. 1.reg.3. ¶ Vocantes ad dominum. Descripto statu horum trium, describitur familiaritas eorum cum deo. Vocantes, erant, ad dominum: & ipse, dominus, respondebit eis. Futurum respondebit

nō respicit tēpus psalmi, sed tempus vocationis: denotans responsionem diuinā subsecutā ad vocationem eorū. in quo notatur familiaritas, ꝙ illis vocātibus deus rñdebat. Et hoc testantur historię sacrę. ¶ In columna nubis loquebatur ad eos. Hoc de moyse & aaron nō habet dubium. De samuele vero nullus alius scripturę locus testatur deum ei locutum fuisse in columna nubis. nisi forte extenso noie, columna nubis et ad nubes extendatur. Legitur. 1. reg. 12. ꝙ samuele inuocante dñm facta sunt tonitrua & pluuię tempore messis. Hic tñ scripturę locus sufficit fidei. ☞ Custodierunt. Describitur tertio iustitia eorundem in obseruatione testimoniorū & pręceptorū: hoc est iudicialiū & cęrimonialiū (quę sunt testimonia diuini regiminis: vtpote testantia deū suū autorē) & moraliū quę pręcepti noie significantur, propter connexionē eorū. Et hanc obseruationem intellige nō adamussim, sed fere semper: quia studiū eorum erat ad obseruāda hæc. quādoq; tamē lapsi sunt, vt subiūgitur. ¶ Dñe deus noster. Apostrophat ꝓpheta ad deū, illaturus conclusionem intentam. Domine inquit tu respondisti eis, familiariter: tu, idem deus, ignoscens fuisti eis. & cum hoc vltor sup opibus eorum (moysi, aaron & samuelis) fuisti. De moyse & aaron nulla est ambiguitas qn peccauerint & puniti fuerint exclusione ab igressu terrę ꝓmissionis: vt patet nu. 20. Samuelis autem punitio aperte in scriptura reperitur. nam senex priuatus est principatu populi. Culpa autem implicite insinuatur in scriptura in historia primi regum: dum dicitur ꝙ senex istituit filios suos iudices populi nequiter agentes: & ꝙ populo querelam proponēte coram eo de filiis eius, & ꝓpterea petente regem, samuel ęgre tulit deiici se cū filiis suis a principatu. Vnde inducitur deus verbis consolatoriis ad samuelem. nō. n. te sed me abiecerūt ne regnē sup eos. Quum tñ samuel impotens per seipsum, & male exercens principatū per filios, nō debuisset ęgre ferre petitionem populi.

Exaltate dñm deum. Tractatur hic illa particula, dñs in sion magnus: monendo ad laudādum deum, exaltate dñm deū nostrū: & ad reuerentiā exhibēdū mōti sion, loco tēpli eius. Et curuamini, signo venerationis, mōti sanctitatis eius, in quo colitur sanctitas eius. Quia sanctus dñs deus noster. Ratio reuerētię exhibēdę mōti declaratur nō sanctitas mōtis sed sanctitas dei: sicut de arca dictum est. Ita ꝙ ꝓpheta monet reuerentiā exhibendā nō soli deo in seipso: sed rōne eius tum arcę vt scabello pedū, tum mōti vt dicato diuina electione ad exhibendum ibi cultum deo. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus in confessione. XCIX.

Iubilate deo omnis terra: seruite domino in lętitia.
Introite in conspectu eius: in exultatione.
Scitote quoniam dñs ipse est deus: ipse fecit nos & non ipsi nos.
Populus eius & oues pascuę eius introite portas eius in cōfessione, atria eius in hymnis: confitemini illi.
Laudate nomē eius quoniam suauis est dominus: in ęternum misericordia eius, & usq; in generationē & generationem ueritas eius.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Psalmus confessioni. C.

1 Propheta. Clangite domino * omnis terra.
2 Seruite dño * in lętitia: ingredimini faciebus eius in laude.
3 Scite qm̄ dñs * ipse est deus †: ipse fecit nos, & sibi fecit nos. populus eius & ouis pascui eius,
4 Ingredimini portas eius in confessione, atria eius in laude: confitemini ei, benedicite nomini eius,
5 Quia bonus dñs * : sempiterno gr̄a eius, & usq; generationē & generationē ueritas eius.

Titulus est. Psalmus confessioni: hoc est psalmus ad confessionem fidei & laudis. Est enim materia psalmi huius inuitatio ad confessionem fidei, tum ꝙ dominus est deus, tum ꝙ est creator noster, tum ꝙ est finis noster, tum ꝙ est bonus & gubernator noster, & ad laudandum hæc eadem: vt facile patet intuenti psalmum. ¶ Restat tamen vna ambiguitas: an inuitetur omnis terra absolute, an omnis terra promissionis. Est ratio ambiguitatis: quia clare inuitatur omnis terra in principio sine vlla limitatione: in prosecutione tamen ad populum israel sermo dirigi videtur, dum dicitur populus eius & ouis pascui eius &c̄. ☞ Soluitur questio: dicendo ꝙ propheta cupiendo inuitat omnem terrā, sed ad exequendum vocat populum israel.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta cupiens deum ab omnibus laudari, describit monendo tria quę nosse debet mundus de deo. s. ꝙ est deus, ꝙ fecit nos, & ꝙ fecit nos ad se. Inuitatq; credentem populum ad confitendum & lau-

dãdũ deũ in atriis templi:ad confitendũ inquã & laudandũ bonitatẽ dei/gfam eius/& veritatẽ eiusdẽ.
¶ Persona loquens propheta est.

CLangite dño. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materiæ,& executiuam/ibi scite.
¶ Proponendo inuitat omnem terram ad duo.ad festiue se habendum domino.Clangite/sono
festiuo festum agite,domino:omnis terra/nulla excępta.Alterũ est.seruite dño in lętitia/non tristes. Et
specificat seruitutem.ingredimini faciebus eius in laude/venite ad templum eius laudando eum.Hæc
est seruitus ad quam cum lætitia exhibendam inuitat:cupiens vniuersum mundum venire ad adorã-
dum deum in templo eius cum gaudio & laude.

¶ Scite qm dominus. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractaẽ illa particula/clangite
dño ois terra.Secũdo illa/seruite dño ingredimini &c̃.ibi populus eius. ¶ Tractaẽ itaq; extensio inui-
tationis ad oẽm terram ex rõne cõi oĩ terræ:hoc est ex desiderata fide dei in oĩ terra.Scite qm dominus
ipse deus.accedẽtem(inquit apostolus)ad deum oportet credere q deus est.Et propterea primum co-
gnoscendum ab omni terra monet q dominus/q ille qui ab hebręis vocaẽ dñs, ipse est natura deus/q
non opinione hominum. Secundum cognoscendum fide est q ipse fecit nos/q est creator noster.
tum creando nos simul cum mundo.tum creando singulorum animas rationales quum nascimur
in maternis vteris.Tertium credendum est & sibi nos.Et est sensus.Et fecit nos sibi deo. Fecisti inquit
augustinus/ nos dñe ad te, & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Ita q hoc tertio lo-
co numeratum a propheta/est id quod ad hebr.xi.apostolus subiungit secundo loco / oportere credere
accedentem ad deum.& inquirentibus se remunerator sit. Ratione enim beatitudinis diuinæ ad quã
nanciscendam facti sumus/dicitur & sibi nos. Hæc si nosset vniuersa terra, clangeret & seruiret do-
mino in lætitia.

Populus eius. Tractatur hic illa particula/seruite domino ingredimini:inuitando ad executionẽ
propositorum populum credentẽ,qui tunc erat populus israel.Populus/peculiaris,eius/dei:& ouis pa-
scui eius/& velut ouis pascui domini(quia pascebatur & quo ad animam lege diuina, & quo ad cor-
pus fructibus terræ deo appropriatę)ingredimini portas eius(portę dei appellantur portę locorum
dicatorum ad diuinum cultum)in confessione/fidei:atria eius(non enim populus intrabat in tem-
plum,sed ad atria templi)in laude.confitemini ei:benedicite/nõ solũ ei, sed nomini eius.Quia bonus
dominus/vere bonus omnibus(quum sit ipsa bonitas:a qua est quicqd boni in quocũq; inuenitur)
sempiterno gratia eius,& vsq; generationẽ & generationẽ veritas eius.Hæc tria ad creationem & gu-
bernationẽ diuinã spectant.quia.n.deus bonus est/ideo sumus:& quia gratia & veritas eius(sub qui-
bus comprehenduntur vniuersę vię domini)sine fine durant,ideo suauiter gubernamur & ad beatitu-
dinem perducimur.Et ppterea merito hæc confitenda & laudanda sunt.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus dauid. C.

MIsericordiam & iudicium cantabo, tibi domine psallam & intelligam in
uia immaculata:quando uenies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei:in medio domus meæ.
Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes præuari-
cationes odiui.
Non adhęsit mihi cor prauum:declinantem a me malignum non cognoscebam.
Detrahentem secreto proximo suo;hunc persequebar.
Superbo oculo & insaciabili corde:cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terræ ut sedeant mecum: ambulans in uia immaculata hic mi-
hi ministrabat.
Non habitabit in medio domus meę qui facit superbiam:qui loquitur iniqua non di-
rexit in conspectu oculorum meorum.
In matutino interficiebam omnes peccatores terræ:ut disperderem de ciuitate domi-
ni omnes operantes iniquitatem.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Dauidi psalmus. CI.

1 GRatiam & iudicium cantabo;tibi domine cantabo.
2 Propheta. Intelligam in uia perfectionum:quando uenies ad me,ibo in perfe-
ctione cordis mei in medio domus meæ.

3 Non ponam corā oculis meis uerbū belial:facere uolutiones odiui,nec adhęrebit ī me.
4 Cor tortum recedet a me:malum nesciam.
5 Accusantem in abscondito socium suum hunc incidam:celsitudinem oculorum & latitudinem cordis ipsam non sufferam.
6 Oculi mei in fidelibus terrę ad sedendum mecum:ambulans in uia perfectionum ipse seruiet mihi.
7 Non sedebit in medio domus meę faciens dolum:loquens mendacium non firmabitur coram oculis meis.
8 Matutinis cędā oēs ipios terrę:ad faciēdū excidi de ciuitate dñi oēs opantes iniqtatis.

TItulus est.Dauidi psalmus.Q̄m patet ex superius dictis.
¶ Materiam psalmi,psalmus ipse clare prae se fert esse rectam dispositionem personę ac familiae regię.nā totus decursus psalmi in recta dispōne personę regiae & ministrorum eius occupatur.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid se cantaturum deo gratiam & iudiciū,& simul intellecturū vias perfectionū profitet,sic vt disponat agenda ac cauenda per seipm̄ suosq; ministros,& quales ministros habiturus sit.

¶ Persona loquens propheta est.

GRatiam ꝛ iudicium. Diuidit psalmus in partes duas:propositiuā materię, & executiuā,ibi qn̄ venies. ¶ Proponit duo.s.cantare gr̄am & iudiciū,& ītelligere eadē in via pfectionū. Et intendit se laudaturum gr̄am & iudiciū trifariam.s.vt vias dñi.vniuersę siquidem viae dñi gratia & veritas. Et ad hunc modū spectat quod dicit,gr̄am & iudiciū cantabo.Et hic fiat punctū:& subiungatur.tibi dñe cātabo.s.gr̄am & iudicium vias tuas.Et demum subiungat.intelligam in via perfectionū.Sic enim punctatur in hebręo.Non solum vt vias dñi,sed vt exempla viarū ppriarū intelligā gr̄am & iudiciū in via perfectionū habēda esse.¶ Tertio aūt modo(scilicet vt dona dei sibi concessa)haec eadem tractabit psequendo psalmū.Propterea enim in prima particula psalmi dixit,gr̄am & iudicium cantabo,non explicando deo aut sibi:quia tot modis laudare intendebat gr̄am & iudicium.In his enim duobus non solum viae dñi sed vię principum cōsistunt.Altera ad benefaciendū sine meritis. altero ad ius dicendū & discernendum:hoc est ad sciendum reprobare malum & eligere bonum.¶ Et aduerte connexionem. Ait enim propheta.cantabo tibi,intelligam. Ac si aperte diceret ꝙ laudando te,laudando vias tuas, intelligam vias perfectionum per quas ire debeo.

¶ Quādo venies ad me. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractāt simul gr̄a & iudicium ad vias perfectionum,quantum ad dispositionem psonae dauidis regis. Secūdo tractant eadem simul quantum ad dispōnem ministroꝝ regis,ibi oculi mei.¶ Et est inter haec aduertendū ꝙ totus tractatus vtriusq; partis simul,inchoat a gr̄a dei,quādo venies ad me:& terminatur ad exercendū iudicium exterminādo iniquos,matutinis caedam. Vt & hinc percipiamus dei gr̄am velut cōe principium oium sequentium anteponi:& iudicium ad disperdendū iniquos de ciuitate dñi,velut vltimum finem totius dispōnis regię ad calcem reseruatum. ¶ Principium atq; radix ois rectę dispōnis cōsequenter scribēdę describit dei gratia,determinādo tēpus rectę dispōnis tūc fore quādo venies,quādo veniet deus ad aīam:iuxta verbum dñi,& ad eum veniemus. Inquit enim.Quādo venies ad me,per gr̄am,tunc ibo in perfectione cordis in medio domus meae.Prima recta dispō a corde incipit.Et est cordis integritas cū deo:vt quia nihil in corde admittit contra honorē dei.Et hoc manifeste in ppria domo.quod.n.fit in media domo,manifeste fit:ad dr̄iam coꝝ quę occulte fiunt in angulis. Descripsit aūt integritatē cordis manifestā domui:vt eam nō solū exemplarem domui sed ēt absq; omni simulatione ītelligeremus. Īpossibile est enim hmōi simulationes latere domesticos:q̄uis possint latere alios. Vnde ex hoc ꝙ manifesta est domui pprię integritas cordis principis,vera eē cōprobat.¶ Nō ponā.Secūda recta dispositio est negatiua exponēdi se periculo inique agēdi.Quia enim reges superioribus carēt,& legibus soluti sunt,magni periculi res agit quū pponit eis libertas agendi qcq̄d volūt seu possunt. Hoc iniquae libertatis verbum significat per verbū belial:hoc est sine iugo,freno,lege agere.Hmōi libertatē non solum recusat exercere,sed disponit nō ponere ante oculos:ne posita ante mentis oculos alliciat & trahat ad inique agendum.¶ Facere volutiones. Tertia recta dispositio est abominari duplicitates seu proditiones,significatas volutionum nomine.Duplicitas enim proditio & huiusmodi eo ꝙ vertunt vnum in aliud,volutiones appellatę sunt.Facere volutiones odiui nec adhaerebit in me. Naturali inclinatione dauid exosas habebat huiusmodi proditiones.Et propterea non solum proposuit,non adherebit in me:sed explanauit congenitū sibi odium talis vitii.¶ Cor tortum.Quarta recta dispositio est.Cor tortū recedet a me:hoc est etsi qn̄q; habui nō rectū cor(vt fuit in adulterio cū bersabee & homicidio vrię)nō tn̄ pseuerabit mecū,sed recedet a me.¶ Malū nesciā.Quīta recta dispositio est nescire

malū:hoc est nō dissimulare scitum malū,quasi me nesciēte illud fiat.Errāt.n.plęrunq; principes sciendo malū patrandū,& simulādo se nescire approbāt illud fieri.Cōtra qđ crimē disponit.malū nesciam:hoc ē malū patrādū nesciā dissimulatione approbādo.℣ Accusantē.Sexta recta dispō est excludere a se detractores.sunt.n.valde nociui qūū patēt eis aures principū.Accusantē in abscondito sociū suū,hoc ē detractorē,ip̄m īcidā,a cōtubernio meo,ab auribus meis.℣ Celsitudinē oculo℞.Septima recta dispō est carere aīo īsaciabili.quē describit a celsitudine oculo℞ & a vastitate cordis.Et intēdit per hoc,pcul a se abiicere crimen insaciabilis animi:quo principes mētis oculos semper ad celsiora leuant,& cor tam vastū habent vt mundus eis non sufficiat,anhelant ad aliena regna &c.

Oculi mei. Postq̄ dauid declarauit dispōnes rectas ppriç personæ quas veniente deo ad se(hoc est cum diuina gratia)habebit,subiungit modo dispositiones suas rectas respectu ministro℞. ℭ Prima est φ eliget fideles.Oculi inq̄t mei,nō cęco īruitu nec aliena relatione,sed oculi mei,erūt,in fidelibus terrç,in iis qui fideles īueniunt in terra,ad sedēdū mecū,pro cōsilio,pro iudicio & aliis publicis negociis.℣ Ambulans in via pfectionū ipse seruiet mihi.Hæc est secūda conditio ministro℞.Et prima quidē fidelitatē,secunda autem studiū ad bonos mores,ad pgressum in via virtutū cōtinet.tales.n. oportet eē ministros regios,vt & in seipsis virtutibus p̄diti cū rege & populo fideliter agāt.℣ Non sedebit in medio domus meæ faciens dolū,loquens mendacium nō firmabit coram oculis meis. Humana electio quantūcūq; oculata quādoq; fallit.& si aliquādo cōtingit reges errasse in electione ministro℞,ne videantur errasse sustinēt illos:& malūt regimen malū q̄ apparere errasse.Cōtra hoc vitium dicit dauid φ nec faciens nec loquens dolum,firmabit secum.Dicendo firmabitur,significat φ q̄uis ascitus fuerit,cōperto φ mendax est nō firmabit.Et dicendo nō sedebit,significat φ q̄uis ascitus ingressus fuerit,comperto φ est dolosus nō quiescet sedendo in medio domus meç regię:hoc est in publico officio. ℣ Matutinis cędam.Postremo post tot sanctas dispōnes & personç suç & ministro℞,declarat dispōnē suam circa exercitiū iustitię per se & per alios:φ disponit matutinis(hoc est celeriter) cędere,succidere,omnes impios terrç,iudicando eos:ad faciendum excidi,per ministros,de ciuitate domini omnes operātes iniquitatis.Nota rōnem:quia indigni sunt operarii iniquitatis ciuitate dñi deo dicata,quę ad literam erat tunc temporis hierusalē:quę erat caput regni,electa a deo vt coleretur nomen suum ibi.Et specialem fecit mentionē hierusalē:qm̄ specialior cura ciuitatis illius incūbebat regi.alię.n.ciuitates suos habebāt prefectos.ℭ Quęstio quę hic mouet de impunitate ioab qui interfecit duos pricipes meliores se:quo pacto.s.illius impunitas stat cū obseruatiōe istius scripturç,matutinis cędā oēs ipios terrç.Soluit φ celeriter puniuit puniēs cū q̄primū potuit cōmode:& φ nō prius cōmode potuit q̄ firmatū esset regnū in semine suo.Et ppterea firmato salomone in regno,mandauit ei vt iustitiā hāc exequeretur:quod & ille fecit.Et sic obseruauit quod hic scripsit. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO.

ℭ Orō pauperis cum anxius fuerit,& corā domino fuderit eloquium suum. CI.

DOmine exaudi orationē meā:& clamor meus ad te ueniat.
Nō auertas faciē tuā a me:in quacūq; die tribulor īclina ad me aurē tuā.
In quacunq; die inuocauero te:uelociter exaudi me.
Quia defecerūt sicut fumus dies mei:& ossa mea sicut cremiū aruerunt.
Percussus sū ut fœnū & aruit cor meū:qa oblitus sū comedere panē meū.
A uoce gemitus mei:adhęsit os meum carni meę.
Similis factus sum pelicano solitudinis:factus sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui:& factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei:& qui laudabant me aduersum me iurabāt.
Quia cinerem tanq̄ panem manducabā:& poculū meū cum fletu miscebam.
A facię irę indignationis tuę:quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut umbra declinauerunt:& ego sicut fœnum arui.
Tu aūt domine in ęternū permanes:& memoriale tuū in generatione & generatione.
Tu exurgens misereberis sion:quia tēpus miserendi eius,quia uenit tempus.
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius:& terrę eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum dñe:& omnes reges terræ gloriam tuam.
Quia ędificauit dominus sion:& uidebitur in gloria sua.
Respexit in oratiomem humilium:& non spreuit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera:& populus qui creabitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso sancto suo:dominus de cœlo in terram aspexit.
Vt audiret gemitũ compeditorum:ut solueret filios interemptorum.
Vt annuncient in sion nomen domini:& laudem eius in hierusalem.
In conueniendo populos in unum:& reges ut seruiant domino.
Respondit ei in uia uirtutis suæ:paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum : in generatione generationum anni tui.
Initio tu domine terram fundasti:& opera manuum tuarum sunt cœli.
Ipsi peribunt tu autem permanes:& omnes sicut uestimentum ueterascent.
Et sicut optoriũ mutabis eos & mutabũtur:tu aũt idẽ ipse es & anni tui non deficiẽt.
Filii seruorum tuorum habitabunt:& semen eorum in seculum dirigetur.

IVXTA HEBRÆVM. Oratio pauperi, quando exanimabitur,& faciebus domini fundet eloquium suum. CII.

1 Propheta. DOmine audi orationem meam:& clamor meus ad te ueniet.
2 Non abscondе facies tuas a me:in die angustię accidentis mihi inclina ad me aurẽ tuã,in die qua uocabo te,cito responde mihi.
3 Quoniã finiti sunt sicut fumus dies mei:& ossa mea quasi incendio adusta sunt.
4 Percussum est quasi herba & aruit cor meum,quia oblitus sum a comedendo panẽ meum:a uoce suspirii mei adhęsit os meum carni meæ.
5 Assimilatus sum pelicano deserti:fui quasi nycticorax ruinarum.
6 Solicitaui:& fui sicut passer solus super tectum.
7 Tota die exprobrauerunt mihi inimici mei:insanientes,in me iurauerunt.
8 Quia cinerem sicut panem comedi:& potus meos in fletu meo miscui.
9 A faciebus indignationis tuę & irę tuę:quia eleuasti me & proiecisti me.
10 Dies mei quasi umbra declinata:& ego quasi herba arescam.
11 Et tu domine ęterno sedebis:& memoria tui generationi & generationi.
12 Tu surges,misereberis sion:quia tempus ad miserẽdum eius,quoniã uenit testificatio.
13 Quoniam uoluerunt serui tui lapides eius:& pulueris eius miserebuntur.
14 Et timebunt gentes nomen dñi:& omnes reges terrę honorem tuum.
15 Quia ędificauit dominus sion:uisus est in honore suo.
16 Vertit se ad orationem suspirantis:& non despexit orationem eorum.
17 Scribetur hoc generationi posterę:& populus creatus laudabit dominum.
18 Quoniam prospexit de excelso sanctitatis suæ:dominus de cœlis ad terram respexit.
19 Ad audiendum suspirium uincti:ad soluendum filios mortis.
20 Ad narrandum in sion nomen domini:& laudem eius in hierusalem.
21 In congregando populos simul & regna:ad seruiendum domino.
22 Afflixit in uia uirtutem meam:abbreuiauit dies meos.
23 Dicã,deus meus ne destrue me in dimidio dierũ meorũ:i generatiõe gñationũ anni tui.
24 Initio terram fundasti:& opus manuum tuarum cœli.
25 Ipsi peribunt & tu stabis:& omnes ipsi sicut pannus atterentur,sicut uestimentũ mutabis illos & mutabuntur.
26 Et tu ipse es:& anni tui non complebuntur.
27 Filii seruorum tuorum habitabunt;& semen eorum faciebus tuis firmabitur.

Titulus est. Oratio pauperi, quando exanimabitur & faciebus dñi fundet eloquium suum. Psalmus iste appellatur oratio: quia per modum orationis cõditus est. Et est quartus psalmus habẽs orationis titulũ. Pauperi vero (hoc est indigenti) appropriatur, nec determinatur cui: sed qualitas indigentię aperitur quãdo exanimabitur, hoc est velut semianimis cadet. In quo paupertas istius significatur paupertas animi: sicut qñ aliquis collabitur semianimis prę dolore vel timore &c̄. defectus animi significatur. Per reliquũ aũt recursus ad deũ ex intimo & pleno corde significatur. fundere enim eloquium suũ ante faciẽ dñi, ex plenitudine cordis ad deum prouenit. ¶ Ex quibus simul iunctis nõ apparet materia psalmi nisi in genere, quãdiu nescitur quis sit iste pauper semianimis recurrens ad faciẽ dei. Paulus apostolus ad hebr. i. tradit ꝙ vltima pars istius psalmi tractat de diuinitate mesię: affert. n. ad hoc illos in calce psalmi versiculos. initio tu domine terram fundasti &c̄. Vnde hinc ordiẽdo oportet cõsequenter dicere psalmum hunc tractare de aduẽtu mesię. Et huic sensui facile consentit psalmus ab undecimo versiculo & deinceps: qñ tractat manifeste de diuina miseratione & ędificatione sion cũ conuentu & timore oĩum regum & gentiũ. hæc. n. spectare ad tempus mesię constat. Sed hinc adhuc nõ apparet quis sit iste pauper qui tot malis afflictus describitur vsq; ad versiculũ vndecimum. ⁋ Cõsentaneũ aũt rõni est vt vlï saluatori vlis miseria subleuanda proponatur: qa causę vniuersali respõdet effectus vniuersalis. ac per hoc mesię saluatori humani generis, miseria humani gñis propulsanda offeratur. Ita ꝙ pauper iste in titulo nominatus & vsq; ad vndecimum versiculum descriptus est humanũ genus subiectum multis miseriis, ꝑcipue animi: & ꝓpterea semianimis describitur. Et quãuis vniuersum genus humanum indigens ac semianime sit: quia tamen nõ oẽs recurrerunt ad deum, sed iusti ꝓ se & toto humano genere expectabãt mesiam rogãdo deũ ꝓ illius aduentu, ideo ad differentiã nõ recurrentiũ ad deum nec expectantium aduenturum mesię dicitur in titulo. quando fundet eloquium suũ coram domino. Acsi aperte diceret ꝙ psalmus iste est oratio humano generi pauperi quando recurret ad faciem dei: hoc est suspiranti ad aduentum mesię.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta miserias humani generis plorãs, supplex recurrit ad deũ: & ꝑdicit nõ solũ surrecturũ deũ ad miserendũ reliquiarum sion cum timore diuini nominis ac honoris apud gentes & reges omnes, sed prospecturum de cœlis ad terrã ad audiẽdum suspiriũ vinctorũ, ad soluẽdos filios mortis, ad annũciãdũ in sion vt congregẽtur omnia regna ad seruiendũ deo: cum afflictione & abbreuiatione vitę cõfitentium diuinitatem mesię, quorum semen coram deo firmabitur.

¶ Persona loquens propheta est.

DOmine audi. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuã materię, & executiuam, ibi qñ finiti sunt. ¶ Proponit tria. s. orationẽ, angustiam, & vocationẽ suã. Dñe audi, pro exaudi, orationẽ, mentis eleuationẽ ad te, meã: & clamor meus, non oris sed affectus, ad te veniet. Depcatiue vtitur futuro, ex fiducia affirmans ꝙ magnitudo affectus sui veniet vsq; ad deũ. humano more loquitur. Non abscondefacies tuas a me. Alibi dicit auerte facies tuas a peccatis meis: hic supplicat non abscõde facies tuas a me, creatura tua. Pauper indignus habetur facie principis. multi enim principes si occurrat pauper clamaturus, afflictus, abscõdunt faciẽ suã ab eo, diuertendo vultũ alio: vel si locus permittit, retrahũt se a fenestrã vel huiusmodi. Et ꝓpterea hic pauper clamãs &c̄. petit a supremo principe ne abscõde faciẽ tuam a me. ⁋ In die angustię mihi inclina ad me aurem tuam. Ecce secũdũ ꝓpositorũ: dies angustię accidentis mihi. nec sufficit videri a principe, sed petit audiri tempore angustię. Humiliter autem petit, dicendo, inclina, flecte, aurem tuam, ad audiendã pauperis angustiam. ⁋ In die vocabo te. Ecce quod tertio proponit cum tanta fiducia vt temeritas videatur. In die qua vocabo te, cito respõde mihi. Vere temeraria esset petitio nisi diuina gratia tãtam homini prestitisset fiduciam vt audeat petere, quacũq; die vocabo te cito responde mihi: acsi deus ad nutũ se homini ꝓstituerit. Et significatur ꝑ hoc differẽtia inter statum noui & veteris testamenti. In nouo. n. deus rñdet opere beatitudinis, quacũq; die vocatus fuerit meritis iustorũ morientiũ. in veteri aũt quãtũcũq; merita patriarcharũ & ꝓphetarũ clamarẽt, semp distulit videre, semp distulit beare: nullus. n. ante christi mortem fuit beatus.

¶ Quoniã finiti sunt. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat illa particula, in die angustię. Secũdo illa, dñe audi orõnẽ meã, ibi & tu dñe. Tertio illa, nõ abscõde facies inclina aurẽ, ibi scribatur hoc. Quarto illa, in die vocabo te, ibi afflixit in via. ¶ Tractando itaq; angustias humanas inchoat a prima. s. temporalitate vitę. prima. n. pena quã incurrit homo fuit priuatio perpetuę vitę: iuxta illud. in quacũq; die comederis, morte morieris: hoc est necessitatẽ moriendi incurres. Quoniam finiti sunt sicut fumus dies mei. Inter dies perpetuos & eos qui finiuntur hæc est differentia. ꝙ isti quanto magis protenduntur tanto magis desinũt: & propterea assimilantur fumo, qui quanto magis protendit tanto magis desinit. Perpetui autẽ dum protendũtur non desinũt: qñ semper superfuit perpetui. Nos autẽ experimur ꝙ cõtinuo nati desinimus esse. quilibet. n. dies quo viuimus subtrahit durationi futurę. ⁋ Et ossa mea quasi incẽdio adusta sunt: hoc est firmitates vitę meę sicut ea quæ ardẽdo aduruntur deficiunt: dum naturale humidũ a contrariis quasi in incẽdio positum cõsumit. Et hæc duo (scilicet tẽporalita-

tem vitę & cōsumptionē vitæ naturalis)mutuo se inferre in nostra vita experimur. Et licet sit vna pœna totalis cōprehēsa sub necessitate moriēdi, distinguitur tamē in has duas partes: vt intelligamus ēt id tēporis quod viuimus male viuere: vtpote velut in incendio. Significantius aūt dicit ossa: ad denotandū ꝙ hæc cōsumptio nō cōuenit nobis a principio vitę(quia tūc vegetamur/augemur & perficimur)sed postq̄ perfecta sunt ossa/post ętatē consistentię. Et sic dimidiū vitæ nostræ in consumptione positū est: & totū tempus nostrum in desitione. ¶ Percussum est quasi herba & aruit cor meū. Tertia miseria hominis describitur perditio viroris animi ad similitudinē herbę percussę ab æstu solis & arefactę. Perdidit siqdem homo virorē animi. nō. n. viret voluntas(p cor significata) in affectu boni: sed velut arida est/destituta virore originalis iustitię, & percussa ab æstu sensualitatis: vt continua experiētia testatur. ¶ Quia oblitus sum a comedēdo panē meū. Quarta miseria quæ est ratio tertię/& spectat ad intellectū. Miser hō nō solū nō vescitur pane suo/pane nō cōi sibi & brutis, sed pane suo/sibi ꝓprio/veritate doctrinę: sed(quod peius est)oblitus est comedere panem veritatis. Progressu enim temporis nō multo post peccatū primi hominis/vsq̄adeo desueuit homo vesci veritate vt obliuioni tradiderit cibare seipsum veritate. plenus fuit enim mundus fabellis/idolatriis/corruptis moribus: & breuiter assuetus est pani cōmuni nobis & brutis. ¶ A uoce suspirii mei. Quinta describitur miseria peruersi ordinis quo caro regit spiritū/quo carnalis appetitus dn̄atur spiritui. Hāc. n. peruersitatē significat adhęsit os meū carni meę. naturalis siqdē ordo est vt caro adhęreat ossi/vt ossa sustētent carnē: iste aūt conquerit ꝙ ossa adhęrēt carni/ꝙ ossa sustētantur in carnibus. Quod metaphorice denotat solidiorē hoīs partē quæ est mens & ratio, adhęrere īferiori & fluidę parti quę est appetitus sensibilium & tēporaliū bonorū: ita ꝙ sustinetur ab illa. Huius aūt peruersi ordinis ratio redditᷣ nō ab appetitu boni delectabilis, sed a fuga mali contristātis: dum dicitur. a voce suspirii mei. Quia cōmunius est humano generi peruersū hunc ordinē habere fugiēdo malū q̄ appetēdo delectabile. multi. n. nō sequētes delectabilia sed fugientes tristia/in hanc inciderūt peruersitatē: vt clare patet. ℂ Assimilatus sum pelicano deserti. Sexta hominis miseria describitur in studiis humanis trifariam diuisis. Vbi nota sic esse ordinandā literam. Solicitaui, assimilatus sum pelicano deserti. rursus solicitaui, fui quasi nycticorax ruinatū. solicitaui, & fui sicut passer solus super tectū. Per solicitudinē manifeste significatur studium humanū. Per triplicē autē compationem tres humani studii partes. Prima respectu posteritatis per comparationē ad pelicanū. De quo hiero. ad p̄sidium dicit ꝙ quum filios suos a serpente occisos inuenit, luget & se suaq̄ latera ꝑcutit: & de sanguine excusso ad latera/mortuorū corpora reuiuiscant. Et dicitᷣ pelicanus auis ęgyptia/similis cygno/habitās in solitudinibus: ad differētiā pelicani aquatici. Vnde ex hac similitudine significatur illoꝝ hominū studiū qui tāto se labore cruciant pro posteritate sua. Et hæc humana miseria tā frequens est vt non egeat teste. ¶ Secunda pars est humani studii circa scientiam, significata per similitudinem ad nycticoracem ruinatum: qui dicitur nocturnus coruus/nō die sed nocte volans. manifeste significans intellectum animæ nostræ similem noctuę: vtpote impotentē videre intelligibilia clare. Et apte describitur ruinatū: quoniam inter ruinas intelligibiliū(hoc est inter res sensibiles/fluxas/ruentes &c̄.)versatur intellectus nr̄. ¶ Vltima demū pars humani studii(quæ est circa honorem/gloriam & similia vana)significatᷣ per assimilationē ad passerem solū super tectū. Solum quidē tanq̄ non curam habeat posteritatis suæ. Super tectū autē/tanq̄ in celsitudine honoris seu glorię cōmorantē, & ibidem volando tanq̄ spectaculum se p̄bendo aliis/tēpus cōsumentem. Vbi manifeste vides describi humanū studium erga honores. ¶ Et nota ꝙ omnia humana studia sunt assimilata non animalibus gressibilibus aut piscibus, sed volatilibus: ea ratione quia humano ingenio cōgenitę sunt alę, quibus possit ad superiora/ad verā & æternam felicitatem studiū suum eleuare: sed ipsum alis suis vtitur ad has miserias. ℂ Tota die exprobrauerūt mihi. Septima miseria hominis describitur ꝙ homo homini exprobrat bonū. ita ꝙ boni odio habētur & persecutionē etiā patiuntur quia vacant verę penitentię/quia recognoscūt deū &c̄. Hæc miseria(quā vtinam nō videremus) describitur. Tota die/cōtinue, exprobrauerunt mihi/colenti deū, inimici mei/interno odio: insanientes/quorū infinitus est numerus, in me iurauerunt/cōtra me firmauerūt animū etiā iurādo/tanq̄ arbitrātes se benefacere. ¶ Quia cinerem. Ecce ratio inimicitię & exprobrationis. quia cinerem sicut panem comedi. Appellatione cineris intellige statum pœnitentialē/in luctuoso cinere solitum describi. Et est sensus. quia paui me statu pœnitentiali sicut homo libenter vescitur pane. Et potus meos in fletu meo miscui/delectationes meas temperaui fletu sicut qui temperaret potum vini lachrymis. Et hoc non vane/non frustra: sed a faciebus indignationis tuę/ob culpā meā, & iræ tuæ/iustitię tuę. Vniuersę siqdē hę miserię sunt generi humano & naturales & pœnales. naturales quidē qa comitanᷣ naturā sibi derelictam: pœnales aūt quia ex ꝓpria culpa meruit primus homo naturā humanā relinqui sibipsi. Et propterea culpę suę & iustitię diuinę illas tribuit quatenus pœnales. Vnde & subdit. quia eleuasti me & proiecisti me. Metaphora vtitur/sumpta a re in excelsum eleuata & inde proiecta: cuius casus eo peior est quo ex celsiori loco proiicitur. Iuxta hāc similitudinē dicit homo deo. eleuasti me/ex puris naturalibus ī celsitudinem status originalis iustitię, & proiecisti me/& eleuatū proiecisti(subintellige ob culpā meā)in inferiorem statum q̄ purę naturæ

vt experimur. ¶ Dies mei quasi vmbra declinata. Preter superius dictã miseriam tẽporalitatis/ altera nũc miseria tẽporis vitę humanę describit. s. q̃ dies vitę apparẽt longiores cuilibet q̃ ipsius natura sustineat. Et hoc experimur: dum oẽs putamus dies nostros diuturniores, & nemo sit tã senex qui non putet annũ se posse viuere. Hæc miseria explicat ex assimilatione duratiõis vitę ad vmbrã declinatã. Videmus. n. ad sensum q̃ vmbra declinata valde lõgior est q̃ corpus cuius est sit. vmbra siquidẽ hoĩs per paruũ spatii ante solis occasum (quæ vocat vmbra declinata) est vmbra cẽtũ cubitorũ quodãmodo, & tamẽ hõ cuius est vmbra/ paruulũ est corpus. Similes quippe vmbrę declinatę sunt dies vitę nostrę: qui apparẽt nobis valde longi, & tñ in intrinseco vitę parum tẽporis superest viuẽdi. ¶ Vnde & radicẽ nõ videntem tantę & tali apparentię subiungit. Et ego quasi herba arescam. Ac si aperte diceret. Dies mei videntur longiores, & tñ ego sicut herba arescam: hoc est in breui moriar, sicut herba breuissimo tempore arescit percussa modico ęstu. Hæc de humanis miseriis.

Et tu domine. Tractat hic illa particula/ dñe audi orõnẽ meã &c̃. declarãdo exaudiẽdã orõnẽ eius in aduẽtu mesię. Et tu dñe ęterno sedebis. Inchoat ab ęterna dei quiete: vt describat eundem esse deũ quẽ & mesiã. Et memoria tui generationi & generationi. non solum tu in æternũ regnas: sed memoria tui nulli defutura est generationi. Et dixit hoc, vt describeret deum nõ propter aliquam suam indigentiã missurũ mesiã. ¶ De cuius aduẽtu subdit. Tu surges/ q modo videris dormire/ vel etiã tu surges a mortuis, misereberis sion/ hoc est colẽtium te iudęorũ. a loco cultus significauit colentes. quia tempus ad miserendum eius/ sion (at vbi venit plenitudo temporis/ misit deus filium suum &c̃. inquit apostolus) qa tẽpus diffinitũ a te ad miserẽdũ eius/ supple venit: qm̃ venit testificatio/ hoc est tẽpus mesię testificatũ a pphetis. ¶ Quoniã voluerũt serui tui/ apostoli, lapides/ viuos, eius/ sion: & pulueris eius/ sion, miserebuntur. Reddit rationẽ miserẽdi sion (hoc est saluandi iudęos) ex affectu seruorum dei ad hoc anhelantium in aduentu mesię vt salui fierent iudęi: iuxta illud. vobis oportebat pdicari primum regnum dei. Et rursus. vobis verbum salutis huius missum est. Et paulus ad ro. xi. siquo modo ad emulandũ prouocẽ carnẽ meã, & saluos faciã aliquos ex illis. s. iudęis. Loquitur autem hic de sion metaphorice tanq̃ destructa cuius lapides & puluis remanserint: pręuidens populũ iudęum velut destructum in reliquiis saluandum. ¶ Et timebunt gentes/ quę modo sunt idolatrę, nomen tuum: & omnes reges terræ honorẽ tuum. Iunge hęc duo simul (scilicet salutẽ reliquiarum sion per lapides & puluerem designatarũ/ & q̃ omnes reges terræ timebunt honorẽ christi) & videbis q̃ de glorioso mesię aduentu non de primo est ad literã sermo. qñ si fuerit numerus israel tanq̃ arena maris/ reliquiæ saluę fient: vt dicitur ad ro. 10. ex esaia. quando omnes reges terræ timebunt christum honoratum/ hoc est gloriosum. ¶ Quia ędificauit dominus sion. Non potest de corporeo ędificio hoc intelligi: quia nulla est/ fuit aut erit ędificatio materialis sion in qua omnes reges terræ timebunt honorem mesię. Sed de ędificio spirituali sion ex viuis lapidibus: iuxta illud ad hebr. 12. accessistis ad sion montem & ad ciuitatem dei viuentis hierusalem coelestẽ. Visus est in honore suo. Quantum ad aliquos adimpletum est hoc infra tempus resurrectionis & ascensionis: in quo decies visus est christus in honore immortalitatis suæ. Simpliciter aũt & absolute in secundo verificabitur aduentu: qñ vniuerso mũdo apparebit in honore maiestatis suę. ¶ Vertit se ad orationem suspirantis/ humani generis: & nõ despexit orationẽ eorum. Vbi vides suspirantis pauperis orationem auditam & ingressam ad penetralia dei.

Scribetur hoc. Tractatur hic illa particula/ ne abscõde facies tuas inclina autem tuã: describẽdo primũ christi aduẽtũ. Scribetur hoc/ de aduẽtu mesię, generationi posterę. quod impletũ ẽ & p pphetas & p euãgelistas. & populus creatus/ p regenerationẽ baptismi, laudabit dñm. ¶ Qm̃ (ecce tõ) pspexit de excelso sanctitatis suæ/ de seipso/ de sua deitate: dñs de coelis ad terrã respexit. Ecce q̃ non abscondit faciẽ suã: sed respexit ad terrã/ ad terrenos homines, quum verbũ caro factũ est. ¶ Ad audiendum suspirium vincti. Ecce inclinauit aurẽ suã ad audiẽdum suspiriũ humani generis/ vincti poena peccati in limbo/ vincti nexibus peccatorũ in mũdo: ad soluẽdũ filios mortis/ hoc est merentes mortẽ/ dãnãdos ad mortẽ. Oẽs. n. natura eramus filii irę & mortis. Hi sunt effectus ad quos venit mesias. ¶ Ad narrandum in sion nomen domini, & laudem eius in hierusalem. Nõ sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus israel. Et ppterea officium pdicationis euãgelicę primo describit in sion & hierusalẽ. ¶ In cõgregando populos simul. Aduerte prudẽs lector q̃ est gerũdiũ passiuũ: significãs efficaciã pdicationis euãgelicę extẽsę ad mũdũ/ esse cõgregari populos simul & regna ad seruiendũ domino. Congregari intellige non vnitate loci sed vnitate ecclesiasticę charitatis, ad seruiendum non homini sed domino. Hæc spectare ad primum christi aduentum clare patet: cointelligendo primo aduẽtui tẽpus euãgelicę diuulgatiõis.

Afflixit in via. Tractat hic illa pticula/ in qua die uocabo te cito responde mihi: describendo statum christianũ tripl'r. Primo quãtũ ad passionẽ, ne crederemus q̃ per aduẽtũ mesię homines liberi fierẽt ab afflictionibus & passionibus/ & quod in secũdo pmittit mesię aduẽtu intelligeremus adimplẽdũ i primo, describit ppheta statũ noui testamẽti plenũ afflictiõibus. ¶ Afflixit/ mesias, i via/ christiana, virtutẽ meã/ robur meũ naturale. ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos, & eritis odio oĩbus hoĩbus pp nomẽ meũ. abbreuiauit dies meos: vt patet i multis martyrib⁹. ¶ Dicã/ patiẽs & afflictus & moriẽs mesię:

deus meus ne destrue me in dimidio dierum meoꝝ.Oratio est naturalis affectus remanētis ĩ christiano statu.eodē siqdē affectu martyres hic orāt quo christus/pr̃ si poſſe est trāseat a me calix iste.quo nolumus expoliari sed supuestiri.Et induxit hūc affectū viuendi & refutādi mortē in sequacibus mesię ꝓphetæne putares ꝙ afflictiones nō sentirent/ꝙ mors eis nō displiceret.vt tāto laudabilior monstretur coꝝ passio quāto magis cōtrariā illā sentiūt naturali affectui:ꝓfitenti illam sibi displicere, subiiciendo tñ totū diuino beneplacito.Ad vtrūq;.n.significandū dicitur.dicā deo/nō sequar ego affectū fugiētem mortē,sed submittā deo illū appetentē ne destruas me in dimidio dierū meoꝝ. ¶ In generatione. Describit̃ secūdo status christianus quo ad ꝓfessionē fidei in ꝑcipuo articulo.ſ.diuinitatis mesię.Et inducitur vt ꝓfessio afflicti populi.ita ꝙ dicā deo/referatur nō solū ad submissionē naturalis appetitus,sed ad subiunctā fidei ꝓfessionē.Profitet̃ itaq; diuinitatē christi a tribus.Primo ab ęternitate.In generatione generationū anni tui.Generationes qppe oēs tēporales sunt:idemq; est dicere in generatione generationū ac dicere in generatione tēpoꝝ.Generatio tēpoꝝ ab ęternitate ē:iuxta illud boe.q tēpus ab ęuo ire iubes.In æternitatē ergo a qua ꝓficiscunt̃ tēpora,annos mesię ꝓfitet̃.¶ Initio terrā fundasti. Secūdo declarat diuinitatē chr̃i a creatiōe mūdi.Initio/ĩ pricipio creauit deus coelū & terrā,terrā fundasti/a fundamētis creasti/seu fundamētū mūdi posuisti;est.n.terra in infimo mūdi loco.& opus manuū tuarū/nō mediāte aliena manu,coeli/hoc est corpora coelestia. Per quod patet ꝙ mesias est illemet deus q creauit mūdū.¶ Ipsi peribūt.Declarat tertio diuinitatē mesiæ ab īmutabilitate:describēdo eius immutabilitatē ex negatione trium generū mutationis inuētoꝝ in vniuerso corporeo. Ipsi peribunt.mutatio substantialis tāgitur:attribuendo eam coelis ratione coeloꝝ inferiorum:qui corrumpuntur substātialiter modo ſm vnā partē & mō ſm aliā.& excludēdo eam a mesia quatenus deo/dicēdo & tu stabis. ¶ Et omnes ipsi sicut pānus atterētur. Tangitur motus alterationis ab intrinseco.qui inter omnia inanimata manifeste apparet in panno:dum ex seipso atteritur/veterascit.Et de iisdem dicitur ꝙ atterentur quasi pannus:quoniā habent in se vnde alterentur.Quo cōtra ad mesiā subdetur. & anni tui non cōplebūtur.Quæ.n.veterascunt,eorū anni tandē finiunt̃:deus aūt oīs alterationis expers/annos habet indeficientes.Et sub hac mutatione cōprehenditur etiā mutatio ſm augmētū & decrementū:quæ sine alteratione fieri nequit.& ꝓpterea cōtraposuit/anni tui nō deficient:vt omnis decrementi expertem significaret.¶ Sicut vestimentū mutabis eos & mutabunt̃.Mutatio localis tāgitur:qua sola mutamus vestimēta ad nutū,nulla mutatione ſm qualitatē / quātitatem aut substantiam interueniente.Et hæc mutatio cōmunis est etiā superioribus coelis.Quo cōtra ad mesiā dicitur.& tu ipse/hoc est tu sine omni varietate.Adiectio.n.ꝓnominis ipse ad ꝓnomen tu/ad varietatis exclusionē significandā inducta ē:quia si aliquid varietatis haberet/minus ipse esset.quantū.n.res aliqua varietatis sapit/tantum a seipsa recedit.¶ Inter quæ nota prudens lector:ꝙ propheta exclusis his tribus generibus mutationū a mesia/eū verum deū omnino immutabilē depinxit:quia sub his tribus generibus oēs mutationes cōprehēduntur.Atte quoq; descripsit priores mutationes sine autore(ipsi peribūt/sicut pannus atterentur) motū aūt ſm locū descripsit cum autore deo:quia mutationes illę insunt rebus ex necessitate materię: motus aūt localis ab ipso deo in corporibus seruat̃ coelestibus ad vitā inferioris mundi. Vnde & a philosophis primus motor appellatur. ¶ Filii seruorum.Describitur postremo status christianus quo ad durationem.filii/per euangelium geniti,seruorum tuorū/quorū abbreuiati sunt dies per martyrium,habitabunt.Electi relati ad tēporalia bona non habent hic manentem ciuitatem aut domum in qua habitent,sed peregrinantur:relati aūt ad spiritualia bona/habitant in domo dei quæ est ecclesia.nō.n.sūt hospites & aduenę,sed ciues sanctoꝝ & domestici dei.Et propterea ex hac parte describūtur habitātes. Et semen eorū coram faciebus tuis firmabitur.Magna firmitas coram mesia definita est,dicendo.ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Dauid. CII.

BEnedic aīa mea dño:& oīa quę intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic anima meā domino:& noli obliuisci omnes retributiones eius.
Qui propiciatur oībus iniquitatibus tuis:qui sanat oēs īfirmitates tuas.
Qui redimit de interitu uitā tuā:q coronat te ĩ misericordia & mīsatioīb⁹.
Qui replet in bonis desideriū tuū:renouabitur ut aquilę iuuētus tua.
Faciens misericordias dominus & iudicium:omnibus iniuriam patientibus.
Notas fecit uias suas moysi:filiis israel uoluntates suas.
Miserator & misericors dominus:lōganimis & multum misericors.
Non in perpetuum irascetur:neq; in æternum comminabitur.
Nō secūdū peccata nostra fecit nobis; neq; secūdū iniquitates nostras retribuit nobis.

Q uoniā ſecūdū altitudinē cœli a terra:corroborauit miſericordiā ſuā ſup timētes ſe.
Quantum diſtat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates noſtras.
Quomodo miſeretur pater filiorum miſertus eſt dominus timentibus ſe: quoniā ipſe cognouit figmentum noſtrum.
R ecordatus eſt qm̄ puluis ſumus:hō/ſicut fœnū dies eius,tanq̄ flos agri ſic efflorebit.
Q uoniā ſpiritus pertrāſibit ī illo & nō ſubſiſtet:& nō cognoſcet amplius locum ſuum.
Miſericordia aūt domini ab ęterno & uſq; in æternum:ſuper timentes eum.
Et iuſtitia illius in filios filiorum:iis qui ſeruant teſtamentum eius.
Et memores ſunt mandatorum ipſius:ad faciendum ea.
Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam:& regnum ipſius omnibus dominabitur.
Benedicite domino omnes angeli eius/potentes uirtute:facientes uerbum illius/ad audiendam uocem ſermonum eius.
Benedicite domino omnes uirtutes eius:miniſtri eius qui facitis uoluntatem eius.
Benedicite dño oia opera eius:in omni loco dominationis eius bñdic aīa mea dño.

IVXTA HEBRÆVM. Dauidi. CIII.

1 Propheta. BEnedic aīa mea dñm:& omnia interiora mea nomē ſanctitatis eius.
2 Benedic anima mea dñm:& ne obliuiſcere oium retributionū eius.
3 Ipſe ignoſcens cūctis iniquitatibus tuis:ipſe medens omnibus ęgritudinibus tuis.
4 Ipſe redimens de fouea uitā tuas:ipſe coronans te gratia & miſericordiis.
5 Ipſe faciās in bono ora tua:innouabūtur ſicut aquila adoleſcentię tuæ.
6 Faciens iuſtitias dominus & iudicia:cunctis oppreſſis.
7 Notas fecit uias ſuas moyſi:filiis iſrael opera ſua.
8 Miſericors & gratioſus dominus:longus furorum & multę gratiæ.
9 Non ſempiterno litigabit:& non æterno ſeruabit.
10 Nō ſm peccata noſtra fecit nobis:& non ſm iniquitates noſtras retribuit ſuper nos.
11 Quoniā ſm altitudinē cœlorū ſupra terrā:roborata eſt gratia eius ſuper timētes eum.
12 Sicut longitudo orientis ab occidente:elongare fecit a nobis rebelliones noſtras.
13 Sicut miſerendo pater ſuper filios:miſertus eſt dominus ſuper timentes ſe.
14 Q uoniam ipſe nouit pronitatem noſtram:recordatus eſt quia puluis nos ſumus.
15 Homo ſic eſt/quaſi herba dies eius:ſicut flos campi ſic florebit.
16 Q uia ſpūs trāſiuit in eo/& nō eſt ipſe hō:& non cognoſcet eum ſpiritū amplius locus eius.
17 Et gratia domini a ſeculo & uſq; ſeculū ſuper timētes eū:& iuſtitia eius filiis filiorum.
18 Cuſtodientibus pacti eius:& recordantibus mandatorum eius ad faciendum ea.
19 Dñs in cœlis ſtabiliuit thronū ſuū:& regnū ipſius in omne dominatum eſt.
20 Bñdicite dño angeli ei9/fortes roboris:faciētes uerbū eius ad audiēdū ī uoce uerbi ei9.
21 Benedicite domino oēs exercitus eius:miniſtri eius faciētes uolūtatē ipſius.
22 Benedicite dño omnia opera eius:in omnibus locis poteſtas eius,bñdic aīa mea dñm.

TItulus eſt.Dauidi.Ex quo iuncto progreſſui pſalmi/nō apparet materia pſalmi,niſi quantum ad hoc ꝙ dauid excitat animam ſuam ad laudandum deum. Verum pſalmus ipſe manifeſte prę ſe fert materiā pſalmi eſſe excitationem animi dauidis ad laudandum deum/tum pro beneficiis ſibi ſpecialiter collatis/tum pro beneficiis diuinis populo iſraelis collatis/tū demum pro diuino bñficio uſis regiminis totius mūdi. Hāc eē ad lrām materiā pſalmi/quo ad primā & tertiā ptē ꝓbatione nō eget. Quo ad mediā vero exeo patet ꝙ clare poſt ꝓpria ipſi dauidi bñficia/nolat beneficia collata moyſi & populo iſrael:& deinceps ſeipſum connumerat,dicendo & repetendo pronomen nobis, noſtra, nos.

vt hinc intelligeremus q de illis loquitur quoq ipse est vnus: hoc est de filiis seu populo israel.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid excitat animã suam ad laudandum deũ. tum ob ei pręstita beneficia sex. s. venię, medicinę, vitę, coronę, facietatis, & renouationis. Tum ob populo israel pręstita beneficia quattuor: scilicet iustitię, reuelationis, venię, & firmitatis. Tum ob beneficium vniuersalis regiminis mundo praestitum. ob quod etiam angelos ad diuinam laudem inuitat.

¶ Persona loquens propheta est.

BEnedic. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuã materię, & executiuã ibi ipse ignoscens. ¶ Proponit repetitã excitationẽ animę proprię ad duo: ad laudandũ deum, & ad non obliuioni tradendũ retributiones dei. Benedic, benedictione laudis, anima mea dñm: & omnia interiora mea, intellectus, voluntas, cogitatio & cęterę animi vires, benedicite nomen sanctitatis eius, non solum ipsũ sed nomen eius laudate. Benedic iterum, anima mea dñm. non solum exaggerantis est, sed insinuantis aliã materiã laudis. Et ne obliuiscere oium retributionũ eius, mĩsicordiae, iustitię, grãe, lõganimitatis.

¶ Ipse ignoscens. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, benedic anima mea dominũ &c̃. Secũdo illa, ne obliuiscere omniũ retributionũ eius, ibi faciens iustitias. Tertio illa repetitio, benedic anima mea dñm, ibi dominus in coelis. ¶ Reddit itaq dauid rationem quare anima sua & intima sua debent benedicere dñm, a sex beneficiis diuinis ei collatis. Ipse ignoscens cunctis iniquitatibus tuis. Ecce beneficiũ venię peccatorum, non aliquorum sed omniũ. impium siquidem est dimidiã a deo sperare veniam. ¶ Ipse medens omnibus ęgritudinibus tuis. Secundum medicinę beneficium. Quod de infirmitatibus animi intelligendum est, si proprius est sermo. nam de infirmitatibus corporis non est verificatũ: quia dauid quum non excederet septuagesimum ętatis annũ, infirmus corpore comprobatur, ex eo q homo militaris robustus quum cooperiretur pannis non calefiebat: vt patet in principio tertii regũ: & tamẽ erat etiã in regione satis tẽperata. Sed infirmitates animi (irę scilicet & aliarum passionum) dicit medicatas a deo. ¶ Ipse redimens de fouea vitas tuas. Hoc tertium beneficiũ verũ est de vita corporis, ex eo q pluries fuit fere in fouea sepulchri tempore persecutionis a saulę. Et ideo dicitur redemptus de fouea, tanq̃ ereptus de sepulchro, dum saluatus est de periculo mortis. ¶ Ipse coronans te (quartum describitur beneficium regni: quo scilicet factus est rex) gratia, non ex propriis meritis, & misericordiis, hoc est non solum sine meritis sed etiã subleuãdo a multis miseriis. vt enim patet in sacra historia, dauid multis fuit subiectus miseriis anteq̃ esset rex. ¶ Ipse facians in bono ora tua. Quintum beneficium affluẽtię bonorum est vsq ad facietatem non vnius appetitus sed omnium appetituũ. & propterea dixit ora tua, a similitudine multiplicati oris multiplicem appetitum significans. Quod ad literam adimpletum est assecuto regno. nam & honores, delectationes & victorias, diuitias & reliqua tẽporalia, & nihilominus bona spiritualia habuit affluenter. ¶ Innouabuntur sicut aquila adolescentię tuę. Sextum beneficium describitur recuperationis deperditę adolescentię. Ad literam dauid consumpserat adolescẽtiam suam in angusthis plurimis profugus &c̃. a facie saul. & propterea inter alia beneficia assecuta cum regno computat beneficium restaurandę adolescentię, quo ad qualitatem victus, quo ad accidentia animi, quo ad iucunditatem &c̃. Et ad hoc affert similitudinem aquilę: quae reparat tempus quo afflicta est, propter rostrum nimis aduncum non valendo sumere necessarium cibum. Aiunt enim ipsam deponere aduncitatem rostri allidendo ad petram: & sic reparare tempus afflictionis pręteritę, sumendo cibum restauratiuum totius perditi. Adolescentię in plurali numero dicitur: quia caret singulari in hebręo.

Faciens iustitias. Tractatur hic illa particula, ne obliuiscere omnium retributionum eius. Post excitatum animum ad diuinam laudem ratione propriorum, auget extendendo rationem ad diuina beneficia cõmunia sibi & toti populo israel. Et inchoat a tempore moysi: quoniam tũc inceperunt filii israel esse populus liber. ¶ Primum itaq beneficium collatum populo, describitur liberatio de ęgypto sub specie iudicii & iustitię contra ęgyptios pro filiis israel oppressis. Et dicit plr iudicia & iustitias, propter multas sentẽtias datas & multas executiones factas contra ęgyptios. Et quoniã nõ inducitur hic hęc nisi vt beneficia pstita filiis israel, ideo dicitur deus faciens iudicia & iustitias oppressis cunctis: quia nullus remansit filiorum israel cui hoc beneficium non fuerit collatum. ¶ Notas fecit. Secundum beneficium populo pręstitum describitur bipartitum: scilicet in donationẽ legis qua manifestantur vię dei. Et hoc pręstitum est populo mediante moyse. Et propterea dicitur notas fecit vias suas moysi. Et in demonstrationẽ mirabilium operum: in transitu maris rubri, in cibo mannę, in eductione aquę de petra &c̃. & pp̃terea dicitur filiis israel opera sua. huiusmodi enim opera oculata fide filii israel cognouerunt. Misericors & gratiosus dominus, longus furorum & multę gratię. Tertium beneficiũ diuinum populo collatum describitur consistens in venia peccatorum, tali ordine. Primo cõditiones dei erga populũ israel peccantẽ in deserto, describit a quattuor. Misericors, voluntatis affectu, & gratiosus, passiue, dñs. humano enim more, describit deum intus i corde misericordem, & extra in vultu gratiosum: ad differentiã eorum qui ꝗdã intus sunt misericordes, exterius tamen pręse ferũt seipsos seue-

ros,turbatos.Et ſignificaẗ per hoc ꝙ deus ꝓbet fiduciã peccatoribus ad ſe recurrendi:ſicut homo gratioſi vultus allicit alios ad veniendũ ad ſe,ad petẽdum a ſe.Lõgus furorum,hoc eſt tardus ad iram humano more ſignificatur.nõ enim punit peccatores ſtatim vt peccant,ſed protrahit in lõgũ vindictã: Et multę gratię,impendẽdo bona ſine meritis,& condonãdo abſq; ſatiſfactione.¶ Non ſempiterno litigabit,& non ęterno ſeruabit.Secundo manifeſtat diuinam miſericordiã,gratiam & tarditatem ad vindictã in populo peccãte in deſerto:inchoans a gratioſitate qua rogatus non exterminauit populum vt merebatur:vt patet exo.32.huiuſmodi enim negatio ſignificatur in his verbis.Litigare dei eſt punire,affligere,& huiuſmodi:ad ſimilitudinem litigantis qui vexat eum cum quo litigat.Seruare dei eſt volũtatẽ habere puniendi:ad ſimilitudinẽ ſeruãtis odium in animo ad vindictam ſeu malũ alterius.Vnde nõ ſeruare & nõ litigare eſt nõ habere volũtatẽ puniendi nec punire.Sed non dicitur in litera ꝙ deus nõ litigabit & nõ ſeruabit,ſed apponitur tẽpus.ſ.ꝙ non litigabit in ęternum,non ſeruabit in ęternum.Quod ad literam verificatũ eſt reſpectu populi peccantis in deſerto:de quo eſt ſermo.nã quum meruiſſent deleri,abſtinuit deus ab eorum deletiõe & exterminatione.& ſic neq; ſeruauit neq; litigauit ad ęternũ exterminium,ad ęternã deletionem.Apparet quoq; ꝙ ad literam nõ loqtur ꝓpheta hic de pœna dãnationis ęternę in inferno.nam exo.32.de pœna illius populi dicit deus oppoſitum ad moyſen,poſtq̃ placatus fuit. Duc populũ iſtum quo locutus ſum tibi,angelus meus pcedet te:ego autẽ in die vltionis viſitabo & hoc peccatũ eoꝝ. Vbi patet ꝙ reſeruauit peccatũ eoꝝ puniendũ in die vltionis ęternę.Et ꝓpterea quod hic dicitur(nõ litigabit ęterno & nõ ſeruabit ęterno)ad punitionẽ populi in hoc mũdo exterminatricem refertur:quã ipſo deo teſte meruerãt.Futurũ nõ litigabit,nõ ſeruabit,nõ referẗ ad tẽpus pſalmi:ſed ad conditiones dei,miſericors &c̃.& denotat ſeq̃lam horum(ſcilicet nõ in ęternũ litigare aut ſeruare)ex dei conditionibus.¶ Non ſm peccata noſtra fecit nobis.Declarat ab opere,quod dixerat:ꝙ.ſ.nõ punivit delendo in ęternũ,prout merebamur. Vbi aduerte ꝙ dicẽdo nobis,manifeſtat ꝙ de populo iſrael loquitur.¶ Quoniã ſm altitudinem cœloꝝ ſupra terrã,roborata eſt gratia eius ſuper timẽtes eum.Ratio clemẽtię dictę aſſignatur ex parte diuinę gratię reſpectu timẽtiũ deũ.Et intẽdit ad literã ꝙ propter gratiã diuinã erga abraham,iſaac,iacob,moyſen, non retribuit deus populo ſm merita eius.Manifeſte ſiquidẽ exo.32.moyſes orans pro hac remiſſiõe ait.recordare abraham,iſaac,& iſrael.Et rurſus.aut dimitte eis hanc noxam,aut dele me de libro tuo. Vnde ſignificanter inducit diuinam gratiã nõ cõceſſam ſed roboratam ſuper patres timentes deũ:quia pmiſſa patribus gratia,ex peccatis populi nõ eſt abolita nec debilitata,ſed roborata reſiſtẽdo tot demeritis.eſt enim ſermo metaphoricus,quo roboratũ dicimus quod multis impugnantibus firmitatem ſuã retinet.Propter quod affertur ſimilitudo.ſ.ſm altitudinem cœlorum a terra.Nullę mutationes q̃ fiũt circa terrã,& vniuerſaliter ſphęrã actiuorum & paſſiuorum,perueniunt ad altitudinem cœlorũ:ita ꝙ cœli ſua altitudine a terra,firmi perſeuerant in ſua diſpoſitione, quotcũq; & quantumcũq; circa inferiora mutationes fiãt.Similiter ſiquidem in ſuo robore perſeuerauit gratia dei erga patres timentes deum,nec eſt mutata propter peccata populi:tanq̃ tam excelſa ſupra peccata populi q̃ excelſum eſt cœlũ ſupra terram.Et ideo appoſuit coniũctionem cauſalem quoniã:quia gratia erga patres eſt ratio quare non deleuit populũ.¶ Sicut longitudo oriẽtis ab occidẽte,elongare fecit a nobis rebelliones noſtras.Ne putares ꝓpter patres patrum fuiſſe beneficium venię donatę populo,declarat ex ſimilitudine diſtãtię maximę inuentę in toto vniuerſo corporeo magnitudinem beneficii.nulla eſt enim maior diſtantia illa quæ eſt inter punctũ orientis & punctũ occidẽtis:quum ſit diſtãtia ſm diametrũ maximi circuli primi mobilis.Et per hanc declarat ꝙ nõ parum aut mediocriter,ſed maxime diſtare fecit quãtũ ad pœnã a nobis rebelliones noſtras,quibus rebellauimus deo in deſerto.Et hoc directe ſpectat ad illã dei conditionẽ,longus furorũ.¶ Sicut miſerendo pater ſuper filios.Proſequitur reddere rationẽ tãtę benignitatis ex alia ſupradicta dei cõditione.ſ.miſericors:aſſimilando miſericordiam dei erga populũ miſericordię patris erga filios.Et appellat hic filios iſrael quãuis peccatores,timentes deũ.tum ratione ſtatus:quia erãt etſi nõ quo ad meritum tñ quo ad ſtatũ profitentes timorem dei.tum ratione generis:quia ꝓfitebãtur ſe filios patriarcharũ,timẽtiũ deũ.¶ Quoniam ipſe nouit pronitatẽ noſtram. Declarat ſimilitudinẽ dei ad patrẽ noſcẽtem conditiones filioꝝ ſuoꝝ.Quattuor autem cõditionũ miſeratione dignarũ notitiam affert pro rõne paternę miſericordię erga populũ.Prima eſt pronitas animi hũani.ſenſus.n.& cogitatio hominis(vt diciẗ geñ.8.)prona ſunt ad malum.¶ Recordatus eſt quia puluis nos.Secunda conditio eſt ex materia corporis humani:quia puluis ſumus & in puluerẽ reuertemur.¶ Homo.Tertia conditio eſt inſtabilis fluxaq; tam vita q̃ proſperitas.Et propterea ait. Homo: fac ibi lineam,ſubintelligendo huiuſmodi eſt.quaſi herba dies eius. Tempus ſeu ętas hominis eſt ſicut herba:cuius duratio valde parua eſt & multis facile ſubiecta periculis.nam & facile inciditur,facile aduritur ęſtu,aut frigore ſiccatur &c̃.Sicut flos campi ſic florebit.ſ.homo:hoc eſt proſperitas hominis eſt ſicut flos campi,qui longe caducior eſt q̃ herba.¶ Quia ſpiritus tranſiuit in eo.Quarta conditio eſt irreuocabilitas mortui ad hanc vitam.Quia ſpiritus,anima intellectiua quæ ſpiritus eſt rationalis,trãſiuit in eo,homine.Non dicit definet cum eo,ſed tranſiuit in eo:quoniam ſpiritus deforis veniens

(hoc

(hoc est a deo per creationem emanans)ad similitudinem transeuntis in homine tanq̃ in via;remanet post pergens in locum suę miseriæ vel fœlicitatis.Et non ipse;homo supple est amplius. Postq̃ enĩ pertransiit spũs,nõ remanet amplius ipse homo.Et nõ cognoscet eum amplius locus eius.Pronomen eum;nõ demõstrare hoiem sed spm̃,testaᷓ iob cap.7.vnde dauid sumpsit hãc snĩam.Ibi.n.dr̃.qui descẽdit ad inferos nõ ascẽdet nec reuertetᷓ vltra in domũ suam,neq; cognoscet eũ amplius locus eius. Et vere sic est fm̃ naturę cursum:qm̃ nũq̃ corpus quod locus fuit spũs rõnalis cognoscet eũ amplius;nunq̃ expietᷓ eũ amplius.resurrectio.n.mortuoꝝ nõ est naturalis:sed diuino miraculo fiet & facta est qñq;. Affertᷓ aũt hic transitus;haec irreuocabilitas cũ cõiunctione causali qm̃ spũs transiuit:vt itelligas transitũ spũs rõnalis in hoie rõnẽ esse reliquarũ ꝑmillarũ cõditionũ.nã ex hoc cõsurgit pronitas ad malũ;cõsequẽs mixtionem sensus cũ spiritu:ex hoc venit breuitas vitæ;cõsequẽs ęqualitatẽ mixtionis cõtrariorũ in hoie:ex hoc instabilitas ꝓsperitatis;cõsequens varietatẽ cogitationis & appetitus humani.

Et gratia dñi.Quartum beneficium collatum populo israel describitur:scilicet perseuerantia diuini fauoris erga eos si iusti fuerint.hoc enim infinities in libris moysi scriptum est,& data venia tot peccatis populi executioni demandatum:& deinceps.⁋ Describitur q; tum a grã.Quarta enim conditio dei superius præmissa fuit & multę gratię.Et ꝑpterea illã cõprobando dicit . Et grã dñi a seculo & vsq; seculum;successiue,super timentes eum;filios israel.Tum a iustitia contra impugnantes eos . Et iustitia eius filiis filiorum;hoc est successiue de generatione in generationem.custodientibus pacti eius;de cultu vnius dei,& recordantibus mandatorum eius;circa operanda,non ad memorandum aut recensendum,sed ad faciendum ea;ad exequendum pręcepta diuina.

Dominus in celis. Tractatur hic illa particula;benedic aĩa mea dominũ . Dauid post laudatũ deum ob beneficia sibi collata,& ob beneficia præstita populo israel,auget extendẽdo orationem ad laudãdum deum ob diuinũ beneficium cõmune toti mũdo.s.vniuersale regimẽ quo deus dignaᷓ gubernare vniuersum nõ solũ corporeũ sed constãs ex corporibus & spiritibus . ℭ Et humano more a loco regni solii incipiens. Dñs inquit in coelis stabiliuit thronũ suũ.oẽs enim cõfitẽtes deũ;arbitranᷓ eũ in coelis esse:quũ nullo loco ambiaᷓ,& illocabilis existẽs vbiq; sit.Asseritur tñ vere in coelis esse:tum pp manifestiores effectus diuinos in coelis:tũ ad explicãdũ dñium dei sup coelos.Stabiliuit thronũ suũ:qa stabiles;icorruptibiles coelos effecit,vbi regnare describiᷓ dictis rõnibus.Et regnũ illius in omne;non in aliquã rẽ sic & aliquã nõ,sed in oẽm rẽ dñatũ est;semp & dñabiᷓ.⁋ Bñdicite dño. V bi dauid bñficia sibi & populo collata recẽsuit,aiam suã ad bñdicẽdũ deo excitauit;hoĩs esse arbitrãs grãs agere de bñficiis humanis:modo quũ de bñficio totius vniuersi agit,totũ initat vniuersum ad grãs agẽdũ deo;ichoãs ab angelis.Bñdicite dño angeli;spũs q sũt nũcii,fortes roboris.humano more potẽtiã angeloꝝ describit. Faciẽtes verbũ eius.Obediẽtia angeloꝝ cõmendaᷓ in exequendo mandatũ , imo quodcunq; minimũ verbũ dei.Ad audiẽdũ in voce verbi eius.Finis officii angelici describiᷓ auditus eoꝝ in voce verbi dei;hoc est in ꝑsona dei;Ad hoc.n.spũs illi fiunt angeli;ad hoc fortia efficiunt;ad hoc exequunᷓ imperium dei,vt ipsi in voce sermonis dei audianᷓ.Quod verũ esse apparitiones angeloꝝ visibiles testanᷓ. ⁋ Benedite dño oẽs exercitus eius:hoc est omnes spũs angelici inumerabilium legionum ad similitudinẽ multoꝝ exercituũ militũ.ministri eius;angeli ministrantes deo ad similitudinem ministroꝝ principis (mille enim milliũ ministrabãt ei)facientes voluntatẽ eius;hoc est in nullo a dei voluntate deficientes. ⁋ Benedicite dño oĩa opa eius.Prosopopoeia est;familiaris psalmis.Et cũ hoc subest veritas:qa materia bñdicẽdi deũ sunt oĩa opa dei.In oĩbus locis prãs eius.Ne putares regnũ dei cuius soliũ in coelis stabilitũ dixit nõ se extẽdere ad ĩfima queq;;ac per hoc aliqua esse exempta ab hac initatione(vtpote exẽpta a regimine dei)subiũgere studuit q in oĩbus locis viget potestas eius.Benedic anima mea dño.Redeundo ad excitandum animam suam concludit vniuersum. Vbi aduerte solas rõnales creaturas inuitatas in specie,reliquas aũt creaturas in genere;tanq̃ dei opera.Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. CIII.

BEnedic anima mea domino:dñe deus meus magnificatus es uehemẽter.
Confessionem & decorem induisti:amictus lumine sicut uestimento.
Extendens coelum sicut pellem:qui tegis aquis superiora eius.
Qui ponis nubem ascensum tuum:qui ambulas super pennas uẽtorum.
Qui facis angelos tuos spiritus:& ministros tuos ignem urentem.
Qui fundasti terram super stabilitatem suam:non inclinabitur in seculum seculi.
Abyssus sicut uestimentum amictus eius:super montes stabunt aquę.
Ab increpatione tua fugient:a uoce tonitrui tui formidabunt.
Ascendunt montes & descendunt campi:in locum quem fundasti eis.

Terminum posuisti quem nō transgredientur:neq; conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes in conuallibus:inter medium montium pertransibunt aquę.
Potabunt omnes bestię agri:expectabunt onagri in siti sua.
Super ea uolucres cœli habitabunt:de medio petrarum dabunt uocem.
Rigās montes de superioribus suis:de fructu operū tuorum satiabitur terra.
Producens fœnum iumentis:& herbam seruituti hominum.
Vt educas panem de terra:& uinum lętificet cor hominis.
Vt exhilaret faciem in oleo:& panis cor hominis confirmet.
Saturabunt ligna campi,cedri libani quas plantauit:illic passeres nidificabunt.
Erodii domus dux est eorum,montes excelsi ceruis:petra refugiū herinaciis.
Fecit lunā in tempora:sol cognouit occasum suum.
Posuisti tenebras & facta est nox:in ipsa pertransibunt omnes bestię syluæ.
Catuli leonum rugientes:ut rapiant & quęrant a deo escam sibi.
Ortus est sol:& congregati sunt,& in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suum:& ad operationem suam usq; ad uesperam.
Quam magnificata sunt opera tua domine:omnia in sapientia fecisti,impleta est terra possessione tua.
Hoc mare magnum & spatiosum manibus:illic reptilia quorum nō est numerus.
Animalia pusilla cum magnis:illic naues pertransibunt.
Draco iste quē formasti ad illudendum ei:omnia a te expectant ut des illis escā in tpe.
Dante te illis colligent:aperiente te manum tuam omnia implebunt bonitate.
Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum,& deficiēt, & in puluerem suum reuertentur.
Emitte spiritum tuum:& creabuntur,& renouabis faciem terrę.
Sit gloria dñi in seculum:lętabitur dominus in operibus suis.
Qui respicit terram & facit eam tremere:qui tangit montes & fumigant.
Cantabo domino in uita mea:psallam deo meo quandiu sum.
Iucundum sit ei eloquium meum:ego uero delectabor in domino.
Deficiant peccatores a terra & iniqui ita ut non sint:benedic anima mea domino.

¶IVXTA HEBRÆVM. .CIIII.

1 Propheta. Benedic anima mea dominum:domine deus meus magnificatus es ualde,gloria & decore indutus es.
2 Amictus luce quasi pallio:extendens cœlos ut cortinam.
3 Contignans in aquis solaria sua:ponēs dēsitates equitatū suū,ambulās sup alas spūs.
4 Faciens angelos suos spūs:seruitores suos,ignem inflammantem.
5 Fundauit terram super stabilitates suas:nō labetur seculum & semper.
6 Abysso quasi uestimento operuisti eam:super montes stabunt aquę.
7 Ab increpatione tua fugient:a uoce tonitrui tui accelerabunt.
8 Ascendent montes & descendent ualles:ad locum hunc quē fundasti eis.
9 Terminum posuisti quē non pertransibunt:non reuertentur ad operiendum terram.
10 Emittens fontes in flumina:inter montes ibunt.
11 Potabunt omnem bestiam agri:frangent onagri sitim suam.
12 Super ea uolatile cœlorum habitabit:de medio frondium dabunt uocem,

13 Potans montes de excelsis suis:de fructu operum tuorum saciabitur terra.
14 Faciens germinare fœnum bestię:& herbam seruituti adam/ad educēdū panē de terra.
15 Et uinū lętificabit cor hois:ad exhilarādas facies ex oleo,& panis cor hois sustentabit.
16 Saturabuntur ligna domini* :cedri libani quas plantauit.
17 Q: ibi aues nidificabunt:ciconia [ei] abietes domus eius.
18 Montes excelsi capreis:petrę opertorium cuniculis.
19 Fecit lunam temporibus:sol cognouit occasum suum.
20 Pones obscuritatem/& erit nox:in ipsa mouebitur omnis bestia syluę.
21 Leunculi rugientes ad rapinam†:& ad quęrendam a deo escam suam. † rapinę
22 Orietur sol:colligentur/& ad habitacula sua cubabunt.
23 Egredietur homo ad opus suum & ad seruitium suum:usq; uesperum.
24 Q multiplicata sūt opa tua dn̄e*:oia illa in sapia fecisti,plena terra [est] acqsitionū tuaꝝ.
25 Hoc mare magnum & latum manibus : ibi reptile/& non [est] numerus , animalia parua cum grandibus.
26 Ibi naues ibunt:liuiathan istum plasmasti ad illudendum in ipso.
27 Omnia in te sperabunt:ad dandum cibum eorum in tempore suo.
28 Dabis illis/colligent:aperies manum tuam/saciabuntur bono.
29 Abscōdes facies tuas/terrebuntur:consumes spiritum eorum,obibunt/& ad puluerem suum reuertentur.
30 Emitte spiritum tuum:creabuntur/& renouabis facies terrę.
31 Erit honor domini* sempiterno:lętabitur dominus* in operibus suis.
32 Respiciens terram†& tremuit:tanget in montibus/& fumabunt. † terre
33 Cantabo dn̄o* in uitis meis:psallam deo meo in esse meo.
34 Dulcescet super ipso eloquium meum:ego lętabor in domino*.
35 Cōsumenť pc̄tōres de terra/& ipii amplius non ipsi [sint] :benedic aia mea dn̄m* halelu iah.

Titulus nullus est. ℭ Materiam psalmi/ipsemet clare prę se fert esse vniuersa dei opera quatenus in eis magnificať & laudať deus: vt patet discurrenti per totū psalmum.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta excitat animam suam ad laudandum deum ex vniuersalibus operibus dei/tum condendo tum conseruando res:sic vtiles ꝙ nihil est in eis vanum.

ℭ Persona loquens propheta est.

Benedic aia mea dn̄m. Diuiditur psalmus in ptes duas: ꝓpositiuā materię,& executiuā/ibi amictus luce. ℭ Proponit duo. Alterꝝ est excitatio ai ad laudandum deū. benedic aia mea dominum. Alterꝝ est rō laudis. dn̄e deus meus magnificatus es valde. Tota materia laudis ē ꝙ deus magnificatus est nō mediocriter sed valde. Et ne ītelligas deū effectū magnū in seipso, exponit hmōi magnificationē/ apponēdo. gloria & decore idutus es. Si notabis īdutus es, pspicies magnificationē dei nō in seipso sed in extrīsecis/in vestibus. iō. n. similitudinē ex idumēto īduxit, vt magnificationē dei nō ī seipo sed extra ipm ītelligeremus: hoc ē ī creaturis, q̄ sūt velut decora vestis & glīa ipsius dei. Quū. n. deū ī seipo nō videamus/sed ī creaturis eius (qa īuisibilia dei p ea q̄ facta sūt cognoscimus) vniuersitas creaturaꝝ ē velut decor prę se ferēs excellētissimā actoris pulchritudinē: ē & materia glorię diuinę. Et sic magnificať valde deus, nō in seipso sed in opibus suis/in laudibus suis. Et vere hæc est materia psalmi.

ℭ Amictus luce. Incipit hic pars executiua tali ordine. Propheta colligit opera sex dierum (scilicet creationis/distinctionis & ornatus mundi) adiungens & perficiens opus conseruationis inchoatum in operibus sex dierum. Ita ꝙ primum tractat opus creationis/distinctionis & ornatus. deinde opus conseruationis/ibi omnia in te sperabunt. ¶ Verum aduerte vnum peculiare huic psalmo: ꝙ non sufficit prophetę laudare deum de opibus ipsius dei, sed singulis operibus annectit singulas vtilitates inde prouenientes: vt patet in progressu, & declarabitur exponendo.

¶ Circa ordinē aūt operū nō seruat ppheta hic eūdē ordinē quē seruauit moyses. Ille.n.historice scribēs/ordinate pcedit:primū ponēs creationē vniuersi quo ad ptes substātiales;in pricipio creauit deus coelū & terrā.hæ.n.sunt primę essentiales ptes vniuersi ſm phiam.s.natura circulariter mobilis q̄ vocat coelū,& natura imobilis cētri circa qd' mouet/qd vocat terra.ppterea.n.tradūt phi totū vniuersum nō esse de natura coeli/quia oportuit esse imobilē naturā cētri circa qd' coelū moueret. Hinc eni sapiēssimus moyses primū descripsit/in principio fecit deus coelū & terrā.deinde dispōnes in qbus creati sunt coeli & terra. Terrę quidē dicēdo.terra aūt erat inanis & vacua & tenebrę erāt super faciē abyssi. Coeli aūt dicendo.& spūs dñi cōmouens seu cubans seu volās sup aquas:hoc est ad lrām spūs angelicus cōmouens velocissimo motu seu fouens primū mobile/sup coelos:iuxta illud eccēs.1.lustrans in circuitu pergit spūs.intēdit enim ad lrām dicere q coelū creatū est in motu vitali.Deinde describit creationem lucis.Et sic terminat primū diē:& factū est vespere & mane dies vnus.Postea secūdo die describit extensionē coeli in medio aquarū:hoc est aquarū inferiorum(scilicet spheræ actiuorum & passiuorum)& aquarum superiorum:hoc est coeli aquei/quod vocat a phis primū mobile.¶ Propheta aūt hic alio pgredit ordine/per modū cantici scribēs.Et icipit a luce.Amictus luce quasi pallio.Et intēdit metaphorice deū vestitū luce corporali tanq̄ pallio:qd' est nō imediatū vestimentū,sed velut mediate adhęrēs. Vbi declaratur opus primę diei lux,& vtilitas eius ad similitudinē pallii.nō q deo redūdet vtilitas aliqua:sed more humano describit vestitus luce,qua nihil est inter oēs creaturas quas videmus nobilius.Hinc.n.dignitatē dei humano more depingit intellectui humano,qui ex sensibilibus accipit notitiā.¶ Extēdēs coelos vt cortinā.Opus secūdę diei tangit:vtēdo extēsione coeli nō ad diuisionē aquarū sed ad ornatū. Et ppterea dicit extēsionē coeli istar cortinę:intēdēs q quēadmodū cortinę extēdunt ad ornatū/ita coelum extēsum est ad ornamētū diuinę domus. Vbi similiter vides & opus dei extēsionē coelorum(quæ proculdubio creatio ipsorum est)& vtilitatē ornamēti.Quis possit hæc vtilitas referri ad iferiorum cōtinētiā:q deus extēdit tā facile coelos ad cōtinēdū sphærā elemētarē q̄ facile hō extēdit cortinā.¶ Cōtignās in aqs solaria sua.Idē opus extēsionis explicat alio vsu.Recole eius qd in.19.psalmo scripsimus.s.q vbi in genesi nos legimus firmamētū/textus hebręus hēt extēsio.ita q secūdę diei opus est extēsio coeli. Hāc extensionē ppheta hic dupliciter iterpretat.Primo ad similitudinē cortinę:vt expositū est.Secūdo quātū ad soliditatē/ex metaphora cōtignati tabulati.ita q itēdit coelū sic extēsum vt tñ sit solidū,sicut tectū cōtignatione fit firmū.Solaria itaq dei vniuersa coelestia corpora sunt:vtpote celsiora velut tecta vniuersi corporei.Et hęc deus cōtignat/solidat velut iūgēdo trabes,in aqs/in natura diaphana.& rursus in aqs, qa in genesi describit extēsio in medio aquarum iferiorum & supiorum:hoc est diaphanorum sub astris & supra astra.Significātius aūt vtit metaphora cōtignati solarii/pp vtilitatē significandā humano more:q est sicut solariū domus delectabile ac vtile in regionibus illis quarum domus solariis finiunt. De quarum numero erat terra pmissiōis:vt patet.2.reg.xi.vbi describit dauid deambulās in solario domus regię,& vidēs mulierē lauātē se sup solariū suū.Nō q deus idigeat aut delectet solariis:sed ad describendū humano more excellentiā diuini coenaculi.¶ Ponēs dēsitates eqtatū suū.Aduerte hic q dictio hebraica iterpretata eqtatū/significat si dici liceret eqtaturā.interptes aūt ob penuriā vocabulorum iterptati sūt eqtatū.Describit itaq hic motū coeli ab ipso deo tanq̄ ab eqtāte:vt itelligamus q motus coeli causat a deo tanq̄ ab agēte a pposito:tale.n.est eqtās.Equos aūt appellat dēsitates seu nubes/metaphorice tam equos q̄ nubes iducēs. Coelestis.n.natura nubes appellat pp celsitudinē/habilitatē ad motū/cū ppria terminatione absq sustētaculo.Nubes.n.celsior est aqs,& pprus terminat suę dēsitatis terminis:i quo differt ab aere.facilisq est ad hoc vt moueat:in quo differt a terra.nec eget sustētante:in quo differt ab auibus.q̄ etsi mouent in aere,nō tñ sine adminiculo alarum sustētātiū ipas:caderēt.n.nisi alis sustinerent. Vñ natura coelestis corporis eleuata supra naturas elemētares/habilis ad motū/nō fluida sed propriis terminis cōstās/& p seipsam subsistens,p nubē significat.Ponit itaq deus corpus coeleste tanq̄ equos/hoc est vehiculū suū:hoc est corpus coeleste motū esse vehiculū virtutis suę. Et vere sic est:qm̄ mediāte motu coeli dat deus vitā & actionē toti vniuersitati corporeorum.Et hęc ē vtilitas magna.¶ Legēdo aūt dēsitates nō iteruenit nisi metaphora eqtaturę.Sed subtiliter describit rō coelestis motus p dēsitates.nā apud phos astra sūt dēsitates coelestes,& qlibet motus coelestis ordinat ad astra. Et ppea dicēdo ponēs dēsitates/hoc est astra eqtatū suū,describit ex pte coelestis corporis ptē illā q̄ est rō coelesti corpori q eqtet.Et per hoc describit opus primę diei quo coelū factū ē in motu.¶ Ambulās sup alas spūs.Prosequitur adhuc opus primæ diei.& spūs dñi volās sup aquas. Describit.n.deus velut ambulās vectus super alas angelici spūs volātis.Apte postq̄ dixerat deū psidere corpori coelesti/subiūgit q psidet ēt spūi mouenti coelum.Propter velocitatem motus coelestis describit motor volās:ac per hoc habēs alas.Moyses describit spiritum volantem:iste ppheta consequenter loquēdo describit alatum.¶ Faciēs angelos suos spiritus.Sistens adhuc in opere primę diei,affert vtilitatem spūum triplicē.nō q omnis hæc vtilitas spectet ad opus primę diei:sed occasione ex illo textu accępta/in quo dicitur spiritus domini volans sup aquas,explicare curauit tria de spiritibus angelicis:vt apostolus ad hebr.1.exposuit. Primum q ipsos spiritus facit angelos suos;hoc est nuncios suos.spiritus enim nomen est naturæ;angelus aūt

nomen est officii. & deus illos qui natura sunt spiritus/facit suos nuncios. quod sæpe legimus factum. Seruitores seu ministros suos. Ecce secũdum. eosdẽ sp̃us facit angelos respectu nostri, & facit seruitores seu ministros respectu sui. s. dei. milia miliũ ministrabãt ei. Tertiũ aũt est ignẽ inflãmãtẽ. Iidẽ sp̃us ministri dei/dñr fieri ad similitudinẽ ignis iflãmãtis. tũ quo ad seip̃os: q͞a ardent amore erga deũ. tum quo ad alios: q͞a inflãmant corda alioꝝ ad amãdũ deũ. Tũ in specie sensibili. sumpsit nãq; dauid hoc ex exodi ca. 3. vbi iuxta hebrẽũ habet/ꝙ apparuit ãgelus ĩ flãma ignis. In q̄bus apparẽt manifestę vtilitates.

Fundauit terrã. Cõpletis iis quæ spectant ad opus primę diei quantũ ad coelos/tractat spectãtia ad terram. Fundauit terram/in fundamẽto posuit terrã, sup stabilitates suas/nõ sup aliquod sustentaculũ sed super ꝓpriã ipsius terræ stabilitatẽ: quæ est esse centrũ mundi. Non labet seculum & semper: hoc est nullum est p̃iculum ne aliquãdo labat. Et hoc est vtilitas securitatis nostræ. ¶ Abysso quasi vestimento operuisti eã. Describit faciẽ terræ in primo die quãdo erat cooperta aquis. Et est p̃hica descriptio ſm naturalẽ sitũ elemẽtoꝝ. Super mõtes stabũt aquæ. Ne intelligeres terrã tunc coopertã aquis sicut nũc/ sed ꝙ oẽs partes terræ quantũcunq; excelsę erant coop̃tę aquis, ideo subiũxit ꝙ super montes stabunt aquæ. Et futuꝝ stabunt refertur ad p̃teritũ operuisti: denotãs hoc quod est manere aquas sup oẽs partes terræ/esse sequelã ad actionẽ diuinã qua creauit terrã sub aquis. In eo ꝙ assimilauit vestimẽto aquas sup terrã/futurã p̃notauit vtilitatem. nam ex hoc significauit quãdoq; spoliandam terram vestimento aquatũ ad vtilitatẽ animalium: vestes enim corruptibiles non perpetuo tenentur.

Ab increpatione tua. Ad opus distinctionis (quo dixit deus cõgregent aquę quę sub coelo sunt in locũ vnũ & appareat arida) transit ꝓpheta. Ab icrepatione tua fugient/aquę operientes terrã, a voce tonitrui tui accelerabunt. Metaphoricus est sermo. tanq̃ deus reprehẽderit aquas: nec solũ reprehenderet sed ĩtonuerit cõtra eas: & sic aquę nõ solũ fugam inierunt, sed cũ festinatiõe abierũt. Si naturales actiones dei mediãtibus coelestibus corporibus ad segregandũ aquas a sup̃ficie terræ ꝓpter vitã aĩaliũ terrestrium ꝓpheta significare intẽderet per has metaphoras, contradiceret principio genesis: q̄m hmõi segregatio p actiones naturales multo eget tpe: in genesi aũt describit facta statim. Et ꝓpterea p hmõi increpationẽ & tonitruum/diuinũ impium significatũ est. per modum quidẽ reprehensionis: q͞a aquarũ mansio super terrã/impedimentũ pręstabat tanto bono. per modũ aũt tonitrui, ad significandã efficaciã diuini imperii ad statim faciendum q̄d agẽtia naturalia multis annoꝝ curriculis vix efficerent. Vñ nõ paulatim defluere/sed fugere & accelerare describunt aquæ/plus motę ab impio diuino q̃ mouerent ab agentibus naturalibus. ab iis enim paulatim/ab illo aũt statim exclusę sunt. Quãq̃ non vacat mysterio modus tonitrui. nã significat etiã effectũ scissionis terrę, quibusdã terræ partibus eleuatis/ tanq̃ tonitrui scissione exiliẽtibus in excelsum. Ita ꝙ euectio partiũ terræ in hoc ꝙ sint eminẽtiores/facta primũ impio diuino significat. ¶ Ascendent montes & descendẽt valles ad locũ hunc fundasti eis. Deus in prima rerũ dispõne q̃uis in modo agendi nõ natura mediante egerit, res tñ effectas fecit quales natura p̃fecta fecisset. Et ꝓpterea ꝓpheta segregationẽ aquaꝝ a terra vt appareat arida/postq̃ imperio diuino factã descripsit, cõnaturalia cõscribit: scilicet distinctionem montium & vallium. hęc enim ſm naturæ ordinẽ antecedunt segregationẽ aquaꝝ a terra. eleuata siq̄dem terra ſm aliquas partes/& aquas demittens in decliuiora loca, mõtes cõstituit & valles. quę oĩa in prima reꝝ dispõne impio diuino facta sunt. Et ꝓpterea propheta dicit tam montes q̃ valles in locis sibi ꝓpriis a diuina fundatione stabilitos esse: istos eleuatos, istas imas. Et vtrasq; partes ex eo ꝙ diuersaꝝ rõnum eẽ describit, mixtas eẽ & nõ purum elemẽtũ terræ insinuat. terra enim quatenus est purum elemẽtum/nõ habet partes diuersarũ rõnum. Quo fit vt ad eandem distinctionẽ qua aquæ segregatę sunt a terra/spectet distinctio partiũ terræ in montanas & campestres. Nec fallaris ex eo ꝙ in superiore versiculo, quum describeret terra sub aquis/nolantur montes, dicendo super montes stabunt aquę: q̄m ſm rei veritatem terra sub aquis erat sphęrica/& aquę vndequaq; erãt sup supremas sphęricę terrę partes: sed ꝓpheta humano more assuetis nobis supremas terræ partes significare a montibus/descripsit aquas super montes: intelligẽs tamen per montes supremas terræ partes, quæ tunc non erant montes. sed in ipsa segregatione aquarum defecit terra a sphęricitate sua: eleuatis aliquibus eius partibus, quarum amplitudo appellatur arida distincta in montes & campos. ¶ Terminum posuisti/aquis, non pertransibunt/illum: non reuertentur/aquæ, ad operiendum terram. Vide multitudinem operum & vtilitatum. Si quæris quis est iste terminus: scito esse decliuitatem loci aquarum respectu aridę. ita ꝙ aquæ ex hoc ꝙ naturaliter mouentur in decliuiorem locum/& aridũ effecta est celsior locis marium, ideo aquæ non reuertentur operire terram. Et hic est terminus quem posuit deus: quem conseruat mediantibus actionibus coelestium corporum. Et propterea propheta hic inter segregationem aquarum a terra & fixionem termini ne reuertantur aquæ/interposuit euectionem partium terræ in montes & valles: vt hinc intelligeremus ꝙ vbi incipit eminentia aridę/ibi est terminus fixus aquis. ¶ Nec obstat huic conseruationi migratio terminorum: dum alicubi terra operitur aquis/& alicubi detegitur aquis. quoniam semper saluus est terminus ne operiant terram: q̃uis non semper maneat iste vel ille terminus. Similiter non obstat diluuium vniuersale tempore noe. nam hic describitur naturalis cursus/ & nõ alligatur manus

diuinæ potentiæ. Diluuium autem illud non fuisse naturale, ipsa sacra historia contestatur: dum describit, arcum meum ponam in nubibus cœli, in naturale signum non futuri de cætero diluuii vniuersalis. ex eo enim ꝙ in natura est signum non futuri diluuii, sufficienti ratione naturali infertur ꝙ nec in preterito hmôi diluuiũ fuit naturale: qa arcus nõ sic apparuit post illud diluuiũ quin prius apparuerit: sicut prius fuerunt nubes, tonitrua, & alia hmôi quæ õi aere generantur.

Emittens fontes. Transit propheta ad opus ornatus tali ordine. Primo ab aquis viuis. Secundo ab aquis pluuialibus. Tertio a diuersitate temporum. Quarto a diuersitate partium terræ quæ videntur inutiles. Quinto a mari. ℭ Ornatus itaq; inferiorum partium terræ, a beneficio aquarum viuarum ꝑ vtilitate & animalium terrestrium & auium describitur. Emittens fontes in flumina: fontes enim principia sunt fluminum. & describuntur emitti in flumina, quia extramittuntur ex terræ latebris. īter mõtes ibunt, flumina. Tacite insinuare videtur flumina ex montibus oriri aut foueri. ⁋ Potabũt, potu reficient, omnem bestiam agri: frangent onagri sitim suam. Fertur onagros valde sitire, & tamen horrere pedem ponere etiam in minimo aquę riuulo. quo fit vt sitim non extinguant nisi inuenerint quietam tutamq; aquam in qua sicco pede possint bibere. Vnde colligitur ꝙ ꝓpheta duos fontium meatus insinuat. Alterum quo conficiunt flumina: mediante quo potant cõmuniter bestias campi. Alterum per rimas terræ: quo onagri non faciant sitim sed frangant sitim, velut delibantes paululũ aquę. ⁋ Super ea, flumina, volatile cœlorum habitabit: de medio frondium dabunt vocem, cantando. Vtilitas auium habitantium in arboribus iuxta flumina manifeste describitur. ⁋ Potans montes de excelsis suis. Ornatus terræ ex beneficio pluuię describitur. Potans montes de excelsis suis. Excelsa dei appellat vel supremas regionis aereę partes: quandoquidem in illis non versantur homines, sed sunt velut ad solatium dei. vel ipsa cœlestia corpora causantia pluuias: nam superius cœlos dixit solaria dei structa in aquis. ⁋ De fructu operum tuorum, mediante pluuia, satiabitur terra. Apostrophat ad deum in secunda persona: describens per hoc in genere fructus pluuię. ℭ In specie autem fructus pluuiæ describitur multiplex: scilicet. Faciens germinare fœnum bestiæ, hoc est ad pabulum bestiarum: & herbam seruituti adam, hoc est hominis, ad educẽdum panem de terra. ⁋ Et vinum lætificabit cor hominis, ad exhilarandas facies, hominis, ex oleo. Iuxta illorum consuetudinẽ loquitur qui tempore hilaritatis vtebantur vnctionibus. Et panis cor hominis sustentabit. Vide tot fructus pluuię, & perspice tot vtilitates rerum inde productarum: vini, panis, olei. ℭ Saturabuntur, ex aquis pluuialibus, ligna domini. Per ligna domini ligna fructifera intelligi possunt: specialiter attributa domino, tanq̃ primaria intentione plantata propter salutem animalium. vel vt nonnullis placet, appositiue explicantur ligna domini per cedros libani: appellata domini quia īpurtibilia. quas plantauit, deus. ⁋ Q; ibi aues nidificabunt. Vtilitas naturalis cedrorum describitur nidificatio auium in eis. Ciconia, etiam sic est, abietes domus eius. Abietes saturatę aquis, describuntur tanq̃ habitaculum ciconiarum: vt abietum vtilitas non sit prætermissa. ℭ Mõtes excelsi capreis. Post beneficium pluuiæ describit beneficium partium terræ quę apparent inutiles. & sunt duæ: scilicet excelsæ rupes, & cauernę. Et propterea vtrasq; tãgit. Tum quo ad rupis celsitudinem: quia montes excelsi sunt refugium capreis. Tum quo ad cauernas. petrę opertoriũ cuniculis, habitãtibus sub petris. ⁋ Et dixit hæc vt intelligas diuina prouidentia & non casu hæc effecta. Psalmus enim iste ad literam editus est ad instruẽdum fideles omnes ꝙ omnes etiam minimę vtilitates quas videmus ex rebus consurgere tam inanimatis q̃ animalibus & hominibus, sunt ex diuina prouidentia ordinatę, & non a casu nec ex sola necessitate materiæ. Hoc enim significat propheta laudando deum de multis minimis vtilitatibus cõmemoratis in hoc psalmo.

Fecit lunam. Describit ornatum inferiorum ex diuersitate temporum: inchoans ab ipsis luminaribus. Fecit lunam temporibus, menstruis: sol cognouit occasum suum, quotidianum. Pones obscuritatem, ex occasu solis, & erit nox. priuatio enim lucis ex vmbra terræ post occasum solis, nox vocatur. In ipsa mouebitur omnis bestia syluę Ecce vtilitas noctis in genere. In specie autem leunculi, catuli leonum, rugientes ad rapinam: & ad quęrendam a deo escam suã. Vt hinc intelligas etiam minimis animalibus prouisum esse a deo, & nõ solum adultis: & rursus viuere de rapina, huiusmodi animalibus ex prouidentia diuina datum, & non casu contingere. ⁋ Orietur sol (vtilitas diei describitur) colligentur, bestię syluę quæ nocte vagatę sunt: & ad habitacula sua cubabũt. Egredietur homo, orto sole, ad opus suum, liberale, & ad seruitium suum, opus mœchanicum seu seruile: vsq; vesperum. ℭ Q; multiplicata sunt. Exclamat ꝓpheta laudãdo tum multitudinem diuinorum operum, q̃ multiplicata sunt opa tua dñe. tum ordinẽ, oĩa illa in sapiẽtia fecisti. tũ diuitias, plena est terra acquisitionum tuarũ. nihil enim est in terra quod non sit diuina actione acquisitum: quum ipse sit autor omnium.

Hoc mare magnum. Restabat beneficium ornatus in mari. Hoc mare, aquarum oceani, magnum, profunditate, & latum, diffusum in latitudine, manibus, hoc est protensionibus diuersis ad diuersos sinus mediterraneos. huiusmodi enim extensiones (quę brachia maris quandoq; vocantur) appellant hic metaphorice manus. Ibi reptile, genus reptilium replentium mare, & nõ numerus, hoc est sine numero: aĩalia parua cũ grãdibus. ⁋ Ibi naues ibunt. Ecce vtilitas extrinseca. vtilitas. n. maris intrinseca

descripta est in vita piscium: extrinseca aūt in navigatione. Liuiathan istum plasmasti ad illudendum in ipso. Liuiathā hebraice latine significat additamētū eoꝝ. ita ꝙ ab excellētia magnitudinis marina belua nūcupat liuiathan: qa est magnitudinis ac quātitatis supadditę respectu oium aīalium. Dicitur enim tā magnus ꝙ occupat quattuor iugera terrę: hoc est spatiū tantū quantū q̄ttuor diebus par boū arat. vñ vr ꝙ sit sicut mōs. de quo multa scribunt iob. 40. & 41. Hic aūt describit velut aīal singulare & notū p pnomen istū: & quātū ad eius pductionē a deo, plasmasti: & quātū ad vtilitatē, ad illudēdū in ipso. Fert. n. ꝙ qūi in aquis magnus in qbus natat capi nequeat, isequēdo pisces fugientes versus terrā, sperās illos cape in cibū, ipingit in loca minoris pfunditatis aquarū: & ipotens ibidē natare occiditur ab hoibus: iuxta illud iob. 40. ecce spes eius frustrabit eū. Et hoc appellat hic illusio eius. illuditur. n. dū prędam insequens fit ipse aliis pręda. & per hoc cedit in vtilitatem hominum.

Omnia in te sperabunt. Expedito progressu de cōditione rerū cū tot vtilitatibus, tractat ppheta cōsequēter de cōseruatione rerū a deo: ichoans a cōseruatione idiuiduoꝝ mediante alimento. Omnia in te sperabunt, ad dādum cibum eorum in tempore suo. Diuersis enim temporibus prouidet proprius cuiq animali cibus: vt patet. ⁋ Dabis illis, colligēt, cibos datos a te. Vbi nota duas actiones: dei dantis, & aīaliū colligentiū cibū pro tempore opportuno. quod nō solus hō sed etiā formica facit. Aperies manū tuā, hoc est largiter dabis, saciabunt bono: hoc est tpe abundātię significatę p apertionem manus saciant bono. ⁋ Abscōdes faciem tuas. More humano penuriā describit ad similitudinē principis abscōdentis faciem, vñ subditi terrent. Et intendit per hęc tria (scilicet dabis illis, aperies manum, abscondes faciem) describere tres status, modos seu vicissitudines quibus deus prouidet de cibo animalibus. s. vel cum abundantia, vel cum penuria, vel medio modo. quia deus hęc exequitur mediātibus causis secundis, quę his tribus modis variantur respectu huiusmodi effectus. ⁋ Consumes spiritum eorū. Post cōseruationē indiuiduoꝝ subiungit conseruationē spērū: q̄ fit per generationē. Et ab illius necessitate inchoat. Consumes spiritū eorum & obibunt. necessitas seruandi spēm per generationē est mors indiuiduoꝝ: q̄ fit paulatim per cōsumptionē. & ppterea deū autorē cōsumptionis describit. Cōsumes, spm̄ vitalē actione cōtrarioꝝ ex qbus sunt cōposita, & obibunt, morient: & ad puluerē suum reuertent, ex quo corpora eorū facta sunt. ⁋ Emittes spiritū tuū. Describit conseruatio spērum. Mortuis aīalibus nō desinēt spēs eorūdē. quia nō solū cōsumes spm̄ eoꝝ, sed emittes quoq spm̄ tuū, similitudinē seu imitationē spūs tui, aīas aīaliū: creabunt, hoc est de nouo fient aīalia: & sic renouabis facies terrę. per successiuam siquidem generationem mortuis parentibus renouat facies terrę succedentibus filiis. ⁋ Erit honor dñi sempiterno. Vtilitas cōseruationis tam indiuiduoꝝ q̄ spērum describit duplex. Altera est. erit honor dñi in sempiternū. perpetuo enim cōseruatis rebus, honorabit quoq dñs in sempiternū. Altera est. Lętabit dñs in opibus suis. Honor deo impendit a nobis: lętitia aūt dei in opibus suis, a seipso est. Et hęc est ratio conseruationis ex parte dei: qa. s. ad similitudinē opificis gaudētis opibus ppriis se habet. Et significatur per hoc in deo ad lram liberalissimus amor ipsius erga esse creaturarum.

Respiciens terram. Post cōseruationē rerū (quā et moyses in opibus sex dierū descripsit: dū deū puidisse de cibo & benedixisse, crescite & multiplicamini, descripsit) transit propheta ad conseruationem diuini cultus: describens illum cōseruari timore. Et vere apparet ꝙ timor dei hoies in cultu diuino seruat: ex eo ꝙ pauci amore ducerent ad cultū diuinū. Et locupletissimū testimoniū habemus ex gestis patrū in veteri testō: qui nō nisi afflicti redibāt ad deū. ⁋ Timorē aūt dei describit ppheta a terremotu & incendio. Respiciens terram. Metaphorice loquit, introducens deum terribili aspectu respicientem terram. & tremuit. ecce terremotus. Tanget in montibus, velut ignem apponens, & fumabunt, incendio. Et per hęc duo intellige omnes plagas quas deus dat hominibus. ⁋ Cantabo dño. Ecce vtilitas diuinoꝝ terroꝝ in genere humano. Cātabo dño in vitis meis. Diuinus cultus a cantu describit diuturno. Cātabo deo meo in esse meo. Vbi nota ꝙ nō dicit cantabūt seu cātabimus: vt itelligas nō oēs sed paucos seu paucissimos et ex timore moueri ad veri dei cultū. Et vere sic erat tūc, qa totus fere mūdus colebat idola. Dulcescet sup ipso. Describit demum cōseruatio diuinę amicitię inter deū & hoiem. quę cōsistit i charitate: qua deus diligit hoiem ad ęternā patriā, & hō diligit deum vt patrem coelestis patrię. Cuius cōseruationem describit humano more vltro citroq. Ex parte quidem dei ꝙ dulcescāt cōtinue ei eloquia hois: hoc est ꝙ ei sint continue gratiora nō solū obsequia aī, sed etiā obsequia sermonis nostri. ex parte aūt hois lętitia in deo maxime conseruat diuinam amicitiam. Dulcescet inquit sup ipso, deo (hebraicus mos loquendi videt) hoc est ipsi deo, eloquiū meū & nō solū aīus meus: ego lętabor in domino. ⁋ Cōsument pctōres. Ecce fructus seu vtilitas amicitię inter deum & hominem, odiū peccati & cōsequēter peccatoꝝ vt sic. Quocirca nō predicēdo, sed exosos habēdo & demeritū iniquoꝝ describēdo ait. Cōsument pctōres, cōsumi merent, & si fieri posset vellē eos cōsumi, de terra. & impii amplius nō ipsi. Explanatio est consumptionis ꝙ non amplius ipsi sint. Benedic anima mea dominum. Regredit ppheta ad principium: vt intelligamus totū hunc progressum ichoatum vt laudetur deus, & finiri in laude dei. Verum non sufficit ei inuitare suam animam, sed inuitat omnes, subiungendo halelu iah, hoc est laudate deum. Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶Haleluiah.

Confitemini domino & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.
Cantate ei & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.
Laudamini in nomine sancto eius: lętetur cor quęrentium dominum.
Quęrite dominum & confirmamini: quęrite faciem eius semper.
Mementote mirabilium eius quę fecit: prodigia eius & iudicia oris eius.
Semen abraham serui eius: filii iacob electi eius.
Ipse dominus deus noster: in uniuersa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculum testamenti sui: uerbi quod mandauit in mille generationes.
Quod disposuit ad abraham: & iuramenti sui ad isaac.
Et statuit illud iacob in pręceptum: & israel in testamentum æternum.
Dicens. tibi dabo terram chanaan: funiculum hęreditatis uestrę.
Cum essent numero breui: paucissimi & incolę eius.
Et pertransierunt de gente in gentem: & de regno ad populum alterum.
Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.
Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.
Et uocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit.
Misit ante eos uirum: in seruum uenundatus est ioseph.
Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransiit animam eius, donec ueniret uerbum eius.
Eloquium dñi inflãmauit eũ: misit rex & soluit eum, princeps populorum & dimisit eũ.
Constituit eum dominũ domus suę: & principem omnis possessionis suę.
Vt erudiret principes eius sicut semetipsum: & senes eius prudentiam doceret.
Et intrauit israel in ægyptum: & iacob accola fuit in terra cham.
Et auxit populum suum uehementer: & firmauit eum super inimicos eius.
Conuertit cor eorum ut odirent populum eius: & dolum facerent in seruos eius.
Misit moysen seruum suum: aaron quem elegit ipsum.
Posuit in eis uerba signorum suorum & prodigiorum: in terra cham.
Misit tenebras & obscurauit: & non exacerbauerũt ser mones eius.
Conuertit aquas eorum in sanguinẽ: & occidit pisces eorum.
Edidit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorum.
Dixit & uenit cynomyia & cynifes: in omnibus finibus eorum.
Posuit pluuias eorum grandinem: ignẽ comburentem in terra ipsorum.
Et percussit uineas eorum & ficulneas eorũ: & cõtriuit lignum finium eorum.
Dixit & uenit locusta & bruchus: cuius non erat numerus.
Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit oẽm fructum terrę eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias oĩs laboris eorum.
Et eduxit eos cum argento & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus.
Lętata est ęgyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.
Expandit nubem in protectionem eorum: & ignem ut luceret eis per noctem.
Petierunt & uenit coturnix: & pane cœli saturauit eos.
Dirupit petram & fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina.
Quoniam memor fuit uerbi sancti sui: quod habuit ad abraham puerum suum.

Et eduxit populum suum in exultatione:& electos suos in lętitia.
Et dedit illis regiones gentium:& labores populorum possederunt.
Vt custodiant iustificationes eius:& legem eius requirant.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. CV.

1 **Propheta.** Confitemini dño,uocate i noie eius:notas facite i pplis opatiões eius.
2 Canite ei,psallite ei:loquimini in omnibus sepatis eius.
3 Gloriamini in nomine sanctitatis eius:lętabitur cor quęrentium dominum.
4 Quęrite dominum & fortitudinem eius:quęrite facies eius iugiter.
5 Recordamini sepata eius quę fecit:miracula eius,& iudicia oris eius.
6 Semen abraham serui eius:filii iacob electi eius.
7 ℭ Ipse dominus deus noster:in uniuersa terra iudicia eius.
8 Recordatus est in ęternum† pacti sui:uerbi quod pręcępit mille generationi. † eterno
9 Quod feriit cum abraham:& iuramenti sui isaac.
10 Et fecit stare illud iacob in pręceptum†:israeli pactum sempiternum. † precepto
11 Dicẽdo, **Vox dei recitata.** tibi dabo terrã chanaan,funiculum hęreditatis uestrę.
12 **Propheta.** Existẽtibus ipsis gẽtibus numeri,uelut parum:& peregrinãtibus in ea.
13 Et iuerunt de gente ad gentem:de regno ad populum alterum.
14 Non dimisit hominem ad calũniandum eos:& corripuit super eos,reges.
15 **Deus.** Ne tangite in christis meis:& prophetis meis ne malefacite.
16 **Propheta.** Et uocauit famem super terram:omne sustentaculum panis fregit.
17 Misit faciebus eorum uirum:in seruum† uenundatus est ioseph. † seruo
18 Afflixerunt in compede pedem eius:ferrum ingressa est anima eius.
19 Vsq; ad tẽpus ueniendi uerbum eius:dictum domini purificauit eum.
20 Misit rex & soluere fecit eum:potestas populorum & aperuit illi.
21 Posuit eum dominum domui suę:& potestatem in omni acquisitione sua.
22 Ad ligandum principes eius in anima sua:& senes eius sapientes faciet.
23 Et uenit israel in ęgyptum:& iacob peregrinatus est in terra cham.
24 Et crescere fecit populum suum ualde:& roborauit eum super angustatores eius.
25 Vertit cor eorum ad odiendum populum suum:ad machinandum in seruos suos.
26 Misit moysen seruum suum:aaron quem elegit in se.
27 Posuerunt in eis uerba signorum suorum & sepatorum:in terra cham.
28 Misit obscuritatem & obscurauit:& non rebellarunt uerbis eius.
29 Vertit aquas eorum in sanguinem†:& fecit mori piscem eorum. † sanguinẽ
30 Ebulliuit terra eorum ranas:in cubiculis regum eorum.
31 Dixit,& uenit mixtura:pediculi in omnem terminum eorum.
32 Dedit pluuias eorum grandinem:ignẽ flãmarum in terra eorum.
33 Et percussit uitem eorum & ficum eorum:& confregit lignum finis eorum.
34 Dixit,& uenit locusta & bruchus:& non erat numerus.
35 Et comedit omnem herbam in terra eorum:& comedit fructum humi eorum.
36 Et percussit omne primogenitum in terra eorum:primitias omnis fortitudinis† eorũ. † omnis fortitudinis
37 Et fecit exire eos in argento & auro:& non fuit in tribubus eorum imbecillis.
38 Lętata est ęgyptus egredientibus ipsis:quoniam cecidit timor ipsorum super eos.

39 Expandit nubem in opertorium†:& ignem ad lucendum nocte.
40 Petiit:& fecit uenire coturnicem,& pane coelorum saturabit eos.
41 Aperuit petram & fluxerunt aquæ;iuerunt in siccitatibus flumen.
42 Quia recordatus est uerbum sanctitatis suæ:cum abraham seruo suo.
43 Et exire fecit populum suum in exultatione:in cantu electos suos.
44 Et dedit eis terras gentium:& laborem populorum hereditabunt.
45 Propterea custodient precepta eius:& leges eius seruabunt;halelu iah.

Titulus nullus est. ℭ Materia psalmi ex ipso clare apparet. Est enim historia rerum gestarum a promissione facta abrahe de terra promissiõis vsq ad introductum populum in terram promissionis:non vt historia sed vt materia diuine laudis.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta inuitat filios israel ad laudandũ colẽdũq deũ/& ad narrãdũ opera dei erga illos:inchoãs ab abraham vsq ad possessam terram promissionis:

ℭ Persone loquentes sunt propheta & deus.

Confitemini domino. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuã materie, & executiuã;ibi canite ei. Proponit tria filiis israel.s.cõfitemini domino/cõfessione laudis, vocate in nomine eius:hoc est petite non in nomine alicuius dei(baal &c̃.)sed in nomine eius.s.domini.notas facite in populis operationes eius.non solum laudate & adorate dominum:sed etiam predicate in populis diuersarũ ciuitatum operationes quas operatus est dominus/abrahe aliisq patriarchis & populo israel.

ℭ Canite ei. Incipit hic pars executiua tali ordine. Prio tractat illa particula/cõfitemini. Secũdo illa/vocate;ibi letabitur. Tertio illa/notas facite operationes;ibi ipse dñs deus noster. ℭ Declarat itaq laudandũ dñm,tum quo ad modũ laudãdi.s.cantu.canite ei,psallite ei. Geminat monitionem cantus/ad exaggerandã rõnem canendi. Tum quo ad materiam. Loquimini in oĩbus sẽpatis/hoc ẽ mirabilibus,eius/cãtãdo. Tum quo ad modum ex parte laudãtiũ. Gloriamini in noie sanctitatis eius. Ad gaudium immo iactãtiã quãdã nõ in noie ꝓprio sed in noie diuine sanctitatis manifestate in eis/inuitat cantãtes. Et intẽdit vt cãtãdo mirabilia dei,simul glorientur se sub noie sanctitatis diuine viuere/militare &c̃.

Letabitur. Tractat hic illa pticula/vocate.tum quo ad modũ ex parte vocãtiũ. Letabitur cor querentiũ dñm. Vocandus seu querẽdus est deus leto corde:hoc est ex amore tanto ꝙ patiar leticiam in actu querendi dominum. ℣ Tum quo ad rem quesitam. Querite dñm. Tria explicat querenda in deo. Primo dñm:non yt sit dñs(quia velimus nolimus est dñs)sed ex parte nostri: vt.s.simus digni serui eius:ac per hoc dominetur nostri vt dignorũ seruorũ. Et fortitudinẽ eius. Potẽtia eius scdo querẽda ẽ:vt pugnet pro nobis. Querite facies eius. Gratia eius tertio per faciem significata querenda describitur iugiter/cõtinue.virtualiter quidem(hoc est sm intẽtionẽ)sine intermissione:actualiter autem locis & temporibus congruis. ℣ Tum quo ad memoriã. Recordamini sẽpata eius que fecit. Recurrentes ad dñm/monet etiã ad memoriã reuocare opera que deus fecit admiratione digna:quæ sunt innumera. Et specialiter miracula eius/que excedunt facultatẽ naturæ, & iudicia oris eius:hoc est que per seipsum velut ore proprio per sententiam protulit deus.vt in subuersione sodome & gomore; in flagellis & submersione egyptiorum/in punitione dathan & abiron/core &c̃. ℭ Semen abraham. Dixerat cõfitemini/vocate/querite/recordamini,nec explicauerat quos alloquitur:modo explicat se alloqui populum israel. Semen abraham serui eius. Nuncupatur specialiter abraham seruus dei,quia fuit primus separatus ab idolatris gentibus ad colendum vnum deum. Appellaturq populus non semen adam / noe aut sem sed abrahe:quia fuit primus cui promissa est terra promissionis,& est primus pater fidei:de quo scriptum est.credidit abraham deo &c̃. Filii iacob. Nõ sufficit appellare populum semen abrahe:quia sub abrahe semine poterat comprehendi ismael cum filiis cethure & esau. Et propterea ad specificandum semen abrahe/subiungit filii iacob. Acsi aperte diceret . non inuito totum semen abrahæ,sed semen abrahæ filios iacob. Electi eius. Nominatiuus pluralis est electi:& adiacet substantiuo filii.& est sensus ꝙ filii iacob sunt electi dei. Et hoc ad differentiam filiorum abrahe & isaac.nullus siquidem filiorũ iacob exclusus est ab electione dei:hoc est quin fuerit pars populi dei. Sed inter filios abrahæ multi sũt exclusi:& solus isaac est electus.& inter filios isaac solus iacob est electus.

Ipse dñs. Tractat hic illa pticula/notas facite in populis opatiões eius:ichoãdo a cõibus toti mũdo. Ipse dñs,deus nr/gfa cultus:i vniuersa terra iudicia eius/hoc ẽ cui⁹ iudicia se extẽdũt ad vniuersam terrã. ℭ Recordatus est. Incipit narrare opatiões dei erga pplm isrl:& ad magnificãdũ hoc bñficiũ pmisit curã dei erga vniuersam terrã. Acsi aperte diceret ꝙ ille cui incũbit curam habere vniuerse terræ/in tam magna mole regiminis recordatus est foederis minimi. In eternum pacti sui/gene.15.scripti:verbi qd ꝓcepit mille generatiõi. Ipm foedus appellat verbũ ꝓceptũ a deo,nõ vni aut tribus aut decẽ/sed

mille generationi.numerus finitus pro infinito.Pręceptũ aũt dicitur:qa ordinatum a deo est.¶ Quod ferut cũ abraham.Explicat primã personã cũ qua deus cõtraxit foedus.s.abrahã.Et iuramenti sui isaac. Gene.26.firmatur promissio facta abrahę,dicẽte deo ad isaac.tibi & semini tuo dabo vniuersas regiones has,complens iuramentũ quod spopondi abraham patri tuo.Et appellatione iuramenti intellige immobilẽ volũtatẽ.¶ Et fecit stare illud iacob/datiui casus,pręcepto/etiam datiui casus:hoc est ad pręceptum.Ideo diuinum pactum firmatum dicitur iacobo in pręceptum/propter vinculum obligatorũ quod peperit in ipso iacob ad cultũ dei/& ad decimarũ oblationẽ:vt apparet gene.28.vbi post firmatã eandẽ promissionẽ iacobo,clare dicitur ꝙ vouit votũ dño &c̃.Israeli pactũ sempiternũ.Gene.35. dixit deus ad iacob.nõ vocaberis vltra iacob,sed israel erit nomen tuũ.terrã quã dedi abrahã & isaac/ dabo tibi & semini tuo post te.hoc est pactũ israeli sempiternũ:quod prius fuerat eidẽ vocato iacob ĩ pręceptum/ordinatũ a deo cũ subsecuto vinculo.¶ Dicẽdo. Vox dei introducitur paciscentis.Tibi dabo terrã chanaan.hoc est pactũ cũ abraham initum. Tibi/abrahę in semĩe tuo,dabo terram chanaan funiculũ hęreditatis vestrę/tanq̃ hęreditatẽ vestrã funiculo distinctã a reliquis partibus mũdi. Quũ dixisset tibi,subiunxit hęreditatis vestrę/explicans successores. ¶ Existentibus ipsis gentibus numeri. Descripta operatione dei pmissoria terrę pmissionis/describit cõsequẽter diuinã custodiã respectu patriarcharũ.Existẽtibus itaq; ipsis.s.abraham & isaac & iacob,gentibus numeri velut paruum / hoc est q̃ facile numerari possent:quia pauci erant filii/serui & vernaculi eoꝝ.& peregrinantibus in ea.Explanat quod dixerat gentibus numeri quo ad qualitatẽ.& peregrinãtibus/non habentibus arcem seu ciuitatẽ sed peregrinantibus in ea/terra chanaan:iuxta verbũ stephani act.7.de abraham.& nõ dedit ei hęreditatẽ in ea nec passum pedis,sed promisit &c̃.¶ Et ierunt de gẽte ad gẽtem. Et qdẽ de abraham triplex legit̃ peregrinatio.s.de chaldęa per syriam in terram chanaan,& inde ĩ ęgyptũ:& post reuersionẽ ex ęgypto peregrinatus est in gerara,quę palestina dicitur. Isaac aũt vnica legit̃ peregrinatio ĩ terram palestinoꝝ.Iacob vero primo iuit in syriam:& reuersus cũ vxoribus & filiis habitauit apud sicchimitas:& inde progressus est in bethel.Huiusmodi migrationes describuntur ex diuersitate gentium & regnoꝝ,propter diuersitatẽ principum.¶ Nõ dimisit hoiem ad calũniandũ eos.Ecce custodia diuina.existẽtibus paucis/peregrinis/in tot itineribus:inter tantas diuersitates,nõ permisit opprimi eos.Et corripuit super eos reges:pharaonem.s.regẽ ęgypti/abimelech regem in geraris.¶ Ne tangite. Vox dei introducitur facta ad abimelech regẽ de abrahã gene.20.redde viro suo vxorẽ & orabit pro te,quia propheta est.Ne tangite in christis meis,& prophetis meis ne malefacite.Appellat patriarchas vnctos & prophetas:explicando vnctionẽ eoꝝ fuisse in prophetas.Et quidem abraham deus appellauit prophetã. Isaac vero gene.27.manifestatur propheta/post benedictionem iacob pdicens ventura vtriq; filio. Iacob quoq; gene.49.clare prophetat ventura futuris temporibus.Plr̃ aũt dicitur/ne tangite/ne malefacite:quoniam pluries deus legitur has inhibitiones fecisse:vt patet gene.31.&.35.

Et vocauit famem. Tertia diuina operatio describitur in diuina prouidentia pro sustẽtatione filiorum israel,pręmittendo/custodiendo/& exaltando ioseph.Et vocauit famem super terram/tempore iacob:& omne sustentaculum panis fregit.Metaphoricus est sermo:ad similitudinem frãgẽtis baculum quo sustentatur/describendo caritatem annonę. ¶ Misit faciebus eorum virum. Vbi aduerte ꝙ licet fratres ioseph vendiderint ipsum,deus tamen ex intentione misit ioseph mediante venditione fratrũ. Et propterea hanc mediam causam subdidit.in seruum venundatus est ioseph.¶ Afflixerunt in cõpede pedẽ eius.Afflictio ioseph quia noluit consentire adulterio cũ dña sua describitur. Ferrum igressa ẽ anima eius.non solũ libertatem pedum perdidit,sed tristitiam animi incurrit ex ferro compedum.Per quod significantur compedes afflictiui.¶ Vsq; ad tẽpus veniendi verbum eius/hoc est vsq; ad tempus quo venit tempus manifestandi somnium pharaonis:dictum dñi/contestatum in illo a principe pincernarum,purificauit eũ/ad literam a corporalibus immũdiciis.totonderunt enim ioseph vt mundus compareret corã pharaone.¶ Misit rex/pharao,& soluere fecit eũ/a vinculis:potestas populorum/idem pharao habens potestatẽ super populos,& aperuit illi/hoc est aperuit carceres vt liberaret illũ. Posuit/ pharao,eum/ioseph,dominum domus suę/scilicet pharaonis:& potestatem in omni acquisitione sua. ¶ Ad ligandum principes eius in anima sua/scilicet ipsius ioseph:& senes eius/pharaonis,sapientes faciet.Duę describuntur pręrogatiuę ioseph.Altera darę a pharaone potestatis ad obligandum etiã principes prout ipsi ioseph videretur.Altera expectata.ad efficiendum sapientes etiam senes eius.¶ Et venit israel ęgyptum/sub vmbra ioseph:& iacob peregrinatus est in terra cham. Ægyptus ipsa vocatur terra cham a filio noe.

Et crescere fecit. Prosequendo historiam tractat mirabilia opera dei in ęgypto patrata. Et crescere fecit populum suum valde/post mortem ioseph:& roborauit eũ super/hoc est plusq̃ , angustatores eius/ ęgyptios.¶ Vertit cor eorũ/dñantiũ ĩ ęgypto,ad odiẽdũ populũ suũ/dei. Vertit aũt/subtrahẽdo gr̃am & pmissiue/nõ incitando ad odiũ.deus.n.nõ est incitator ad peccatũ.Ad machinandum ĩ seruos suos/ non solum ad odio habendum sed etiam ad machinandum cõtra populũ dei.machinati sunt.n.affligere eos opibus duris luti & lateris,& occidere infantulos eoꝝ tũ p obstetrices tum per expositionẽ in

flumine.¶ Misit moysen seruũ suũ:nec solũ moysen,sed aaron/fratrẽ eius,quẽ elegit in se/ hoc est sibi ad sacerdotiũ.Posuerunt/filii israel ad quos missi sunt a deo moyses & aaron,in eis/moyse & aaron,verba signorum suorum/sibi datorum a deo:& separatorũ.i.mirabilium,in terra cham/ in ęgypto.hoc est acceptauit populus,& constituerunt vt moyses & aaron verba facerent coram pharaone iuxta signa & mirabilia dei promissa.¶ Misit obscuritatem.A nona ęgypti plaga incipit. & obscurauit/factę sunt enĩ tenebrę in ęgypto:& nõ rebellarũt verbis eius.Ista pticula ẜm ordinẽ sentẽtiarũ iungitur cũ pręcedenti versiculo.posuerũt in eis verba signorũ suorũ & sepatorũ in terra cham:& non rebellarunt verbis eius.Describit.n.populi(vt dictũ est)assensum verbis moysi ex parte dei propositis:& deinde incipit narrare prodigia.misit obscuritatem &c̃.metricus enim stylus intercępit sentẽtias.¶ Vertit aquas eorum in sanguinem(prima fuit hæc plaga)& fecit mori piscem eorum/multitudinẽ piscium.¶ Ebulliuit terra eorũ ranas(secũda est plaga)i cubiculis regũ eorum:hoc est vsq; ad cubicula regia.¶ Dixit:& venit mixtura/multimodi generis muscarum.& fuit quarta plaga.Pediculi in omnem terminũ eorum.& fuit tertia plaga.¶ Dedit pluuias(septima est plaga)grandinẽ:nec solum grandinem,sed ignẽ flammarum in terra eorũ.ignis enim & grando pariter ferebantur. Et percussit vitem eorum & ficum eorum:& confregit lignum finis eorum.effectus describitur grandinis.¶ Dixit,& venit locusta. Octaua fuit plaga bruchi & locustarum innumerabilium.Inter locustas & bruchos differẽtia est.locustę alatę,bruchi sine alis sunt.Cõmune tamen est vtrisq; comedere seu corrodere herbas.Et comedit omnem herbam in terra eorum.Dãnum a locustis illatum describitur.¶ Et percussit(decima est plaga mortis primogenitorũ)primitias omnis fortitudinis eorũ. Primos partus appellat primitias fortitudinis/potentię eorum.¶ Et exire fecit/de ęgypto,eos/populum suum,in argento & auro/spoliatis ęgyptiis:& non in tribubus eorum imbecillis.Mirabilis gratia q; in tam excessiua multitudine nec vnus ęgrotaret.¶ Lętata est ęgyptus egrediẽtibus ipsis/filiis israel:quoniam cecidit timor ipsorum/filiorum israel.super eos/ ęgyptios videndo mortuos omnes primogenitos.Et hic fuit fructus tot miraculorum:vt scilicet exirent filii israel de seruitute ęgyptiorum.

Expandit nubem.Prosequendo historiam/narrat mirabiles operationes dei in itinere populi ad terram promissionis.Expandit nubem in opertorium/ab ęstu in die:& ignem/columnam igneam,ad lucendũ nocte/coram populo.Fecit venire coturnicem/in cibum eorum:& pane cœlorum/hoc est mãna , saturabit eos. Futurum saturabit ad denotãdam perseuerantiam mannę per totum illud tempus 40.annorũ apponitur.Aperuit petram & fluxerunt aquę:iuerunt/aquę,in siccitatibus/deserti,flumen/hoc est tanq̃ flumen/seu conficientes flumen.¶ Quia recordatus est verbum sanctitatis suę.Rationẽ tot mirabilium operum diuinorum reddit diuinum verbum habitũ cum abraham patriarcha.¶ Et exire fecit.Recordatio abrahę non solum prędictorum sed etiã subsequentium ex ipsa coniunctione monstratur ratio.Et exire fecit populũ suũ i exultatione/de deserto:in cantu electos suos.Et dedit eis terras gentium/amorręorum & chananęorum:& laborem populorum/qui prius ibi habitauerant,hęreditabunt/hęreditario iure abrahę possidendo perseuerabunt.¶ Propterea custodient pręcępta eius/dei obediendo:& leges eius seruabũt/viuendo & operando ẜm eas.Hic est fructus reddẽdus a populo propter tot bñficia.Halelu iah/hoc est laudate deũ.Regredit̃ enim ad initium vnde psalmus incœpit:vt intelligamus omnia esse dicta quatenus sunt materia laudis diuinę.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO.¶ Halelu iah. CV.

COnfitemini dño:quoniam bonus,quoniam in seculum misericordia eius:
Quis loquetur potentias domini:auditas faciet omnes laudes eius?
Beati qui custodiunt iudicium:& faciunt iustitiam in omni tempore.
Memento nostri dñe in beneplacito populi tui:uisita nos in salutari tuo.
Ad uidendum in bonitate electorum tuorum,ad lętandum in lętitia gentis tuę:ut lauderis cum hęreditate tua.
Peccauimus cum patribus nostris:iniuste egimus,iniquitatem fecimus.
Patres nostri,in ęgypto non intellexerunt mirabilia tua:non fuerunt memores multitudinis misericordię tuę.
Et irritauerunt ascendentes in mare:mare rubrum.
Et saluauit eos propter nomen suum:ut notam faceret potentiam suam.
Et increpuit mare rubrum & exiccatum est:& deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odientium:& redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes eos:unus ex eis non remansit.

Et crediderunt uerbis eius:& laudauerunt laudem eius.
Cito fecerunt/obliti sunt operum eius:& non sustinuerunt consilium eius.
Et concupierunt concupiscentiam in deserto:& tentauerunt deum in inaquoso.
Et dedit eis petitionem ipsorum:& misit saturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt moysen in castris:aaron sanctum domini.
Aperta est terra & deglutiuit dathan:& operuit super congregationem abiron.
Et exarsit ignis in synagoga eorum:flamma combussit peccatores.
Et fecerunt uitulum in choreb:& adorauerunt sculptile.
Et mutauerunt gloriã suã:in similitudinem uituli comedentis fœnum.
Obliti sunt deũ qui saluauit eos:q fecit magnalia in ęgypto/mirabilia in terra cham/ terribilia in mari rubro.
Et dixit ut disperderet eos:si nõ moyses elect⁹ eius stetisset in cõfractiõe i cõspectu ei⁹.
Vt auerteret iram eius ne disperderet eos:& pro nihilo habuerunt terrã desiderabilem.
Nõ crediderũt uerbo ei⁹/& murmurauerũt in tabnaculis suis:nõ exaudierũt uocẽ dñi.
Et eleuauit manum suam super eos:ut prosterneret eos in deserto.
Et ut deiiceret semen eorum in nationibus:& disperderet eos in regionibus.
Et initiati sunt beelphegor:& comederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis:& multiplicata est in eis ruina.
Et stetit phinees & placauit:& cessauit quassatio.
Et reputatũ est ei in iustitiã:in generatiõe & generatione usq; in sempiternum.
Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis:& uexatus est moyses propter eos,quia exacerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labiis suis:non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis.
Et commixti sunt inter gentes & didicerũt opera eorum/& seruierunt sculptilibus eorum:& factum est illis in scandalum.
Et immolauerunt filios suos & filias suas demoniis.
Et effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorũ & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan.
Et infecta est terra in sanguinibus & contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinuentionibus suis.
Et iratus est furore dñs in populũ suum:& abominatus est hęreditatem suam.
Et tradidit eos in manus gentium:& dominati sunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerũt eos inimici eorũ/& humiliati sũt sub manibus eorũ:sępe liberauit eos.
Ipsi aũt exacerbauerunt eum in consilio suo:& humiliati sunt in iniquitatibus suis.
Et uidit cum tribularentur:cũ exaudiret orationem eorum.
Et memor fuit testamẽti sui:& pœnituit eũ secundũ multitudinẽ misericordię suę.
Et dedit eos in misericordias:in conspectu omnium qui ceperant eos.
Saluos fac nos domine deus noster:& congrega nos de nationibus.
Vt confiteamur nomini sancto tuo:& gloriemur in laude tua.
Benedictus dñs deus israel a seculo & usq; in seculũ:& dicet omnis populus fiat fiat.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Haleluiah. CVI.

1 Propheta. Confitemini dño⁴:quoniam bonus,quoniam eterno gratia eius.
2 Quis loquetur fortitudines dñi⁴:auditam faciet omnem laudem eius?
3 Beatitudines custodientium iudicium:facientis iustitiam in omni tempore.

4 Recordare mei dñe[4] in uoluntate populi tui:uisita me in salute tua.
5 Ad uidẽdũ i bõitate electoꝝ tuoꝝ:ad lętãdũ i lętitia gẽtis tuę,ad gliãdũ cũ hr̃ditate tua.
6 Peccauimus cum patribus nostris:obliquauimus,impie egimus.
7 Patres nostri,in ęgypto non intellexerunt separata tua:non sunt recordati multitudi-
†mari canne nis gratiarum tuarum,& rebellarunt super mare,in mari rubro†.
8 Et saluauit eos propter nomen suũ:ad faciendum scire fortitudinem suam.
† mari canne 9 Et increpauit in mari rubro†:& aruit,& fecit ire eos in abyssis uelut deserto.
10 Et saluauit eos a manu odientis:& redemit eos a manu inimici.
11 Et operuerunt aquę angustatores eorum:unus ex ipsis non superfuit.
12 Et crediderunt in uerbis eius:cecinerunt laudem eius.
†cõsilio 13 Festinauerunt,obliti sunt operũ illius:nõ expectauerunt consilium† eius.
14 Et desiderauerunt desiderium in deserto:& tentauerunt deum in solitudinibus.
15 Et dedit eis petitionem ipsorum:& misit maciem in animam eorum.
†moysi 16 Et zelati sunt moysen† in castris:aaron sanctum† domini[4].
†aarõ sancto 17 Apta est terra:& deglutiuit dathan,& operuit super congregationem abiram.
18 Et exarsit ignis in congregatione eorum:ad inflãmandum flamma impios.
19 Facient uitulum in choreb:& curuauerunt se conflatili.
20 Et mutauerunt honorem eius:in similitudinem bouis comedentis herbam.
21 Obliti sunt dei saluatoris sui:facientis magna in ęgypto.
†mare canne 22 Separata in terra chani:terribilia super mare rubrum†.
23 Et dixit ad delendum eos:nisi moyses electus eius stetit in diuisione coram faciebus eius,ad
auertendum iram eius a diruendo.
24 Et despexerunt in terra desyderabili:non crediderunt sermoni eius.
25 Et murmurauerunt in tentoriis suis:non audierunt in uoce domini[4].
26 Et eleuauit manũ suam super ipsos:ad faciendum cadere eos in deserto.
27 Et ad faciendũ cadere semen eorũ in gentibus:& ad dispergendum eos in terris.
28 Et coniuncti sunt baalpheor:& comederunt sacrificia mortuorum.
29 Et fecerunt indignari in operibus suis:& creuit in eis mortalitas.
30 Et stetit pinchas & iudicauit:& est restricta mortalitas.
†iustitie 31 Et reputatum est ei in iustitiam†:generationi & generationi usq; ęternum.
32 Et fecerunt indignari super aquas litis:& fuit malum moysi propter eos.
33 Quia fecerunt rebellare spiritum eius:& locutus est in labiis suis.
34 Non deleuerunt populos:quos dixit dominus[4] eis.
35 Et commixti sunt in gentibus:& didicerunt opera eorum.
36 Et seruierunt simulachris eorum:& fuerunt eis impactioni.
37 Et immolauerunt filios suos & filias suas demonibus.
38 Et effuderunt sanguinem mundum,sanguinem filiorum suorũ & filiarum suarũ quos
sacrificauerunt simulachris chanaan:& polluta est terra in sanguinibus.
39 Et coinquinati sunt in operibus suis:& fornicati sunt in operibus suis.
40 Et iratus est furor dñi[4] in populum suum:& abominatus est hęreditatem suam.
41 Et dedit eos in manu gentium:& dominati sunt in eos odientes eos.
42 Et afflixerunt eos inimici eorum:& humiliati sunt sub manu eorum.
43 Vicibꝰ multis liberauit eos:& ipsi rebellauerũt i cõsilio suo,& hũiliati sũt i iniq̃tate sua.

44 Et uidit in angustia eorum: audiente ipso eorum suspirium.
45 Et recordatus est eis pacti sui: & pœnituit secundum multitudinem gratię suæ.
46 Et dedit eos ad misericordias†: faciebus omnium captiuantium eos. †misericordiis
47 Salua nos domine deus noster, & congrega nos de gentibus: ad confitendum nomini sanctitatis tuę, ad gloriandum in laude tua.
48 Benedictus dominus deus israelis ab ęterno & usque ęternum: & dicet omnis populus amen. halelu iah.

Titulus est. Halelu iah: hoc est laudate deum. Et verę materia psalmi significatur quod est laus dei. Inuitat enim propheta filios israel ad laudandum deum propter bonitatem diuinam monstratam eis multiplici gratia venię & multiplici fortitudine. affert. n. multas res gestas ab exitu de ęgypto usque ad tempora dauidis ad contestandum dictas gratias & fortitudines.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta filios israel inuitat ad laudandum deum propter dei bonitatem, gratiam ac potentiam. tum erga iustos: quorum beatitudinem statuit in bonitate electorum, in lętitia diuinę gentis, in gloriatione diuinę hęreditatis. Tum erga peccatores præsertim quos septies in deserto, & multis vicibus in terra promissionis liberauit, glorificauit &c.

ℭ Persona loquens propheta est.

Confitemini domino. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam, ibi beatitudines. Proponit tria. s. inuitationem ad laudandum deum, confitemini domino. triplicem materiam laudis. s. bonitatem, quoniam bonus: gratiam, quoniam in ęternum gratia eius: & potentiam, quam ab effectu appellat fortitudines domini. Tertio difficultatem laudandi deum. quis loquetur fortitudines domini, auditam faciet omnem laudem eius? quasi dicat nullus ad hoc est idoneus. ¶ Vbi nota quod bonitas dei refertur ad intentionem seu voluntatem diuinam. & significat quoniam est bonę voluntatis, quoniam non vult nisi bonum. Gratia autem refertur ad rationem benefaciendi: quod. s. non ex beneficiis receptis, non ex meritis, non ex indigentia, sed ex gratia donat. Et hæc extenditur usque ad ęternum: vt inexhausta & infatigabilis significetur perpetuis temporibus. Fortitudines demum, vires potentes ad omnem gratiam & ad omne benefacere significant. Et hæc omnia laudabilia ita vt enarrari non possint ad ingerendum ea auribus auditorum proponuntur. excusat enim se propheta a plena narratione.

ℭ Beatitudines custodientium. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, quoniam bonus. Secundo gratia & fortitudo mixtim, ibi peccauimus. Tertio omnia simul, ibi benedictus. ¶ Circa distinctionem huius psalmi aduerte non separari partes in quibus tractatur de opere gratiæ & de opere fortitudinis, sed intersecant seinuicem & miscentur: quoniam in multis partibus simul vtrumque tractatur. Et propterea noli mirari si ordo solitus in aliis psalmis, hic non exponitur.

Beatitudines custodientium. Tractans propheta de bonitate atque omnipotente gratia dei erga filios israel, inchoat suspirando a beatitudine hominum, definiendo in quo consistit. s. in custodia iudicii & executione iustitiæ: hoc est in curam habendo iudicii tum diuini tum rectę rationis, & in tribuendo vnicuique quod ei debetur. ¶ Et statuit beatitudinem in principio tractatus consistere in virtute fidei curam habentis diuinorum iudiciorum & in executione iustorum operum. Tum vt inchoet ab effectu quasi connaturali diuinę bonitatis. deus enim bonus, quantum ex se est iustos facit omni tempore homines & beatos: ex defectu autem nostro prouenit quod non omnes omni tempore simus iusti. Tum vt ex monstrato fine nostro discernere possimus a quo deficimus & in quo peccamus. peccata enim & iniqua opera contrariantur aut beatitudini quæ est finis, aut iis quæ sunt ad finem: tractaturus siquidem est de multis peccatis quibus recessimus ab huiusmodi vera beatitudine. Et est sermo de beatitudine vera pręsentis vitę. ℭ Recordare. Describit beatitudinem ipsam, non per modum describentis sed supplicantis, petendo illam. ita quod proposita beatitudine & in quo consistit (hoc est quibus actibus nostris comparatur) modo describit partes ipsius beatitudinis quinque. Duas ex parte dei vt causas. s. beneuolentiam & visitationem. & tres ex parte nostri vt partes integrales: videre, lętari, & gloriari. Recordare mei domine in voluntate, hoc est in tua volitione qua vis populum tuum. Res nobis minus gratas nolumus, gratas autem volumus. Quos deus odit dicitur nolle eos: & quos amat dicitur velle eos. Et propterea quo ad sensum idem est dicere in voluntate populi tui & in beneuolentia populi tui. Et dixit hoc tum ad differentiam temporis maleuolentię: quando. s. deus est iratus populo suo. petit. n. vt sit memor sui non in ira sed in beneuolentia populi sui. Et hæc est prima radix cuiuscunque boni nostri. quia enim deus bene vult nobis, ideo boni sumus seu simus: & non econuerso. Tum ad differentiam diuersarum beneuolentiarum. est siquidem alia dei beneuolentia, qua nihil odit eorum quę fecit, & vult omnia esse. alia qua vult aliquibus prosperitates temporales. alia qua vult aliquibus vtrunque bonum: spirituale. s. & temporale. Et hæc beneuolentia significatur, addendo populi tui. ℭ Visita me, non molestando aut perdendo, sed in salute tua, non humana. ad videndum in bonitate electorum tuorum. Pondera tres partes beatitudinis esse tres effectus beneuolentię & visitationis diuinę. Primus est ad videndum oculis mentis, in bonitate. Duplex potest esse constructio. Vel

ꝙ denotetur res visa:& sit sensus.ad videndum bonitatem electorum tuorum:hoc est ad essendum in bonis electorum tuorum. Ita ꝙ videre sumitur pro:habere:iuxta vulgarē loquēdi modum quo desideramus videre nuptias filiorum & similia:hoc ē interesse illis. Vel ꝙ significetur qualitas seu modus vivendi.multi.n.vident in superbia cordis sui/multi in luxuria affectus sui. Describit propheta effectū divinę visitationis esse videre in bonitate non qualicūq; sed electorum dei:hoc est bonitate propria animis electorum. Et hæc visio extenditur tam ad bona q̄ ad mala quæ occurrūt vidēda.magnū siquidem donū gratiæ est videre tam bona q̄ mala in illa bonitate animi quā vident illa electi dei. ℣ Ad lętādū in lętitia gentis tuæ. Secūdus fructus secūdaq; pars beatitudinis est lętitia nō qualiscūq; sed gentis divinę/divinam trahētis originē rōne divinę gratię/q̄ua efficimur filii dei. Ad gloriandum cū hæreditate tua. Hæredes dei iidem sunt qui & electi & gens dei. Sed diversa ratione.in hoc.n. perficitur beatitudo ꝙ gloriamur cū hæredibus dei,non in nobis sed in hæreditate divinorum bonorū. Hæc omnia promissa ad lrām fuerant pro beatitudine p̄senti iudęorum observantium legem dei. Petit autem propheta hæc pro se/dicendo recordare mei:non ꝙ singularem doceat orationem,sed vt quelibet pro propria beatitudine solicitum esse debere doceat.

Peccauimus. Tractantur hic mixtim ambę particulę.s.gratiæ & potētiæ:inchoando a necessitate gratię. Peccauimus/operando p̄ter aut cōtra finē nostrum:nec soli peccavimus,sed cum patribus nostris/imitātes eos.obliquauimus/non solū peccādo impedimētū p̄stitimus nostrę beatitudini sed a recto detorsimus actiones nostras.impie egimus. Dictio hebraica interp̄tāta impie egimus/si latinitas admitteret sonat impiauimus.ita ꝙ peccato & obliquo addit impiam actionem/angēdo semper orationē. ℣ Patres nostri.ibi fiat linea:& construatur sic.nō intellexerunt separa.i.mirabilia tua in ęgypto. ita ꝙ ęgyptus significatur locus mirabilium nō intellectorum. Non sunt recordati multitudinis gratiarum/quas feceras eis:& rebellauerunt super mare in mari rubro/videntes pharaonem cum ęgyptiis se persequentē anteq̄ transirent mare rubrum. Rebellauerūt inquam dicendo moysi. forsitan:non erāt sepulchra in ęgypto,ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine &c̄.exo.14. ℣ Et saluauit eos:ecce gratia.propter nomen suū/glorificādum:ad faciendum scire fortitudinem suam.ecce potentia. ℣ Et increpauit in mari rubro. Modū saluandi describit ad similitudinē rep̄hendentis mare tanq̄ impeditiuum salutis populi sui.& aruit/mare:& fecit ire eos in abyssis/inter profundas aquas maris,velut deserto/terra arida. Et saluauit eos/sic,a manu odiētis/ęgyptii:& redemit eos a manu inimici. Et operuerūt aquæ/multiplicato beneficio,angustiatores eorū/ęgyptios:ita ꝙ vnus ex ipsis non superfuit. Et crediderunt in verbis eius/dictis p̄ moysen:cecinerūt laudē eius/post trāsitum maris rubri.cantemus domino &c̄.

Festinauerunt. Secundū crimen describitur. Festinauerunt/post tantam gratiam ad peccādum,obliti sunt operum illius:ingratissimi tanq̄ obliti tot mirabiliū operū dei,nō expectauerunt consiliū eius/scilicet dei. Crimen quo desiderauerunt comedere carnes/describitur a diffidentia diuini consilii:hoc ē divinę providentię.diffisi sunt enim ꝙ deus sibi provideret. Et propterea dicitur ꝙ non expectauerūt seu sperauerunt consilium dei/prouidentiam dei sibi prouidere. ℣ Et desiderauerunt desiderium in deserto/hoc est desiderauerunt adimplere concupiscētiam gulę in deserto:& tentauerunt deum in solitudinibus/dicendo. nūquid poterit deus parare mensam in deserto? ℣ Et dedit eis petitionem ipsorū(ecce gratia)dando coturnices nu.14.& misit maciem in animam eorum:ecce fortitudo dei. Moyses scribit propter hoc crimen fuisse multos mortuos in sepulchris concupiscentię:sed non scribit qualis fuerit mors illa. Hic p̄pheta nominat plagā illā maciē/dicendo.& misit maciem in aīam eorū:in vitā eorū. forte.n.repentina macie consumpti sunt qui per ingluuiem carnium peccauerant.

Et zelati sunt. Tertium crimen inuidię erga moysen & aaron.de quo nu.16. Et zelati sunt/inuidia core dathan & abiron,moysen in castris/deserti de principatu:aaron sanctum domini/hoc est sanctificatum dn̄o in summū sacerdotem de ipso summo sacerdotio. ℣ Aperta est terra.ecce fortitudo dei in punitione.& deglutiuit dathan:& operuit super congregationē abiram. Et exarsit ignis in congregatiōe eorum.s.core & complicum:ad inflāmādum flamma impios. ℣ Aduerte(vt alias dictum est)ꝙ nō possumus reddere numerum numero in vocabulo castrorum:quia apud nos caret singulari in illa significatione.& propterea hic dicitur in castris:quum tamen textus hebreus habeat in castro.

Facient vitulum. Quartum crimen idolatrię scriptum exo.32. Facient vitulum. Futurū facient nō respicit tempus psalmi,sed perseuerātiam in crimine denotat:non respectu immediate p̄missę inuidię, sed aliorum supradictorū criminum. In choreb/nomē est loci:& curuauerunt se conflatili/simulachro conflato fusorio opere adorando illud. ℣ Et mutauerunt honorem eius/dei,in similitudinem bouis comedentis herbam. Obliti sunt/opere,dei saluatoris sui/ab ęgyptiis:facientis magna in ęgypto. Separa.i.mirabilia in terra cham:terribilia super mare rubrum.exaggeratio est ingratitudinis. ℣ Et dixitq; deus moysi,ad delendum eos/propter hoc crimen.ecce potentia. Nisi moyses electus eius stetit in divisione faciebus eius. Metaphoricus est sermo:tanq̄ deo ex vna parte existente vt deleret populum/& populo existente in altera,moyses posuerit se medium ad sepandam iram dei a populo. Et propterea subditur.ad auertendum iram eius a diruendo/a totali destructione populi.

Et desperexerunt. Quintum crimen diffidentię & murmuris (quando reuersis exploratoribus noluerunt progredi ad terram promissionis) scriptum nu.14. Et despexerunt in terra desiderabili/non aestimantes terram promissionis tam desiderabilem: non crediderunt sermoni eius/quod deus daret sibi illam. Et murmurauerunt in tentoriis suis/faciamus nobis ducem & redeamus in aegyptum: non audierunt in voce domini/loquentes: moysen/iosue/chaleb. Et eleuauit manum suam ipsis. Ecce potentia. ad faciendum cadere eos/morte, in deserto. Et ad faciendum cadere semen eorum in gentibus: & ad dispergendum eos in terris. ¶ Harum trium poenarum sola prima locum habuit: dum omnes numerati mortui sunt in deserto/nullo eorum intrante terram promissionis. Reliquas poenas cõminatas non mandauit executioni: vt sic etiam gratia locum haberet.

Et coniuncti sunt. Sextum crimen alterius idolatriae/scriptum nu.25. Et coniuncti sunt/sacris, baalpheor: & comederunt sacrificia mortuorum/hoc est immolata hominibus mortuis. de quorum numero erat baal. ¶ Et fecerunt indignari/deũ, in operibus suis: & creuit in eis mortalitas. ecce fortitudo puniens. Et stetit pinchas & iudicauit/facto interfectionis vtriusque coeuntis: & est restricta mortalitas. ecce gratia cessantis mortalitatis. Et reputatum est ei/pinchas qui dicitur phinees, in iustitiam/quod interfecerit vtrunque: non solum pro tunc, sed generationi & generationi vsque aeternum.

Et fecerunt. Septimum crimen ad aquas contradictionis/scriptum nu.20. Et fecerunt indignari/ad modum indignantis se habere deum, super aquas litis: & fuit malum/poenę & culpę, moysi propter eos/occasionaliter. Quia fecerunt rebellare spiritum eius/scilicet moysi. Rebellionem appellat incredulitatem in quam tunc lapsus est moyses. num de petra hac poterimus eiicere aquam? Et locutus est in labiis suis. Qui loquitur in labiis minus intelligitur: vtpote verba infra labia retinens. Sic describit locutum fuisse moysen: quia verba eius non clare sonabant incredulitatem propriã. Sed deus manifestauit illius incredulitatem. tum facto: quia in prima percussione virgę non exiuit aqua de petra. tum iudicio/dicendo quia non credidistis verbis meis &c.

Non deleuerunt. Hactenus propheta attulit septem crimina populi egressi de aegypto: modo transit ad crimina filiorum/hoc est eorum qui ingressi sunt terram promissionis. Verum non distincte numerat horum crimina sicut distinxit crimina patrum in numerum septenarium: sed narrat multis vicibus eos in crimen idolatrię incidisse, ac propterea multis vicibus punitos/& multis vicibus diuina gratia liberatos. Historias tot criminum/tot punitionum/tot gratiarum, inuenies in libro iudicum. ¶ Non deleuerunt/patres nostri filii egressorum ex ęgypto, populos/chananęos: quos dixit dominus eis/delendos esse. Occasio criminum per hoc describitur. Et propterea subditur. Et commixti sunt in gentibus/idolatris non deletis: & didicerunt opera eorum. Ecce occasio criminis. ¶ Et seruierunt simulachris eorum. Seruitus plus est q̃ adoratio. & fuerunt/gentes, eis/hebręis, impactioni/ad casum. Et immolauerunt filios suos & filias suas dęmonibus. dira seruitus. Et effuderunt sanguinem mundum: scilicet sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum quos sacrificauerũt simulachris chanaan: & polluta est terra/promissionis, in sanguinibus/humanis. Et coinquinati sunt in operibus suis: & fornicati sunt/fornicatione spiritus deserendo deum & adhęrendo dęmoniis, in operibus suis. ¶ Et iratus est furor domini. Ecce fortitudo puniẽs. & abominatus est hęreditatem suam/hoc est populum quem elegerat in hęreditatem. Et dedit eos in manu gẽtium/syrorum/moabitarum &c̃. & dominati sunt in eos odientes eos. Et afflixerunt eos inimici eorum &c̃. ¶ Vicibus multis (ecce gratia) liberauit eos: & ipsi rebellauerunt/vicibus multis, in consilio suo: & humiliati sunt/vicibus multis, in iniquitate sua. ¶ Et vidit in angustia eorum. Describit rationem gratiae a videndo angustias eorum, & ab audiendo. audiente ipso suspirium eorum. Et a memoria abrahę. Et recordatus est eis/ad bonum eorum, pacti sui cum abraham. Et demum a gratia. & poenituit/ad similitudinem poenitentis se habuit, secundum multitudinem gratiae suae. ¶ Et dedit eos. Ecce effectus videndi/audiendi/recordandi/poenitendi: scilicet dare eos ad misericordiãs faciebus omnium captiuantium eos. fecit enim quod ii qui habebant eos captiuos/misericordes se exhiberent captiuatis hebręis. Et intendit per hoc affluentiam diuinae gratiae tantam quod non solum multis vicibus liberauit populum habitantem in terra promissionis a dominio principum gentilium: sed quod etiam dispersos per mundum & abactos iudęos effecit gratiosos coram dominis suis.

Salua nos domine. Landatis bonitate/gratia & potẽtia dei in supradictis/quia minus perfecta gratia est quod dispersi bene videantur & tractentur/sed ad perfectionem gratiae requiritur quod reducantur ad patriam, ideo supplicat propheta deo pro collectione dispersorum. Salua nos domine deus noster, & congrega nos de gentibus/in quas dispersi sumus: ad confitendum nomini sanctitatis tuę, ad gloriandum in laude tua. primum respicit deum: secundum respicit nos secundum deum.

Benedictus. Exequitur propheta id ad quod hortatus est alios: tractando omnia simul/gratias seu laudes deo exhibens pro omnibus. Benedictus/benedictione laudis/supple sit seu est, dominus deus israelis: ab aeterno/a parte ante, & vsque aeternum/a parte post. & dicet omnis populus amen. i. vere: halleluiah/laudate deum. Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶Haleluiah.

CONfitemini domino:quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Dicāt qui redempti ſunt a domino:quos redemit de manu inimici,de regionibus congregauit eos.
A ſolis ortu & occaſu:ab aquilone & mari.
Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo:uiam ciuitatis habitationis non inuenerunt.
Eſurientes & ſitientes:anima eorum in ipſis defecit.
Et clamauerūt ad dñm cum tribularentur: de neceſſitatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in uiam rectam:ut irent in ciuitatem habitationis. 7
Confiteantur domino miſericordias ęius:& mirabilia eius filiis hominum. 8
Quia ſaciauit animam inanem:& animam eſurientem ſaciauit bonis. 9
Sedentes in tenebris & umbra mortis:uinctos in mendicitate & ferro. 10
Quia exacerbauerunt eloquia dei:& conſilium altiſſimi irritauerunt. 11
Et humiliatum eſt in laboribus cor eorū & infirmati ſunt:nec fuit qui adiuuaret. 12
Et clamauerunt ad dñm cū tribularentur: de neceſſitatibus eorum liberauit eos. 13
Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis:& uincula eorum diſrupit. 14
Confiteantur domino miſericordias eius:& mirabilia eius filiis hominum. 15
Quia contriuit portas ęreas:& uectes ferreos confregit. 16
Suſcępit eos de uia iniquitatis eorum:propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt. 17
Omnem eſcā abominata eſt anima eoꝝ:& appropinquauerunt uſq; ad portas mortis. 18
Et clamauerunt ad dñm cū tribularentur:de neceſſitatibus eorū liberauit eos. 19
Miſit uerbum ſuum & ſanauit eos:& eripuit eos de interitionibus eorum. 20
Confiteantur domino miſericordias eius:& mirabilia eius filiis hominum. 21
Et ſacrificent ſacrificium laudis:& annuncient opera eius in exultatione. 22
Qui deſcendunt mare in nauibus:facientes operationem in aquis multis. 23
Ipſi uiderunt opera domini:& mirabilia eius in profundo. 24
Dixit & ſtetit ſpiritus procellę:& exaltati ſunt fluctus eius. 25
Aſcendunt uſq; ad cœlos & deſcendūt uſq; ad abyſſos: aīa eorum in malis tabeſcebat. 26
Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius:& omnis ſapientia eorum deuorata eſt. 27
Et clamauerunt ad dñm cum tribularentur:de neceſſitatibus eorum eduxit eos. 28
Et ſtatuit procellam in auram:& ſiluerunt fluctus eius. 29
Et lętati ſunt quia ſiluerunt:& deduxit eos in portum uoluntatis eorum. 30
Confiteantur domino miſericordias eius:& mirabilia eius filiis hominum. 31
Et exaltent eum in eccleſia plebis:& in cathedra ſeniorum laudent eum. 32
Poſuit flumina in deſertum:& exitus aquarum in ſitim. 33
Terram fructiferam in ſalſuginem:a malicia inhabitantium in ea. 34
Poſuit deſertum in ſtagna aquarum:& terram ſine aqua in exitus aquarum. 35
Et collocauit illic eſurientes:& conſtituerunt ciuitatem habitationis. 36
Et ſeminauerunt agros & plantauerunt uineas:& fecerunt fructum natiuitatis. 37
Et benedixit eis & multiplicati ſunt nimis:& iumenta eorum non minorauit. 38
Et pauci facti ſunt:& uexati ſunt a tribulatione malorum & dolore. 39
Effuſa eſt contentio ſuper principes:& errare fecit eos in inuio & non in uia. 40
Et adiuuit pauperem de inopia:& poſuit ſicut oues familias. 41

Videbunt recti & lętabuntur:& omnis iniquitas oppilabit os suum.
Quis sapiens & custodiet hęc. & intelliget misericordias domini?

IVXTA HEBRÆVM. .CVII.

1 Propheta. Confitemini domino :qm̄ bonus/quoniam æterno gratia eius.
2 Dicent redempti dn̄i :quos redemit ipsos de manu angustatoris.
3 Et de terris congregauit eos:ab oriente & ab occidente/ab aquilone & a mari.
4 Errauerunt in deserto/in solitudine uiam:ciuitatē habitationis non repererunt.
5 Esurientes etiam sitientes:anima eorum in ipsis collabetur.
6 Et clamauerunt ad dominum in angustia eis:de angustiis eorum liberabit eos.
7 Et fecit ire illos in uiam rectam:ad eundum ad ciuitatem habitationis.
8 Confitebuntur domino gratiam eius:& separata eius filiis adam.
9 Quoniam saturauit animam uacuam:& animā esurientem impleuit bono.
10 Sedentes in obscuritate & umbra mortis:alligati inopia & ferro.
11 Quia rebellauerūt sermonibus dei:& cōsiliū excelsi despexerūt. fuit
12 Et humiliauit in labore cor eorum : impegerunt/& non adiutor .
13 Et clamauerunt ad dominum in angustia eis: de angustiis eorum saluabit eos.
14 Et faciet exire eos de obscuritate & umbra mortis:& uincula eorum dirumpet.
15 Confitebūtur domino gratiam eius:& separata eius filiis adam.
16 Quia fregit portas ęris:& uectes ferreos incidit.
17 Stulti de uia rebellionis suę/& de iniquitatibus suis affligentur.
18 Omnem cibum abominabit aia eorum:& appulerunt usq; portas mortis.
19 Et clamauerunt ad dn̄m in angustia eis:de angustiis eorum saluabit eos.
20 Mittet uerbum suum:& medebitur eis/& saluabit de foueis eorum.
21 Confitebuntur domino gratiam eius:& separata eius filiis adam.
22 Et sacrificabunt sacrificia confessionis:& narrabunt opera eius in laude.
23 Descendentes mare in nauibus:facientes opus in aquis multis.
24 Ipsi uiderunt opera domini :& separata eius in profunditate.
25 Et dixit:& fecit stare uentum tempestatis/& eleuauit undas eius.
26 Ascendent cœlos/descendent abyssos:aia eorum in malo liquefiet.
27 Gyrabunt & mouebuntur quasi ebrius:& ois sapientia eorum absorbebitur.
28 Et clamauerunt ad dn̄m in angustia eis:& de angustiis eorum educet eos.
in tranquillitaté
29 Faciet stare tempestatem tranquillitati:& siluerunt undę eorum.
30 Et lętati sunt:qm̄ quiescent/& deducet eos ad regionem uoluntatis eorum.
31 Confitebuntur domino gratiam eius:& separata eius filiis adam.
32 Et exaltabunt eum in ecclesia populi:& in residentia seniorum laudabunt eum.
in desertū in siccitaté
33 Ponet flumina deserto:& exitus aquarum siccitati.
in salsuginé
34 Terram fructiferam salsugini:a malicia habitantium in ipsa.
in paludé in fontes
35 Ponet desertum paludi aquarum:& terram siccitatis exitibus aquarum.
36 Et fecit habitare ibi esurientes:& formauerunt urbem habitationis.
37 Et seminauerunt agros & plantauerunt uineas:& fecerunt fructum culturę.
38 Et benedixit eis:& multiplicati sunt ualde,& bestiam eorum non faciet minui.
39 Et imminuti sunt & humiliati sunt:a sterilitate/malo & tristitia.

40 ¶ Effundens despectionem super principes: & errare eos faciet in uacuo/non uia.
41 Et subleuauit mendicum de paupertate:& posuit quasi ouem familias.
42 ¶ Videbunt recti/& letabuntur:& omnis iniquitas clausit os suum.
43 ℭ Quis sapiens & custodiet hęc? & intelligentur gratię domini.

Titulus nullus est. ℭ Circa materiam psalmi aduerte tripliciter posse itelligi. Primo vt narrentur res gestę:vt psalmus ipse sonare videtur.Et huic sensui obstat,ꝙ non inuenitur historia verificās huiusmodi res gestas vsq; ad tempora dauidis.¶ Secundo vt prophetētur tempora mesiæ. Et huic sensui obstare videtur/ꝙ totus pene psalmus exponendus esset metaphorice:scilicet sub metaphora temporalium periculorum & malorum describēs spūalia mala ac pericula. ¶ Tertio vt describanť diuersa pˀicula ad necessitates humanaꝝ/quibus deus subuenit.Et huic sensui obstare apparet.tū ꝙ absq; necessitate introduci videnť redempti a dño a quattuor mundi partibus/nisi hæc pericula spectauerint ad ipsos.tū ꝙ absq; necessitate adiunctū videť in fine psalmi/quis sapiens & custodiet hæc? quū in hmōi periculis nō sit tā difficile inuenire sapientē. Tū qa minus apte videť repeti quater/cōfiteboť dño &c̄. si de corporalibus tm̄ pˀiculis agiť sine miraculis. ℭ Quocirca media gradiendo via, videť mihi exponēdus psalmus iste ad literam de diuina ꝓuidentia:quę sua bonitate & gratia succurrit hoībus bonis & malis recurrētibus ad deum in tribulationibus suis,& nihilominus dat bona bonis & mala malis. certum est enim ex ipsa lectione psalmi ꝙ hæc est materia psalmi.Prudētis tn̄ lectoris gustui relinquo an pericula/mala & bona in hoc cōmemorata psalmo,sint corporalia iuxta proprietatem verborū/an spūalia ad lrām significata metaphorice per corporalia.nobis.n.sufficit habere sic materiā psalmi.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta prędicit redemptos vndiq; & cōgregatos a dño/laudaturos deū propter bonitatē & gratiā eius.tum quia tribulatos clamātes ad se liberauit a quattuor malis:vagationis in deserto/captiuitatis/ęgritudinis/& fluctuosę nauigationis.tum quia contulit iustis quattuor bona:fertilitatis/multiplicationis/exaltationis & lętitiæ:horumq; opposita iniquis.

ℭ Persona loquens propheta est.

Confitemini.Diuidiť psalmus in partes duas:propositiuam materiæ,& executiuā/ibi errauerūt. ℭ Proponiť laus dicenda a redemptis & cōgregatis ex quattuor mundi partibus.Laus inquam dei ex duplici capite.s.qm̄ bonus,& qm̄ in æternū gratia eius.Aduertēdū est enim ꝙ psalmus incipit a secundo versiculo:scilicet.Dicēt redempti dñi/vt redemptoris,quos redemit &c̄.& nō solū redemit sed cōgregauit de terris:nō ex vna plaga mūdi,sed ex oībus quattuor/oriēte/occidēte &c̄.Dicēt inquā isti redempti & cōgregati laudādo deū.confitemini dño/cōfessione laudis:qm̄ bonus/rōne bonitatis, qm̄ æterno gratia eius/gratis donās. Vbi videre prudens lector potes materiā psalmi cōprehendere redemptos & cōgregatos vndeq;naq;/gratias agentes deo tum rōne bonitatis tū rōne gratiæ.¶ Et si de corporali redemptione ac congregatione placet intelligere,habes textum iudicum.2.iratus dominus tradidit eos in manus diripientium,qui vendiderunt eos hostibus qui habitabant per gyrum.In quo omnes quattuor mundi plagę compręhenduntur.

ℭ Errauerunt. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractať illa particula/qm̄ æterno gratia eius/quo ad redēptos & cōgregatos.Secūdo illa/qm̄ bonus/ibi ponet flumina. ℭ Aduerte primo pro claritate & materię & ordinis/ꝙ ꝓpheta tractans hic de ꝓuidētia dei itēdit tractare duo. Primū q̄ vniformiter diuina gratia se habet ad tribulatos clamātes ad deū tā iustos q̄ pctōres. Secundum q̄ difformiter se habet diuina bonitas fm̄ se & ad malos.Et primo tractat primū,secundo secūdum:quum tamen fm̄ naturę ordinē prior sit difformis habitudo dei ad nos hinc(hoc est quantū est ex parte bonitatis eius)& inde(hoc est fm̄ ꝙ exigit malicia hoīum)q̄ sit vniformis habitudo dei ad bonos & malos tribulatos clamātes ad deū.qm̄ in illa habitudine nō concurrūt nisi bonitas dei & malicia hoīum: in ista aūt vltra hæc adiungiť recursus hoīum ad deū:in quo includiť pœnitentia peccatorum. Vñ ꝓpheta retrogrado procedit ordine:prius tractans vniformem dei gratiam ad bonos & malos tribulatos clamantes ad deū/iuxta quattuor tribulationum genera:& deinde q̄ difformiter deus se habet ad bonos & malos.¶ Nota secundo circa hæc quattuor tribulationū genera subiuncta,ꝙ primū & quartū nō restringunť ad pctōres/sed vt mala cōia iustis & iniustis narranť; vt patet in litera ex eo, ꝙ nulla fit mentio peccati tam in primo de vagatione in deserto/q̄ in quarto de nauigatione fluctuosa. Secundum autem & tertium de captiuitate & ęgritudine/iniquis approprianť:vt expresse patet in litera. Vnde ex his habes ꝙ de vniformitate diuinę gratię ad tribulatos bonos & malos clamantes ad deum ꝓpheta loquitur:describens eos vniformiter liberatos. ¶ Nota tertio ꝙ in singulis istorum quattuor propheta simili modo procedit.Ita ꝙ in singulis distinguit particulas quattuor.primam narratiuam tribulationis.secundam recursus ad deum:tertiam beneficii diuini:quartam gratiarum actionis.

ℭ Tractans itaq; primum maloꝝ genus cōsistens in vagatione errando per vias/colligit mala multa.

Errauerūt/redempti & cōgregati,in deserto.prima mala conditio.in solitudine viam:& rursus ciuitatē habitationis nō repererūt/nec viā repererūt nec ciuitatē habitatā.quę sunt duo alia mala iter agentiū. Esurientes etiā sitiētes/sine cibo & potu ad cumulū maloꝝ:aīa eorum in ipsis collabeṫ:hoc est semianimis fiet vita eoꝝ ad similitudinem cadentiū velut deficiente spū.Et futurum collabeṫ/refeṙt ad pteritas perpessiones maloꝝ.Hæc est narratio mali.℣ Et clamauerūt ad dñm(ecce recursus ad deum)in angustia eis:de angustiis eoꝝ liberabit eos.Ecce beneficiū diuinū.Et futurū liberabit/respicit ptm̄ clamauerunt.Et fecit ire illos in viā rectā,ad eundū ad ciuitatē habitationis.gratiam vię & ciuitatis concessit. Confitebunṫ(ecce gratiarūactio)liberati,dño gr̄am eius/qua eos liberauit:& cōfitebunṫ iidem liberati separata.i.mirabilia eius/scilicet dei,filiis adā.ita ꝙ gratias agendo laudabūt deū de concessa gr̄a,& annūciabunt hoībus mirabilia dei.Et hoc ne oporteat repetere intellige in sequentibus:quater enī repetiṫ hic versiculus.℣ Quia satiauit aīam vacuā,& aīam esurientē impleuit bono .Secūdum numerū maloꝝ prius enumeratoꝝ enumerata quoqꝫ sunt bona.nā & via recta & ciuitas habitationis descripta est:& supererat respōdere esurienti ac sitienti & demū collabenti animæ. Vtriqꝫ modo respondetur. collabenti quidē implendo aīam vacuā:appetenti aūt cibum & potū/satiādo aīam bono.℣ Et aduerte hic duo.Alterū est ꝙ versiculus iste anteponēdus est p̄cedenti:quia est cōplementū beneficii, qđ p̄cedit gratiarūactiones.Alterū est ꝙ tacite ꝓpheta insinuat idem esse esurire ac sitire aīam/& aīam collabi:ex hoc ip̄o ꝙ cōmutat vocabula propria.nā debuisset dicere.quia impleuit aīam vacuā,& animam esuriētē satiauit bono.& tñ ꝑmutauit hæc verba:scilicet satiauit & impleuit.

¶ Sedentes in obscuritate. Secundū afflictionis genus tractat:consistēs in malo carceris/inopię & hm̄oi.Sedentes in obscuritate & vmbra mortis/pręse ferente mortē:alligati inopia/rerū,& ferro/vinculoꝝ.Aduerte ꝙ nominatim sedētes & alligati suspēdunṫ vsqꝫ ad verbū confitebunṫ/inferius subiungēdū.Quia rebellauerūt(ecce culpa cā afflictionis)sermonibus dei/per inobediētiam:& cōsilium excelsi/dei,despexerunt.Et humiliauit in labore cor eoꝝ(adhuc ꝓsequiṫ narratiuam afflictionis)impegerūt/cadendo,& nō adiutor/supple illis fuit.℣ Et clamauerūt(ecce recursus peccatoꝝ ad deū)ad dñm in angustia eis:de angustiis eorum saluabit eos.Et faciet exire(ecce beneficium)eos de obscuritate & vmbra mortis:& vincula eorū dirumpet.℣ Hic apponendus esset qui postea sequitur versiculus . Quia fregit portas æris:& vectes ferreos incidit.hoc enim spectat ad complemētum beneficii.Et demum gratiarū actio.confitebunṫ dño gratiam eius:& separata eius filiis adam.

¶ Stulti de via. Tertium tribulationis genus/consistens in ęgritudine aīę vel corporis/describiṫ.Dixi aūt sub disiunctione aīæ vel corporis:qa tribulatio hæc sub sp̄ē ęgritudinis manifestaṫ . tum dicendo/oēm cibū abominabiṫ aīa eoꝝ.tū dicendo/mittet verbū suū & medebiṫ eis.medicina enim ęgritudini opportuna est.Et rursus eadē tribulatio sub appellatione stultitię introduciṫ/dicendo stulti de via rebellionis.stultitia enim ęgritudo animi est.℣ Vtcunqꝫ sit,narraṫ simul malū eoꝝ cū cā.Stulti/carentes iudicio eoꝝ quę vere eis sunt vtilia,affligenṫ tum de via rebellionis suę/tū de iniqtatibus suis . Rebellio crimē significat contra deū:iniquitates aūt crimina cōtra proximum . Oēm cibum/siue aīæ siue corporis,abominabiṫ aīa eorū:& appulerunt vsqꝫ portas mortis.℣ Et clamauerūt/resipiscētes a stultitia,ad dñm in angustia eis:de angustiis eoꝝ saluabit eos.Mittet verbum suū.Ecce beneficiū.verbū inquā quod in principio erat apud deum & erat deus.vel eloquiū suum internę inspirationis in mentes eorum.vel verbum suū/curationem suam:& medebiṫ eis,& saluabit a foueis eorum/hoc est a sepulchris ad quę appropinquauerunt appellendo vsqꝫ ad portas mortis.℣ Confitebuntur domino gratiam eius:& separata eius filiis adam.Et sacrificabunt sacrificia confessionis/qui prius stulti fuerūt ꝓpter crimina:& narrabunt opera eius in laude/cantando.

¶ Descēdentes mare in nauibus. Quartum tribulationis genus/consistens in fluctuosa nauigatione/describitur.Facientes opus in aquis multis,ipsi viderunt opera domini:& separata eius in profunditate/aquarū.℣ Hæc sunt mirabilia opera dei.Et dixit/pręcępit deus:& fecit stare/velut ad pugnādum,ventum tēpestatis:& eleuauit vndas eius/maris.Ascendent coelos,descendent abyssos.Post operta procellarum/describitur motus ipsorum nauigantium:dum naues modo ascendunt euectę ab vndis,& modo descendunt.Et hyperbolico sermone dicuntur ascendere in coelos & descendere in abyssos.℣ Anima eorum in malo liquefiet . Describuntur consequenter passiones internę nauigantium: inchoando a timore quo anima eorum dissoluitur velut res quę liquefit.timor enim mouet humores versus partes inferiores:quod est quodāmodo liquefieri . Gyrabunt/motu humorum & phantasiæ:& mouebuntur/intus,quasi ebrius.ad literam nauigantium capita gyrare videntur . & omnis sapientia eorum absorbebitur:fugit enim ab eis sapere in huiusmodi perturbationibus.¶ Et clamauerunt(ecce recursus)ad dominum in angustia eis:& de angustiis eorum educet eos.ecce beneficium in genere. Faciet stare tempestatem(describit beneficia in specie)tranquillitati/hoc est quiescere:& siluerunt vndę eorum.Et lætati sunt / qui prius timuerunt &c.quoniam quiescent/ipsi:& deducet eos ad regionem voluntatis eorum.i.quo desiderant ire.Confitebuntur.gratiarumactio vt supra.Et exaltabunt eum/liberati a fluctibus maris,in ecclesia populi/hoc est publice coram populo:& in residētia seniorum lau-

dabūt eū.gr̃as agent laudando deum non solum coram populo,sed etiam coram senioribus publicē residētibus,tanq̄ in loco graui. ℭ Hactenus de prouidentia dei circa quattuor genera periculorum. Quæ si diligentius perspecta fuerint,sic distinguunt̃ φ extrema(primum scilicet & quartum)pericula ac discrimina viarum tractant.primum itineris terrestris:quartū maritimi.Duo vero media manē tiū hoīum mala describūt.Secūdū quidē passiones extrīsecas.f.vinculoꝝ,carceris,inopiæ & hmōi. Tertiū aūt passiones internas:ęgritudinis,nauseę cibi & potus,stultitię &c̃.A quibus oībus fm planū lrǣ textū liberati sunt illi qui in principio psalmi redempti & congregati dicuntur.

Ponet flumina. Tractatur hic illa particula,quoniam bonus:manifestando φ diuina bonitas difformiter se habet quantum est ex se & quantum est ex malicia hoīum,nulla facta mentione de clamore ad deū aut de pœnitentia. ℭ Tractaẗ aūt hmōi diuinæ bonitatis diuersa habitudo fm quattuor cōtrarietates.Prima est fm fertilitatem & sterilitatem:inchoans a sterilitate prius in aquis. Ponet,deus, flumina deserto,hoc est faciet flumina arida sicut desertum:& exitus aquarū siccitati,& siccabit fontes aquarum.Deinde quo ad terram.Ponet terram fructiferam salsugini,ac per hoc reddet infructuosam, a malicia habitantium in ipsa.Ecce ratio sterilitatis.¶ Quo contra de fertilitate.Ponet,ex sua bonitate,desertum paludi aquarum:& terram siccitatis exitibus aquarum.Et hoc quo ad aquas. Et fecit habitare ibi esurientes,qui prius esurierant.Et hoc quo ad habitatores.& formauerūt vrbem habitationis. Et seminauerūt agros & plantauerunt vineas:& fecerunt fructum culturę,hoc est terrę cultę.Et hoc cōtra id quod dixerat terram fructiferam in salsuginem.

ℭ Et benedixit eis. Secunda contrarietas est penes multum & paucum.Et inchoat a multiplicatione.Et benedixit,deus,eis,iustis ex bonitate sua,& multiplicati sunt valde: & bestiam eorum,animalia eorum,non faciet minui.Minus dicit & plus significat i scilicet faciet multiplicari.¶ Quo contra. Et imminuti,propter maliciam hominum sunt,& humiliati sunt,homines & bestiæ: a sterilitate,malo & tristitia. Sterilitas malum est ab intrinseco,contrarium multiplicationi. Malum sonat omne genus nocumenti extrinseci,siue ab aeris intemperie,siue a prędonibus &c̃. Et hoc contrariatur etiam multitudini possessę. Tristitia demum malum internę passionis contrarię vitali motui sonat. ¶ Per quę tria videẗ ꝓpheta describere causas vniuersas diminutionis & depressionis hoīum & aīaliū.

ℭ Effundens. Tertia contrarietas describitur penes depositionem & exaltationem:qua scilicet deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Effundēs,deus,despectionem super principes,propter maliciam eorum.multa magnaq; despectio diuina significatur describendo. effundens despectionem super principes,eos qui principantur.Et errare eos faciet in vacuo non via. Effectus diuinæ despectionis quum deponit principes,est excęcatio significata per errorem in vacuo non via:hoc est ad similitudinem errantium in loco vacuo sine via.qui velut cęci discurrunt,consulunt,agunt. In qua metaphora nota triplex malum:vagationis errando per totum in vacuo loco.nam locus plenus arborum seu culturę cuiuscunq;,quantum habet pleni,tantum non habet spatii errādi. Et ne putares vagationem in loco quidem vacuo sed per vias multas,apposuit non via,hoc est nulla via in ipso vacuo existente:vt sic plenam excęcationis pœnam intelligeremus.¶ Quo contra. Et subleuauit,ex sua bonitate,mendicum de paupertate:& posuit quasi ouem familias.hoc est diriget non solum pauperem exaltatum,sed etiam familias eius quasi ouem,velut gregem ouium. In quo significatur diuina cura ac solicitudo erga exaltatum pauperem & familiam eius. Et hoc directe contrariatur excęcationi errantis in vacuo.

ℭ Videbunt recti. Quarta contrarietas describitur penes lætitiam & confusionem. Videbunt,hæc supradicta,recti,corde,& lætabuntur. Quo contra.Et omnis iniquitas claudit os suum,præ confusione.confusorum enim est tacere.

Quis sapiens. Conclusio totius psalmi est. Quis sapiens,hoc est recte sentiēs de suprema omnium causa,deo scilicet & diuina prouidentia,& custodiet hęc,curam habebit horum diuinorum operum in hoc psalmo descriptorum:& intelligent gratię domini.Ecce effectus sapientis.Si enim inueniantur sapientes curam gerentes operum dei,efficient vt intelligantur non solum a se sed a populis gratię dei,quas continuo hominibus impartitur.Et dixit quis sapiens interrogatiue seu optatiue:qa nō facile inueniunẗ hmōi sapientes,& quia cupit inueniri hmōi sapientes. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Canticum psalmus dauid. CVII.

PAratum cor meum deus,paratum cor meum:cantabo & psallam in gloria mea.
Exurge psalterium & cithara:exurgam diluculo.
Cōfitebor tibi in populis domine:& psallam tibi in nationibus.
Quia magna est sup cœlos misericordia tua:& vsq; ad nubes veritas tua.

Exaltare super cœlos deus,& super omnem terrã gloria tua:ut liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua & exaudi me:deus locutus est in sancto suo.
Exultabo & diuidã sichimã:& conuallem tabernaculorum dimetiar.
Meus est glaad & meus est manasses:& ephraim susceptio capitis mei.
Iuda rex meus:moab lebes spei meę.
In idumęam extendam calciamentum meũ:mihi alienigenę subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitã:quis deducet me usq; in idumęam?
Nonne tu deus qui repulisti nos:& nõ exibis deus in uirtutibus nostris?
Da nobis auxilium de tribulatione:quia uana salus hominis.
In deo faciemus uirtutẽ:& ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Canticum psalmi dauidi. CVIII.

1 Propheta. PAratum cor meũ deus†:cantabo & psallã,etiã honor meus. † dij
2 Expergiscere uiola & cithara:expergiscar diluculo.
3 Confitebor te in populis domine:& cantabo te in regnis.
4 Quoniam magna super cœlos gratia tua:& usq; cœlos ueritas tua.
5 Exaltare super cœlos deus†:& super omnem terram honor tuus. † dij
6 ¶Propter hoc liberabuntur amici tui:salua dextera tua,& responde mihi.
7 Deus†locutus est in sanctitate sua. Promissio diuina. gaudebo:diuidam sichem,& ual- † dij
lem sũchoth dimetiar.
8 Mihi galaad & mihi menassch:& ephraim fortitudo capitis mei,iuda pceptor meus.
9 Moab lebes lauacri mei:sup edom proiiciã calceũ meũ,super philistim clangam.
10 Propheta. Quis ducet me in ciuitatem munitionis?quis duxit me usq; edom?
11 Nonne tu deus†?reliquisti nos,& nõ exibis deus † in exercitibus nostris. † dij † dij
12 Para nobis auxilium ab angustatore: quia uana solus hominis.
13 In deo†faciemus exercitum:& ipse conculcabit angustatores nostros. † dij

TItulus est.Canticum psalmi dauidi.Qui patet ex superius dictis.
¶Circa materiam psalmi aduerte q psalmus iste singularissimus est,q̃ꝛ cõpositus est de verbo ad verbũ ex extremis partibus duoꝝ psalmoꝝ:scilicet.57.&.60.Prima siqdem pars huius psalmi vsq; ad versiculũ illũ,ppter hoc liberabunt amici tui/sumpta est ex vltima parte psalmi.57.tractantis de da uide in spelunca latente ppter psecutionem saulis.totũ vero residuũ psalmi huius sumptũ est ex vltima parte.60.tractãtis de desiderata victoria sup idumęos & ammonitas:vt ibi declaratũ fuit.Et qa in hoc vr cõsistere huius psalmi materia(qa totus pene circa hoc occupat)ideo eadẽ ẽ materia huius psalmi &.60.scilicet desiderata a dauide victoria sup ammonitas & idumęos.Differũt tñ hi psalmi iter se quo ad pparatoria:qm ibi ppheta plorat casum suoꝝ hebręoꝝ cęsoꝝ ab idumęis:& plorãdo trãsit ad petẽ dũ victoriã attenta pmissione diuina.hic vero inchoata pparatione aĩ sui ad laudandũ deũ,tũ sup cõ munibus bñficiis,tũ spãliter collatis liberãdis amicis eius:& sic trãsit ad petẽdũ victoriã / attẽta simili ter diuina pmissione.¶Est igit materia huius psalmi ad lram oblatio & tãq̃ quoddã votũ dauidis ad laudãdũ deũ:dauidis inquã petẽtis victoriã sup idumęos & sup regiã vrbẽ ammonitaꝝ rabath.

¶SVMMARIVM EST.

¶Propheta offert deo cor,honorẽ ac cantũ paratũ.tũ ex magnitudine dei sup cœlos & iferiora.tũ ob liberationẽ amicoꝝ dei ab hostibus iuxta reuelationẽ diuinã de psperitate dauidis regis.Et recognoscẽs sola diuina ope posse vicere,cõfidit i deo q pugnabit p se & cõculcabit hostes,idumęos & ãmonitas.
¶Persona loquens propheta est:referens tñ diuinam promissionem.

PAratum.Diuidit psalmus in partes duas:ppositiuam materię,& executiuã,ibi expgiscere viola.
¶Proponit tria,oblationẽ cordis sui,paratũ cor meũ:oblationẽ honoris sui,etiam honor meus: oblationẽ laudis diuinę,cãtabo & psallã.Reuoca ad memoriã dicta in psalmo.60.scilicet q dauid ca pta syria fecit sibi nomẽ,hoc est arcũ triũphalẽ(vt dr.2.reg.8.)& q credidit pp hãc vanitatẽ cęsas fuisse ab idumęis custodias hebręoꝝ.Vñ qa peccauit in corde vano & honore mundano,ideo nunc medi

camenta pœnitẽtię proponit:parati cordis,parati honoris,& parati cantus deo.quãdoquidẽ & cor & honor & cantica lętitię minus data sunt deo:dum exhibita sunt in triũpho vanitatis.

¶ Exurgiscere viola. Incipit hic ps executiua tali ordie. Prio tractaẽ illa pticula,cãtabo & psallã. Secũdo ambę illę simul,paratũ cor meũ ẽt honor meus,ibi qs ducet me. ¶ Circa cantũ itaq; primo excitat organa musica(expgiscere viola & cithara)p psopopœiã inuitãs ad laudẽ diuinã. ¶ Expgiscar diluculo. Promittit secũdo ppriã vigilãtiã sũmo mane ad cãtãdũ deo. ¶ Cõfitebor te. Declarat tertio corã qbus laudabit. Cõfitebor,nõ me,sed te i ppl'is dñe:& cãtabo te i regnis. ¶ Q m magna. Explicat materiã laudis.primo ex cõibus. Q m magna sup cœlos gr̃a tua,i iis q hitãt cœlos:& vsq; cœlos,iferiores.s. ignẽ & aerẽ,veritas tua.iõ cõfitebor dicẽs tibi. Exaltare,nõ i teipõ sed i laudibus creaturarũ tuarũ,sup cœlos de⁹ cognitus:& sup oẽm terrã,exalteẽ,honor tuus. Et itẽdit dicere. Laudabo te corã oibus:ex hoc qdẽ φ magnus es sup cœlos & aerẽ,φ glorificeris cõiter sup cœlos & terrã.ex hoc ãt φ spãlr libabis amicos tuos,cãtabo aliud cãticũ.s.salua dextera tua & rñde mihi. ¶ Vide singula. Gr̃a dei an sit sup cœlos,multũ latet.& ppea ppheta descripsit eã magnã sup cœlos:qm̃ sup cœlos ẽ fm magnũ gr̃ę effectũ, btitudinẽ.s. angelorũ. Et sic veritas dei an extẽdaẽ ad sphęrã rerũ mutabiliũ latet.& ppea ppheta veritatẽ dei ifallibilẽ descripsit extẽdi ad iferiora. Et hic tãq̃ vl'i puisori mediãte gr̃a & veritate,cãtare pmittit glorificãdũ deũ & sup cœlos & sup terrã. Ob spãlẽ ãt curã dei de amicis suis(.s.ob hoc φ liberat amicos suos:hoies colẽtes ipm,credẽtes i ipm,& charitatis amicitia ĩiũctos ipsi)spãle pmittit cãticũ:laudãdo φ saluauit eos de⁹ ppria dextera:h ẽ spãlr pugnãdo p eis,ad silitudinẽ hois pugnãtis dextera ppria.hoc.n.spãlissimũ mõstrat auxiliũ. Nec solũ laudabit singularissimã salutẽ ex dextera eius,sed ẽt rñsionẽ diuinã:hoc ẽ φ rñderis facto qd reuelatõe spãli pmisisti. Hoc.n.spãle cãticũ signaẽ subiũgẽdo. Propter hoc liberabũẽ i.pp h φ liberabũẽ amici tui,cãtabo h.s.salua dextera tua,q ex cõib⁹ cãtaui exaltaẽ sup cœlos,& rñde mihi,facto. ¶ Deus locutus ẽ i sctitate sua. Totũ h reliquũ psalmi expositũ ẽ i psal.60.& iõ vide ibi. Amẽ.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori dauid psalmus. CVIII.

Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est.
Locuti sunt aduersum me lingua dolosa & sermonibus odii circundederũt me:& expugnauerunt me gratis.
Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi:ego autem orabam.
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis:& odium pro dilectione mea.
Constitue super eum peccatorem:& diabolus stet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat condemnatus:& oratio eius fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci:& episcopatum eius accipiat alter.
Fiant filii eius orphani:& uxor eius uidua.
Nutantes transferantur filii eius & mendicent:& eiiciantur de habitationibus suis.
Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius:& diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor:nec sit qui misereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum:in generatione una deleatur nomen eius.
In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini:& peccatum matris eius non deleatur.
Fiant cõtra dominum semper,& dispereat de terra memoria eorum:pro eo φ nõ est recordatus facere misericordiam.
Et persecutus est hominem inopem & mendicum:& compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionem & ueniet ei:& noluit benedictionem & elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem sicut uestimentum:& intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.
Fiat ei sicut uestimentum quo operitur:& sicut zona qua semper pręcingitur.
Hoc opus eorũ qui detrahũt mihi apud dñm:& qui loquunẽ mala aduersus aiam meam.
Et tu dñe dñe fac mecum propter nomen tuum:quia suauis est misericordia tua.
Libera me quia egenus & pauper ego sum:& cor meum conturbatum est intra me.

Sicut umbra cum declinat ablatus sum:& excussus sum sicut locusta.
Genua mea infirmata sunt a ieiunio:& caro mea immutata est propter oleum.
Et ego factus sum opprobrium illis:uiderunt me & mouerunt capita sua.
Adiuua me domine deus meus:saluum me fac propter misericordiam tuam.
Et sciant quia manus tua hæc:& tu domine fecisti eam.
Maledicēt illi & tu benedices:q insurgūt in me cōfundētur,seruus autē tuus lętabitur.
Induantur qui detrahunt mihi pudore:& operiantur sicut diploide confusione sua.
Confitebor dño nimis in ore meo:& in medio multorum laudabo eum.
Quia astitit a dextris pauperis:ut saluam faceret a persequentibus animam meam.

IVXTA HEBRÆVM. Vincenti dauidi psalmus. CIX.

1 Propheta. DEus laudis meę:ne tace.
2 Quia os impii & os doli super me aperuerunt: locuti sunt mecum
lingua falsitatis.
3 Et uerbis odii circundederunt me:oppugnauerunt me sine causa.
4 Pro amore meo impedient me:ego [sum] oratio.
5 Et posuerunt super me malum pro bono:& odium pro dilectione mea.
6 Constitue super eum impium:& satan stabit super dextera eius.
7 In iudicari suo exibit impius:& oratio eius erit peccato.
8 Erunt dies eius pauci: pręposituram eius accipiet alter.
9 Erunt filii eius pupilli:& uxor eius uidua.
10 Et uagādo uagabūtur filii eius:& petent & quęrent de destructionibus suis.
11 Illaqueabit mutuator omne† quod [est] ipsi:& prędabuntur alieni laborem eius. † omni
12 Non erit/ipsi trahens gratiam:& non erit miserans pupillos eius.
13 Erit posteritas eius incisioni:in generatione altera delebitur nomen eorum.
14 Memorabitur iniquitas patrum eius ad dominum⁴:& peccatū matris eius nō delebit.
15 Erunt contra dominum⁴ continue:& incidetur de terra memoria eorum.
16 Propterea q non est recordatus facere gratiam:& persecutus est uirum pauperē & mē
dicum & contritum corde/ad interficiendum.
17 Et dilexit maledictionē/& uenit ei:& nō cōplacuit in benedictione/& elōgata ē ab eo.
18 Et indutus est maledictione quasi uestimento suo:& ingressa est quasi aquæ in medium
eius/& quasi oleum in ossa eius.
19 Erit ei quasi pallium [quo] amicietur:& cingulo [in cingulū quo] continue cinget ipsam [circū se].
20 Hęc operatio impedientium me a domino⁴:& loquentium malum super animā meā.
21 Et tu dñe⁴/dñe† mi fac mecū propter nomen tuū:quoniā bona gratia tua libera me. † dñi mei
22 Quoniā pauper & mendicus ego:& cor meum uulneratū est in medio mei.
23 Sicut umbra,sicut inclinari eius [umbre] ductus fui: excussus [fui] quasi locusta.
24 Genua mea impegerunt a ieiunio:& caro mea macruit a seruitio.
25 Et ego fui opprobrium eis:uidebunt me,mouebunt caput suum.
26 Adiuua me domine⁴ deus meus:salua me sm gratiam tuam.
27 Et scient quoniam manus tua hęc:tu domine⁴ fecisti eam.
28 Maledicēt illi/& tu bñdices:surrexerunt/& cōfusi sūt,& seruus tuus lętabitur.
29 Induentur impeditores mei erubescentia:& amicientur quasi pallio confusione sua.

30 Confitebor dominum ualde in ore meo:& in medio multorum laudabo eum.
31 Quoniam stabit dexterę mendici:ad saluandum a iudicantibus animam eius.

Titulus est. Vincenti dauidi psalmus. De quo vt supra.

¶ Materia psalmi ex autoritate petri apostoli act. 1. habetur. Inducit. n. oportere impleri ppheciā dauidis, surrogādo iudę pditori duodecimum apl'm, dicens. Oportet impleri scripturam quā praedixit spiritussanctus per os dauid de iuda, qui fuit dux eorum qui cōprehēderūt iesum: scriptum est. n. i libro psalmorum, & episcopatum eius accipiat alter. quod in octauo huius psalmi versiculo habet. ¶ Ex quo iuncto contextu psalmi, facile apparet christum esse q loquitur in hoc psalmo: cōmemorādo iniquitatem persequentium ipsum, & petendo resurrectionem suam ac illius manifestationem.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta in persona christi patiētis recurrit ad deū: cōmemorans tum dolosas tum impias iudęorum persecutiōes. & petēs primum resuscitari a mortuis, tum ob diuiná grām, tum ob merita passiōis suę: deinde manifestari gloriose resurrectionem suá, cū multorū salute & confusione contradicentiū.

¶ Persona loquens propheta est in persona messię patientis.

Deus laudis meę. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam ibi locuti sunt. ¶ Proponit quatuor. Primum. Deus laudis meę. Et potest tum actiue tum passiue laus mea intelligi. Et actiue quidem est sensus. o deus materia laudis meę: hoc est quem solum laudo, cuius solius quęro laudem. Passiue uero est sensus. O deus ratio laudis meę: hoc est ꝙ ego lauder. non enim a meipso aut ab homine sed a te est ꝙ ego lauder & glorificer. Vtroq autem modo verissime cōuenit christo homini dicere, deus laudis meę: vt patet. ¶ Secūdum. ne tace. Quia dicere dei est facere, petendo ne tace petit vt faciat subiungenda. ¶ Tertium. Quia os impii. Quartum. & os doli super me aperuerūt. Non explicatur qui sint isti qui aperuerunt os ipietatis & doli. Subintelligunt autem iudęi, duplici crimine descripti. s. dolo & impietate. non qualicunq sed super me, non super bonis meis sed super meipso messia vsi sunt ore impio & ore doloso. Et vere crimina iudęorum in passione christi ad hæc duo capita reducūtur. Nam pręter hoc ꝙ iudas dolo tradidit christum, iudęi dolose imposuerūt christo lesę maiestatis crimen, vt pilatus eum crucifigeret tanq̄ contrarium cęsari. Impietas autem tā manifesta fuit contra patrem patrię (docentem omnes viam dei, sanantem ęgros, liberantē oppressos a dęmoniis &c̄.) vt non egeat probatione.

¶ Locuti sunt. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, os doli. Secundo illa, os impii, ibi erunt cōtra dominum. Tertio illa, deus laudis meę, ibi & tu domine. Illa autem particula ne tace, tractatur in singulis tribus partibus: inseritur. n. singulis. primis quidē prout petit vindictā: vltimę aūt prout petit resurrectionē ppriam & manifestationē illius. ¶ Et nota pro claritate ordinis: ꝙ tractādo iniqtates & punitionē iudęorū dupl'r pcedit. ná prio introducit eos quo ad culpā i nūero plurali, locuti sunt &c̄. quo ad poená vero in numero singulari, constitue super eum &c̄. Deinde ecōuerso describit eosdem quo ad poenam in numero plurali, erunt contra dominum: quo ad culpam vero in numero singulari, propterea ꝙ non est recordatus. Et rursus regreditur ad poenam in singulari & in plurali. Quæ ideo diximus: vt aduertas prophetam loqui de multitudine, de populo iudęorū modo sub ratione vnius (quia fuerunt velut vnus contra christum) modo sub ratione plurium: quia non solum peccauerunt vt vniuersitas sed vt singuli.

Culpas itaq iudęorum dolosas describens, ait. Locuti sūt mecum lingua falsitatis, ausi sunt etiam mecū loquēdo falsa imponere. samaritanus es tu & dęmoniū habes, tu homo quum sis facis teipsum deū &c̄. & demū aue rabbi. Et verbis odii circūdederūt me, non solum corā sed circūcirca prosecuti sūt me verbis non irę sed odii insaciabilis. Lege euangelium: & inuenies tot verba odii, sacerdotum, populi &c̄. Oppugnauerunt me, facto, sine causa, sine occasione eis data: non offendi eos, non dedi eis aliquā occasionem me persequendi. ¶ Pro amore meo, erga eos, impedient me, a vita, ab officio euangelizandi regnum dei. Et futurum impedient, pręcedentem respicit amorem. Et ego oratio, pro eis. Duo officia se fecisse contestatur: scilicet amandi eos, & orandi pro eis. vt intelligas ꝙ sine vlla data occasione ipsū impugnauerunt. Et officium quidem amandi innumeris beneficiis comprobatur. orandi autem tota vita testat: tota siqdē christi vita fuit meritū orās & intercedens ad deū pro humano genere. & propterea dicit ego oratio. ¶ Et posuerunt super me malum, passionis & mortis, pro bono, a me eis collato: & odium, insaciabile, pro dilectione mea, erga eos. ¶ Constitue. Descripta culpa iudeorum subiungitur punitio eorundem, inchoando a capite: hoc est a iuda qui fuit dux eorum ad occisionē chri. Constitue super eum, iudam proditorem caput eorum, impium, diabolum impietatis spiritu ipsum instigantem: & satan stabit super dextera eius. Inquit enim ioannes euangelista. quum diabolus iam misisset in cor vt traderet eum iudas. Et rursus. post buccellam introiuit in eum satanas. Ratione primi dicitur, constitue super eum impium: ratione secundi dicitur. & satan stabit super dextera eius, ad exequendum proditionem tanq̄ manus dexteræ ipsius iudę opus: velut ad fa

ciendam vindictam vnguenti effusi cuius pcium furari voluerat. In iudicari suo exibit impius: hoc est quando iudicio discretionis iudicabitur (dicente ei christo quod facis fac citius) exibit, a consortio apostolico, impius, in mesiam. & oratio eius, immolatio agni paschalis quam tunc effecit cum christo & apostolis, erit peccato, hoc est imputabitur ei ad peccatum: quia vere fuit peccatum ex mala mente iudę immolantis. Erunt dies eius, iudę, pauci: suspendit. n. seipsum laqueo. & præpositurā eius, apostolatum quo erat prępositus alius, accipiet alter, matthias. Erunt filii eius, non natura sed imitatione (iudęos enim sequaces iudę filios illius appellat) pupilli. Et vere pupilli absq; deo patre. & ad literam multi fuerunt priuati patribus in excidio hierosolimitano: quod hic incipit describi sub metaphora vnius viri. Et vxor eius vidua. innumerę mulieres remanserunt viduę. ¶ Et vagando vagabuntur filii eius, iudęi. quod impletum videmus in vagatione iudęorum. Et petent, mendicando, & quærent, dum petendo non habebunt necessaria, de destructionibus suis, hoc est ex destructionibus suis eiecti quęrēt. ita ꝙ ad cumulum miserię describuntur eiecti non de integris habitaculis sed de destructionibus, vt etiam viderint habitacula propria destructa. ¶ Illaqueabit mutuator omne quod ipsi. Inter alias miserias describitur creditor laqueos inicere vniuersis bonis quę habet tanq̄ ei obligatis. & prędabūtur alieni laborem eius, quicquid acquisiuit laborando. Non erit, ipsi trahens gratiam: hoc est qui ei faciat aliquam gratiam, ad similitudinem trahentis versus ipsum gratiam. & non erit miserans pupillos eius. ¶ Erit posteritas eius incisioni, hoc est succidetur eius posteritas: in generatione altera, hoc est sequente, delebitur nomen eorum. Ad literam verificatum est, intelligendo nomen ꝓ gloria: quoniam post. 40. annos deleta est gloria iudęorum a romanis. & sic non remansit nomen iudęorū vt ppl'i seu gētis vnius. ¶ Memorabit iniqtas patrū eius ad dn̄um, quātū ad pœnā: qm̄ puniti sunt filii ꝓ iniqtate patrū q occiderunt christū. & peccatū matris, synagogę, non delebitur, sed punietur.

Erunt contra dominum continue. Tractatur hic illa particula, os impii: commemorando impietatem iudęorum contra mesiam, & inchoando a pœna maxima. Erunt contra dominum continue. maxima pœna est perseuerare inimicum deo: quales videmus perseuerare iudęos continue. Et incidetur de terra memoria eorum. Ad literam potest hoc dupliciter itelligi. Vel ꝙ sit sermo de terra promissionis: ex qua nō solū ipsi sunt excisi sed succisa est eorum memoria in veritate: quia non sunt amplius ad illam reuersuri. Vel ꝙ sit sermo de laudabili memoria eorum s̄m ꝙ populus dei. cōmemorantur. n. modo nō vt populus dei, sed vt hostes dei. ¶ Propterea ꝙ nō est recordatus. Reddit rationem pœnę. Propter id ꝙ non est recordatus, populus hebręus, facere gratiam. proponente pilato, vultis vobis dimittam regem iudęorum? populus non est recordatus tot miraculorum & beneficiorum ad faciendū gratiā liberationis christi de manibus curię cui per inuidiā pontificum traditus erat. Et persecutus est virum pauperē. nō solū noluit ipsum liberare, sed persecutus est ipsum mesiam virū pauperem, rerū, & mēdicū, quia viuebat alieno sumptu, & contritū corde, non superbum sed humilem corde: ad interficiendum, tolle tolle crucifige eum. ¶ Et dilexit maledictionē, sanguis eius super nos & super filios nostros, & venit ei, maledictio: & non complacuit in benedictione, oblata a pilato, & elongata est ab eo, benedictio. ¶ Et indutus est maledictione, quo ad extrinseca, quasi vestimento suo: & ingressa est, maledictio intro, quasi aquę in medium eius, & quasi oleum in ossa eius. Describitur per hæc maledictio ascita quodammodo a iudęis ad seipsos intus & extra. & intus penetrando omnia: scilicet & ossa & meatus omnes. Et intendit per hoc propheta describere pertinaciam iudęorum ad occidendum christum tantam vt nō curauerint quicquid inde mali eis sequi posset. Quod impletum in euangelio legimus.

¶ Erit ei. Subiungit consonam pœnam. Acsi aperte diceret. populus asciuit sibi maledictionem, ita erit, veniet, ei, maledictio, quasi pallium quo amicietur: & cingulo, hoc est in cingulum, loco cinguli, cōtinue cinget ipsam, maledictionem sibi. ¶ Hæc operatio impedientium me a domino, & loquentium malum super animam meam. Cōcludit propheta omnia supradicta, vnico verbo ascribens has omnes pœnas iniquitati persecutorum. Hæc, congeries pœnarum, operatio, hoc est opus operatum, hic est fructus, quem ipsimet produxerunt, impedientium me a domino: vere tota vita christi erat dei. & loquētium malum, passionis & mortis, super animam meam, contra vitam meam. Acsi dixisset. hic est fructus quem referunt iudęi persequentes me.

Et tu domine. Tractatur hic illa particula, deus laudis meę: petendo resurrectionem & manifestationem. ¶ Et inchoat a rationibus ex parte dei. Et tu domine, domine, mi singularissime, scilicet per gratiam vnionis, fac mecum (more humano prius petit fac mecum, non explicando quid) propter nomē tuum, propter gloriam tuam: qm̄ bona gratia tua (ecce alia ratio etiam ex parte dei) libera me, a morte. ¶ Quoniam pauper & mēdicus ego. Rationibus ex parte dei adiungit rationes ex parte ꝓpriorum meritorum. Et pro primo merito affert voluntariam paupertatem quam in hac vita sustinuit: tantam vt volucres cœli nidum habeant, filius autem dei non habeat vbi reclinet caput suum. Et cor meum vulneratum est in medio mei. Potest intelligi de vulnere charitatis, qua pro nobis voluntarie mortuus est. & potest intelligi de vulnere passionis & crucis: quod quia letale fuit, describitur peruenisse ad cor. ¶ Sicut vmbra, non s̄m quemcunq; statum sicut inclinati eius, hoc est sicut

vmbra in sua declinatione(qualis est vmbra vespertina)ductus sui. Christus quando apparuit valde grandis tunc occisus est. Ante quinq; dies mortis eius clamauit ppl's/bñdictus qui venit in noie domini:& deinceps quotidie mane ibat populus ad prędicationem eius.& sic ductus fuit ad mortem sicut vmbra inclinata:quę quum est maxima tunc deficit.excussus quasi locusta/reiectus sum tanq̃ animal nociuum nollo volente me apud se.Quod apparet verificatum tẽpore passiõis eius:dum primates excutiebant eum a se tanq̃ inimicum legis,& populus excussit eum a se:& pilatus excussit eum a se in herodem & econuerso:& tandem excussus est in caluarię crucem. ¶ Genua mea impegerunt a ieiunio:hoc est sic redditus sum debilis propter ieiunium sicut hominis genua debilia impingunt. Et ad literam verificatur in baiulatione crucis,quã ob debilitatem non potuit portare vsq; ad locum caluarię.sed tunc corruisse genua eius sub cruce & dicitur,& colligitur ex eo q; angariauerunt simonem cyrenensem vt portaret crucem eius post eum. Et caro mea macruit a seruitio. Christum ieiunasse non solum post baptismum vna quadragesima sed frequẽter,ex euangelio habetur.tum dicendo/hoc genus dęmoniorum nõ eiicit nisi in ieiunio & oratione.tum dicentibus pharisęis/quare discipuli tui non ieiunant?& non dicunt quare tu non ieiunas,scientes ipsum ieiunare. Macrum autem fuisse quãuis nõ alibi legatur:multitudo tamen officiorum(prędicãdo/pernoctando in oratione/ieiunando / pedibus iter agendo)hoc suadet. Vnde seruitium ob quod macruit/illũ significat seruitutem de qua ipse ait.filius hominis venit non ministrari sed ministrare,salutem/vitam &c̃.populis. Nec est remotũ vt intelligas a seruitio carnis respectu spiritus.castigo inquit apostolus corpus meum & ĩ seruitutem redigo. multo magis christus vt carnem etiam ex ipsa dispositione corporis in seruitutem spiritus subiugaret macruit. ¶ Et ego fui opprobrium eis/factus sum enim eis maledictum pendens in cruce:videbunt me/crucifixum,& mouebunt caput suũ.prętereuntes mouebãt capita sua,dicẽtes vah q destruis tẽplũ dei. ¶ Adiuua me. Exequitur hic ne tace/quãtum ad resurrectionem. Adiuua me domine deus meus ad resurgendum:salua me/ad vitam immortalem,s̃m gratiam tuam. ¶ Et scient quoniam manus tua hæc. Petit manifestationem suę resurrectionis. Et scient/homines,q; manus tua hæc/resurrectio mea: tu domine fecisti eam/resurrectionem meam. Vere resurrectio christi manus dei dicitur,non solũ quia manu dei facta est,sed quia est instrumentum dei velut manus ad saluandas gentes.resurrexit enim propter iustificationem nostram. Et rursus.si christus non resurrexit/inanis est fides nostra. ¶ Maledicent mihi,illi/iudęi/peruertentes custodes sepulchri & persequentes meos discipulos,& tu benedices/multiplicando discipulos meos:surrexerunt/iudęi adeuntes pilatum vt custodiretur sepulchrum vsq; in diẽ tertium,& confusi sunt/referentibus custodibus:& seruus tuus(de seipso loquitur)lętabitur/in resurrectione. ¶ Induantur impeditores mei/iudęi impedientes fidem christianam,erubescentia:& amicientur quasi pallio confusione sua/videntes miracula discipulorum meorum. ¶ Confitebor dominum valde in ore meo. Ad literam christus post resurrectionem suam ore proprio confessus est deum/docendo discipulos suos de diuinis. Et valde confessus est tum quantum ad efficaciam:quoniam aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas.tum quantũ ad mysteria declarata:dixerat enim ante resurrectionem/multa habeo vobis dicere quæ non potestis portare modo. Tũ quantum ad concursum vniuersarum partium eius.ante resurrectionem nãq; multę eius partes subiiciebantur passioni,& quodãmodo conquerebantur:in resurrectione autem omnes materiam lętitię & laudis prę se ferentes iã glorificatę/efficiunt vt mesias ore suo laudet valde deum. Et in medio multorum laudabo eum/per dies.40. & postea per discipulos meos in medio mundi. ¶ Quoniam stabit dexterę mendici(de seipso olim loquitur/cuius dextera optima pars est)ad saluandum a iudicantibus animam eius. Affuit deus non sinistrę christi sed dexterę eius:dum saluauit vitam eius,non in statu huius mortalitatis sed resuscitando eam in statũ immortalitatis.sic enim saluauit a iudicibus(pilato/herodę/& iudęis)vitam christi. Et versiculus iste debet esse penultimus.est enim sensus. Quoniam deus stabit dexterę mendici ad saluandum a iudicibus animam eius,ideo confitebor dominum valde.&c̃.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus dauid. CIX.

DIxit dominus domino meo.sede a dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos/scabellum pedum tuorum.
Virgã uirtutis tuæ emittet dñs ex sion:dñare i medio inimicorũ tuorum.
Tecum principium in die uirtutis tuæ in splendoribus sanctorum:ex utero ante luciferum genui te.
Iurauit dñs & nõ pœnitebit eũ:tu es sacerdos in ęternũ secundũ ordinẽ melchisedec.
Dominus a dextris tuis:confregit in die irę suę reges.
Iudicabit in nationibus/implebit ruinas:conquassabit capita in terra multorum.
De torrente in uia bibet:propterea exaltabit caput.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Dauidi psalmus.

1 Propheta. DIctum dñi[4] domino meo [ēt hoc] Vox dei recitata. sede dexterę meę, donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis.

2 Propheta. [o mesia] Virgã fortitudinis tuę mittet dñs[4] ex sion: dñare i medio inimicorum tuorum.
3 Populus tuus spontanei in die fortitudinis tuę, in decoribus sanctitatis: de uulua auro-
rę [erit] tibi ros natiuitatis tuę.

4 Iurauit dominus[4] & non pœnitebit. Vox dei. tu [es] sacerdos ęterno sup rẽ malchisedec.

5 Propheta. [o pater] Dominus† [mesias] super dextera tua scidit in die furoris sui reges. † dñi mei
6 Iudicabit in gentibus: impleuit corpora, scidit caput super terra multa.
7 De torrente in uia bibet: propterea exaltabit caput.

TItulus est. Dauidi psalmus. De quo vt supra.
¶Materiã psalmi eẽ mesiã, testat in primis dñs matth. 22. inducẽs principiũ huius psalmi, iterrogãdo phariseos qũo dauid i spũ vocat mesiã dñm suũ, dixit dñs dño meo sede a dextris meis: si ergo dauid vocat eũ dñm, qũo filius eius est? Ad hebr. quoq. 1. idẽ firmat, dicẽdo. ad quẽ aũt angelorum dixit aliqñ, sede a dextris meis quoadusq ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorum? Et ad hebr. 5. iterũ firmat, afferẽdo dictũ ad christũ. tu es sacerdos in ęternũ sm ordinẽ melchisedec. Et rursus ad heb. 7. iurauit dñs, & nõ pœnitebit eũ &c. ¶Quid aũt de mesia tractet psalmus iste, ex ipso psalmo appet. s. q de mesię regno inchoato sm tẽpus mediũ inter ichoationẽ & plenã possessionẽ loqtur. Principiũ nãq psalmi a regno inchoat, describẽdo mesiã sedere ad dexterã dei. Tẽpus vero mediũ vsq ad plenã possessionem, significatur dicẽdo donec ponã inimicos tuos. et describit in dominatione in medio inimicorum ex virga missa ex sion. Acceptio autem plenę possessionis regni, circa finem describitur. iudicabit i nationibus &c. ¶Vnde ad literam materia psalmi est regnum mesię inchoatum in cœlo, proferens interim media in terris per quę ad consummatam possessionem regni veniet tempore vniuersalis iudicii.

¶SVMMARIVM EST.

¶Dauid mesiã sedentẽ ad dexterã dei, & dominãtẽ spũaliter in mũdo (hoc est p euãgelicã fidẽ) introducit vsq ad iudicii tẽpus: quo sensibiliter subiectos oẽs iudicabit, quia voluntarie passus fuerat.
¶Persona loquens propheta est: referens tamen vocem dei.

DIctũ domini. Diuidit psalmus in ptes duas: ppositiuã materię, & executiuã, ibi virgã. ¶Proponit dictũ dei ad mesiã. Dictũ dñi dño meo. In qua relatione significat pluralitas diuinarũ personarũ: dum distinguit dñs q dixit a dño cui dixit. Et primũ qdẽ vocat dñm: sic. n. vocabat deus apud hebręos. alterũ autẽ (scilicet mesiam) vocat dñm meũ. vt hinc dauid significet mesiam esse verũ deũ, qa dñs eius, & duarũ naturarũ. s. humanę, sm quã est filius dauidis, & diuinę, sm quam est dñs dauidis. ¶Sede dexterę meę. Ecce dictũ dñi ad mesiam. Petrus apostolus act. 2. testatur hoc impletum in ascensione christi, dicendo. nõ. n. dauid ascendit in coelos: dixit aũt ipse, dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Marcus quoq euangelista in die ascensionis. assumptus inquit est in coelum, & sedet a dextris dei. Sedere non significat hic positionẽ qua corpore sedemus: sed quiete regnare, ad similitudinem regis qui ascisceret primogenitũ suum ad corregnãdũ secum. Dextera siquidẽ dei non potest intelligi membrũ corporeũ, quũ deus sit spiritus: sed suprema dei bona appellatione dexterę significãtur. Ac si dixisset. quiete regna in optimis bonis meis. Et vere sic est: qm̃ regnat in coelestibus, quæ sunt longe meliora bona q̃ terrestria. & rursus regnat in spiritualibus per fidẽ in terra: quæ sunt meliora bona q̃ sensibilia. ¶Donec ponam: hoc est vsq ad diem iudicii regna in istis, regnaturus postmodum etiam sensibiliter in toto vniuerso. Tẽpus intermedium ab ascensione vsq ad iudicium, significatur per. donec ponam inimicos tuos, incredulos & peruersorũ morũ, scabellũ pedibus tuis, subiiciam tibi eos velut scabellum suppedaneum. Vbi nota q non dixit donec destruam seu occidam & annihilem inimicos tuos, sed donec ponam illos tanq̃ scabellũ sub pedibus tuis: ad significandum q inimicos ipsius viuos subiiciet pedibus eius, q regnabit super inimicos suos viuos sibi subditos: ita q non erit rex mortuorum sed viuorum. quod nulli humano regi concessum est aut concedetur.
¶Virgã fortitudinis tuę. Incipit hĩc pars executiua tali ordine. Pmo tractat illa pticula, sede dexterę meę donec. Scdo illa, ponã inimicos tuos scabellũ, ibi dñs sup dextera. Tertio illa, dictũ dñi dño meo, ibi de torrente. ¶Tractans tẽpus intermediũ quo christus sedet ad dexterã patris, describit spũalẽ administrationem quam exercet in terris: non tanq̃ opus ipsius mesię, sed tanq̃ opus dei ad mani-

festationem mesię cum eo regnantis. Et merito: opus.n. spiritualeq; deo qui spiritus est aptissime attribuit. Apostrophans ergo dauid ad mesiam regnātem in coelis ait. Virgam fortitudinis tuæ mittet dominus ex sion. Virga regis signum est autoritatis & directionis exercendę. Et ad literā spūssanctus datus in die pentecostes ad pdicandum christum & miraculis confirmādū euangelium est virga autoritas mundi directiua, fortitudinis tuę, immortalitatis tuę iam glorificatę. nondum.n. erat spiritus datus quia iesus nondū erat glorificatus inquit ioan.7. vt intelligas spiritūsanctū esse virgam non humilitatis sed fortitudinis christi. Et bene nota φ vtrūq; dicit, & φ est fortitudinis tuę, & φ mittet dominus illā: quia scriptum est. paracletus spiritussanctus quē mittet pater in nomine meo. Virgam itaq; hoc ē potestatē in signo sensibili potētię tuę iam regnantis, hoc est spūsanctum visibiliter contestantem regnū tuū, mittet dñs ex sion, hoc est ex hierusalem cuius pars erat sion. Et sm aliquos ad lram ex sion: putant.n. domum in qua congregati erant apostoli in die pētecostes fuisse in sion. Significātius aūt dicitur ex sion, & nō dicitur in sion: vt intelligamus spūsanctum mittēdū quidē ex sion in vniuersum mūdū, sed non vt sistat in sion. ¶ Dñare, per fidē. Effectus describitur missionis spūssancti. Dominare in medio, in manifesto, in publico, inimicoꝝ tuoꝝ, primo iudęorum & deinde gentiliū incredulorū. Primo siquidem die pentecostes triū miliū dominium accepit aīarum. Et ꝓpterea dixit dñare, velit nolit inimici tui. ¶ Populus tuus. Describit quales sint illi in quibus mesias dñaẽ in medio inimicoꝝ. Ppl's tuus (ecce vnitas oīum fidelium) spontanei, non subacti, non timore aut lucro ducti, sed spontanei, supple erunt: credere.n. voluntariū est. in die fortitudinis tuæ, nō in die furoris aut fallacię, sed in die fortitudinis tuę, tum ad miracula operandum, tum ad sustinendum quęcunq; aduersa. quo ad hæc.n. duo dies fortitudinis mesię appāruit veniente spūsancto in dum discipuli in christi virtute & miracula faciebāt, & fortiter mala oīa sustinebant. Et ꝓpterea subditur. in decoribus sanctitatis. explicatur.n. dies fortitudinis mesię non in quibuscunq; sed in decoribus sanctitatis: hoc est in hominibus intus tāta sanctitate prędit is φ etiam extra decores sanctitatis prę se ferebant. Collige ergo populum mesię non spontaneum sed spontaneos, hoc est φ non solum collegialiter vnum sed singillatim spontaneos, nō quādocūq; sed in die fortitudinis mesię existentis in decoribus sanctitatis. ¶ De vulua aurorę. Descripsit qualitatem fidelium filiorum simul cum qualitate fidelium patrum, apostoloꝝ: reliquū erat vt describeret modum quo isti filii generandi essent. Et hunc modo describit ad similitudinem generationis roris de matrice aurorę. Et intendit φ generatio fidelium christi nō erit sicut generatio qua mater generat vnum aut duos filios: sed erit sicut generatio roris qua aurora generat rorem: hoc est φ erit generatio innumerabilium simul. sicut.n. aurora generat simul magnam roris multitudinem, ita erit generatio fidelium christi. Lege gesta apostolorum & martyrum, & videbis hoc ad literam infinities impletū. In ipso siquidem die pentecostes fuit generatio trium milium. & postmodum in miraculo claudi sanati a petro, referuntur alia duo milia &c. Significanter autem non dicit de aurora sed de vulua (hoc ē matrice) aurorę: vt intelligas auroram foecundam ad generandum rorem. & hoc ad differentiam aurorę sterilis: quæ scilicet parum aut nihil roris generat. Nota tu nouicie φ vulua non est nomen pudibundi muliebris, sed vocatę a medicis matricis itemq; ab inuoluendo dicta. Quod ideo dixerim, ne erubescas a uocabulo quod hiero. apposuit. Est itaq; ordo & sensus literę hic. Populus tuus in singulis spontanei, erit tibi mesię de vulua aurorę ros natiuitatis tuę in die fortitudinis tuæ in decoribus sanctitatis: hoc est nascetur sicut ros de vulua aurore tempore quo fortitudo tua in decoribus sanctitatis apparebit. Appellatur enim natiuitas mesię natiuitas populi eius: quia sicut ipse ī membris suis persecutionem patitur (saule saule quid me persequeris?) ita in nascentibus suis membris nascitur. Valde autem congrue generatio fidelium assimilatur generationi roris: vt etiam intelligas coelestem esse generationem fidelium, & aurorę tempore versus solem iustitię. ¶ Iurauit dominus. Descripto populo in quo regnat per fidem christus in medio inimicorum suorum, describit cōsequenter nouitatem legis. Ne putares mesiam in hoc tempore medio sacerdotium legale, cęremonialia atq; iudicialia legis moysi probaturum, describit propheta nouum ac ęternum mesię sacerdotiū. In quo clauditur abdicatio legalis sacerdotii & veteris legis. translato enim sacerdotio cointelligitur translata & lex: vt dicitur ad hebr.7. Iurauit dominus, hoc est immobiliter diffinivit, & non poenitebit, ad differentiam sacerdotii legalis cuius deum poenituit: hoc est ad modum poenitentis se habuit, quia destituit illud. tu mesia nō de tribu leui sed de tribu iuda, sacerdos, supple es, ęterno, nō ad tēpus vt aaron & qlibet alius sacerdos legalis: quoꝝ nullus erat sacerdos ī ęternū sed q̄diu viuebat. Christus autē sacerdos est in ęternū. vt.n. dicit ad hebr.7. sempiternū habet sacerdotiū: vnde & saluare in perpetuū pōt, accedens p semetipsum ad deū, semp viuēs ad interpellādum pro nobis. Supra rē malchisedech. nō solū supra sacerdotiū legale quod fuit tribus leui, sed etiam supra sacerdotium malchisedech. quod constat pręstantius fuisse legali sacerdotio: vt ad hebr.7. probatur. Sed & toto genere hebręorū: vtpote cui patriarcha primus hebręorum abraham subditus fuit, offerens illi decimas, & benedictus ab eodem. Et intendit (vt dictum est) per mesię nouum, immutabile, ęternum ac excellentius sacerdotium, nouitatem declarare legis mesię quam videmus, quam appellamus nouum testamentum.

¶ Aduerte hic quęstionem esse an malchisedech sit vna dictio, ita ꝙ sit nomen proprium illius viri q fuit rex salem, cui abraham decimas obtulit vt sacerdoti dei altissimi (vt latini gręciq; codices prę se ferunt) an sint duę dictiones. s. malchi & sedech: vt hebręi codices habent tam hic q̃ gene. 14. Immo apud hebręos sunt tres dictiones. nam malchi equiualet duabus dictionibus, scilicet rex meus, & sedech significat iustitiam. ¶ Soluitur quaestio. dicẽdo ꝙ s̃m veritatem malchisedech est vnicum nomẽ compositum ex dictis tribus dictionibus: & non erat nomen proprium viri sed dignitatis. quilibet enĩ rex hierusalem vocabatur malchisedech: sicut quilibet rex ęgypti vocabaẽ pharao, & quilibet imperator romanoꝝ vocatur caesar. Nec hoc solo titulo cõtenti erant reges hierusalem, sed etiã quilibet eorũ appellabatur adonisedech. Ita ꝙ a iustitia populus decorauerat titulũ regis sui, appellando eum vel malchisedech, hoc est rex meus iustitię: vel adonisedech, hoc est dñs meus iustitię. Et de malchisedech quidem scribiẽ gene. 14. de adonisedech vero scribitur iosue. 10. Scribitur autem in hebręis codicibus duabus dictionibus propter prolixam compositionem: sicut tubalcain.

Dominus super dextera tua. Proposuit propheta in principio psalmi dñm dicentem & dñm cui dictũ est, & recitato dicto statim direxit sermonẽ ad dñm cui dictũ est (hoc est mesiam) dicendo virgã fortitudinis tuę &c̃. modo apostrophat ad dñm qui dixit, dicendo dñs super dextera tua. Ita ꝙ sicut hactenus allocutus est mesiam de a dño qui dixit faciendis pro ipso mesia, ita nunc alloquitur dñm qui dixit de faciendis ab ipso mesia, dicens. Dñs super dextera tua. ¶ Tractatur hic illa particula, ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis: declarando facienda a mesia tẽpore vniuersalis iudicii. Dñs, cui dixisti sede a dextris meis, super dexterã tuã, super locũ dexterę tuę sedes, super optima bona tua regnans, scidit in die furoris sui reges. Constat ꝙ dies furoris mesię, tẽpus vocatur vniuersalis iudicii. Vbi aduerte duos dies mesię in hoc psalmo nominatos (primo diem fortitudinis eius, & modo diem furoris ipsius) ad significãdum duo apud nos tẽpora christi regnãtis, vtrũq; diem propter claritatem. Alteꝝ diẽ furoris propter claritatẽ iustitię. tũc. n. clare patebit vniuerso mundo iudiciũ & iustitia christi. Alterũ diẽ fortitudinis, ꝑpter claritatẽ immortalitatis christi: quae ex tunc clare apparuit mũdo quũ spiritussanctus corda fideliũ illustrauit, & miraculis ac fortitudine martyrũ cõprobauit. Scidere autem dicitur reges metaphorice ad similitudinem victoris cõfringẽtis reges pugnãtes cum exercitibus suis. Et intẽdit ꝑ hoc subactionẽ regũ. ¶ Iudicabit in gẽtibus. Ne putares mesiã iudicẽ iudęorũ tñ, extendẽdo dixit iudicabit in gẽtibus, & nõ solũ in iudęis: & vt non solũ reges sed etiã gentes oẽs subditas mesię describat. Impleuit corpora. Appellatiõe corpoꝝ significantur corpora exanima. ac per hoc implere corpora est animare corpora quae vacuata fuerũt animabus: quod est resuscitare corpora. Quod ad lrãm faciet mesias in vniuersali iudicio: vt sic impleatur ꝙ inimici sint scabellũ pedũ eius. nõ. n. mortui sed viui inimici sunt scabellũ pedũ. ¶ Scidit caput super terra multa: hoc est antichristũ q fuerat caput sup multa terra. De ipso. n. dicit apl's. quẽ dñs iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratiõe aduẽtus sui. 2. ad thessa. 2. ¶ Collige prudens lector actiones quattuor christi in iudicio. Et nota prudẽtiam prophetae: ꝙ vbi in principio psalmi has actiones dixit fore a dño dicente (dum describendo ait ponam inimicos tuos) modo describit eas exequendas a dño cui dictum est: vt intelligamus eãdẽ actionem esse vtriusq;, sicut est vna vtriusq; deitas. Tres autem actiones significat in ꝑterito & vnam in futuro, scilicet iudicabit: quia licet omnes sint modo futurę, in die tamen furoris illę tres pręcedent iudicium. ita ꝙ respectu illarum iudicium significatur futurum.

De torrente. Tractatur hic illa particula, dictũ domini domino meo: declarando meritum quo mesias meruit exaltari ad dexteram dei. Dicere enim dei est facere. & propterea ad dictum dei spectat efficere etiam media quibus efficit ꝙ sedeat ad dexteram suã. Describitur autẽ meritũ christi ꝑ metaphorã bibẽtis de torrẽte. passio siqdem eius, bibitio pluries est appellata: iuxta illud. potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Et rursus. pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum. Et significatur per hoc ꝙ voluntarie passus est, sicut voluntarie bibimus. In via autẽ: quia ad literam mesias viator existens passus est, & non quatenus erat cõphensor. De torrente vero: quia torrens aquam prębet turbidam ac impetuosam, significantem virulentum impetum iudęorum, quem voluntarie mesias sustinuit. ¶ Propterea exaltabit caput. Propter quod inquit apostolus, deus exaltauit illum & dedit ei nomen quod est super omne nomen &c̃. Amen.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Haleluiah. CX.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: in cõsilio iustorũ & cõgregatione.
Magna opera domini: exquisita in omnes uoluntates eius.
Confessio & magnificentia opus eius: & iustitia eius manet in seculũ sc̃li.
Mẽoriã fec̃ mirabiliũ suoꝝ mi̊sericors & mi̊serator dñs: escã dedit timẽtib9 se.
Memor erit i sc̃m testamẽti sui: uirtutẽ operũ suorũ ãnũciabit pp̃lo suo.

Vt det illis hęreditatem gentium: opera manuum eius ueritas & iudicium.
Fidelia omnia mãdata eius: confirmata in seculum seculi, facta in ueritate & ęquitate.
Redemptionem misit populo suo: mandauit in ęternum testamentum suũ.
Sanctum & terribile nomen eius: initium sapientię timor domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Halelu iah. CXI.

1 Propheta. Aleph. Confitebor dominum in toto corde.
quia
Beth. in secreto rectorum & congregatione.
sunt
2 Ghimel. Magna opera domini.
Daleth. exquisita cunctis uolentibus ipsa.
3 He. Pulchritudo et decor opus eius.
Vau. & iustitia eius manens ęterno.
4 Zain. Memoriam fecit separatis suis.
Cheth. misericors & miserator dominus.
5 Teth. Cibum dedit timentibus se.
Iod. recordabitur sempiterno pacti sui.
6 Caph. Fortitudinem operum suorum annunciauit populo suo.
Lamed. ad dandum eis hęreditatem gentium.
7 Mem. Opera manuum eius ueritas & iudicium.
Nun. fidelia omnia pręcepta eius.
8 Samech. Firmata æterno seculo.
Hain. facta in ueritate & rectitudine.
9 Pe. Redemptionem misit populo suo.
Zadi. pręcepit ęterno pactum suum.
Coph. sanctum & timendum nomen eius.
10 Res. Principium sapientię timor domini.
Sin. intellectus bonus cunctis facientibus ea.
Thau. laus eius manens semper.

Titulus est. Halelu iah: hoc est laudate deum. Ex quo habetur materia psalmi in genere: quod scilicet psalmus iste est laudatiuus dei. Verum ubi progressus psalmi perspicacius uisus fuerit, apparebit formale in psalmo explicatum per titulum. Materia autem diuinę laudis in psalmo tractata est opus dei in duobus temporibus. s. patribus ante moysen, & postea in reductione filiorum israel ad terram promissionis. Ita quod ad literam intẽdit propheta magnificare in his duobus opera dei, tum relatiue ad deũ: tũ relatiue ad humanũ genus. ¶ Quod. n. psalmus iste ad lrãm tractet tẽpus reductiõis ppli in terrã pmissiõis, testaẽ tũ qntus versiculus. recordabiẽ sempiterno pacti sui, ad dãdũ eis hæreditatẽ gẽtiũ, cũ pcęptis diuinę legis. tũ nonus versiculus. pcępit ęterno pactũ suũ &c. In his. n. clare tractaẽ quod deus obseruauit pactũ suũ, redimẽdo pplm de ęgypto, dando illis pcępta, hęreditatẽ gẽtiũ, & reliqua: & quod deus pcępit obseruari a pplo pactũ suũ. Quæ oĩa cõstat fuisse i tẽpore reductiõis ppli gesta. ¶ Quod autẽ pterea ctẽ tẽpus patrũ añ moysen, insinuat tũ primus versiculus, dicẽdo in secreto rectorum. Tũ quartus. memoriã fecit separatis. i. mirabilibus suis: ut exponendo patebit. Tum quia ordo materię id exposcit.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta pollicetur laudare deũ pro opibus dei magnis. tũ in statu priuato iustorum patrũ. s. añ moysen: pascẽdo eos tãq̃ mẽoriã diuinorũ mirabiliũ. tũ i statu politico iustorum: & firmãdo foedus, redimẽdo, docẽdo, pcipiẽdo, dãdoq; pmissiõis terrã, & mãdãdo seruari a pplo foedus, habẽdo nomẽ dei ut timẽdũ & sãctũ.
¶ Persona loquens propheta est.

Confitebor dñm. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiæ, & executiuam, ibi pulchritudo. ¶ Scito ex hiero. psalmum esse alphabeticum, non scdm integros sed scdm semiuersiculos

fos. qui forte apud hebręos sunt integri versiculi parvuli: quales apud nos sunt adonii & gliconici. Et est primus habēs integrū alphabetum. ℂ Proponit vnū duplici motiuo fultū. Confitebor dñm in toto corde. vnum quod ꝑponit est laudare deū integro corde, in secreto rectorū & cōgregatione. Ordina litteram sic. Quia opera dñi & in secreto rectoꝝ & in cōgregatione rectoꝝ exquisita cunctis volentibus ipsa, hoc est ad vtilitatē oīum cupientiū dei opera, sunt magna. Et intendit per secretū rectoꝝ statū patrū iustoꝝ ante moysen. Et apte sic describit status ille. nā tūc non erat populus dicatus diuino cultui: sed viri iusti erant sicut viri priuati, singulariter qlibet manēs in timore dei. Ita ꝙ secretū distinguit cōtra statū publicū, popularem seu ciuilem. Per congregationē vero significat congregationem politicā populi ad cultū vnius dei: quę incœpit in egressu filioꝝ israel de ęgypto. ⁋ Et in vtroq̄ statu opa dñi fuerūt magna, & in seipsis & in mētibus rectoꝝ. Et fuerūt exq̄sita, diligēter discussa, inuestigata, ad vtilitatem nō oīum absolute sed oīum volentium ipsa. Et hoc ad differentiam eorum quibus opera dei in nauseam veniunt: & ad extendendam vtilitatem ad omnes cuiuscunq̄ generis hoīes, modo vellēt opa dei: hoc est delectarent in opibus dei, cuperent illa adimpleri, & huiusmodi.

ℂ Pulchritudo. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat illa ꝑticula, in secreto rectorū. Secūdo illa, & congregatione, ibi recordabit. Tertio illa, cunctis volentibus, ibi ꝓcepit ęterno. ℂ Tractat itaq̄ ratio laudandi deum in secreto. i. priuato statu iustoꝝ: narrando opa dñi magna spectantia ad statū illū. Pulchritudo, mūdi consistens in debita quātitate & dispōne partiū mundi, & decor, mūdi consistens in ordine, opus eius, dei: & iustitia eius, qua prouidet & distribuit vnicuiq̄ suauiter, manens ęterno. Hęc sunt opa dei apud primos patres cognita: opus scilicet creationis mundi & opus prouidentię diuinę. quę fuerunt magna & exquisita in secreto iustorum. ⁋ Memoriā fecit separatis suis. ne aboleretur fides creationis & diuinę prouidentię, conseruauit deus patres tanq̄ memoriam separatis suis. Separata dei appellantur tum opera creationis & prouidentię diuinę, tum conditiones dei: scilicet oīpotentia & excellentia, & huiusmodi reuelata patribus. Quę vere sunt separata a facultate naturę, potestatis & cognitionis nostrę. & ꝑpterea mirabilia vocātur a nobis. ⁋ Cōseruatio patrum describitur per dare cibum timentibus se. tum quia cibus est naturale conseruatiuū hoīum in hac vita. tum quia speciali cura deus prouidit de cibo abrahę in ęgypto, isaac in geraris, iacob & filiis eius in ęgypto. Directionem autem diuinam huius officii quod est dare cibum timentibus se, ad hoc ꝙ sic cōsultum esset mirabilibus diuinis de memoria, aperte significat dicendo. memoriā fecit separatis suis. ⁋ Et ratio tanti beneficii adiungitur, dicendo. misericors, in voluntate, & miserator, in opere: vt itelligamus ex magna dei gratia imo ex magna (humano more loquendo) compassione dei erga genus humanū, prouidisse deum de memoria, de fide conseruanda diuinorum: non per libros, non per populos, sed per successiuam conseruationem cibando timentes deum. ⁋ Vbi etiam nota ꝙ cibatio illorum patrum non fuit sola cibatio hominum & cibatio timentium deum, sed fuit conseruatio fidei diuinorum mirabilium. Vnde patet q̄ magna fuerint opera domini in secreto rectorum.

Recordabitur sempiterno pacti sui. Tractatur hic illa particula, & congregatione: declarādo opera domini magna in congregatione rectorum seu iustorum: hoc est in erectione populi in congregationē politicā. ⁋ Et numerans quinq̄ opera dñi (scilicet memoriam fœderis, doctrinam, terrę possessionem ex veritate & iudicio, pręcepta, & redemptionem) inchoat ab opere radicali: scilicet pacto diuino inito cum abraham. Recordabitur, ad similitudinem recordantis se habebit, non quandoq̄, sed sempiterno, nunq̄ obliuiscetur, pacti sui, cum abraham, scripti geñ. 15. ex vi enim fœderis cum patriarchis initi reduxit deus populum in terram promissionis. Et futurum recordabitur, refertur ad ꝑteritum memoriam fecit, cibum dedit. ⁋ Annunciauit fortitudinem operum suorum, hoc est opera suę potentię, creationis scilicet, ꝓuidentię, iustitię &c̄. populo suo, hoc est in publico populo, qui prius manifestauerat oīpotentiam suā non populo sed particularibus hoībus. Tunc enim primum annunciata sunt publice in populo mirabilia dei. tū per ipsum deum in monte sina. tū mediāte moyse, qui scripsit de creatione mūdi &c̄. ⁋ Ad dandū eis hęreditatē gentiū, opa manuū eius veritas & iudicium. In principio proposuit opa dñi magna & exquisita materiā diuinę laudis. postea applicauit secreto rectoꝝ opa dei, pulchritudinē, decorē &c̄. mō cōsequēter applicat cōgregationi rectoꝝ opa dei veritatem & iudicium. Et vere sic est: q̄ñ veritas dei adimplēs fœdus factū cū patribus & iudiciū dei vindictā exercēs in amorręos & chananęos, fuerunt opera manuū dei ad dandū populo suo hęreditatē gentiū, terrā & agros & vineas & aīalia quę hęreditaria successione tot annoꝝ curriculis gentes possederant.

Fidelia oīa pręcepta eius. Pactum dei cum abraham & aliis patriarchis continebat ꝙ deus esset eorum deus: ac per hoc ad idem pactum spectabat ꝙ prouideret populo de pręceptis regulantibus vitā & actus eoꝝ, & ꝙ istrueret eos: & nō solum ꝙ daret eis terrā promissionis. Et ꝑpterea iter opa dei tūc gesta cōmemorant pręcepta. Fidelia, in promissis & comminatis, in pręmio & pœna, omnia, nullo excepto, pręcepta eius: firmata, obseruanda, ęterno, seculo. ℂ Occurrit hic scrupulus ex paulo apostolo ad gal. 3. dicente legē datam vsq̄ ad tempus donec veniret semen cui promiserat deus, hoc est messiam, quomodo stant verba apostoli cum hoc textu, dicente omnia pręcepta firmata ęterno, seculo.

¶ Solutio est φ propheta ad literam tractat de praeceptis decalogi tm̃.ita φ appellatione omnium pręceptorũ cõprehẽdunt pręcepta oia diuina moralia,quę sola spectãt ad decalogũ:quia tractat de pręceptis datis a deo in tpe egressionis ex ægypto:vt cõtextus literę testat. Cõstat autẽ hiere.7.φ tũc nõ fuerũt data nisi pcępta moralia:dũ expresse excludit pcępta cęrimonialia,dicẽs ex parte dei.nõ pcępi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra ægypti de verbo holocaustomatũ & victimarũ:sed hoc verbum pcæpi eis dicens.audite vocẽ meã,& ero vobis deus & vos eritis mihi populus:& ambulate in oĩ via quã mãdaui vobis,vt bñ sit vobis.& nõ audierũt,sed abierunt in voluptatibus & in prauitate cordis sui &c̃. Vbi clare patet de solis pcęptis decalogi seu moralibus mentionem fieri,excludẽdo cęrimonialia.Constat autẽ pcępta decalogi ęterno seculo obligare,rõne rectitudinis diuinæ & naturalis in eis contentę. ℭ Facta in veritate,quæ perficit intellectũ,hoc est nõ composita ex figmentis,& rectitudine,quę perficit voluntatẽ.vt hinc intelligas perfectionẽ diuinoꝝ pręceptorum, excludentium oẽm errorem partis ĩtellectiuę,& oẽm obliquitatem partis affectiuę. ¶ Redemptionẽ misit populo suo. Primũ opus dei ad reducendum populũ,vltimo describit:quia metrũ non seruat ordinem . Existẽtibus filiis israel in seruitute ægyptiorum,oportuit redimere eos in libertatem ad hoc vt essent populus liber in terra promissionis.& hoc ẽt promiserat deus abrahę. Redẽptionem,de seruitute ægyptiaca in libertatem,misit populo suo,israel seruienti pharaoni.

Pręcępit ęterno pactum suũ. Tractatur hic illa particula,cunctis volentibus ipsa:declarãdo substãtiã & modũ seruandi diuinum pactum. Aduerte hic φ propheta tractãs de obseruatione diuini pacti, prius declarauit φ deus obseruauit illud efficiendo ea quæ spopõdit.modo declarat φ deus vult a populo seruari sibi pactũ:dignum enim & iustũ est ex quo deus seruauit pactũ ex parte sua,vt populus ẽt ex parte sua seruet pactũ. Præcępit æterno,seruari,pactũ suũ. sanctũ & timendum nomen eius. Ne obiicere magnã multitudinẽ pcęptorum seruandorum,& graue aut intolerabile pactũ accusares,in duobus cõsistere pactũ suum declarat.s.φ nomẽ eius timeat,& φ sanctum habeat:hoc est timeri & laudari. ℭ Principiũ sapientię. Declarat secundũ (scilicet timendũ) ex hoc φ timor dñi est principiũ sapientiæ ac per hoc sufficit ad pfectionẽ vtriusq; partis:scilicet appetitiuę & intellectiuę. Timor enim dñi seipso perficit partẽ appetitiuã.& est sermo de timore reuerẽtiali seu filiali. Mediãte vero sapiẽtia quam generat,perficit partẽ intellectiuã. Et est sermo de sapiẽtia recte iudicãte de oĩbus credendis & agendis,sm altissimã cãm quæ deus est:qua muliercula timens deũ sapientior est oĩbus phis. ¶ Intellectus bonus cũctis faciẽtibus ea. Duo subiũgunt per hæc verba. Alterũ tacitę obiectioni rñsiuum.quomodo initium sapientiæ ponit timor dñi:quũ initiũ sapiẽtię sit intellectus,nõ potẽtia ĩtellectiua sed qui est vna quinq; virtutũ intellectualiũ! vnde & moyses deute.4.ait.hæc est sapiẽtia vestra & intellectus corã populis. Alterum ẽt tacitę qõni rñsiuum.quo pacto sapiẽtia & intellectus põt esse cõis singulis de populo , quum rari in mũdanis populis inueniant sapientes. Vtriq; sigdẽ satisfaciẽs ait. Intellectus bonus,cõis est,cũctis faciẽtibus ea,quę sunt diuini timoris.vt per hoc intelligas φ timor dñi exercitatus faciendo ea q̃ sunt diuini timoris,largit nõ solum sapientiã sed intellectũ bonum,nõ aliquibus sed cunctis. Non dixit sapiẽtia bona,sed dixit intellectus bonus:quia sapere cõprehendit in seipso bonitatem : intelligere aũt penetrãs intima rerum,cõmune est ad bonũ & malũ. Et pptere oportuit explicare φ ĩtellectus,nõ qualiscunq;,sed bonus,sibi & aliis est,facientibus,nõ cognoscẽtibus aut dicẽtibus,ea,quæ sunt timoris diuini. ℭ Laus eius. Declarat primũ:scilicet sanctũ. Nomen siquidem dei quatenus sanctũ laudandum est. Et propterea dicit. Laus eius,sancti nominis dei, manens,supple erit apud obseruatores pacti diuini,semper,ita φ nunq̃ recedet ab ore eorum. Et sic vniuersa obseruatio pacti dei comprehensa est in timore & laude dei. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Halelu iah. CXI.

BEatus uir qui timet dominum:in mandatis eius uolet nimis.
Potens in terra erit semen eius:generatio rectorum benedicetur.
Gloria & diuitię in domo eius:& iustitia eius manet in seculum seculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis:misericors & miserator & iustus.
Iucundus homo qui miseretur & commodat,disponet sermones suos in iudicio:quia in ęternum non cõmouebitur.
In memoria ęterna erit iustus:ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in domino:confirmatum est cor eius,non commouebitur donec despiciat inimicos suos.
Dispersit,dedit pauperibus:iustitia eius manet in seculum seculi,cornu eius exaltabitur in gloria.

Peccator uidebit & irascetur, dẽtibus suis fremet & tabescet: desideriũ pctõꝝ peribit.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Haleluiah. CXII.

1 Aleph. Propheta. BEatitudines uiri timentis dominum.

Beth. [qui] in mandatis eius uoluit ualde.

2 Ghimel. Forte in terra erit semen eius.

Daleth. generatio rectorum benedicetur.

3 He. Res & opulentia in domo eius.

Vau. & iustitia eius manens semper.

4 Zain. Splenduit in obscuritate lux rectis.

Cheth. misericors & miserator & iustus.

5 Teth. Bonus uir miserens & mutuans.

Iod. gubernabit res suas in iudicio.

6 Caph. Quia æterno non labetur.

Lamed. memoriæ sempiternæ erit iustus.

7 Mem. Ab auditu malo non timebit.

Nun. paratum cor eius confisum in domino.

8 Samech. Sustentatum cor eius non timebit.

Hain. donec ꝙ aspiciet in angustatoribus suis.

9 Pe. Sparsit, dedit mendicis.

Zadi. iustitia eius manens semper.

Coph. cornu eius exaltabitur in honore.

10 Res. Impius uidebit & indignabitur.

Sin. dentibus suis frendebit & liquefiet.

Thau. desiderium impiorum peribit.

TItulus est. Haleluiah: hoc est laudate deum. Ex quo non apparet in specie materia psalmi: sed facile ex progressu psalmi intelligitur ꝙ est beatitudo timẽtis deum, & multo magis misericordis, miseratoris & iusti, cum miseria iniquorum.

¶SVMMARIVM EST.

¶Propheta tum timenti deũ, tũ volẽti in mãdatis eius valde (.s. misericordi, iusto & miseratori) cõem qdẽ btitudinẽ, differẽtẽ vero btitudinis gradũ cãtat: vano remanẽte iniquo, q̃uis ita frendente.

¶Persona loquens propheta est.

BEatitudines viri. Aduerte ꝙ hic psalmus alphabeticus est sicut imediate ꝓcedens. Et diuidit in partes duas: propositiuam materiæ, & executiuã, ibi forte. ¶Proponit beatitudinem tum timentis deũ, tum volentis valde mãdata dei. Et describit secũdũ in ꝑterito, voluit: qm̃ actus exteriores laudare intendit: quos multus affectus ad dei mandata antecessit. Ita ꝙ per timentẽ deum significat homines cõmuni iustitia iustos. per eum aũt qui voluit valde in mandatis dei, intendit homines ex nimio affectu ad diuina mandata, perfectiora exteriora opera exercentes.

¶Forte in terra. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat illa particula, beatitudines viri. Secundo illa, in mandatis eius voluit valde, ibi splenduit. Tertio ambæ simul a contrario, ibi impius videbit. ¶Aduerte hic pro claritate ꝓgressus & ordinis: ꝙ ꝓpheta ordinat quattuor genera iustorum (scilicet timentes deũ, misericordes, iustos, & miseratores) describendo gradatim præmiũ vniuscuiusq; & merita singulorum. excepto primo genere: cuius nõ describitur aliud meritũ q̃ quod descriptũ est in principio, scilicet timere deũ. ¶Præmia aũt eius describunt quattuor. Primũ est. Forte in terra erit semen eius. Beatitudo promissa timentibus deum in veteri testamento, erat in bonis præsentis vitæ: vt patet in fine deute. per multa capitula. Et propterea propheta beatitudinem timentium deum ſm statum veteris testamenti describit: inchoans a temporali potentia in successione filiorum. non parua siquidem pars beatitudinis præsentis vitæ est habere filios potentes. ¶Generatio rectoꝝ benedicet: hoc est multiplicabit. Multiplicatio filioꝝ secũdo loco ponit. ¶Res & opulẽtia in domo eius. Bona q̃ vocant fortunæ, tertio loco ponunt. ¶Et iustitia eius manẽs semp. Hoc quartũ ꝓpteruæ est fœlicitatis qua

iustitia timentis deum non cessabit ipso moriête/sed manebit semp beata.vel iustitia eius in huiusmo di premiis manens erit semper,hoc est perseuerabit ex diuina promissione.

Splêduit in obscuritate. Tractaf hic illa particula/in mandatis eius voluit valde:explicâdo tria genera valde affectorum mandatis dei.Et primo quidem omnes tres simul comparat ad timentes deum de quibus locutus est.Splêduit in obscuritate lux rectis,misericors/miserator & iustus.Percipe comparationê.misericors/miserator & iustus splendunt rectis tanq̃ lux in obscuritate.Et intendit per misericordem/hominem ex interiori compassione mediocriter vacantem operibus misericordiæ.per miseratorê vero hominê pfuse vacâtê misericordiæ operibus.per iustum autê hominem constanter & indefesse certantem pro iustitia. ¶ Deinde singulos singillatim tractat. Bonus vir(inchoat singulorum tractatum a misericorde)vir miserens/quo ad affectum,& mutuans.In quo mediocre opus misericordię describitur.mutuare siquidem ex compassione(vt thobias gabelo mutuauit)opus misericordiæ est,sed mediocre:quia reddendum est mutuum.⸿ Gubernabit res suas in iudicio.Rationê assignat quare mutuat & non donat indigenti mutuo,quia curâ habet rerum suarum in iudicio discretionis:hoc est qa discernit curam habêdo rerum suarû/nô competere sibi donare sed mutuare.Et intendit per hoc descri bere hoiem misericordê/qui quû nô possit donare mutuat,& cômendare eû q est bonus aliis. ⸿ Quia æterno non labetur.Præmium describitur securitas æterna.Timentium deum præmium fuit permanentia iustitiæ.misericordium mutuantium/pręmium maius describitur securitas æterna.Hâc enim significat non labi æterno:securorum siquidem est nunq̃ labi.

Memorię sempiternę. Post misericordê tractatur iustus:inchoâdo ab illius præmio.Memorię sempiternę erit iustus.Metire quanto maius est præmiû hoc prioribus.nâ p̃mium hoc in ęterna laude cô sistit:quæ maior est pmanentia & securitate:vtpote includês illas & addês. ¶ Ab auditu malo.Describif constantia iusti in præsenti vita.primo q ab auditu iminentium sibi malorum non timebit:hoc est côminata mala poenę a principibus/ab hostibus/a quibuscunq;,non timebit.qa paratum est cor eius/ad sustinenda & aggredienda pericula,confisum in dño/ex fiducia quam in aio concæpit de deo. ⸿ Sustentatum cor eius.Ecce effectus fiduciæ in dño:q in progressu sustentatû est cor eius/certantis p iustitia,ita q non timebit donec aspiciet in angustatoribus suis:hoc est perseuerabit intrepidus/non ad horam/non ad diem,sed vsq; ad victoriam.hanc enim significat donec aspiciet in angustatoribus suis:more victorum,videntium in victis personas/vestes &c̃.

Sparsit. Tractaf demû miserator/descriptus ab actu pfusę miserationis.Sparsit/res suas,dedit mendicis/non hystrionibus & hmôi:iustitia eius manens semper.Filii huius seculi accusant amentiæ spargêtes res suas dando pauperibus.Et ppterea propheta côfutans hanc sniam/declarauit hanc sparsionem esse gratam deo,iungendo huic profusioni iustitiam manentê semper/in diuina acceptatione. ⸿ Cornu eius exaltabitur in honore.Præmiû profusi miseratoris longe excellêtius cæteris describif a tribus.a potestate/cornu eius:ab exaltatione/exaltabitur:a gloria/in honore.Et descripsit præmium in his tribus:quia ad hęc tria seruanda seu promouenda acquirunt/retinent/ augêt homines huius seculi diuitias:ad potestatem scilicet/exaltationem & honorem.vt per hęc intelligeremus q spargêtibus res suas pauperibus/deus cuncta bona pparauit quę possunt p diuitias haberi.Et minus dicit q̃ significet:qa multo excellêtius cornu eius exaltabif in honore q̃ nô spargêdo pauperibus fuisset exaltatum.

Impius videbit. Tractantur hic ambę particulę:scilicet beatus vir timens dominum/& beatus qui in mandatis eius voluit valde.Tractantur autem simul a contrario cômuni vtriusq; beatitudini.Impius videbit/beatitudines vtriusq;,& indignabitur/ęgre feret:dentibus suis frendebit/more bestiarum prę nimia ira/appetendo si facultas adesset deiicere eos a foelicitate,& liquefiet/impotens exequi/ad similitudinem eorum quæ liquefiunt intus consumetur.desiderium impiorum/tam quo ad malum quod desiderant iustis q̃ quo ad bonum quod desiderant sibiipsis,peribit.Et potes totam hanc particulam intelligere tam de impiis in statu præsentis vitæ iuxta deutero.comminationes spectantes ad statum veteris testamenti,q̃ de impiis in statu futurę vitæ.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Haleluiah. CXII.

Laudate pueri dominum:laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum:ex hoc nunc & usq; in seculum.
A solis ortu usq; ad occasum:laudabile nomen domini.
Excelsus super omnes gentes dominus:& super coelos gloria eius.
Quis sicut dominus deus noster? qui in altis habitat,& humilia respicit in coelo & in terra.
Suscitans a terra inopem:& de stercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principibus:cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo:matrem filiorum lętantem.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Haleluiah. CXIII.

1 Propheta. Laudate serui domini*,laudate nomen domini.
2 Erit nomen domini* benedictum:ex nunc & usq; ęternum.
3 Ab ortu solis usq; occasum eius:laudatum nomen domini*.
4 Excelsus est super omnes gentes dominus*:supra coelos est honor eius.
5 Quis ut dominus* deus noster:eleuatus ad sedendum,humiliatus ad uidendum in coelis & in terra?
6 Erigens de puluere pauperem:de stercore eleuabit mendicum.
7 Ad faciendum sedere cum principibus:cum principibus populi sui.
8 Faciens sedere sterilem domi matrem filiorum hilarem:halelu iah.

Titulus est.Halelu iah:hoc est laudate deum.Ex quo non habet materia psalmi nisi in genere. Ex superficie aũt psalmi,apparet materiā psalmi esse laudē excellētis & incōparabilis dominii diuini:hoc enim clare manifestant versiculi primi vsq; ad sextum. Interius autem perspectus psalmus,affert excellentię incomparabilis diuini dominii testimonia:scilicet suscitare de puluere egenum,& efficere sterilem foecundam.hoc est prouidentiam dominii eius extēdere se ad minima:quæ scilicet fortuita & casualia reputantur.Et hæc est ad literam materia psalmi.

¶SVMMARIVM EST.

¶Propheta inuitat seruos dei ad laudandũ nomen domini semper & vbiq;,ꝓpter supremā ac incōparabilem excellentiā dominii eius extensi vsq; ad fortuita & casualia.

¶Persona loquens propheta est.

Laudate serui dñi. Diuiditur psalmus in partes duas:ꝓpositiuā materię,& executiuam,ibi erit nomen.¶Proponit vnũ:scilicet nomē domini laudandũ a seruis eius. Vbi aduerte ꝙ alloquitur seruos dei,nō ꝙ aliqui exempti sint a seruitute dei (qm̃ oēs velimus nolimus sumus serui dei)sed quia nō oēs recognoscunt se seruos dei,ideo ad recognoscentes se seruos dei,sermonē dirigit inuitatoriũ ad laudandũ nomē dñi:alioꝝ.n.vana esset inuitatio.Geminat aũt laudate:vt efficacior sit monitio.

¶Erit nomen. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo declaratur tā tēpus q̃ locus laudis.deinde ratio laudandi,ibi excelsus.¶Tēpus quidem quo serui dei debent laudare nomen dñi,determinatur ex nũc vsq; æternum:hoc est sine mora,sine dilatione inchoāda est laus,& ꝑseuerādum est in ea vsq; in æternũ.¶Ab ortu solis.Declaratur locus:hoc est vbiq;:vtpote ab ortu solis vsq; ad occasum.Et futurum erit in principio versiculi p̄cedentis positũ,intelligendum est extēdi non solum ,ad participium benedictum,sed ad participiũ laudatũ.Ita ꝙ sensus est.erit laudatum nomē domini.¶Excelsus . Redditur ratio laudandi,altera ex celsitudine dominii.In terra quidē nō solum sup iudæos sed sup omnes gentes.In coelo aũt.supra coelos honor eius:hoc est honoratur etiā supra coelos ab angelis ibi existentibus.¶Quis vt dominus.Altera laudis ratio ex icōparabilitate diuini dominii explicatur admiratiue. Quis,quasi dicat nullus,vt dñs deus noster,qui a nobis colitur:eleuatus ad sedendũ,humiliatus ad vidēdũ in coelis & in terra?Humano more ꝓpheta icōparabilitatem diuini dominii describit,duabus apud nos incōpatibilibus cōditionibus fulti.Celsitudo siqdem solii apud nos caret visione infimoꝝ occurrētiũ.tũ quia nō possunt principes in excelso cōstituti videre singula.tũ quia ēt si scirent,nō possent ꝓuidere singulis occurrētibus.Et ꝓpterea ꝓpheta hęc duo iungit in diuino dominio.Et supremā celsitudinem solii,eleuatus ad sedendũ(hoc est in suprema dignitate & potestate regiminis regnās)& extensam ꝓuidētiam vsq; ad minima,humiliatus ad videndũ:hoc est extēdēs visionē ad similitudinem inclinati ad videndũ aliqd,vt bene discernat.Et hoc tũ in coelis,tũ in terra:qa tam in coelis q̃ in terra singula videt.

¶Erigēs de puluere.Proposuit celsitudinē ad sedendũ & humiliationē ad videndũ.Primā conditionē non curat ꝓsequi:vtpote manifestam ex antedictis,ꝙ sup̄ coelos est honor eius.Alterā vero proposuit respectu coeloꝝ & terræ.sed respectu coeloꝝ nō curat illam ꝓsequi,relinquēs eam pro manifesta:qm̃ in coelis oibus singula apparent ordinatissima,& nihil inuenitur in eis p accidēs.¶In terra aũt itendit declarare qđ dixerat duobus testimoniis.Alterũ est ꝙ erigit pauperem seu mendicũ de stercore,& facit eũ principem,&(quod plus est)principē in populo ꝓprio ipsius paupis . Alterũ ꝙ sterilem efficit matrē filioꝝ.¶Vbi nota ꝙ si hæc historice itelligantur,cōstat in saule & dauide primũ verificari:nam saul de puluere erectus est in regem.qui ēt factus rex sequebatur boues:vt testatur historia primi regum . Dauid ēt quum prius pasceret oues patris sui,factus est rex.Secundum autē verificatur in sara sterili,effecta matre totius populi israel:& in anna matre samuelis.¶Sed hæc determinata opa,valde remota & si dici licet

indigna testimonia extensę diuinę visionis & prouidētię videnť. Et propterea perspicacius prophetę verba interpretanda sunt: vt respōdeant ꝓpositę materiæ, & consonent antedictis. Intendit itaq; propheta in erectione pauperis de stercore ad principatum ꝓprii populi/significare oīa fortuita. hoc enim maxime fortunę attribuimus: & ṕter humanoꝝ negocioꝝ ordinē rarissime accidit. In fœcūditate aūt mulieris sterilis significat oīa casualia: quę. s. pręter naturæ ordinē eueniunt. sterilē enim fœcundā effici ṕter naturam manifeste est. Ita ꝙ intentio ꝓphetę est declarare extensionē diuinę prouidentiæ vsq; ad minima, describendo ipsa minima in vno fortuito & in vno casuali: ga fortuita & casualia sunt vere minima. Et vsq; adeo minima vt multi philosophoꝝ numerāda putauerint inter non entia: quum tū s̄m veritatē sint entia per accidēs. quę cōstat infimū locū in vniuerso tenere. ¶ Qꝫ aūt hic sit sensus literalis, habeť tū ex eo ꝙ hic sensus quadrat tam celsę materiæ ꝓpositę. tum ꝙ hic sensus testať quare propheta non declarauit illam particulā/humiliatus ad videndū in cœlis/sed solū in terra: quia scilicet in cœlis nihil est per accidēs. oēs enim cœlestes motus sunt regulares & ꝑ oīa ordinati: in terra aūt sunt casualia & fortuita. Halelu iah. sic enim terminať psalmus in hebręo. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Halelu iah. CXIII.

IN exitu israel de ęgypto: domus iacob de populo barbaro.
Facta est iudęa sanctificatio eius: israel potestas eius.
Mare uidit & fugit: iordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerunt ut arietes: & colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare ꝙ fugisti: & tu iordanis quia conuersus es retrorsum.
Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agni ouium.
A facie domini mota est terra: a facie dei iacob.
Qui conuertit petram in stagna aquarum: & rupem in fontes aquarum.

¶ IVXTA HEBRÆVM. CXIIII.

1 EGrediente israele de ægypto: domo iacob de populo extraneo.
2 Propheta. Fuit iudas sanctificationi eius: israel potestatibus eius.
3 Mare uidit & fugit: iordanis gyrabit retro.
4 Montes saltauerunt quasi arietes: colles quasi filii ouis.
5 Quid tibi mare quoniam fugies: iordanis gyrabis retro?
6 Montes saltabitis quasi arietes: colles quasi filii ouis?
7 A faciebus domini treme terra: a faciebus dei iacob.
† fōti 8 Qui conuertit petram in paludem aquarum: saxum in fontem † aquarum.

TItulus nullus est. Materia ex ipso colligenda esset si haberetur integer. Quod ideo dico: quia fragmentum psalmi tantūmodo inuenitur. vt patet ex eo ꝙ multa proponunť in principio, & non nisi vnum executioni mandatur. Vnde creditur in collectione psalmorum inuētus hic psalmus forte corrosus aut ita oblitus vt legi non posset totus. ¶ Et vtcunq; acciderit/exponemus hoc fragmentum quod habemus: declarando quattuor seu quinq; miracula diuinæ potestatis hic scripta.

¶ Persona loquens propheta est.

EGrediente. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam/ibi mare vidit. ¶ Proponit duo patrata in egressu populi israel de ægypto. Alterum spectans ad tribum iuda. alterum spectans ad totum populum israel. ¶ Fuit iudas sanctificationi eius. Non inuenitur alibi in sacra scriptura res gesta hic significata. Aiunt autem ꝙ aperto mari rubro a deo/populus timuit ingredi apertum mare: sed tribus iuda animęquior/confidens in domino & credens verbis moysi, prima ingressa est apertum mare: & sic reliquus populus secutus est. Et propterea hic dicitur. fuit iudas/hoc est tribus iudę, sanctificationi eius/dei. non ꝙ sanctificauerit deum in seipso: sed quia sanctificauit deū coram populo, credendo/parendo/atq; honorando deum. hoc est enim facere sanctum deum coram populo: quia est efficere vt habeatur & honoretur vt sanctus/vt excelsus super omnia. Testatur ipse deus hoc esse suum sanctificari a nobis nu. 20. dicens ad moysen & aaron/dubitantes de verbis dei ad aquas contradictionis. quia non credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filiis israel &c̄. ¶ Israel potestatibus eius/supple fuit. Iudas opere suo fuit in sanctificationem dei: israel autem fuit in potestates dei exercendas. Et intendit ꝙ propter israel exercuit deus multas suas potestates, s̄m multitudinem miraculoꝝ quę sua potentia egrediente israel de ægypto vsq; ad terrā promissionis fecit.

¶ Mare vidit. Incipit hic pars executiua. Sed id quod habet in hoc fragmento, totum spectat ad illam particulam, israel potestatibus eius. nam describitur potestas dei circa mare, flumē, montes & colles quo ad motū localem, & circa saxa quo ad motū generationis. ¶ Mare, rubrū, vidit, deum, & fugit. Apertio maris rubri scripta exo. 14. describitur acsi esset animatum, habens sensum quo videret terrentem deum & fugeret. Iordanis gyrabit retro. Miraculum factum in iordane scriptum iosue. 3. quando aquę steterunt & cumulum retro fecerunt, scribitur ad similitudinem nauis gyrantis ad redeūdum retro. ¶ Montes saltauerunt. Historię istę montium & collium saltantium, alibi in sacra historia non leguntur: iste tamen textus sufficit ad fidem faciendam rei gestę, q̄uis nesciamus aliter. Qr enim iste textus ad literam narret miracula facta circa montes & colles, in hoc ꝙ moti sunt miraculose, ex eo conuincitur ꝙ inter res gestas eodem contextu absq; vlla dissimilitudine narrat mare rubrum diuisum, iordanem redeuntem, montes & colles motos ad similitudinem salientium. Et vt nullus dubitationi relinqueretur locus, subiungit statim eodem contextu allocutionem ad mare, ad iordanem, ad montes & colles: inquirendo a mari causam fugę, a iordane causam gyrationis, a mōtibus & collibus causam saltationis. Si hoc non est scribere res gestas, nescio quō modo scribendę essent aliter res gestę in psalmo. ¶ Dicitur scopulos amon inclinatos in transitu populi in confinibus amorręorum & ammonitarum: iuxta id quod nu. 21. recitatur: scilicet. dicitur in libro bellorum domini, sicut fecit in mari rubro sic faciet in torrentibus amon: scopuli torrentium inclinati sunt vt requiescerent in amon, & recumberent in finibus moabitarum. Sed hoc non videtur satisfacere textui huic. tum quia de montibus & collibus hic est sermo: ibi autem de solis scopulis. tum quia hic describuntur montes & colles subsilientes more saltantium: ibi vero sola īclinatio describitur. Vnde quicquid sit de literali sensu illorum verborum, non apparet tutum alligare hunc textum ad illos scopulos. ¶ Et scito ꝙ saltatio montium & collium hic descripta non est gaudii sed timoris: quia īferius subditur pro causa communi omnium horum gestorum, tremor a facie domini. Hinc enim colligimus ꝙ sicut mare velut timens fugit, & iordanis gyrauit retro, ita etiam montes & colles quasi timentes saltauerunt fugiendo, vt arietes & agni fugientes saltant. ¶ Quid tibi mare ꝙ fugies. Apostrophat ad mare, iordanem, mōtes & colles: interrogando eos causam talium motuum: scilicet fugę, gyrationis & saltationis. Et vtitur hoc loquendi modo propheta, vt humano more excitet animos nostros ad considerandum opera dei mirabilia. Futuri aūt tpis verba (fugies, gyrabis, saltabitis) non notant futurū respectu temporis psalmi, qm̄ iā p̄terierāt: sed respectu causę quęsite, ad quā fuerunt futuri isti actus. Ita ꝙ futurū denotat ordinē inter cām quā īterrogat & has actiones. ordo. n. illius causę ad has actiones est ordo p̄teriti seu p̄ntis ad futurum. ¶ A faciebus domini. Explicat propheta illā quam interrogauit cām esse faciem dñi terrentem. Ita ꝙ describit humano more deum tanq̄ hoiem facie sua terrentē mare rubrum, iordanem, & mōtes & colles. Et apte vtitur hac metaphora: quia descripserat mare tanq̄ videns & fugiens, & similiter iordanem regyrantē, & montes & colles vt arietes & agnos fugere saltando. his enim optime congruit pro causa facies terrens: a cuius conspectu viso sequuntur hę actiones. Vnde prosequēdo prosopopoeiā dicit. a faciebus domini treme terra. ¶ Qui conuertit petrā. Narratis potestatibus dei circa quattuor antedicta, prosequit̄ potestatē dei circa saxa. Et tāgit miracula vtriusq; eductionis aquę de petra. alterius scriptę exo. 17. alterius scriptę nu. 20. Qui conuertit petram in paludem aquarum: hoc est eduxit de petra aquas in tanta copia ꝙ fecit paludem. Hyperbolica videtur locutio. Hic non psalmum sed fragmē potes conicere ex hoc ꝙ medio sermone fit finis. Amen.

NOn nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua & ueritate tua: nequando dicant gentes ubi est deus eorū.
Deus autem noster in cœlo: omnia quęcunq; uoluit fecit.
Sumulachra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum.
Os habent & non loquentur: oculos habent & non uidebunt.
Aures habent & non audient: nares habent & non odorabunt.
Manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.
Domus israel sperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum est.
Domus aaron sperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum est.
Qui timent dominum sperauerunt in domino: adiutor eorum & protector eorum est.
Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.

Benedixit domui israel:benedixit domui aaron.
Benedixit omnibus qui timent dominum:pusillis cum maioribus.
Adiiciat dominus super uos:super uos & super filios uestros.
Benedicti uos a domino:qui fecit coelum & terram.
Coelum coeli domino:terram autem dedit filiis hominum.
Non mortui laudabunt te domine:neq; omnes qui descendunt in infernum.
Sed nos qui uiuimus benedicimus domino:ex hoc nunc & usq; in seculum.

IVXTA HEBRÆVM. CXV.

1 Propheta. NOn nobis domine non nobis:sed nomini tuo da honorem super gratia tua & ueritate tua.
2 Quare dicent gentes. Vox gentium. ubi nunc deus eorum?
3 Propheta. Et deus noster in coelis est:omnia quæ uoluit fecit.
4 Simulachra eorum argentum & aurum:opus manuum adam.
5 Os eis est,& non loquentur:oculi eis sunt,& non uidebunt.
6 Aures eis sunt,& non audient:nasus eis est,& non odorabunt.
7 Manus eis sunt,& non palpabunt:pedes eis sunt,& non ambulabunt,non mussabunt in gutture suo.
8 Sicut ipsi erunt facientes ea:et omnis qui confidens est in eis.
9 Israelis confidentia est in domino:adiutorium eorum & scutum eorum ipse est.
10 Domus aaron confidite in domino:adiutoriũ eorum & scutum eorum ipse.
11 Timentes dominum confidite in domino:adiutorium eorum & scutum eorum ipse.
12 Dñs recordatus est nostri,benedicet:bñdicet domui israelis,benedicet domui aaron.
13 Benedicet timentibus dominum:paruis cum magnis.
14 Addet dominus super uos:super uos & super filios uestros.
15 Benedicti uos domino:facienti coelos & terram.
16 Coelorum coelos domino:& terram dedit filiis adam.
17 Non mortui laudabunt dominum:& non omnes descendentes in locum silentii.
18 Et nos benedicemus domino ex nunc & usq; æternum:halelu iah.

TItulus nullus est. Materia psalmi (vt ex ipso apparet) est desiderium diuini honoris: vt scilicet deus honoretur cultu qui concessus est populo israel ad colẽdum verum deum. Apparet enim in prima parte psalmi clare tractari differentiam inter deum iudæorum & simulachra gentiũ,& cultores dei & cultores simulachrorum.& inde postea subiungitur dicatio populi israel ad deum. Vnde ad literam psalmus iste est supplicatio pro diuini cultus ad quem electus est populus israel conseruatione ad honorem diuini nominis.

SVMMARIVM EST.

Propheta petit a deo vt seruet diuinum cultum,non ad honorem populi sed ad honorẽ ipsius dei. tum ex differentia dei ad deos:quia ipse omnia quę voluit fecit,illi simulachra sunt. Tum ex differẽtia cultus ad cultum:quia confidentes in deo,adiuuantur & proteguntur a deo:illi autem similes erũt simulachris. Tum ex differentia populi ad populos:quia iste est ad laudandum deum in præsenti vita, bñdictus & electus a deo ex ipsius gratia:illi aũt terrã omnibus hominibus cõem solam habuerunt.

Persona loquens propheta est.

NOn nobis domine. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuã materiæ, & executiuam,ibi quare dicent gentes. Proponit duo. Alterum est formale petitionis.s.q; deus det honorẽ non populo sed nomini suo. Alterũ est materia.in qua petit dari honorẽ deo & nõ hoi.s.sup gratia tua & veritate tua. Vbi aduerte q; gra gra & veritas dei comprehendũt vniuersas vias dei nisi determinentur

ad certã materiã|& in p̃senti psalmo nõ tractãtur vlt,opoitet vt subintelligant determinatę ad materiã de qua est sermo.s.honorẽ diuini nois.Ita ꝙ sensus est.Da honorẽ noi tuo super gratia tua circa honorẽ nois tui,& veritate tua circa honorẽ nois tui.Et explicat ꝓpheta ꝑ hanc petitionẽ debitũ affectũ iustoꝶ ad diuini cultus cõseruationẽ:quo desiderat diuinũ cultũ cõseruari & augeri non ꝑꝑ honorem ipsoꝶ hoium,sed ꝑꝑ honorẽ diuini nois.Ad cuius oppositũ tẽdũt qui tẽpla & ornamẽta & alia hmõi ecclesiastica efficiunt ꝑꝑ honorẽ ciuitatis,aut memoriã ꝓpriã & hmõi.docet.n.hic ꝓpheta non nobis (& ad exaggerandã negationẽ repetit non nobis)sed deo quęrendũ honorẽ in veritate & gratia concessi cultus diuini.cultus siquidẽ diuinus est qui directe ordinatur ad honorem diuini nominis.

¶ Quare dicent gentes. Incipit hic pars executiua tali ordĩe. Prio tractat petitio rõne illius particulę|sup veritate tua.Secũdo rõne illius particulę|sup gratia tua|ibi dñs recordatus est.¶ Nota hic ꝓ clariori notitia ordinis & progressus psalmi|ꝙ propheta intendit explicare veritatem diuinam in materia diuini cultus ex duobus capitibus.s.ex veritate fidei & ex veritate spei.Fidei quidem:quia qui creditur deus est verus deus.Spei autem:quia quod speratur diuinum auxilium|vere obtinetur. ¶ Tractãs itaq̃ veritatẽ dei|duobus vtitur locis.Altero ab euitanda iniuria.Quare dicent gentes vbi nunc deus eorum!Si non das honorem nomini tuo|seruando cultum tuum,occasionem sument gentes blasphemandi te|tanq̃ non sis deus,tanq̃ non potueris nos seruare in cultu tuo.Et propterea quare|qua vtilitate,dicent gentes|opprobrando & blasphemando,vbi nunc deus eoꝶ!Modus loquendi est, significando aut ꝙ nullibi est aut ꝙ non potest.¶ Et deus noster.Alter locus est ab incõparabili disparitate inter deum nostrum & deos gentium.Et deus noster in coelis.Dicit in coelis, confutans vocem gentium| vbi deus eorum!Omnia quę voluit fecit.intellige de voluntate non quę uocatur antecedens(hoc est velleitate)sed de voluntate consequente:hoc est quæ humano more loquendo deliberata omnibus cõsideratis voluntate vult.De tali enim volitione verificatur absq̃ omni exceptione ꝙ omnia quæcunq̃ voluit fecit:quia omnipotens est,nec aliquid potest impedire executionẽ voluntatis eius.Et hoc dixit tum ad ostẽdendã omnipotẽtiã dei.tum ad cõfutandã vocẽ gentiũ qua dicerent.vbi nunc|hoc est deficiente cultu dei,deus eoꝶ|tanq̃ non potuerit illum cõseruare. Cõfutat enim dicendo ꝙ omnia quę voluit fecit.ꝑ hoc siqdem monstrat ꝙ nõ ex impotentia dei sed ex voluntate eius hoc fieret.

Simulachra eorum.Descripto deo nostro|e regione describuntur dii gentium.tum quo ad materiã argẽtũ & aurũ.tum quo ad formã|opus manuũ adam.i.hois.tum quo ad operationes oris|oculorum|auriũ|nasi|manuũ|pedum|& interni spiritus.vt hinc videas disparitatem incompabilem:dum isti omni carent operatione & effecta sunt manibus hominum,ille in coelis|& omnia quę voluit fecit.

Sicut ipsi erunt.Declarata veritate dei crediti,declarat modo veritatem rei sparę per cultum veri dei. Et procedit similiter.s.ex differentia inter cultum idoloꝶ & cultum dei nostri. Sicut ipsi| dii gentium, erunt facientes ea|simulachra:& omnis qui confidens in eis|supple est.Et intendit ꝙ vani erunt oẽs cõfidentes|hoc est colentes huiusmodi deos,sicut ipsi sunt vani|sine omni opere|sine omni fructu.Et hoc extendit etiã ad facientes.intendit.n.explicare ꝙ sicut dii qui coluntur sunt sine opere,ita colentes eos erunt sine fructu.¶ Quo cõtra de cultoribus veri dei subiungit. Israelis confidentia in domino| supple est:adiutorium eorum|israelitarum.adiutorium inquam ad bonum,& scutum|seruans a malo,eorum| israelitarum,ipse|dominus est. Vbi clare vides e regione cõtraponi fructũ cultoꝶ dei confidentium in domino.Describitur enim cultus a confidentia,vt intelligas cultum internum:alioquin scriptum est. populus hic labiis me honorat,cor autem eorum longe est a me.

Domus aaron confidite in dño. Apostrophat ad sacerdotes integrãtes domum aaron. Qui timetis dñm,cõfidite in dño.¶ Aduerte hic primo ꝙ ꝓpheta nõ meminit exterioris cultus tam apud idola q̃ apud deũ,sed interioris tm̃ consistentis in cõfidentia:ad significandũ ꝙ cultores deoꝶ quantũcunq̃ ex intimo corde confidãt in diis suis|vani erunt & digni vt sint similes suis simulachris : cultores vero dei si ex corde in deo confidunt,opem plenissimam assequi|& auxilii ad bonum & seruationis a malo. ¶ Aduerte secũdo ꝙ duę tantum erant cõgregationes vniuersales tanq̃ vniuersitates in toto populo israel.Altera vnitatis totius populi.Et hanc a patris nomine describit,dicens israelis.Altera vnitatis sacerdotalis:quæ comp̃hendebat totam tribũ leui cõmunẽ toti populo.Et hanc describit a primo summo sacerdote,domus aaron.Reliquę autem vniuersitates,reliqua collegia|particularia erant. Et ꝓpterea ꝓpheta harum tm̃ meminit.Quo factũ est vt timẽtes deũ non nuncupati fuerint a patre aliquo aut a nomine collectiuo:vt intelligas ad singulos timentes deum sermonem dirigi|postq̃ vnitatis populi & vnitatis sacerdotii mentio facta est.Nec est remotũ intẽtionẽ ꝓphetę esse,ꝙ populi israel confidẽtia in deo est velut innixa meritis patrum(abrahæ|isaac & iacob)domus vero aaron tanq̃ innixa diuinæ institutioni hmõi sacerdotii:singuloꝶ aũt timentiũ deũ tanq̃ inixa filiali timori dei.¶ Potes nihilominus intelligere israelis nomine totum populum israeli|& cum hoc specialem mentionem fieri domus aaron,cui ex officio incũbit vacare diuino cultui.Spãlem quoq̃ mentionẽ fieri timentium deum.tum ad significãdũ ꝙ neq̃ israelitarum neq̃ aaronitarum confidentia in deo prodest nisi sint timentes deũ. tum ad comp̃hendendum omnes timentes deum etiam si non descenderint ex filiis israel.

Dñs recordatus. Tractaẽ hic illa particula/super gratia tua. Et intendit ꝙ ex diuina gratia ꝓcessit &
ꝓcedit benedictio populi/sacerdotũ & timẽtiũ deũ: ad hoc vt essent addicti diuino cultui pñtis vitę.
hęc est enim gratia dei concessa populo quo ad diuinum cultum: quã petiit in principio seruari ad
honorẽ dei. ℭ Tractans itaq; diuinã erga populũ gratiã circa cultum, inchoat a suprema gratia. Dñs
recordatus nostri/nõ prouocatus meritis nostris aut sacrificiis sed sola memoria nostri. Et intellige re/
cordatione metaphorica: quia ad silitudinẽ recordati se habuit educẽdo eos de ęgypto in terrã ꝓmis/
sionis. Bñdicet. Futurũ bñdicet/respicit ꝓteritũ recordatus: significãs bñdictionẽ seq ad recordationẽ.
Bñdicet domui israelis. Ecce quos bñdicet: domũ israel/domũ aaron/& timẽtes dñm. eosdẽ repetit pri/
us enumeratos. Et recole ꝙ deũ istis benedicere/est deum istis bñfacere. ¶ Addet dñs super vos. Quãuis
bñdictionis noĩe in scriptura multiplicatio intelligaẽ (benedixit illis crescite & multiplicamini &c̃.)
explicare tñ curauit ꝓpheta quod erat ad propositum. s. multiplicationem populi esse effectũ benedi/
ctionis. ¶ Benedicti vos dño/datiui casus est. Ecce quorsum bñdictio multiplicans eos: vt. s. sint benedi
cti dño: hoc est sint benedicti tanq̃ dicati dño/tanq̃ addicti ad colendum dñm. Facienti coelos & terrã.
Non suffecit prophetæ simplici sermone explicasse diuinam gratiam / ex hoc ꝙ benedixit eos ad hoc
vt sint benedicti dño: sed addidit gratiam diuinę electionis. qua deus quum fecisset coelos & terrã, coe/
los quidem habitaculum constituit diuinũ, terram aũt dedit habitaculũ filiis adam: vos vero benedi/
ctos fecit dño. Ita ꝙ conclusio illa/benedicti vos dño/& infertur tanq̃ finis diuinę benedictionis, & de/
claratur ex diuina electione seu distributione. Et propterea continuatur dicendo. facienti coelos & ter/
ram. ¶ Coelorum coelos dño. Et appellat coelos coeloꝝ quos prius appellauerat coelos: hoc est totam
congeriem corpoꝝ coelestium. quia cõtinent ĩferiores coelos: sphęras. s. ignis & aeris. Et est sensus. coe/
lorum elariũ coelos. Vel dicuntur coeli coelorum. i. multorum corporum coelestium: vt dicantur coe
li coelorũ ad significandam multitudinem coelestium corpoꝝ in quæ caeli distribuuntur. Et terrã dedit
filiis adam. Vbi videre potes distributionem. dño coelos/filiis adam terrã, vobis benedicti vos dño.
Non mortui. Declarata benedictione populi ad hoc ꝙ sit addictus deo/declarat modo hãc dicatio/
nem intelligi in pręsenti vita: ne putares populum esse benedictum domino/ea ratione quia in futura
vita erit domini. Quãuis enim hoc sit verũ, non tamen hoc significatur per hoc quod dictum est be/
nedicti vos dño: sed significatur ꝙ benedicti sunt ad laudandum & colẽdũ dñm in pñti vita. ¶ Hoc
itaq; declarans ait. Non mortui/ſm corpus ex qua parte homines dicuntur mortui, laudabunt domi/
num: neq; omnes descendentes silentii: hoc est neq; ſm animam descendentes in locum silentii: hoc est
in limbum, in quo silet laus tua. Et nos/supple viuentes, benedicemus domino ex nunc / sine dilatione
aliqua, & vsq; ęternum. ¶ Aduerte ꝙ pronomen nos non habet demõstrationem personalem sed sim/
plicem: hoc est non demonstrat determinate nos modo viuentes, sed demonstrat nos & filios nostros
& deinceps succedentes in pręsenti vita. Et propterea dicit ꝙ benedicemus ex nunc vsq; ęternum: quia
vsq; in finem mundi durabimus nos viuentes. halelu iah/laudate deum. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Haleluiah. CXIIII.

Dilexi: quoniam exaudiet dominus uocem orationis meæ.
Quoniam inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.
Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem & dolorem inueni: & nomen domini inuocaui.
O dñe libera animã meã: misericors dñs & iustus, & deus noster miseretẽ.
Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum & liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu.
Placebo domino: in regione uiuorum.

ℭ Haleluiah. CXV.

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam domino: pro omnibus quę retribuit mihi.
Calicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddam coram omni populo eius: pręciosa in cõspe/
ctu domini mors sanctorum eius.
O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus & filius ancillę tuę.

Dirupisti uincula mea:tibi sacrificabo hostiam laudis,& nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius:in atriis domus domini/in medio tui hierusalem.

¶ IVXTA HEBRÆVM. CXVI.

quia ideo
1 Propheta. DIlexi quoniam: audiet dñs uocem meam depcationum mearum.
2 Quoniam inclinauit aurem suam mihi:& in diebus meis uocabo.
3 Circundederunt me funes mortis,& obsidiones foueæ inuenerũt me:angustiam & tristitiam reperiam.
4 Et in nomine domini uocabo:obsecro domine libera animam meam.
5 Misericors dñe & iuste:& deus noster miserans.
6 Custodiens simplices domine:attenuatus sum,& mihi salus.
7 Reuertere anima mea in requies tuas†:quia dominus retribuit super te. † requietibus tuis
8 Quia eripuisti animã meã a morte:oculum meum a lachryma/pedem meum ab ipulsu.

coram
9 Ambulabo faciebus domini in terris uiuorum.

quia ideo
10 ¶ Credidi quoniam: loquar ego humiliatus ualde.
11 Ego dixi in festinare meo:omnis homo mentiens.
12 Quid reddam domino:omnibus retributionibus eius super me?
13 Calicem salutum leuabo:& in nomine domini uocabo.

nunc
14 Vota mea dño soluam coram nunc omni populo eius.

quia imminens
15 Cara in oculis domini mors gratiosis eius.

etsi
16 Obsecro domine:quia ego seruus tuus/ego seruus tuus filius ancillæ tuæ, dissoluisti uincula mea†. † uinculis meis

ideo
17 Tibi sacrificabo sacrificium confessionis:& in nomine domini uocabo.

nunc
18 Vota mea domino soluam coram nunc omni populo eius.
19 In atriis domus domini,in medio tui hierusalem:halelu iah.

TItulus nullus est. ¶ Materiam psalmi oportet ex ipso accipere. Ad cuius euidentiam aduertendũ est q in psalmo loquitur vnus homo in periculo mortis constitutus/recurrens ad deum pro liberatione & liberatus,redditurus vota sua deo coram omni populo in atriis domus dñi in medio hierusalem. Et cum his describitur homo iste q dilexit/q credidit/q dixit in festinare suo omnis homo mẽtiẽs. Hæc sunt quæ clare apparẽt in psalmo. ¶ Quis sit autem iste homo/& consequenter quæ sint ista pericula &c̃. inuestigandum restat. Ex autoritate pauli apostoli.2.ad cor.4.habetur q credere istius hominis est credere laudabile.ait.n. Habẽtes autem eundem spiritum fidei,sicut scriptum est.credidi propter quod locutus sum:& nos credimus/propter quod & loquimur. Ex psalmo.31.(in te domine speraui,q dauidis titulo prænotatur)ansa nobis datur existimãdi q dauid est ille hõ q hic loqtur: dũ in calce illius psalmi eisdem verbis vtitur. Ego dixi in festinare meo. Et dictum vtrobiq valde consonat. nã in illa festinatione mentis quã passus est quum circũdaretur in modũ coronæ a saulis militibus.1. reg.23.consonat & q dixerit deum se dereliquisse/& q dixerit samuelem ista vice mẽtitum:immo hæc duo mutuo se consequũtur in illo casu. In principio quoq psalmi.18.diligam te domine/ eadem pericula mortis sibi imminuisse dauid refert quæ hic narrat quodãmodo de verbo ad verbum. Et constat sm historiam omnia quæ de viro hoc dicuntur/ verificari de dauide in persecutione saulis. Accedit ad hæc q vota reddere corã oĩ populo & in medio hierl'm/nõ est personæ priuatæ sed regiæ:ad regale.n.sacrificiũ par est vt oĩs concurrat populus. Et quoniam bis in hoc psalmo homo iste dicit/nunc soluam vota mea corã omni populo dei &c̃. manifestat q iam hierusalem erat ciuitas regia/q iam ipse erat rex totius ppli dei(hoc est nõ solum rex sup iuda sed etiã super israel)qñ edidit hunc psalmum;alioquin non

bis dixisset se nūc redditurum vota ibi. ¶ Et si cum his perspectū fuerit q̄ afflictio dauidis commemorata in psalmo/in qua precipiti mente dixit omnis homo mentiens/nulli rei gestę quadrat nisi quando dauid cinctus est a saule in modum coronę (quoniam in illo solummodo periculo legitur dauidē desperasse) consentaneum rationi apparebit q̄ materia psalmi istius ad literam est memoria illius liberationis: cōmemorando periculum & dispositionem animi proprii, & beneficium diuinum, & se nunc regem paratum ad publicas gratiarumactiones in hierusalem.

ℭ SUMMARIUM EST.

ℭ Dauid iam rex recolit liberationis suæ quando cinctus est a saule ī modum coronę rationes. & cōmemorat tum propriam deiectionem ac periculi magnitudinem. tum dispositionem suę fidei/spei/dilectionis ac recursus ad deū. tū dei misericordiā/miserationē/iustitiā/& custodiā simplicium. Et ad gratiarūactiones publice in atriis domus dñi in medio hierusalē recognoscēdo hoc bñficiū se p̄parat.

ℭ Persona loquens propheta est.

Dilexi quoniam. Scito q̄ licet in ecclesiastico vsu psalmus iste distinguatur in duos (scilicet dilexi & credidi) in hebręo tamen textu vnicus est psalmus/cōprehendens vtrāq; partem. ¶ Diuidit itaq; psalmus in partes duas: p̄positiuā materię, & executiuā/ibi circūdederunt. Proponit vnū tribus fultū rōnibus. Quod proponit est hoc. s. audiet dñs vocē meā. Prima ratio est/qm̄ dilexi. Secunda/ qm̄ iclinauit aurē suā mihi. Tertia/qm̄ in diebus meis vocabo. ℭ Vide singula. Auditionē p̄ponit dicēdo. Audiet/pro exaudiet, dñs vocē meā dep̄cationū mearū. Et quia dictio hebraica interp̄tata dep̄cationum sonat p̄ces flebiles, ideo nota prophetam quum dixisset vocē meā/explicasse qualitatem vocis a vocibus fletui mixtis: vt hinc intelligeremus statum eius flebilem. Prima ratio quum dicere debuisset qm̄ dilexi/causa metri postposuit coniunctionē. Nec explicat personā aut rem dilectā: quia integra ac notoria erat iam dilectio dauidis. Integra q̄dē: quia deū/proximū/ac inimicum saulem dilexit. Notoria autem: q̄a tēpore istius psalmi editi / iam notoria erat dilectio quā habuerat dauid propter deū erga saulem inimicū, totiens nolēdo occidere ipsum. Et intendit q̄ ideo deus adiuuit eū profugum, qm̄ ipse non odio habuit sed dilexit saulem: ita q̄ meritum dilectionis eius affertur pro causa ex parte dauidis. Et hęc causa respicit diuinā iustitiā vt meritū cōgrui. ¶ Ex p̄te aūt diuinę misericordię subiūgitur alia cā. qm̄ iclinauit aurē suā mihi. Ne merito dilectionis arrogaret dauid diuinā auditionē tanq̄ debitā/addidit inclinationē auris diuinę: significās gratuitā dei auditionē. principē siq̄dē inclinare aurē ad audiēdū hoiem miserabilē/gratię est. ¶ Vltima demum ratio fructus est producēdus. Et intēdit q̄ ideo etiā audiuit deus dauidem vt proueniret inde fructus diuini cultus. Dauid enim fuit primus institutor solēnis ordinis & loci celebris ad diuinū cultū. Et quāuis non potuerit executioni cuncta mādare per seipsum sed per salomonem, nō destitit tamen diebus vitę suę cultui diuino studiose vacare. Et propterea dicit. & in diebus meis vocabo/hoc est inuocabo deum solēni cultu.

ℭ Circūdederunt me. Incipit hic pars executiua tali ordie. P̄rio tractatur illa particula/dep̄cationū mearū. Secūdo illa/vocē meā/ibi & in noīe dñi. Tertio illa/audiet dñs/ibi & mihi salus. Quarto illa/dilexi/ibi quia eripuisti. Quinto illa/qm̄ inclinauit aurē suā mihi/ibi credidi. Sexto illa/& i diebus meis vocabo/ibi quid reddam dño. ℭ Declarat causam miserabilium p̄cum. Circūdederunt me funes mortis. Ad literam historia tangitur scripta. 1. reg. 23. quādo saul cum suis cinxit dauidem & suos in modum coronę. Hāc circūdationē appellat funes mortis: quia assimilatur funibus impedientibus euasionē hominis quęsiti ad mortē: qualis erat ipse. ¶ Et obsidiones foueę inuenerūt me. Eosdem appellat obsidiones: quia vere obsidebant eum. foueę autē: quia ad similitudinē obsidentiū hoiem seu animal vsq; adeo vt impellant ipsum ad p̄cipitē se dandū in foueā/erāt. ¶ Angustiā & tristitiā reperiā. Futurum reperiā/respicit p̄teritum circūdederunt / inuenerunt. ex extrinseca enim circūdatione secuta est in animo angustia & tristitia. angustia quidem tanta vt desparem me posse euadere: vt ibidē dicitur. tristitia vero: quia paratam mihi videbam mortem.

Et in nomine domini. Tractatur hic illa particula/vocē meā. Et primo describit sequelā recursus sui ad deū p futurū/& in noīe dñi vocabo. deinde vocē ipsam/obsecro dñe. ¶ Hæc est vox qua recursum habuit ad deū. Obsecro (aduerbialiter tenetur vt est obsecrādi aduerbiū) dñe libera aīam meā/vitā meā. misericors/affectu, dñe/quia in miseria sum, & iuste/quia iniuste patior: & deus noster/per gratiam cultus, miserans/opere. ¶ Custodiens simplices domine. Addidit hoc attributum custodię simplicium/tacite significando propriā simplicitatis virtutem. duo siq̄dem p̄pria merita in toto hoc progressu commemorat. s. dilectionis in principio/& simplicitatis modo. Et apte dauid cōmemorat meritū simplicitatis suę: quia quū ipse absq; omni duplicitate simplici corde seruiret sauli/& prospere cuncta ageret, imputatū est ei q̄ aspiraret ad regnum/q̄ per hæc intēderet eripere regnū a domo saulis. ¶ Attenuatus sum. Explicat in oratione passionē ex persecutione saulis. Valde enim attenuatus est, quum ex principe & genero regis &c̄. in paupertatem deuenit profugus & destitutus auxilio.

Et mihi salus. Tractatur hic illa particula/audiet dominus: describendo saluatum se a deo ex recursu ad ipsum. Et mihi salus/fuit. ¶ Reuertere aīa mea. Apostrophat ad suā animam, describens fructum sa-

lutis. Reuertere/ab angustia & tristitia quibus occupata fuisti, anima mea in requies tuas / confidendo in deo absq; oi hesitatione: quia dñs retribuit super te/super merita tua & dilectionis & simplicitatis.

Quia eripuisti. Tractatur hic illa particula/dilexi: manifestando qualis fuit sua dilectio ab affectu & effectu proprio post assecutum beneficium. & regreditur ad deum alloquendum. Quia eripuisti animã meam/vitam meam, a morte/ne occideretur: oculum meum a lachryma, pedem meum ab impulsu. De periculo mortis dixerat/circundederunt me funes mortis. de lachrymis dixerat/angustiam & tristitiam reperiam. de periculo pedum dixerat/obsidiones foueę inuenerunt me. Et propterea ab omnibus se liberatum commemorat, & subdit. ambulabo faciebus domini. Quia eripuisti, ideo ambulabo faciebus domini. i. coram facie domini/vt decet considerantem pręsentiam domini (vt deus pręcepit abrahæ. ambula coram me gene. 17.) in terris viuorum/hoc est adhuc viuens. Circũloquitur enim per ambulationem coram domino in terris viuorum/se adhuc victurum recte operando & progrediendo de virtute in virtutem in veritate/teste deo. Potes nihilominus intelligere per terras viuorum / terras intra ambitum terræ promissionis. tanq̃ reliquę terræ sint terræ mortuorum deo, & sola terra promissionis sit terra viuentium deo/seu ad diuinum cultum.

¶ Credidi. Tractatur hic illa particula/inclinauit aurem suã mihi/ex parte ipsius dauidis demonstrati pronomine mihi: declarando deiectionem seu humilem statum ipsius ad quem inclinauit deus aurem. ℣ Et aduerte coniunctionem causa metri postpositam. est enim ordo literæ. quoniam credidi loquar. Nec mireris si apostolus introduxit in pręterito/locutus sum: quoniam corinthiis scribebat, qui vtebantur translatione. 70. ¶ Est itaq; sensus. Quoniam credidi/samueli dicendo mihi in nomine domini ꝙ vnxit me dominus in regẽ. hoc enim credere fuit laudabile. Et tanq̃ notorium/absolute dixit credidi, non determinando cui aut quid. Ideo loquar. Futurum loquar respicit pręteritum credidi: & denotat sequelam sermonum dauidis ex fide quã dedit sermonibus samuelis. Quid autem dixerit nõ explicat: sed facile colligitur ex regno credito. intelligimus enim hinc ꝙ dauid profugus cõmunicauit sociis verba samuelis, vt animęquiores essent secum/& in domino ponerent spem suam &c̃. Ego humiliatus valde. loquar inquam credita quãuis humiliatus valde. Et intendit ꝙ non obstante tanta deiectione sua in statu profugo, loquebatur de suo futuro regno/quia credidit samueli. ¶ Ego dixi in festinare meo. Postq̃ dauid descripsit propriam dispositionem quantum ad dilectionem/dicendo dilexi, & quantum ad fidem/dicendo credidi: modo describit quãtum ad spem. Et intendit ꝙ perdidit spem: iuxta id quod scriptum est. 1. reg. 23. dauid despabat se posse euadere a facie saul. Verum hanc desperationem non quieto sed turbato animo incurrisse se significat/dicendo. ego dixi/apud me/& forte cõsociis, in festinare meo/in pręcipitatione mentis meę pręanxietate animi. omnis homo mentiens. Vsitatũ prouerbium (scilicet ꝙ omnis homo quandoq; mentitur) dixit. sed in hoc non errauit. Sed errauit in hoc ꝙ intendebat hoc prouerbium applicare ad samuelis vaticinium: intendens dicere ꝙ etiã samuel mẽtitus est in hoc vaticinio de futuro regno meo. Cernens siquidẽ dauid se nõ posse euadere/ac ꝑ hoc statim se occidẽdũ, ꝑcipitauit sentẽtiam ꝙ etiã samuel falsum dixisset. Et hanc falsitatẽ insinuauit/vtendo illo cõi ꝓuerbio ad hoc. Et pinxit dauid seipsum: qualis. s. erat/quum ꝓfugus esset & in periculo mortis constitutus: vt tanto magis elucescat diuinę gratię bñficiũ, quãto ipse erat minus dispositus ad illud.

Quid reddam domino. Tractatur hic illa particula/& in diebus meis vocabo: declarando pręsentem dispositionem animi sui ad recognoscendum tantum beneficium a deo. Quid reddam domino, appositiue omnibus retributionibus eius super me. Significat enim ex modo loquendi se non habere quod reddat domino/quod reddat tot retributionibus diuinis: vt hinc intelligamus q̃ magnifacit diuina beneficia. Quæ appellauit retributiones, non suis meritis sed suis demeritis. intendit enim ꝙ deus retribuit sibi bonum pro malo: hoc est non obstante desperatione eius. ℣ Calicem salutum leuabo. Ecce quid reddam, sacrificium gratiarumactionis. hoc enim describit a leuatione calicis salutum/hoc est pro salutibus habitis. Quia enim libamina in huiusmodi sacrificiis pro gratiarumactione interueniebant, ideo a calice descripsit. Et in nomine/non alicuius idoli, sed domini vocabo/pro inuocabo. ℣ Vota mea dño soluã. Sacrificiũ quod offerã/votiuũ erit / desideratũ ac debitũ, corã nũc omni populo eius. reddã nunc/iam rex. reddam corã omni populo eius: quia rex iam sum israel: alioqn non dixisset omni populo eius. ℣ Cara in oculis domini mors gratiosis eius. Ratio votorum reddendorum explicatur. quia in oculis domini mors iminẽs seu intentata gratiosis eius ẽ cara: hoc est magno ęstimata/in magno ꝑcio habita. ac per hoc nõ facile permittit̃. Et intendit per hoc ꝙ deus se computauit inter gratiosos suos/multũ appciando mortẽ eius: dũ nõ ꝑmisit illum occidi a saule, quãuis mors tunc immineret ipsi dauidi. Gratiosos dei ĩtellige actiue: eos. s. qui gratis ꝑpter deũ donant. ¶ Obsecro dñe. Duo ꝑmiserat: calicẽ. s. & inuocationẽ. De calice dixit/vota mea &c̃. Inuocationẽ modo subiũgit. Obsecro. aduerbiũ obsecrãtis est: introducit. n. seipsũ obsecrãtẽ. Quia ego seruus tuus. profitet̃ supra sua merita diuinum beneficium: dum profitet̃ bis se seruũ dei, nec solum seruũ sed filium seruę dei: vt etiam se natũ seruum profiteatur. partus enim seqtur ventrẽ. Et tũ dissoluisti vincula/dignatus es liberare me a vinculis. Vĩcula appellat circũdationẽ militũ saulis, qua tanq̃ vinculis ligatus tenebat̃ ne posset fuge/

te. ¶ Ideo tibi sacrificabo sacrificiũ cõfessionis, hoc est laudis tuę: & in noie dñi vocabo. Grati animi est nõ saciari repetitione suscepti bñficii. Et ppterea quũ gratus animus hic describatur, idem beneficium pluries repetit: & simul quas potest referre gratias, gaudet repetendo promittere. Et propterea repetit non solum beneficiũ, sed sacrificium & inuocationẽ & vota reddẽda, accumulans locũ gratiarũ actionis: in atriis domus domini in medio tui hierusalem. Atria domus dñi loca erant sacrificiorum. Et quia tunc tẽporis altare holocaustorũ nõ erat in hierusalẽ sed in excelso gabaon, vbi erat tabernaculum factũ a moysę (vt dicitur. 1. parali. 21.) ad illius differẽtiã addidit propheta in medio tui hierusalem: hoc est in publico ciuitatis hierosolymę. in qua erant atria domus dei: hoc est tabernaculi facti a dauide in quo erat arca domini. ¶ Nec mireris ꝙ apostrophat ad hierusalem: quũ familiaris sit huic prophetę varia apostrophatio. Halelu iah, laudate deum. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Halelu iah. .CXVI.

LAudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & ueritas domini manet in ęternum.

¶ IVXTA HEBRÆVM. CXVII.

Propheta. LAudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.
Quia roborata est sup nos gratia eius & ueritas dñi ęterno: halelu iah.

TItulus nullus est. Materia psalmi ex autoritate pauli apostoli ad ro. 15. habetur: ꝙ scilicet inuitantur gentes ad honorandum deum super misericordia in aduentu mesię.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta inuitat vniuersum mundũ ad laudãdũ deũ, quia venit mesias plenus gratiæ & veritatis.
¶ Persona loquens propheta est.

LAudate dominum. Aduerte, ter in hoc paruulo psalmo repeti laudate dominum (bis scilicet in hoc versiculo & tertio in calce: finitur enĩ psalmus iste per halelu iah) vt trinario numero ad perfectam inuitet laudem. Omnes gentes & omnes populi inuitantur: vt nullum exceptum intelligas. ¶ Quia roborata est super nos. Pronomen nos, demonstrat inuitatas gentes & populos secum: vt nec seipsum propheta excludat a tanto beneficio. ¶ Vbi aduerte aduentum mesię describi ex triplici conditione. Prima est vniuersalis extensio, significata per omnes gentes & omnes populos vna cum propheta. ¶ Secunda est robur vniuersarum viarum domini, significatum dicendo. quia roborata est gratia eius & veritas domini. vniuersę siquidem vię domini sunt gratia & veritas. Ante aduentum enim mesię vię domini gratia & veritas infirmę, imbecilles & debiles erant: per aduentum vero mesię conualuerũt & roboratę sunt. quoniam venit plenus gratię & veritatis: & gratia & veritas per iesum christum facta est. Manifeste nãq; gratia conualuit, valde affluens: & similiter veritas doctrinę, vitę & iustitię vbiq; robur accępit. ¶ Æterno. Et est datiui casus pro ablatiuo: vt prędictum est. Tertia significatur conditio sempiternitatis: hoc est ꝙ robur gratię & veritatis effectũ est ęternũ. Ante aduẽtũ siqdem christi gr̃a & veritas erant temporales. tum quo ad promissiones: quia bona temporalia in veteri promittebantur testamento. tum quo ad durationem status. Per aduentum autem christi roborata est tam gratia q̃ veritas ad ęternum. tum ratione promissionũ ęterni pręmii. tum ratione ĩmutabilis status noui testamenti vsq; ad consummationem seculi. Halelu iah, tertio laudate deum. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Halelu iah. CXVII.

COnfitemini domino: quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nũc israel: quoniam bonus, quoniã in seculũ misericordia eius.
Dicat nunc domus aaron: qm̃ bonus, quoniã in seculũ misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dñm: quoniam in seculum misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dñm: & exaudiuit me in latitudine dominus.
Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in domino: q̃ confidere in homine.
Bonum est sperare in domino: q̃ sperare in principibus.
Omnes gentes circundederunt me: & in nomine domini quia ultus sum in eos.

Circũdantes circundederunt me:& in nomine domini quia ultus sum in eos.
Circundederunt me sicut apes,& exarserunt sicut ignis in spinis:& in nomine domini quia ultus sum in eos.
Impulsus euersus sum ut caderem:& dominus suscepit me.
Fortitudo mea & laus mea dominus:& factus est mihi in salutem.
Vox exultationis & salutis:in tabernaculis iustorum.
Dextera dñi fecit uirtutẽ:dextera domini exaltauit me,dextera domini fecit uirtutem.
Non moriar sed uiuam: & narrabo opera domini.
Castigans castigauit me dominus:& morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitiæ,ingressus in eas confitebor domino:hæc porta domini,iusti intrabunt in eam.
Confitebor tibi:quoniam exaudisti me,& factus es mihi in salutem.
Lapidem quem reprobauerunt ędificantes:hic factus est in caput anguli.
A domino factum est istud:& est mirabile in oculis nostris.
Hęc est dies quam fecit dominus:exultemus & lętemur in ea.
O dñe saluũ me fac,o dñe bene prosperare:benedictus qui uenit in nomine dñi.
Benediximus uobis de domo domini:deus dominus & illuxit nobis.
Constituite diem solẽnem in condensis:usq; ad cornu altaris.
Deus meus es tu & confitebor tibi:deus meus es tu & exaltabo te.
Confitebor tibi:quoniam exaudisti me,& factus es mihi in salutem.
Confitemini domino:quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

IVXTA HEBRÆVM. CXVIII.

1 Propheta. Confitemini domino:qm̃ bonus,qm̃ ęterno est gratia eius.
2 Dicet nunc israel quoniam ęterno est gratia eius.
3 Dicent nunc domus aaron quoniam ęterno est gratia eius.
4 Dicent nunc timẽtes dominum quoniam ęterno est gratia eius.
5 Mesias. De angustia uocaui dominum:respondit mihi in latitudine dominus.
6 Dominus mihi adest:non timebo quid faciet mihi homo.
7 Dominus mihi in adiutoribus meis adest:& ego respiciam in osoribus meis.
8 Melius est sperare in domino q̃ confidere in homine.
9 Melius est sperare in domino q̃ confidere in principibus.
10 qm̃ Omnes gentes circundederunt me:in nomine dñi quoniam excidam eas.
11 qm̃ Circũdederunt me,etiam circũdederunt me:in nomine domini qm̃ excidam eas.
12 qm̃ Circundederunt me quasi apes,extinctę sunt quasi ignis spinarum:in nomine domini quoniam excidam eas.
13 Impellendo impulisti me o popule ad cadendum:& dominus adiuuit me
14 Fortitudo mea:& cantus domini fuit mihi saluti.
15 Vox cantus & salutis in tentoriis iustorum, hec vox dextera domini faciens fortitudinem.

16 Dextera domini excelsa:dextera domini faciens fortitudinem.
17 Non moriar:sed uiuam,& narrabo opera domini.
18 Castigando castigauit me dominus:& morti non tradidit me.
apostoli
19 Aperite mihi portas iustitię:introibo in eas,confitebor dominum.
20 Hęc porta domino:iusti intrabunt in eam.
21 Confitebor te:quoniam respondisti mihi/& fuisti mihi saluti.
quem
22 Iusti. Lapis despexerunt ędificantes,fuit capiti anguli.
23 A domino fuit istud:hoc separatum in oculis nostris.
qui
24 Hęc dies fecit dominus:exultabimus & lętabimur in ea.
25 Obsecro domine saluifica nunc:obsecro domine fac proficere nunc.
26 Benedictus qui uenit in nomine domini:benediximus uos de domo domini.
27 Deus dominus & illuxit nobis:ligate festum in frondibus usq; cornua altaris.
28 Propheta. Deus meus tu/& confitebor te:deus meus exaltabo te.
est
29 Confitemini domino:quoniam bonus,quoniam ęterno gratia eius.

TItulus nullus est. ¶ Materia psalmi ex autoritate domini matth.21.mar.12.& luc.20.monstratur mesias,quum ex hoc psalmo inducitur.lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli:a dño factū est istud,& est mirabile in oculis nostris. Idemq; firmatur ex autoritate pe. apostoli.tum act.4.dicentis.hic est lapis qui reprobatus est a vobis ędificantibus:qui factus est in caput anguli,& non est in alio aliquo salus. Tū in.2.capitulo primę epistolę dicentis.Ad quem accedētes lapidem viuum:ab hoībus quidem reprobatum,a deo autē electū. Et infra. Vobis igitur credentibus honor:nō credentibus aūt lapis quē reprobauerunt ędificantes hic factus ē in caput anguli. ¶ Ex contextu nihilominus psalmi apparet psalmum totum de christo tractare.Nam persona descripta in hoc psalmo angustata/circundata/impulsa ad casum/castigata/morti non tradita/saluata ac excisura persecutores suos,introducitur vt materia ratioq; gaudii iustorū,& vt ratio laudādi deum ab israele/a domo aaron/& a timētibus deū.Hinc.n.apparet salutē ac victoriā personę istius ad vniuersorū iustorum gaudium & salutē spectare:eādemq; esse personā de qua sub specie lapidis dicitur/lapis quē despexerunt ędificantes,de qua postea subditur/benedictus qui venit in nomine dñi, quę dicit non moriar sed viuam/& aperite mihi portas iustitię.Nulli siquidē mortaliū hominū conuenit vere dicere nō moriar sed viuam.nulli puro homini potest vere dici,benedictus qui venit ī nomine dñi/deus dñs & illuxit nobis &c̄.Ex his.n.apparet q̄ materia psalmi ad literam est mesias a passione & morte liberatus per resurrectionem,puniturus iudęos & adorandus ab omnibus iustis &c̄.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta mesiam multipliciter patientem/in deo confidentem/resuscitatum/erectum in caput anguli/adoratumq; a iustis canit;inuitando propterea omnes ad laudem diuinę gratię ęternę.
¶ Personę loquentes sunt propheta/mesias/& iusti.

COnfitemini. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuā materię,& executiuā/ibi dñs mihi. ¶ Proponit tria.Primo inuitat cōmuniter oēs ad laudandum deū rōne bonitatis & gratię ęternę/mōstratę in resurrectione mesię.Confitemini dño/cōfessione laudis:qm̄ bonus / & in seipso & toto vniuerso resuscitando mesiā,qm̄ ęterno/nō tēpori,gratia eius/nō ex meritis nostris.Et dicitur ad ęternitatē extensa gratia eius,propter ęternitatis aditum deuicta morte reseratum omnibus in christi resurrectione. ¶ Dicet nunc. Inuitatis cōmuniter oībus/prędicit specialiter illos qui acceptabunt hanc inuitationē.Et primo populū israel.Dicet/confitendo,nūc/resuscitato mesia, israel/genus iudęorū.qm̄ ęterno gratia eius.Ecce quod confitebuntur,vt supra. ¶ Dicet nunc domus aaron.Secundo genus sacerdotale.Et de fide in christum tam israelitarū q̄ sacerdotum/testantur actus apostolorum:vbi multitudo magna iudęorum post christi resurrectionem credēs describitur in christū.Et de sacerdotibus dicitur act.6.multa etiā turba sacerdotū obediebat fidei.Meminit aūt spāliter horum, quia fuerunt primitię fidei christianę. ¶ Dicet nūc timētes dñm. Tertio loco vniuersi timētes deum p̄dicūtur acceptaturi fidem. ¶ De angustia. Tertium propositorū explicatur,introducēdo mesiam p̄ponētē materiam antedictę diuinę gratię extensę ad ęternitatē.De angustia/passionis & mortis,vocaui dñm/ recurrēdo ad ipsum:respondit/facto,mihi in latitudine/impassibilitatis & vitę,dñs.Et rursus.de angustia p̄dicationis inter iudęos,respondit mihi in latitudine fidei totius mundi. In vtraq; siquidē angustia christus

constitutus

constitutus fuit:& vtrunq; iudęi persecuti sunt.intendentes & vitam corporalem christi tollere, & fidē in eum extinguere.Et vtrunq; latitudinem resurgendo assecutus est:quia & ad vitam resurrexit immortalem,& ad fidem suam in vniuerso mundo propagandam.

℄ Dominus mihi. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractaṫ illa ꝑticula/de angustia vocaui dn̄m.Secūdo illa/respondit mihi in latitudine dominus/ibi vox cantus. Tertio illa/cōfitemini domino &c̄.ibi lapis.℄ Tractaṫ itaq; vocatio dn̄i in tribulatione,assignando rōnem recursus ad deū ex efficacia diuinę opis quę prętatur recurrentibus ad deum.Declarat itaq; efficaciā diuinę opis multipliciter.¶ Primo quantum ad securitatē.Dominus mihi/adest:nō timebo/ecce effectus,quid faciet mihi homo/hoc est quęcunq; humana potentia.Hāc aūt securitatem cōstat fuisse in christo: vtpote qui voluntarie subiit mortem/securus de resurrectione.Nec obstat ꝙ mar.14.dicitur ꝙ coepit pauere:quoniam timor ille nō fuit timoris passio sed ꝓpassio:hoc est non simpliciter timuit,sed dimisit appetitū sensitiuū fungi officio ꝓprio/fugiendo malū futurum iminens/absq; vlla redundantia in rōnem & voluntatem.Hic aūt est sermo de timore simpliciter & absolute:quo timentes cupiūt vitare malū imminens & euitarent si possent.¶ Secundo quantum ad victoriā.Dominus mihi in adiutoribus meis:hoc est inter oēs qui possent me adiuuare solus dn̄s mihi adiutor.& ego respiciā in osoribus meis. Victoriā describit a visione inimicoꝝ consequente victoriā completā.cōsueuerūt enim victores perfecta victoria videre hostes suos,scrutando in eis qui sint/& quę eoꝝ sunt.Et ab hoc actu vidēdi hostes/plurięs in hoc psalterio significaṫ victoria.Ita ꝙ sensus est.& ego ꝑfectam victoriā consequar de osoribus meis. Hanc victoriā assecutū fuisse christum cōstat sine aliquo humano adiutorio.¶ Tertio quo ad spē. Melius sperare in dn̄o q̄ confidere in hoīe. Vbi aduerte non cōparationem fieri inter hoīem & deum in adiuuando,sed inter spem & cōfidentiā:quum enim maius sit cōfidere q̄ sperare,inquit ꝙ melius est sperare in deo q̄ confidere in hoīe.& rursus melius sperare in dn̄o q̄ confidere in principibus.Homo cuius in prima cōparatione meminit,nomen est naturę:princeps autem nomē est potentiæ. Intendit enim ꝙ melior est simplex spes in deo q̄ quæcūq; confidentia in hoīe quantum ad vires quascūq; humanæ naturę/humani ingenii/humanę facultatis/humanarū virium:& similiter q̄ confidentia quęcunq; in principibus/cuiuscūq; dominii fuerint/ēt comprehendendo principes tenebrarum:hoc est dęmones. ¶ Quarto quo ad executionem. Omnes gentes circundederunt me . tum quia oīs generis hoīes cōtra ipm̄ fuerunt.nam vt euāgelica testaṫ historia,passus est a iudęis & gentibus/a maribus & foeminis/a sacerdotibus & laicis/a religiosis (pharisęis scilicet)& secularibus &c̄. Tum pręcipue quia oīum nationum aliqui qui conuenerāt ad solēnitatem paschalē,fuerunt cōtra ipsum clamando crucifige:quia illi qui cōuenerant ad pilatum pro opere misericordię(scilicet pro liberādo vno vincto:quos euangelista dicit quū ascendisset turba)versi sunt ad petendū mortē christi. Vnde petrus act.2.dixit israelitis/ex omni natione quæ sub coelo est cōueniętibus in die pentecostes.hunc(scilicet iesum)affligentes interemistis.Et ꝓpterea dicit,oēs gentes circūdederunt me.Et intēdit ad literam ꝙ passus est non solū a pontificibus & magnatibus,sed etiam a popularibus oīum nationum/clamādo crucifige crucifige. In nomine dn̄i quoniam excidam eas/de terra in excidio hierosolimitano per romānos prīcipes . Et vt clara sit cōstructio/ordina literam sic.Quoniā omnes gentes circūdederūt me,in noīe dn̄i excidam eas . In hoc enim ordine apparet non solum demeritū iudęorum circundantium,sed cā excidii.apparet ēt ꝙ nō livor vindictę,sed sanctitas(in noīe dn̄i)ad excidium faciendum inducet christum.Et eodē modo ordinato literam duoꝝ versiculorum sequentium,inchoando semꝑ a cōiunctione causali. Vbi aduerte repeti circūdederunt me etiā circūdederunt me:ad similitudinem circundantiū hostiū describendo pertinaciā iudęoꝝ persistentiū ad volendū crucifige crucifige.¶ Circundederūt me quasi apes. Assimilantur occisores chr̄i apibus:eo ꝙ sicut apes aculeis lędēdo,parū offendūt lęsos & seipsas necant aut eneruāt/inutiles deinceps se reddētes,ita iudęi circūdantes chr̄m parum lęserūt christū:quia intra triduum resurrexit īmortalis/gloriosus &c̄.Sibiipsis aūt ex ꝑcussione chr̄i intulerūt maximū damnū,non solum æternę dānationis/sed in hac vita destructionis hierusalem/captiuitatis ꝑꝑtuę ac dispersionis irreparabilis.Extinctę sunt quasi ignis spinarū.Gentes circūdātes me ad mortē extinctę sunt,& sm̄ ꝙ erāt vna gens habebantq; ciuitatē/templū/sacerdotium,& sm̄ potētiam ꝑsequendi facto me in meis membris: quasi ignis spinarū/hoc est velociter/sicut velociter extinguitur ignis spinarum.Et dixit hoc vt describeret cōminatum iam tertio excidium cito futurum post ꝑsecutionem chr̄i . Et vere sic fuit:quia non præteriit generatio illa quādo superuenit excidiū hierosolimitanū per romanos factū.Et ordina literā sic.Quoniam circundederunt me sicut apes,in nomine domini excidam eas:extinctę sunt quasi ignis spinarum.Sic enim optime quadrat.℄ Quinto quantum ad resurrectionē . Impellēdo ipulisti me ad cadendū. Apostrophat mesias ad populū volentē ipsum crucifigi.Et hebręę linguę more dicit ipellendo impulisti/ad significandā vehemētiā impulsus.Et vtiṫ metaphora quasi vehemēter impulsus fuerit ad corporalē casum:intēdēs ꝙ facto passionis & crucis vehemēter impulit eū populus ad cadēdū a vita.¶ Et dn̄s adiuuit me,fortitudo mea.Aduerte ꝙ hactenus mesias nō descripserat angustiam suam nisi qa circūdatus ab oībus gētibus tanq̄ apibus.Et ꝓpterea modo describit se vehemēter impulsum

ad casum:significans per hoc mortē suam. Quam nō mortē sed impulsum ad casum a vita nominat: quia nō cecidit a vita fm intentionē impellentiū. Illi enim intendebāt vt chrs caderet a vita sicut ceteri hoies/sine reditu ad vitā infra triduū:quod nō sunt assecuti. Et ppterea dicit. & dn̄s adiuuit me,non qualitercūq: sed fortitudo mea/factus est ne caderem:hoc est adiuuit me factus fortitudo mea: hoc est rō imortalis vitę meę. ¶ Et cantus dn̄i fuit mihi saluti. Non solum dn̄s adiuuit me vt fortitudo mea, sed etiā cantus dn̄i:hoc est meritum prędicationis publice & sponte velut cantando & laudando dominū,fuit mihi in salutem imortalis vitę. meruit enim christus per opa sua ad dei laudem(quae cantus domini appellanť)resurrectionem ad vitam immortalem.

Vox cantus ꝛ salutis. Tractať hic illa particula/respondit mihi in latitudine dn̄s:inchoando a latitudine effectus duplicis:lętitię scilicet & salutis. Vox/in resurrectiōe mea,cantus/lętitię in diuinis laudibus,& salutis/ęternae:nō apud oēs,sed in tentoriis iustoꝝ. Describunť iusti nō in domibus sed tentoriis:qa nō habēt hic manentē ciuitatē,sed futurā inquirūt peregrināntes ac militantes. ¶ Dextera domini. Ecce vox cantus & salutis. Dextera dn̄i faciens fortitudinem. Mesias ipse dextera dn̄i appellať:qa humanitas eius est dei organū coniunctū/sicut dextera est organū cōiunctū personę humanę. Ipse ergo mesias cantať in tabernaculis iustoꝝ faciens fortitudinem,& in seipso imortalis corporis/& rursus faciens fortitudinem christianę fidei in mūdo. Et nihilominus cantať excelsus,qm̄ in noie eius omne genu flectitur coelestium/terrestriū & infernoꝝ. In idem aūt redit sensus,si per dexterā dn̄i intelligis fauorabilem assistentiā seu potētiam diuinā:fecit enim in christi resurrectione vtranq: fortitudinem. & excelsa quo ad factū fuit:qa opus fuit valde excelsum. ℭ Nō moriar sed viuam. Explicat mesias imortalitatem suam & opus pprīū. Nō moriar/amplius,sed viuā/sine fine. chrs resurgens ex mortuis iam non moriť,mors illi vltra nō dominabitur. Et narrabo opa dn̄i. Ecce opus christi post resurrectionē. Narrabo/per meipsum instruēdo discipulos/& per eos vniuerso mūdo,opera dn̄i/credenda. ¶ Castigando castigauit me dn̄s. Primū opus narrandum est mysteriū passionis chri. hoc enim significať dicendo more hebręo/castigādo castigauit:vt magnā castigationē intelligas. Et vere magna fuit:vt acerbitas passionis & mortis testať. Et morti nō tradidit me. Metaphoricus est sermo ad similitudinē patris castigātis filiū sed non occidētis illum. Sed sensus intentus est ꝙ non tradidit me morti sicut subiciunť morti alii hoies. alii siquidē danť morti sic ꝙ nō est in eorū potestate resurgere:me aūt non sic dedit morti, sed sic vt in potestate mea esset resurgere. Potestatem īquit ipse habeo ponēdi aīam meā,& ptātē habeo iterū sumendi eā. Et rursus quia nō fuit traditus morti nisi triduo,ideo dicitur & morti nō tradidit me: sed potius mortē subdidit mihi. Et hoc est alterū opus narrandū spectans ad mysteriū glorię christi. In his enim duobus mysteriis pendet vniuersa fides christi. ℭ Aperite mihi portas. Apostrophat mesias ad discipulos suos/quos mittit ad prædicandum vniuerso mūdo ad narrandū hęc opa dn̄i. Aperite/apostoli,mihi/non vobis,portas iustitię/euangelicā doctrinā & potestatem faciendi miracula ad cōfirmationē euāgelii. hę siquidem sunt portę iustitiae fidei:per has enim aditus ordinatus est ad iustitiam fidei:dicēte ipso christo. euntes in mundum vniuersum prędicate euangeliū,signa aūt eos qui crediderint haec sequenť &c̄. ¶ Introibo in eas. Introitus chri in has portas(scilicet euangelium & miracula) est interior cooperatio ad mouendū mentes hoīum ad iustitiam fidei. vanas vtrasq: portas esse sine huiusmodi ingressu chri/testatur ioan. euāgelista:dicens aliquos eoꝝ qui interfuerūt resurrectioni lazari iuisse ad persecutores chri obstinatos. inde enim collegerūt conciliū & cōcluserūt de morte christi. Vnde & marcus euangelista de hmōi ingressu dicit. illi aūt profecti prędicauerunt vbiq: dn̄o cooperante. ¶ Cōfitebor dn̄m. Effectus introitus christi in has portas describiť actus fidei confitendo dn̄m/seu laudare deum de gratia fidei. Et dicit chrs se confessurū dominū in mēbris suis:iuxta illud. viuo ego iam nō ego,viuit aūt in me christus. Et rursus an experimentū q̄ritis eius qui in me loquiť christus. ¶ Haec porta dn̄o. hoc est quod cōfitebor dn̄o/hoc est quod credent & laudabūt fideles mei:scilicet. haec porta dn̄o/haec fides euangelica est porta domino/per quā solam aditus est ad deū. Iusti intrabunt in eā. non prius iusti/postea intrāt:sed introeūdo iustificanť/& iustificando intrāt. nō est enim datum aliud nomē sub coelo in quo oporteat nos saluos fieri/dixit petrus apostolus act. 4. ℭ Cōfitebor te. Reuocat sermonē ad deum. Cōfitebor te/laudabo te dn̄e/per meipm̄ & fideles meos:qm̄ respōdisti mihi. Conclusio est gratiarūactionis. qa rn̄disti mihi/facto resurrectiōis gloriosę:& fuisti mihi saluti / ęternę imortalitatis.

Lapis. Tractať hic illa particula/confitemini dn̄o:cum consequentibus,dicat nūc/dicāt nūc &c̄. Tractať aūt introducendo iustos(apostolos scilicet & alios cōfitentes christi resurrectionē)& īchoādo ab admiratione facti,ꝙ christus reprobatus a pōtificibus & primatibus iudęorū exaltatus est a deo. ¶ Lapis. Parabola assumiť lapidis refutati ab ædificatoribus & tn̄ demū positi in caput anguli/in loco honorabili significato p caput,& multum officioso/significato p angulū:vtpote ad officium cōiungēdi vtrūq: parietē coeuntē in angulū. Et itēdit p hāc parabolā sub specie lapidis mesiā solidū(de quo inqt aplus. petra aūt erat chrs)despectū & reprobatū a pōtificibus iudęoꝝ,habētibus officiū ædificādi domū viuā dei:q̄ ex hoibus colētibus deū cōstruiť. Reprobatus. n. ab his fuit tanq̄ indignus & inhabilis vt esset de synagoga/vt esset in numero colētiū deū. Et tn̄ hic idē fuit in caput anguli. factus est. n. caput

spūalis ædificii chrianę religionis:coniungens hinc iudęos inde gentiles.ipse nanq est pax nostra qui fecit vtraq vnū:vt dicit ad ephe.2.℣ A dño:nō ab humana arte:nō casu,fuit istud:hoc separatum.i.mirabile & vere admiratione dignū,est in oculis nostris.Hinc clare apparet ꝙ iusti introducunt loquentes:alioquin nō dicerent in oculis nostris,nec subderēt in numero plurali primæ personę exultabimus & lętabimur.℣ Hæc dies:supple est,fecit dñs:supple quā fecit dñs.Oēs dies fecit dñs:sed hæc dies imortalitatis singularissime dicit facta a dño:qm̄ dies est oino supnaturalis ꝙ carneū corpus effectum fuerit imortalis vitæ:ꝙ inchoata fuerit imortalitas humani generis ſm corpus . & ꝓpterea exultabimus nos iusti,& lętabimur in ea. ℭ Obsecro dñe. Vox est iustoꝝ exultantiū & lętātiū ob resurrectionē christi alloquēdo chrm.& aduerbiū obsecrantis est obsecro.Obsecro dñe salua nūc:ex quo aduenit tēpus salutis:obsecro dñe fac ꝓficere nūc:fac augeri ꝓfectū facere euāgelium fidei christianę.Benedictus q venit in noie dñi.ego veni in noie patris mei:ꝑdicabat chrs.Et ꝓpterea credētes recipiunt ipm cantādo bñdictus qui venit in noie dñi.Et per hoc cōfitent eius humanitatē.℣ Deus dñs,& illuxit nobis. Dicēdo deus dñs:confitent eius diuinitatē.& illuxit nobis:per gratiā internā & claritatē euāgelice doctrinę. Apertuit.n.ad lrām in die resurrectiōis suę apostolis sensum vt itelligerēt scripturas.& cōtinue lucet nobis ꝑ lumē fidei:qui tūc lōge clarius illuxit ꝑ dies.40.apparēs eis:& loquēs de regno dei:& postea mittens spūsanctū visibiliter &c̄. ℭ Benediximus vos de domo dñi.Aduerte ꝙ more metrico iterponunt qñq sniæ.vnde lrā sic est ordināda vt exposuimus.s.bñdictus q venit in noie dñi,deus dñs & illuxit nobis.& postea subiūgendū est:benediximus vos &c̄.q̄uis iuxta metri cōpositionē hæc clausula benediximus vos de domo dñi:media locet inter bñdictus & deus.Apostrophant itaq iusti recępta chri fide ad cultores templi dei:hoc est ad iudęos colētes deū ſm ritū veteris testi,dicendo.Benediximus vos:existētes de domo dñi:cultores tēpli.nō maledicimus vos,qm̄ sequimur illū qui nō venit soluere legē:sed benedicimus vos:benedictionē ꝓmissam abrahę in qua benedicent oēs gentes ꝑdicauimus vobis.Et ꝓpterea ligate festū in frōdibus vsq cornua altaris:hoc est ꝑparate diē festiuū. Alludit enim ad antiquū morē quo frōdosos ramos ligabāt in atriis tēpli hinc & inde ꝑ solēnitate festi vsq ad altare in quo offerebant sacrificia.Et vsq hodie in multis ecclesiis hmōi ornatus seruat:dū appendunt rami lauri myrti &c̄.Intendit enim per hoc declarare ꝙ iudęi cum gaudio festiuo amplecti deberēt fidem resurrectionis christi:quem tanto desiderio patres expectauerunt.

Deus meus tu.Hactenus iusti locuti sunt:mō ꝓpheta q ichoauit psalmū loquit:alloquēdo mesiā iā resuscitatū a mortuis.Deus meus tu,& cōfitebor:nō erubescā cōfiteri te esse deū meū:deus meus exaltabo te:nō ī teipō sed laudibus extollēdo.℣ Cōfitemini dño:qm̄ bonus,qm̄ ętemo gr̄a eius.Post ꝓfessionē fidei suę hortat oēs ad laudandū deū de tāto bñficio:repetēdo qd̄ in principio ꝓposuerat.Amen.

Aleph. ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Haleluiah. CXVIII.

Beati immaculati in uia:qui ambulant in lege domini.
Beati qui scrutantur testimonia eius:in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquitatem:in uiis eius ambulauerunt.
Tu mandasti mandata tua:custodiri nimis.
Vtinā dirigantur uię meæ:ad custodiendas iustificationes tuas.
Tunc nō confundar:quum perspexero in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis:in eo ꝙ didici iudicia iustitię tuę.
Iustificationes tuas custodiam:non me derelinquas usquequaq.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. CXIX.

Aleph. Propheta. Beatitudines perfectorum uię, ambulantiū in doctrina dñi.
Aleph. Btitudines custodientium testimonia eius: in toto corde requirent eum.
Aleph. Etiam non operati iniquitatem,in uiis eius ambulauerunt.
Aleph. Tu mandasti pręcepta tua:ad custodiendum ualde.
Aleph. Vtinam dirigentur uię meę:ad custodiendum statuta tua.
Aleph. Tunc non erubescam:in meo respicere ad omnia mandata tua.
Aleph. Confitebor te in rectitudine cordis:in meo discere iudicia iustitię tuę.
Aleph. Statuta tua custodiam:ne derelinque me usq ualde.

Titulus nullus est. ℭ Materia psalmi ex ipso euidēter apparet moralis:qa a principio vsq ad finē morales actus tractat.Circa tōnem aūt tractandi:aduerte ꝓphetā in hoc psalmo cōuertere tria.s.

gratiā diuinā/legem diuinā/& motus humanos. Ita ꝙ intētio ꝓphetę/est hoꝝ trium cōnexionē descri/bere ſm diuersos seu vniuersos motus humani animi ad deū tedētis. Et ꝓpterea tot īduit ꝑsonas quot genera motuū humanoꝝ ītroducit, quatenus formādi seu formati sunt diuina gratia/& similiter quatenus formādi seu formati sunt diuina lege. Et gratia quidē diuina significaẜ diuersis actibus: puta dirigere/docere/viuificare/saluare/cōfirmare &c̄. Lex vero significaẜ mādato/ꝑcępto/testimonio/verbo &c̄. Actus aūt humani significanẜ desiderio/electione/oratione &c̄. Vnde materia psalmi est homo tendēs ad deū/formādus seu formatus in actibus suis diuina tā gr̄a q̄ lege. ⁋ Et quia psalmus iste ex .zz. octonariis cōstat iuxta .zz. literas alphabeti hebraici/sicuꝑ hebręa lingua cōditus est vt qlibet octonarius vendicet sibi ꝓpriā alphabeti literam nō solū in primo versiculo sed in singulis octo versiculis (ita ꝙ totus primus octonarius in capitibus singulorū octo versuū incipit ab aleph, & similiter secūdus a beth, & sic deinceps) ideo reseruato secretiore mysteriō spūisancto/accipiendum hinc censui ꝙ alphabetū integrū hoc in psalmo significet vniuersitatē motuū ambulantiū in via dei: & ꝙ diuersitas literarū significet diuersas esse materias diuersoꝝ octonarioꝝ: & ꝙ vnitas literę in vno octonario significet vnitatē materię ī illo. Et ꝓpterea psalmus iste vtpote singularis/merito sibi vēdicat singularē exponēdi modū.

¶ Persona loquens propheta est.

BEatitudines ꝑfectoꝝ. Diuidiẜ psalmus in .zz. partes iuxta .zz. octonarios. Ita ꝙ .zz. personas agit ꝓpheta in hoc psalmo: singulas in singulis octonariis explicādas. ¶ In hoc itaꝑ primo octonario agit ꝓpheta ꝑsonā desiderātis vt diriganẜ viæ suæ ad deū. Et exprimiẜ persona hæc in versiculo .5. vtinā dirigenẜ vię meę ad custodiendū statuta tua. Aptū ꝑfecto principiū: qm̄ primus humanę mentis motus versus deū/est desiderare dirigi ad deū. ¶ Describiẜ aūt ꝑsona hæc tū ex motiuis desiderii/tū quo ad rē desideratā/tū quo ad fructū rei desideratę. ⁋ Motiua sunt duo seu tria. Primū ex parte finis seu ꝑmii: quod est primū in itētione. A quo īchoat suspirādo. Beatitudines/in hac vita in spe & in alia in re, sunt ꝑfectoꝝ/nō scia aut decore, sed viæ hoium ambulātiū in doctrina dn̄i. Et intendit ꝙ beati sunt nō quicunꝑ sed ꝑfecti. Ac si apte dixisset. o fœlices eos qui sunt ꝑfecti inter ambulātes in doctrina dn̄i. Inter ambulātes dixit, nō inter sciētes. Cōgruit ꝑsonæ desiderāti dirigi vias suas ad deū/vt primū suspiciat cōtēplando ꝑmiū ambulātium in via dei/& suspirādo ad illud fœlicitatē eoꝝ ꝑferat. ⁋ Beatitudines custodiētiū. Nō solū ꝑfectos sed ꝓficientes in via dei beatos exclamat. Custodientes a duplici actu describunẜ. s. ab exteriori obseruatione/dicēdo custodiētiū testimonia eius. Diuina ꝑcępta appellanẜ etē testimonia dei. tum qa testimoniū ꝑhibēt deo vt legislatori quatenus vera/iusta sanctaꝑ sunt: & testimoniū ꝑhibent nobis seruātibus ipsa ꝙ filii dei sumus. In toto corde. Exterior obseruatio nisi ex integro corde reqraẜ deus/nihil ꝓdest. et ꝓpterea nō dicunẜ beati custodientes/nisi simul sint ex toto corde q̄rētes deū. Toto aūt corde quęrere deū/est q̄rere deū sicꝑ in corde q̄rētis nihil sit cōtrariū officio quęrendi deū. si. n. in corde esset locus cōtrario/iam non ex toto corde quæreretur.

¶ Etiā nō opati iniquitatē. Triplex ordo ambulātiū in via dei descriptus est. s. ꝑfectoꝝ in primo/ꝓficientiū in secūdo/& incipiētium in hoc tertio versiculo. Et vtriꝑ qdē illi dicti sunt beati/isti aūt non: vt hinc īsinueẜ duo motiua desiderii describi. Alteꝝ ex btitudine. alteꝝ ex cunctis ordinibus ambulātiū in via dei. Magnū siquidē motiuū desiderii est btitudo: sed nō despiciendū motiuū est multiplex ordo ambulātiū in via dei. Accēdiẜ. n. desideriū/nō solū ex ꝑmio, sed ab exēplo: ꝑcipue diuersoꝝ ordinum ambulātium in via dei. Perfectis itaꝑ & ꝓficiētibus adiungit studētes ad cauēdū a pc̄tis. hoc est enim incipiētium studium. Et hoc significatur dicendo. etiam non operati iniquitatem. In quo studium ad cauendum a peccatis cum victoria/describitur per non operati iniquitatem. In viis eius/dei, ambulanerunt: hoc est etiam ipsi sunt de numero ambulantium in via dei.

Tu mādasti. Tertiū motiuum desiderii/ex parte agentis (hoc est dei ꝑcipiētis) describiẜ. Tu/deus/non moyses aut angelus aut hō qcunꝑ, mādasti ꝑcępta tua/nō humana decreta: ad custodiendum/nō ad audiendum aut sciēdū seu docēdum sed ad obseruādum, valde/nō parū/nō tepide/nō segniter. Constat enim multū cōferre ad mouēdum humānum aīum/autoritatē tanti principis ꝑcipientis.

Vtinā (ipm aduerbium explicat ꝑsonā desiderātē) dirigenẜ/a diuina gr̄a, vię meę. Hebręi nullū habētes futurum nisi īdicatiui/illo vtunẜ loco optatiui. Ecce res desiderata: ꝙ dirigant vię meę/cogitatiōes/volitiones/passiones/opationes/locutiones/studia mea. hęc. n. sunt viæ ꝑ quas in humana vita humanus gradiẜ aīus. Ad custodiēdum statuta tua/ad obseruādā legē tuā. ⁋ Aduerte hic ꝑ toto hoc psalmo ꝙ statuti noīe ex īdustria īterp̄tes nr̄i vtunẜ ad significādum ꝑcępta cęrimonialia: vt hinc discernāt lectores qn̄ in hoc psalmo fit spālis mētio de ꝑcæptis cęrimonialibus. Et in hoc versiculo aduerte ꝑsonā desiderātē describi ab obseruatione cęrimonialiū (vtpotē minimoꝝ) ꝑcæptoꝝ: ad significādum ꝙ ꝑsona hæc desiderat vias suas dirigi ad plenā obseruationē diuinæ legis vsꝑ ad minima præcepta.

Tunc nō erubescam. Tractaẜ fructus duplex directionis desideratę, simul explicādo duplicē directionis modū. Reddit. n. rōnem ex p̄te fructus quare dixit vtinam dirigenẜ: qa in meo respicere ad oīa mandata tua nō erubescā. Vbi respicere ad oīa mandata/est vna species directionis. Diuina siquidem gratia dirigit per hoc ꝙ facit hoīem respicere nō ad aliqua sed ad oīa mādata diuina: alioqn nō sufficiēter

dirigeret:quū cōnexa sint oīa dei mandata.& vno nō visolerrarec ita φ fieret hō oīum reus:iuxta iacobi apostoli sniam ca.2.¶ Fructus aūt visionis significaꝫ dicendo/tunc nō erubescam. Ratio siquidē erubescendi,est quū non tota lege ꝑspecta occurrit aliquid cōtrarium/φ si totā legem vidissemus nō fuissemus cōfusi.Et sicut hoc accidit in erubescētia exteriori,ita cōtingit intus aīum cōfundi nō respectis mādatis dei omnibus. ¶ Cōfitebor te.Hic est alter fructus directionis desideratę:laudare scilicet deum corde recto.Et hic fructus nasci describiꝫ ex desiderata directione significata dicēdo.in meo discere iudicia iustitiæ tuæ.Iudicia iustitiæ dei vocanꝫ quæcunq; iustitia dei iudicat debita esse a nobis,siue deo siue hoībus.Et diuina gratia dirigit nos faciēdo nos discere quęcunq; ₰m diuinā iustitiā debemus,siue deo siue hoībus.¶ Vbi ēt nota ordinatū ꝑgressum.nā rectissimus directionis ordo significaꝫ, prius cōsiderare oīa dei mandata:per qđ uitia præcipitationis/inconsiderationis & negligentię excluduntur. Deinde discere ab illis mandatis quęcunq; sunt debita:quia ad hoc ordinaꝫ videre oīa mandata vt discamus quod debemus tā deo q̄ hoībus.Et singulis spēbus directionis congrui accōmodanꝫ fructus:ille nō erubescere,huic recto corde confiteri deum.

Statuta tua.Duo desiderauerat(scilicet dirigi & custodire legē)dicēdo/vtinā dirigenꝫ vię meę ad custodiēdū statuta tua.explicauit prius fructū duplicē directiōis:explicat mō fructū custodię.Et(vt iā dictū ē) ꝑ custodiā statutoꝝ itēdit obseruationē legis plenā vsq; ad minima q̄ sūt p̄cepta cęrimonialia.

Ne derelinque.Fructus plenę obseruationis legis describiꝫ φ deus nō derelinquit hoīem vsq; valde: hoc est vsq; ad enormem lapsum,q̄uis relinquat eū citra magnū casum.Et describiꝫ fructus hic depcatiue:qa dei auxiliū custodiens hoīem ad pseuerandum in gratia sua,non est donum aliquod positū in aīa nr̄a/sicut sunt charitas & alię virtutes infusę:sed est specialis cura quam diuersis actionibus/motibus & occasionibus &c̄.deus exercet,custodiēdo hominem,ne vsq;adeo labatur vt perdat grām:quod esset derelinqui hoīem vsq; valde. Continuis itaq; p̄cibus recognoscendū hunc fructum propheta significauit/deprecatiue ipm subiungendo:tanq̄ nō in sua sed in dei actione cōsistentem.

¶ VVLGATA EDITIO.

Beth. IN quo corrigit adolescentior uiam suam,in custodiendo sermones tuos?
In toto corde meo exquisiui te:ne repellas me a mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia tua:ut non peccem tibi.
Benedictus es domine:doce me iustificationes tuas.
In labiis meis pronunciaui:omnia iudicia oris tui.
In uia testimoniorum tuorum delectatus sum:sicut in omnibus diuitiis.
In mandatis tuis exercebor:& considerabo uias tuas.
In iustificationibus tuis meditabor:non obliuiscar sermones tuos.

¶ IVXTA HEBRÆVM.

1 Beth. IN quo mundabit puer uiam suā,ad custodiendum ₰m uerbum tuum?
2 Beth. In toto corde meo exquisiui te:ne aberrare me fac a mandatis tuis.
3 Beth. In corde meo abscondi dictum tuum:propterea non peccabo tibi.
4 Beth. Benedictus tu domine:doce me statuta tua.
5 Beth. In labiis meis narraui,omnia iudicia oris tui.
6 Beth. In uia testimoniorum tuorum lętatus sum:quasi super omni opulentia.
7 Beth. In pręceptis tuis loquar:& respiciam semitas tuas.
8 Beth. In statutis tuis deliciabor:non obliuiscar uerbum tuum.

In quo mundabit. In hoc secundo octonario ꝑpheta iduit ꝑsonā innocētis pueri curātis se custodire mundum ₰m legem dei.Hæc.n.ꝑsona explicaꝫ in primo versiculo,dicēdo interrogatiue.in quo mundabit/mundā habebit,viā suam/actiones & mores vitæ suę,puer/innocens.Ab ætate innocentię & principio vtendi ratione nominauit innocentem.mundabit inquam ad custodiēdum/seipsum,₰m verbum tuum/non ₰m consilia carnis aut mundi.

¶ In toto corde. Describiꝫ cura huius ꝑsonæ dupliciter ₰m duas partes iustitię.Primo ₰m declinare a malo:& deinde ₰m facere bonū.in vtraq; colligēdo ₰m legē dei. ¶ Cura ad declinandū a malo/describitur in secūdo & tertio versiculis,in duobus assumptis ad hoc mediis.Primū ē.In toto corde meo exq̄siui te:hoc est q̄ tua sunt/regnū tuum/voluntatē tuā/gloriā tuā &c̄.& sic cōsequar ne aberrare me fac a mādatis tuis:hoc est ne ꝑmittas me peccare.Et describiꝫ fructus iste depcatiue ꝑꝑ rōnē supius dictā

in vltimo verſu primi octonarii: quia ſcilicet actio iſta non eſt in poteſtate perſonę ſed dei. Simulq̃ ſignificatur primo medio ad declinandum a malo, coniunctum eſſe continuum recurſum ad deum, ſupplicando ne aberrare me fac a mandatis tuis.

In corde meo. Secundum mediũ ad declinãdum a malo, deſcribitur. in corde meo abſcõdi dictũ tuum: hoc ẽ tãtifeci & tã chara habui dicta tua ꝙ recõdidi ea in ſecretiſſimo loco cordis mei, ad ſimilitudinẽ rerum pręcioſarum q̃ ſeruandę recõduntur in locis occultis. ℣ Fructus autẽ ſubditur. ppterea non peccabo tibi, nõ offendam te. Libra prudẽs lector hæc duo media: quia inuenies ea efficaciſſima.

Benedictus tu. Cura euiſdẽ pſonę ad alterã iuſtitiæ partẽ (ſcilicet ad faciẽdũ bonũ) deſcribitur tripli ci medio. Primum eſt recurſus ad deũ. tum gr̃as agendo, bñdictus tu dñe. tum ſupplicãdo ei vt digne tur eſſe doctor internus etiam in minimis legis, doce me ſtatuta tua.

In labiis meis. Poſt recurſum ad deũ, adiungit media ppriorum ſtudiorum. Quorum primũ eſt exercere ſe in locutione diuinorum. In labiis meis narraui oĩa iudicia oris tui. Nõ dicit oĩa iudicia tua (ſciebat. n. ꝙ inenarrabilia ſunt oĩa iudicia dei) ſed dicit oĩa iudicia oris tui, hoc eſt manifeſtata nobis ore tuo: hęc. n. ſũt narrabilia Nec dicit ꝙ ſimul aut vno die oĩa narrauit, ſed ꝙ narrauit: hoc eſt ꝙ exercuit ſe in narrationibus iudiciorum dei cõtinuãdo vſq; ad narrationẽ oĩum, q̃ tñ deus manifeſtauit. Quod eſt ſignificare conti nuã exercitationẽ in locutione diuinorum operum. hoc eſt. n. magnum medium ad faciendum bonũ.

In via teſtimoniorũ tuorum. Vltimũ medium deſcribitur lętitia in via dei. In via teſtimoniorum tuorum: hoc eſt operum charitatis, fidei, ſpei. hęc. n. ſunt teſtimonia dei in hoĩbus: iuxta verbũ dñi. in hoc cognoſcent hoĩes ꝙ diſcipuli mei eritis ſi dilectionẽ meã ſeruaueritis ioã. 13. Quaſi ſup oĩ opulẽtia. Nõ appareat tibi valde magna virtus lętari in via dei ſicut in oĩbus diuitiis: qñquidẽ paulus ad ro. 6. fragilitati humanę compatiens dicit ſe non plus exigere, dicendo. Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ, ſicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire imundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitię in ſanctificationem.

In pceptis tuis. Vtriuſq; medii aſſumpti ad faciẽdum bonũ (ſcilicet locutionis de diuinis & lętitiæ in via dei) fructus deſcribitur: vt itelligamus quantũ vtilitatis afferãt dicta media. ℣ Fructum itaq; locu tionis cõtinuę de diuinis deſcribit, repetẽdo locutionẽ. In pceptis tuis loquar, pſeuerabo loquẽs. Et reſpiciã. Hic eſt fructus. reſpicere ſemitas dei, illuminari ad videndũ etiam arctas vias dei ducentes ad vitam: per quas pauci gradiuntur.

In ſtatutis tuis delectabor. Repetit quoq; medium lętitię in pſeueranti ſolatio ẽt in minimis legis. ℣ Nõ obliuiſcar. Ecce fructus lętitiæ & ſolatii in diuinis. Et vere magnus fructus eſt nõ obliuiſci verbũ dei. Intellige per nõ obliuiſci nõ ſolam memoriã: ſed memoriam de qua alibi ſcriptum eſt, & memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea. nõ omittam exequi verbum tuum.

ℭ VVLGATA EDITIO.

Ghimel. RETribue ſeruo tuo: uiuifica me, & cuſtodiam ſermones tuos.
Reuela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.
Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mandata tua.
Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore.
Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.
Aufer a me opprobrium & contemptũ: quia teſtimonia tua exquiſiui.
Etenim ſederunt principes & aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.
Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilium meum iuſtificationes tuę

ℭ IVXTA HEBRÆVM.

1 Ghimel. RETribue ſuper ſeruũ tuum: uiuam & cuſtodiam uerbum tuum.
2 Ghimel. Reuela oculos meos: & uidebo ſeparata de doctrina tua.
3 Ghimel. Peregrinus ego in terra: ne abſconde a me mandata tua.
4 Ghimel. Fracta anima mea eſt deſiderio ad iudicia tua: in omni tempore.
5 Ghimel. Increpaſti ſuperbos: maledicti aberrantes a mandatis tuis.
6 Ghimel. Volue deſuper me opprobrium & contemptũ: qm̃ teſtimonia tua cuſtodiui.
7 Ghimel. Etiã ſederunt principes, in me locuti ſunt: ſeruus tuus loquetur in ſtatutis tuis.
8 Ghimel. Etiam teſtimonia tua erũt ſolatia mea: erũt uiri conſilii mei.

Retribue sup seruum tuū. In hoc tertio octonario ppheta induit psonā peregrini in hoc mūdo: de quo aplus.nō hēmus hic manentē ciuitatē sed futurā inqrimus ad hebr.vlt.Et explicat illam in tertio versiculo.peregrinus ego in terra.Per qd̄ apetit se nō esse in terra vt ciuē mūdi huius:sed versari in hoc mundo tanq̄ in aliena patria. ¶ Describit aūt peregrini psona dupliciter.Primo relata ad bonū desideratū.secūdo relata ad malū psens qd̄ patit. ¶ Ad triplex āt bonū desideratū se refert. Primo ad pmiū aeternū,supplicādo.retribue sup seruū tuū.Primū.n.desideratū a pegrino in terra est aeterne retributionis pmiū:iuxta illud.2.ad timo.4.reposita est mihi corona iustitie quā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Sup seruū tuū:mercedē seruiēti tibi. ¶ Viuā & custodiā. Secūdū bonū desideratū a pegrino est cōtinuū meritū,cōtinue obseq deo. Vñ per hoc cōprobans se seruū dei ait. Viuā,nō mihi,sed ad hoc vt custodiam verbum tuum,vniuersam vitam meam dicaui ad custodiendum verbum tuum.

Reuela oculos meos. Tertiū bonum a peregrino desideratū est exercitatio mētis in cōsideratione diuinorū.Et qm̄ mentis visio,ad similitudinem visionis corporalis ipedit̄ qn̄q; ex parte videntis hntis aliquod velamē in oculis,qn̄q; aūt ex parte rei videdę q̄ occultat,ideo pegrinus vtrūq; ipedimētū itemę cōsiderationis desiderat tolli. ¶ Et primo qdē velamen obtusi sensus,dicendo.reuela oculos meos,tolle velamen ab oculis meis internis.Obtusi inqt aplus.2.ad cor.3.sunt sensus eorū & velamē est sup cor eorū quū legit moyses.Hoc velamen abstulit chrs,dum aperuit apl'is sensum vt itelligerēt scripturas luc.vlt. ¶ De altero vero ipedimēto postea petit.ne abscōde a me mādata tua. Vobis inqt chrs luc.8.datū est nosse mysteriū regni dei,caeteris aūt in parabolis,sub qbus occultat̄ mysteriū regni dei. ¶ Et videbo separata.i.mirabilia,de doctrina tua. Sublatis ipedimētis hic & ide,exercebor vidēdo mirabilia q̄ admiratione sui excitāt & trahūt mentē ad cōsiderādū,nō in curiosis doctrinis sed in doctrina tua.

Fracta aīa mea. Dixerat retribue sup seruū tuū,desiderādo retributionē ęternā.Et qa retributio aeterna actus est diuini iudicii(deus.n.iustus iudex retribuit vnicuiq; scd̄m opa eius,seruis suis aeternū pmium, iniqs aūt aeternū supplicium)ideo mō, declarat effectū in seipso subsecutū ex desiderio aeterne retributionis integro:hoc est ex desiderio diuini iudicii integri:hoc est quo ad vtranq; partē iudicii.s.retributionē tā iustis q̄ iniquis.Desiderās enim aeternū pmiū,desiderat semiiudiciū:desiderās aūt iudiciū dei erga iustos & iniustos,desiderat iregrū iudiciū.Et ppterea peregrinus desideriū suū aeterne retributionis in principio positū,modo integratiuē declaret effectū in se subsecutū ex tali integro desiderio. ¶ Hmōi itaq; effectū describit dicēdo.Fracta aīa mea. Infractus aīus hoīum huius mundi dr̄ aīus celsus,& fortē se exhibens ad ea quae sunt honoris,gloriae,imperii,& id genus reliqua.Peregrinus iste ex desiderio ęterni iudicii dei,fractum suum asserit aīum:vtpote retractum ab appetitu honorū,gloriae,& reliquorū quę mundi sunt.Desiderio datiui casus est iuxta modum hebraice lingue. Ad iudicia tua(pluraliter dixit iudicia ppter pluralitatem vindictarum quas postea subdit,)in omni tpe:hoc est aeterna.

Increpasti superbos. Pluralitas iudiciorū diuinorū subiungit̄. Increpasti supbos,maledicti aberrantes.Duę vindictę describunt̄.Altera cōis oibus iniquis.Maledicti abertantes a mandatis tuis,ite maledicti in ignem aeternum.Altera spālis superbis. Increpasti supbos:qa quū cetera vitia fugiāt a deo, sola superbia se opponit.Et ppterea superbis deus resistit:& spāliter increpari describunt̄. Et meminit horū iudiciorum peregrinus:quia desiderans bonum diuinae iustitię hinc in suo pmio,inde in vindicta superborum & contemnentium mandata dei,fregit sibiipsi animum a prosecutione mundanorū quę superbi & aberrantes a mandatis dei infracto animo prosequuntur. ¶ Vbi nota q̄ peregrinus nō dicit se propter timorem horum iudiciorum,sed ppter desiderium iudiciorum fractum habere aīum: quia tante pfectionis est vt desideret diuinam iustitiam:iuxta verbum pauli.non solum aūt mihi,sed & iis qui diligunt aduentum eius.Et non dixit,sed & iis qui timent.

Volue desuper me. Postq̄ relatus est peregrinus ad bonū desideratum,modo refert̄ ad malum qd̄ patit̄:malum.s.opprobrii & contemptus.Despicitur enim & opprobrio afficitur quia reliquit quae sunt huius mundi & dicanit se mandatis dei:iuxta illud iob.12.deridetur iusti simplicitas,lampas contempta.Nec supplicat tolle opprobrium & contemptum huiusmodi,sed volue:hoc est in alteram partem verte:scilicet in letitiam & dignitatem:iuxta illud.ibant apostoli gaudentes a cōspectu concilii,qm̄ digni habiti sunt pro noīe iesu cōtumeliam pati.Diuina enim gratia voluitur opprobrium & despectio in dignitatem filiorum dei,quum ideo contemnimur qm̄ testimonia dei custodimus.

Etiā sederūt principes. Explicat contemptores non solum populares sed etiam principes, non impetu furoris sed quum sederunt,non tacita cogitatione sed in me locuti sunt. ¶ Seruus tuus. Explicat qualis ipse peregrinus sit contemnentibus & loquentibus aduersus se etiam principibus. Et de seipso loquitur in tertia persona.Primo quo ad loquelam.Seruus tuus loquetur,perseuerabit loquens:in statutis tuis,etiam in minimis legis. ¶ Deinde quo ad delectationem.Etiam testimonia tua,sacrę scripturę testimonium perhibentes de te,solatia mea,supple sunt. Et tertio quo ad consilium. viri consilii mei: hoc est testimonia tua sunt & solatia mea & viri consilii mei, hoc est tanq̄ viri consilii mei. Ita q̄ supplent materiam solatii & locum consiliariorum:dum in testimoniis scripturarum delectorū & ab ipsis consilium capio.

¶ VVLGATA EDITIO.

Daleth. ADhęsit pauimento anima mea: uiuifica me secundum uerbum tuum.
Vias meas enunciaui & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea prę tedio: confirma me in uerbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me: & de lege tua miserere mei.
Viam ueritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhęsi testimoniis tuis domine: noli me confundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

¶ IVXTA HEBRÆVM.

1 Daleth. ADhęsit pulueri anima mea: uiuifica me iuxta uerbum tuum.
2 Daleth. Vias meas enarraui & respondisti mihi: doce me statuta tua.
3 Daleth. Viam pręceptorum tuorum fac me intelligere: & loquar in separatis tuis.
4 Daleth. Stillauit anima mea prę tristitia: confirma me iuxta uerbum tuum.
5 Daleth. Viam falsitatis fac cessare a me: & doctrina tua miserere mei.
6 Daleth. Viam ueritatis elegi: iudicia tua coęquaui.
7 Daleth. Adhęsi in testimoniis tuis domine: ne confunde me.
8 Daleth. Viam mandatorum tuorum curram: quoniam dilatabis cor meum.

ADhęsit pulueri. In hoc quarto octonario propheta induit personam hominis mente seruientis legi dei, carne autem legi peccati. Explicatque hanc personam in primo versiculo. adhęsit pulueri anima mea. Caro humana corruptioni obnoxia vocatur puluis: dicente deo primo parenti post peccatum. puluis es & in puluerem reuerteris gene. 3. Tali pulueri anima adheret non solum vt naturalis forma eius, sed vt sentiens in opere suo carnalem fomitem. De qua adhęsione inquit apostolus ad ro. 7. non quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Et legenda est hæc particula ingemiscentis affectu. ita quod ingemiscens persona hæc ait. Adhęsit, velit nolit, pulueri, carnali fomiti, anima mea, volens tendere ad superiora. Sentit enim persona hæc contraria: dum ex parte superiori mentem legem spiritus ac dei habet, ex parte vero inferiori carnales passiones legemque fomitis trahentis animam ad peccatum. ¶ Viuifica me. Describitur persona hęc tripliciter. Primo relata ad perfectionem partis superioris. secundo relata ad perfectionem partis inferioris. & demum relata ad effectum vtriusque perfectionis. ¶ Triplex autem in superiori parte perfectio tangitur. Primo vita, non naturę sed gratię. Quam suppliciter petit a deo. viuifica me iuxta verbum tuum. non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei dicente. S. Secundo recognitio sui, quod iuste hoc patitur. Quam explicat. vias meas enarraui, vias inquam internas. video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę. Has coram te enarraui, & respondisti mihi, reuelasti mihi iuste me hoc pati: quia per inobedientiam vnius peccatores constituti sumus. Hæc enim diuina responsio non datur nisi confitentibus diuersitatem viarum in seipsis in hoc quod anima adhęsit pulueri. hęc siquidem confessio longe est ab infidelibus omnibus, & negantibus peccatum originale. ¶ Doce me. Tertia perfectio diuinę est instructionis. Quam petit dupliciter. Doce me statuta tua, et minima pręcepta. viam pręceptorum tuorum fac me intelligere. Docere commune est deo & aliis doctoribus: facere autem intelligere, officium est dei. Et propterea subiungendo hunc effectum, ostendit quod internum docere petit tam efficax vt pareret in eo intelligentiam, non quorumcunque sed vię pręceptorum dei. Et loquar. Tanquam proprium mentis organum est lingua in officio locutionis. Et propterea cum parte superiori connumeratur perfectio linguę. Et loquar in separatis. i. mirabilibus, tuis, tam rebus quam operibus.

¶ Stillauit anima mea prę tristitia. Postquam relata est persona hæc ad perfectionem partis superioris, describitur modo relata ad perfectionem partis inferioris. In qua primo occurrit magna animi tristitia de sensata repugnantia quam significat. Stillauit, lachrymis, anima mea, non caro mea, prę tristitia, de repugnantia quę nobis nolentibus inest. Lege hanc in apostolo. infoelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?

Confirma me secundum verbum tuum. Primum requisitum ad perfectionem inferioris partis est firmitas animi ad resistendum insurgenti seu repugnanti fomiti sensus. Et propterea primo petit. confirma me iuxta verbum tuum.

Viam falsitatis. Secundum requisitum ad perfectionem inferioris partis est debilitatio fomitis. Et ideo petit. viam falsitatis. Via carnis, via iniquitatis, via peccati & via falsitatis, i. idem redeunt. sed appellatur via falsitatis, quia est via consona falsitati: hoc est habens secum non esse quod est & esse quod non est. omnis enim huiusmodi via fallit: tanquam ducens ad bonum delectabile seu vtile seu etiam honestum, & tamen ducit ad æternum damnum, ad ęternam tristitiam, & ad æternum inhonestum. Fac cessare a me. Via fomitis quę via falsitatis dicitur, congenita est nobis in peccato originali. Et propterea persona hęc

non audet dicere/viā falsitatis abstuli a me:sed supplr rogat fac cessare a me:ne.s.abducat me. ¶ Et doctrina tua miserere mei. Petita firmitate aī & debilitate fomitis, supest ad pfectionē iferioris ptis mediū quo hr̄ firmitas supius & debilitas iferius/ vt hō expedite opeť bonū nō obstante fomite. Hoc aūt mediū cōstat ex redūdātia documētorꝝ diuinorꝝ seu diuinę legis ad ptē iferiorē/cū triplici actione subordinata. Et iō redūdātiā diuinę doctrinę seu legis petit adiūcta cōmiseratiōe. dicēdo & doctrina tua idole seu miserere mei. Est.n.sensus.cōmiserādo extēde legē tuā/doctrinā tuā. eget.n.pars aī iferior spāli cōmiseratione ad hoc vt diuina lex vsq; ad ipsam redūdet; quum sit in infimo gradu participātiū rationem.

Viā veritatis elegi. Pria actio diuinę doctrinę seu legis/in aīo cōcurrēs ad pfectionē iferioris ptis/explicať. Nō dicit veritatē sed viā veritatis. tū qa elegit viā morū veritati concordem. tum qa elegit non vnum aut duos aut quosdā actus veritatis seu veritati cōcordes, sed elegit vniuersitatē actuum veritatis: elegit.n.nō pgredi alia via q̄ via veritatis. ¶ Iudicia tua coęq̄ui. Secūda actio cui pria subordinatur explicať. Vnusqsq; princeps alicuius sectę pfiteť se viā veritatis eligere: sed mētiunť si in via quam elegerūt iudicia diuina nō coęquāt/si a iudiciis diuinis discrepāt/si veritatē aliā dicūt q̄ eā q̄ cōformis ē iudiciis diuinis. Et ppea psona haec manifestat se viam veritatis elegisse, subiūgēs. iudicia tua coęq̄ui: hoc est conformaui oēs electiones meas iudiciis tuis/nihil elegi difforme seu iniquum iudiciis tuis.

Adhęsi in testimoniis tuis dn̄e. Tertia actio cui subordinať secūda/explicať. Magna qō suboriri posset q̄ sint iudicia dei & q̄ nō/& cōsequēter q̄ est veritas fm iudicia dei & q̄ nō, nisi adessent diuina testimonia: hoc est sacrę scripturę/phibētes testimoniū de iudiciis diuinis. Et ppea psona haec tanq̄ ad vltimā resolutionē electę veritatis recurrit, afferens. adhęsi testimoniis tuis dn̄e/adhaesi scripturis tuis ad eligēdū viā veritatis fm iudicia tua. Et cū his oībus suppliciter rogo ne cōfunde me. Et addidit hāc supplicationē ad significādū ꝙ quātūcūq; pfecta sit ps supior animi & redūdās in ptē inferiorē, nihilominus indiget recursu ad deū ne cōfundať. Videmus.n. viros pfectos cōfusos ex pte inferiori/deo paululū eos deserente: vt patet in dauidis adulterio/moysi hęsitatione/& petri negatione.

Viā mādatorꝝ. Descripta psona hac fm pfectionē vtriusq; ptis/describiť nō fm effectū cōsequētē ad vtriusq; ptis pfectionē. Viā mādatorꝝ tuorū currā/nō ambulabo sed currā expedit': iuxta illud. sic currite vt cōphēdatis. 1. ad cor. 9. & rursus. cursū cōsūmaui. ¶ Qū dilatabis cor meū. Cor terrenis seu carnalibus affectū angustať: eo ꝙ angusta sunt mūdana oīa. Spūalibus aūt & diuinis affectū/dilatatū est: qm latissima & amplissima sunt spiritualia & diuina. Habēt.n.se spiritualia ad mundana sicut amplitudo coeli ad angustiam terrae. Et propterea persona haec complectens vtriusq; partis perfectionem, ex dilatatione cordis (hoc est tanto affectu cordis ad spiritualia & diuina vt cor laetetur in eis) describitur. ex hac enim lętitia cordis dicit causari cursum in via mandatorum dei. Et vere sic est.

¶ VVLGATA EDITIO.

He. LEgē pone mihi dn̄e uiā iustificationū tuarū: & exquiram eam semper.
Da mihi intellectū: & scrutabor legē tuā, & custodiā illā in toto corde meo.
Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam uolui.
Inclina cor meū in testimonia tua: & non in auariciam.
Auerte oculos meos ne uideant uanitatem: in uia tua uiuifica me.
Statuę seruo tuo eloquium tuum: in timore tuo.
Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.
Ecce concupiui mandata tua: in ęquitate tua uiuifica me.

¶ IVXTA HEBRAEVM.

obseruādo vestigia
1 He. DOcę me domine uiā statutorum tuorū: & custodiam eam calcaneo.
2 He. Fac me intelligere: & seruabo doctrinā tuam, & custodiā eā in toto corde.
3 He. Induc me in semitam mandatorum tuorum: quia in ea desideraui.
4 He. Inclina cor meum ad testimonia tua: & non ad pecuniam.
5 He. Fac transire oculos meos a uidendo uanitatem: in uia tua uiuifica me.
congruit
6 He. Confirma seruo tuo dictum tuum: quod timori tui.
7 He. Fac transire opprobrium meum quod timui: quia iudicia tua bona.
8 He. Ecce desideraui pręcępta tua†: in iustitia tua uiuifica me. † precepta tua.

DOce me. In hoc quinto octonario propheta induit personā desiderantis ingredi viam dei exequēdo mandata eius. Vbi in primis aduerte differentiam huius personę a persona primi octona-

rii.nã illa remotior est ab executione:vtpote desiderans dirigi vias suas ad executionẽ mãdatorꝝ. hæc
aũt ꝓpingior est:vtpote appetẽs ingredi ipsam executionẽ mãdatorũ.Explicaẽ aũt hæc ꝑsona in tertio
versiculo. Induc me in semitã mãdatorꝝ tuorꝝ:qa in ea desideraui/supple ambulare.¶ Exercet aũt hanc
ꝑsonã triplr.primo relatã ad introductoria.secundo relatã ad ablationẽ impedimẽtorꝝ.& demũ ad fru
ctũ.¶ Tria opportuna ad ingressum viç tãgit deꝑcatine.Primũ est.Doce me dñe viã(ad silitudinẽ vo
lẽtis ꝑ ignotã viã ambulare,in primis petit doceri viã)statutorꝝ tuorũ/hoc est totius legis tuæ vsqꝫ ad
minima.& custodiã eã calcaneo.More nesciẽtis viã,petẽs doceri quę sit via/subiungit ꝙ postq̃ ingres
sus erit viam obseruabit se ne perdat viam inspiciendo calcanea:hoc est viam calcatam/hoc est ince
dẽdo per viam pedibus tritam.Et intendit per hoc ꝙ seruabit se in via sectando exempla patrum.
Fac me intelligere.Secũdũ opportunũ est sic doceri ꝙ intelligat.Et hoc ẽt cõsonat petitioni ignoran
tis viã.nã petens doceri quæ sit via,petit sic doceri vt intelligat.Sunt.n.qdã docentes viã adeo obscu
re vt viatores nõ itelligãt quã debẽt viã accipe.Et itẽdit ꝑ hoc ꝙ de⁹ sic itus doceat vt faciat ipm itelli
gẽ ꝑcepta sua.Et ſuabo doctrinã tuã/itellectã/executõi mãdabo exteri⁹:& itus custodiã eã i toto corde.
Induc me. Tertiũ opportunũ ad ingressum viç est vt hõ inducaẽ in principium viç. Et ꝓpea tanq̃
in multiuio timens errare,nõ confisus in eo quod didicit & intellexit de via/petit vt deus se introducat
in viam.Et intendit per hoc opus diuinç gr̃ç subsequentis in ipsa executione.
Inclina cor meũ.Postq̃ ꝑsona ingressura viã dei descripsit opportuna ad ingressum,modo petit tolli
ĩpedimẽta quattuor.¶ Impedimẽtũ primũ est affectus ad res seu bona q̃ pecunia emi possunt.Et petit
se expediri ab hoc ꝑ submissionẽ cordis ad testimonia diuina de vanitate diuitiarũ. Qui.n.cor suũ sub
mittit hmõi testificationibus q̃ in sacra scriptura abũde cõtinenẽ,nõ apponit cor suũ ad pecunias.
Fac trãsire oculos.Secũdũ impedimẽtũ est affectus ad carnales delectationes:quę vanitas hic nun
cupãtur.Fac inquit trãsire oculos meos a vidẽdo vanitatẽ/carnis,vt nõ figanẽ in hmõi visione.Exper
tus fuerat ipse dauid quãtũ criminis incurrerit qa fixi sunt oculi eius vidẽdo vanã pulchritudinẽ bersa
bee.¶ Et ad hoc obtinẽdũ adiũgit.In via tua viuifica me. Viuacitas animi in via dei , maxime cõfert/
immo supmum est adiutoriũ ad fugiendas vanitates carnis:eo ꝙ nõ compatiẽ negligentias per quas
obrepũt aĩo vanitates carnis.quãtũ.n.istę obtinẽt animi,tãtũ adimunt viuacitatis spiritus.
Cõfirma seruo tuo. Tertiũ impedimẽtũ est infirmitas hũanç fragilitatis in ꝓsequẽdo iter viæ dei.Et
contra hoc petit firmari in seipso dicta diuina cõseruãtia timorẽ dei.In quo ꝑspice firmitatẽ pẽdere a
timore dei,nõ qualitercũqꝫ sed rememorato in dictis a deo.multũ.n.ad firmitatẽ animi confert hab
ituata in animo cõferẽtia ſm diuina documẽta ad timorẽ dei:vt sunt frequens cõsideratio diuinorum
iudiciorꝝ/frequẽter cõsiderare q̃ malũ sit offendere deũ/priuari diuĩa grã/& filia.Hæc.n.sunt dicta dei cõ
ferẽtia timori eius.¶ Hoc petit dicẽdo.Cõfirma seruo tuo dictũ tuũ,quod cõfert/qd cõgruit timori tuo.
Fac trãsire. Quartũ impedimentũ est timor opprobrii:in quo. clauditur amor honoris seu gloriæ.
nam ex amore glorię seu honoris nascitur timor opprobrii.Et conuincitur amor glorię ex timore op
probrii:adeo ꝙ multi putãt se exẽptos ab amore humanç glię,quos timor opprobrii conuincit.Hoc
aũt tãtũ impedit viã dei vt dñs dixerit ioã.5.qũo potestis credere q abinuicẽ gloriã quęritis &c̃.Et bene
nota ꝙ nõ dicit fac trãsire opprobriũ meũ:quod esset petere/trãseat a me opprobriũ.sed addit quod ti
mui:quod est petere/fac transire timorẽ opprobrii.¶ Et modũ subdit.Quia iudicia tua bona:hoc ẽ qa
opprobria & iniurię sunt ex iudiciis tuis quę sunt bona/hoc est vtilia electis tuis. diligentibus enĩ deũ
omnia cooperantur in bonum. Apta ratio non solum ad non timendum sed etiam ad amplectendũ
opprobria est,quia iudicia dei inferentia huiusmodi opprobria sunt vtilia nobis.
Ecce desideraui. Tractatis opportunis & impedimẽtis,tractat modo fructũ viç demõstrãdo seipam.
Ecce(inquit ꝑsona ingressura viã dei)desideraui pręcępta tua/exequi:in iustitia tua/hoc est in execu
tione ꝑcęptorꝝ tuorum.mea.n.executio est tua iustitia:tum quia est debita ſm iustitiam tuam:tum qa
est iustitia a te concessa potius q̃ a me facta.Sed hæc iustitia nihil mihi prodest nisi adsit viuificatio:q̃
fit per charitatem.Et ꝓpterea supplico viuifica me charitate & gratia in obseruatiõe ꝑcęptorũ tuorũ.

¶ VVLGATA EDITIO.

Vau. ET ueniat super me misericordia tua domine:salutare tuũ secũdũ eloquiũ tuũ.
Et respondebo exprobrantibus mihi uerbũ:quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo uerbũ ueritatis usquequaqꝫ:quia in iudiciis tuis supersperaui.
Et custodiam legem tuam semper:in seculum & in seculum seculi.
Et ambulabam in latitudine:quia mandata tua exquisiui.
Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum:& non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis:quę dilexi.
Et leuaui manus meas ad mãdata tua quę dilexi:& exercebor in iustificationibus tuis.

¶IVXTA HEBRÆVM.

1 Vau. ET uenient mihi gratia tua dñe: salus tua iuxta dictum tuum.
2 Vau. Et respondebo exprobranti mihi uerbum: quia cõfisus sum in sermone tuo.
3 Vau. Et ne separa de ore meo uerbũ ueritatis usq; ualde: qm̃ iudiciũ tuum† expectaui. † iudicio tuo
4 Vau. Et custodiam doctrinam tuam iugiter: seculo & semper.
5 Vau. Et ambulabo in latitudine: quia pręcepta tua quęsiui.
6 Vau. Et loquar in testimoniis tuis coram regibus: & non erubescam.
7 Vau. Et delectabor in mandatis tuis quę dilexi.
8 Vau. Et leuabo palmas meas ad mãdata tua quę dilexi: & loquar in statutis tuis.

ET venient. In hoc sexto octonario ꝓpheta induit personã p̃dicatoris verbi dei. Quã explicat in vltimo versiculo. & leuabo palmas meas ad mãdata tua quæ dilexi: hoc ẽ extollã opa mea, nõ mihi sufficit facere q̃ teneor sed ad ea q̃ sunt superogationis leuabo opa mea. hoc est. n. leuare palmas ad mãdata dei q̃ dilexi, nõ q̃ timui: ex amore. n. ad opa superogationis tẽdit. Et loquar in statutis tuis, & sic p̃dicabo legẽ tuã integre vsq; ad minima p̃cepta. Vbi p̃dicator describit seipsum ex dilectione mãdatorũ dei, ex studio ad opa superogatiõis, ex officio loquẽdi integrã dei legẽ. ¶ Tractaf aũt hęc p̃dicatoris ꝑsona quadripl'r. Prio relata ad grãm dei. Secũdo ad locutionẽ. Tertio ad opationẽ. Quarto ad passiones animi. ¶ Referẽs itaq; seipsum p̃dicator ad diuinã opẽ, ait. Et veniẽt mihi grã tua dñe, salus tua iuxta dictũ tuũ. Primũ opportunũ p̃dicatori est diuina grã cũ salute. Et grã qdẽ ad gratuitã doni rõnẽ spectat: salus aũt ad ipm donũ. Pl'r aũt dixit & veniẽt, pp multiplicẽ grãm & multiplicẽ salutẽ. Danf. n. a deo p̃dicatori multę grę & multiplex salus, pp multitudinẽ periculoꝝ occurrẽtiũ. Et vtrũq; dãf iuxta dicta dei: tũ quia dantur iuxta ꝓmissa diuina: tum qa danf prout sermo diuinoꝝ dictoꝝ regit.

Et respõdebo. Refert se p̃dicator ad officiũ loquẽdi p viã respõsionis. Et rñdebo, nõ oibus, sed exprobranti mihi, nõ quęcũq;, sed verbũ diuinũ: hoc est vituperãti diuinũ verbum in ore meo. Quia cõfisus sum. hoc respondebo ꝙ confisus sum non in sermone meo, nõ in inuẽtione aut eloquentia hũana, sed in sermone tuo. hoc est. n. quod respondebant apostoli ac martyres.

Et ne separa de ore meo. Nõ solũ p viã rñsiõis sed absolute offm̃ suũ loquẽdi p̃dicator explicat, dep̃cãdo. Et ne separa de ore meo verbũ veritatis vsq; valde. Veritas citra valde, ẽ veritas citra plenã sufficientiã. veritas aũt vsq; valde, ẽ veritas vsq; ad plenã sufficiẽtiã: q̃lẽ se p̃dicasse paulus describit act. 20. dicẽs ad ephesios. mũd' sũ a sãguie oium: nõ. n. subterfugi quo min' ãnũciarẽ oẽ cõsiliũ dei vobis. Vñ nõ tolli ab ore suo verbũ veritatis vsq; ad plenã sufficiẽtiã, ẽ cõcedi sibi vt p̃dicet oẽ cõsiliũ dei: hoc ẽ. n. verbũ veritatis vsq; valde. ¶ Qm̃ iudiciũ tuũ expectaui. Rõ integrę veritatis rãgif. In plẽa siqdẽ ãnũciatiõe veritatis cõp̃hẽdũf multa futura, spectãtia. s. ad retributionẽ iustoꝝ & pctõꝝ: q̃ diuinoꝝ iudicioꝝ opa sũt. Acsi apte diceret. qa certa expectatiõe annũcio futura iudicia tua, ꝓponẽs meipm expectãtem illa.

Et custodiã. Tertio loco refert seipsam ꝑsonã ad opus. oportet. n. p̃dicatorẽ non solũ docere sed facere. Et custodiã, seruabo ope, doctrinã tuã iugiter, cõtinue, nõ interpollatis tẽporibus: seculo & semper. non durabit cõtinuitas p vnũ mẽsem aut annũ, sed semp durãte seculo vitę meę. ¶ Et ambulabo in latitudine. Cõuersabor operãdo bona, in latitudine, i publico, ñ i latebris: qa p̃cepta tua q̃siui. ois q male agit odit lucẽ: ego qa p̃cepta tua irrep̃hẽsibilia plena rectitudinis quęsiui seruare, ambulabo in publico.

Et loquar. Redit ad p̃ficiẽdũ offm̃ loquẽdi: adiũgẽs cõstãtẽ & inuictũ sermonẽ corã regib'. Sicut ioã. baptista dicebat herodi. nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Habet. n. actus iste specialẽ difficultatem.

Et delectabor. Quarto declarat suas animi passiones, in pręcipua passione quę est delectatio. Et delectabor, non in gloria mũdi, nõ in conuentibus hominum, sed in mandatis tuis. Et propria delectationis causa subiungitur. quæ dilexi, delectamur enim in iis quæ diligimus.

¶VVLGATA EDITIO.

Zain. MEmor esto uerbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti.
Hęc me consolata est in humilitate mea: quia eloquiũ tuũ uiuificauit me.
Superbi inique agebant usquequaq;: a lege autem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: & consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
Cantabiles mihi erant iustificationes tuę: in loco peregrinationis meę.
Memor fui nocte nominis tui domine: & custodiui legem tuam.
Hęc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.

ℭIVXTA HEBRÆVM.

1 Zain. MEmento uerbi seruo tuo: super quod me sperare fecisti.
2 Zain. Hæc spes consolatio mea in afflictione mea: quia dictũ tuum uiuificauit me.
3 Zain. Superbi irriserunt me usq; ualde: a doctrina tua non declinaui.
4 Zain. Recordatus sum iudiciorum tuorum a seculo domine: & consolatus sum.
5 Zain. Tremor apprehendit me: ab impiis derelinquentibus doctrinam tuam.
6 Zain. Cantus fuerunt mihi statuta tua: in domo peregrinationum mearum.
7 Zain. Recordatus sum in nocte nominis tui domine: & custodiui doctrinam tuam.
8 Zain. Hæc spes fuit mihi: quia pręcepta tua custodiui.

MEmento. In hoc septimo octonario induit ꝓpheta personã spãtis in deo. Quã explicat in vltimo versiculo. hæc fuit mihi, qa ꝑcepta tua custodiui. Spes nõ fũdata super meritũ, temeritas aut ꝓsũptio est, nõ spes. Et ꝓpea naturã spei describit ex obseruatione ꝑceptoꝝ dei. Per quod ẽt declarat ꝙ nõ quãcũq; spem demõstrat ꝑ ꝓnomen hæc, sed spem simplr̃ & absolute. Quã apl's. 1. ad cor. 13. cõnumerat fidei & charitati: quæ. s. est certa ex meritis expectatio futuræ beatitudinis. ℭ Tractaſ aũt persona sperãs quadruplr̃. Primo in ordine ad causas spei. Secũdo ĩ ordine ad mala. Tertio ĩ ordine ad iudicia diuina. & q̃rto ĩ ordine ad legẽ dei. ℣ Referẽdo itaq; se ad cãs extrĩsecas spei, tãgit tres cãs. s. deũ pricipalẽ cãm (recurrẽdo ad deũ, memẽto) verbũ diuĩę ꝓmissiõis vt cãm istrũalẽ, uerbi sup qđ me spare fecisti: & ĩ his ĩplicite futurã beatitudinẽ tãq̃ rẽ spatã. ad hoc. n. petit vt de⁹ recordeſ, vt rẽ dictã ac spatã donet.

Hęc consolatio mea. Secũdo refert spem suã ad mala: describẽdo efficaciã spei in ipsa ꝑsona sperãte. tũ tpe afflictiõis: qa hæc, spes, fuit cõsolatio mea in afflictiõe mea: ꝓpea qa dictũ tuũ, in quo me sperare fecisti, viuificauit me. ℣ Nota ordinẽ effectuũ. Spes mediãte dicto dei viuificat, & mediãte viuificatiõe cõsolaſ afflictũ. Tũ tpe irrisionis. Supbi deriserũt me vsq; valde, vsq; ad plenã derisionẽ: & ego spans nõ declinaui a doctrina tua, sed perseueraui in illa.

Recordatus sum. Tertio sperãs persona declarat se relatam ad iudicia dei. Recordatus sum iudiciorum tuoꝝ, erga iniquos & iustos, quæ in diuersis scripturę locis sunt scripta: & consolatus sum, spe quã mihi dedisti. Vnde dicebat paulus ad ro. 15. vt per consolationem scripturarum spem habeamus.

Tremor apprehendit. Moderamen cõsolationis ex recordatione diuinoꝝ iudicioꝝ adiungit. ℣ Pro quo aduerte ꝙ recordatio diuinoꝝ iudicioꝝ, punientiũ iniquos & subleuãtiũ iustos, parit cõsolationẽ ĩ ꝑsona spante ꝑmiũ ęternę beatitudinis: qa delectabilis ẽ ei executio diuinoꝝ iudicioꝝ. tũ in punitiõe iniquoꝝ: vtpote cõtrarioꝝ sperãti. tũ in subleuatiõe iustoꝝ: vtpote similiũ sperãti. Verũtñ punitio apostatantiũ a diuina lege sic ẽ cõsolatoria ꝙ tñ ingerit tremorẽ sperãti: ne forte & ipse desertus a diuina gratia derelinquat legẽ dei, sicut illi dereliquerũt. ℣ Hoc ergo timoris moderamen ex cõsiderata ꝓpria fragilitate exẽplo aliorũ, adiungit dicendo. Tremor apprehẽdit me, consolatũ ex memoria iudiciorum tuorum: ab impiis, nõ quibuscũq;, sed derelinquẽtibus, in qua prius fuerant, doctrinam tuam, legem tuã.

Cantus fuerunt. Quarto refert se ꝑsona sperãs ad diuinã legẽ. tũ ꝙ spes reddidit ei delectabilia diuina ꝑcepta. Delectationẽ. n. ab actu cantãdi explicat. Cantus fuerũt mihi statuta tua, ẽt minima legis ꝑcepta: ĩ domo peregrinationũ mearũ. Nullã hñt sperãs ciuitatẽ: & ꝓpea totã terrã domũ peregrinationũ suarũ appellat. Ad futura siqdẽ tẽdẽs, oẽs vias suas peregrinationes cõgrue vocat: & vbiq; diuina ꝑcepta tã delectabilia ei effecit spes vt ad silitudinẽ cantãtis deliciet in illis. ℣ Recordatus sum. Tũ ꝙ spes facit ipsum custodire legẽ dei: & hoc spãliter facit mediãte vigilãtia nocturna. Sperãs. n. recordatus sũ nocte nominis tui: & mediãte nocturna meditatione nois tui custodiui doctrinam tuã, exequẽdo.

ℭVVLGATA EDITIO.

Heth. POrtio mea domine: dixi custodire legem tuam.
Deꝑcatus sum faciẽ tuã ĩ toto corde meo: miserere mei secũdũ eloquiũ tuũ.
Cogitaui uias meas: & conuerti pedes meos in testimonia tua.
Paratus sum & non sum turbatus: ut custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circũplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebã ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tuę.
Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.
Misericordia tua domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

ℭ IVXTA HEBRÆVM.

1 Cheth. PArs mea dñe dixi:ad custodiẽdum uerbum tuum.
2 Cheth. Oraui facies tuas in toto corde:miserere mei ſm dictum tuum.
3 Cheth. Cõputaui uias meas:& redire feci pedes meos ad testimonia tua.
4 Cheth. Festinaui & non tardaui:ad custodiendum mandata tua.
5 Cheth. Funes impiorum ligauerũt me:doctrinam tuam non sum oblitus.
6 Cheth. Media nocte surgam ad confitendum tibi:super iudicia iustitię tuę.
7 Cheth. Socius ego omnibus qui timuerũt te:et custodientibus pręcępta tua.
8 Cheth. Gratia tua domine plena terra:statuta tua doce me.

PArs mea. In hoc octauo octonario ꝓpheta induit ꝑsonã habẽtis deum vt partẽ suã. Quã explicat in primo versiculo. pars mea dñe. Diuisis rebus oĩbus, ita ꝙ hinc deus, inde oĩa delectabilia, vtilia honorabiliaq; proponãtur & deũ oprio, ꝑsona hęc eligit deũ vt partẽ suã posthabitis oĩbus vtilib⁹, delectabilibus & honorabilibus. Et iõ introducit sic. Dixi, deliberata rõne optaui hoc, pars mea dñe: ad custodiẽdũ verbũ tuũ. Tribus leuitica dicebat. ps mea dñe ad possidẽdũ & vtẽdũ bõis tuis: qm̃ ad hoc erat deus pars tribus leuiticę, vt decimę & oblationes deo exhibitę, cederẽt in vsum leuiticę tribus. Et ideo ad drãm leuiticę tribus subdit. ad custodiendũ verbum tuũ. Ac si aperte diceret. Dixi pars mea tu dñe, nõ ad vtẽdũ tẽporalibus bonis tuis, sed ad curã habẽdũ verboꝝ tuorũ, ad exequẽdũ nõ solũ pręcępta tua sed etiam verba tua: puta cõsilia. Describitur enim per hęc persona sic affecta deo, vt deus pars eius, sit ei ratio exequendi verba dei.
Describit aũt persona hęc quadrupl̃r. Primo relata ad peccata. Secũdo relata ad obseruationẽ legis diuinę. Tertio relata ad vniuersam ecclesiã. Quarto relata ad seipsam. ¶ Describit itaq; seipsam relatã ad peccata. Tũ cõmissa. Oraui facies tuas, nõ tepide aut semicorde, sed in toto corde: hoc. s. miserere mei (misericordia miseris ẽ necessaria) i hoc. n. peccatorẽ se recognoscit, ſm dictũ tuũ, nõ ſm meritũ meũ, sed ſm ꝙ promisisti veniã petẽtibus illã. Tum vitãda. Cõputaui vias meas, actiones, motus, locutiões: & redire feci pedes meos, affectus meos, ad testimonia tua, ad opera testificãtia i nobis ꝙ filii dei sumus.
Festinaui. Secũdo describit se relatã ad obseruationẽ diuinę legis. Tũ absolute. Festinaui (nescit. n. tarda molimina spũssancti gr̃a) inchoare, & nõ tardaui, exeq: ad custodiẽdũ mãdata tua. ¶ Tũ aduenientibus impedimẽtis. Funes impioꝝ ligauerũt me. Intellige p funes impioꝝ oĩa extrinseca impedimenta vię dei. Et ego doctrinã tuã nõ sum oblitus. ¶ Parũ est non obliuisci. & ideo addit. Media nocte, tẽpore naturalis gẽtis sõni, quãuis ligatus funibus impioꝝ surgã, a sõno: ad cõfitẽdũ tibi, ad laudãdũ te, super iudicia iustitiæ tuę, infra quorũ numerũ est iudiciũ vinculoꝝ meorũ. Intẽdit. n. ꝙ ligatus non solũ nõ obliuiscetur legem dei, sed gratias aget laudando secreta iudicia iustitiæ dei: & hoc media nocte, hoc ẽ omni tempore descripto a tempore maxime necessario quieti naturali. qui enim illo tempore surgit ad laudandum deum, a fortiori alio tempore vacat diuinis laudibus.
Socius ego. Tertio describit se relatam ad vniuersam ecclesiam. Tum ꝑteriti tẽporis. Socius ego, nõ solus sum ego qui dixi pars mea deus, nec sum ꝓlatus sed sociali amicitia iunctus, non alicui sed omnibus qui timuerũt te, in toto ꝑterito tempore: & custodientibus, in ꝑsenti tempore, pręcępta tua.
Gratia tua. Quarto describit se relatã ad seipsam. Tũ recognoscẽdo qđ ẽ ex dei gr̃a. Gr̃a tua dñe plena terra, i me & i sociis. Tũ recognoscendo quo idiget. Statuta tua doce me, totã tuã legẽ vsq; ad minima ꝑcępta doce me intus. In hoc. n. ꝓfitet̃ continuo indigere doctore interno ad obseruationem legis.

ℭ VVLGATA EDITIO.

Teth. BOnitatem fecisti cum seruo tuo domine:secundum uerbum tuum.
Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me:quia mandatis tuis credidi.
Priusq̃ humiliarer ego deliqui:propterea eloquium tuum custodiui.
Bonus es tu:& in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata ẽ sup me iniqtas supborũ:ego autẽ in toto corde scrutabor mãdata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorum:ego uero legem tuam meditatus sum.
Bonum mihi quia humiliasti me:ut discam iustificationes tuas.
Bonum mihi lex oris tui:super milia auri & argenti.

IVXTA HEBRÆVM.

1 Teth. BOnum fecisti cum seruo tuo domine: s[e]c[un]d[u]m uerbum tuum.
2 Teth. Bonitatē/intētionē & sciam doce me:quia in mādatis tuis credidi.
sum est
3 Teth. Priusq̃ humiliabor/ego errans:& nunc dictum tuum custodiui.
4 Teth. Bonus tu & beneficus:doce me statuta tua.
5 Teth. Applicauerūt sup me falsitatē superbi:ego in toto corde seruabo p̄cepta tua.
6 Teth. Impinguatum est uelut adeps cor eorum:ego doctrina tua delectatus sum.
7 Teth. Bonum mihi quia afflictus sum:propterea discam statuta tua.
8 Teth. Melior mihi doctrina oris tui:q̃ milia auri & argenti.

BOnū fecisti. In hoc nono octonario pp̄ha induit p̄sonā viri iusti iniuste vexati. Et explicat eam in q̄nto versiculo. Applicauerūt sup me falsitatē supbi, ego ī toto corde seruabo p̄cepta tua. Vbi clare appet p̄sona iusta (vtpote ī toto corde p̄seuerās seruādo p̄cepta dei) & iniuste vexata/ipositiōe falsoq̄:& hoc a supbis. Meminit.n. supborū, q̄a hinc cōsurgit (vt patebit) solutio q̄ōnis. ℂ Describit aūt p̄sona haec vt ingrēs doceri a deo q̄re iustus patit̃, & in calce ponēs solutionē q̄ōnis. ⁋ Ingrēdo autē, p̄mo fatet̃ deū/bonū secū fecisse. Ac si apte dicat. nō ingro dubitādo an bonū aut malum feceris faciēdo me vexari iniuste:fateor.n. q̄ bonū op⁹ fecisti, nō solū absolute sed cū seruo tuo/mecū. Bonū āt dico s[e]c[un]d[u]m verbū tuū:hoc ē s[e]c[un]d[u]m rōnē apd̄ te. q̄si dicat. si dubito q̄n feceris bonū s[e]c[un]d[u]m rōnē agēdi apd̄ te mihi ignotā. Secūdo explicat quid querit scire. Bonitatē/scio q̄ est bonum quod tu fecisti sed doce me istam bonitatem, intentionē/doce me qua intētione vexasti me iustū:& scientiā/legis tuae de vexatione iusti, doce me. Haec sunt tria quae petit doceri. ⁋ Et rōnē docilitatis suae subiungit. quia in mandatis tuis credidi. credere enim diuinis/efficit hominem docilem deo.

Tertio reddit rōnē suae q̄ōnis:assignans rōnē dubitādi ex diuina lege. Priusq̃ humiliabor, ego errās. Lex tua/deuteronomiū tuū dicit q̄ priusq̃ humiliabor ego errās. hoc ē q̄ error peccati p̄cedit humiliationē/dep̄ssionem/vexationē/afflictionē. Et nūc dictū tuū custodiui:hoc est & tñ in p̄senti vexatione mea ego non erraui:vtpote qui dictū tuum custodiui. Vbi clare patet q̄ ratio dubitandi est: quia lex dicit vexatio sequitur peccatum, & in p̄senti causa est vexatio sine peccato.

Bonus tu. Quarto affert rōnē ex p̄te dei qua dignet̃ docere & instruere ī hac q̄ōne. Bonus tu/natura ī teipso, & b̄nficus/nō mihi aut illi sed simpl'r & absolute. deus.n. nō nisi b̄nficus est:q̄a ab ipso nō nisi bonū procedit:& quicquid boni est/ab ipso est. & ideo doce me statuta tua/legē tuam vsq̄ ad minima.

Impinguatū est. Proposita q̄ōne subdit̃ q̄ōnis solutio:quāuis nō sub forma respōsionis. Et inchoat solutionē ab euidētia facti. s. ab euidēti d̄ria facti inter se & vexatores suos:penes hoc q̄ illi sunt impinguati (nō s[e]c[un]d[u]m corpus sed s[e]c[un]d[u]m aīum) ex abundātia tēporaliū ad silitudinē adipis:iuxta illud deutero. 32. incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus/impinguatus/dilatatus dereliquit deū. Ego vero iniuste afflictus patiēter sustinēdo, delectatus sum/nō tēporalibus delictis, sed doctrīa tua:hoc est in obseruatione legis tuę instruētis me. Haec est d̄ria in facti euidētia cōsistēs. Quā sepe videmus:intuēdo iustos p̄ficere in afflictionibus & supbos tumescere in p̄speritatibus. Ex qua d̄ria insinuat̃ q̄ ad vitādum supbiā (quae p̄ pinguedinē cordis significat̃) ordinat̃ a deo afflictio iustoq̄. Et consonat ap̄lo dicēti. ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę angelus satanę qui me colaphizet. Et subdit. nā virtus in infirmitate p̄ficit̃. ℂ Ex hac itaq̄ euidēti d̄ria subiungit̃ solutio q̄ōnis dicēdo. Bonū mihi q̄a afflictus sū, p̄p̄ea discā statuta tua. vtile ē mihi iusto affligi iniuste, p̄p hoc vt discā legē tuā vsq̄ ad minima. Q̄d ē dictu bonā eē afflictionē tēporalē q̄tūcūq̄ iniustā/p̄p bonū aīę:quale ē discere obseruare ītegrā legē dei. Et intendit p̄ hoc ad lr̃am/multos eē q̄bus expedit t̄palr̃ vexari ad hoc vt seruēt legē dei:q̄a vexatio cōseruatiua ē aī in mādatis dei. Quod verificat̃ in illis q̄ caderēt in peccata si nō vexarent̃. ⁋ Vbi attēde prudēs lector:q̄ iā p̄sona haec edoctā se mōstrat circa duo quęsita. s. bonitatē & intētionē. Bonitatē q̄dē dicēdo. bonū mihi q̄a afflictus sum. Intentionē vero dicēdo. p̄p̄terea discā statuta tua. Ad hoc.n. deus vexat q̄nq̄ iustos, vt plene discant patiendo seruare legem.

Melior mihi doctrina oris tui. Tertiū quęsitū fuit. & sciētiā doce me. Huic q̄sito modo satisfit aperiēdo q̄ melior est mihi doctrina dei q̄ milia auri & argēti/q̄ vniuersa bona tēporalia. per hoc.n. soluitur nodus obiectus/priusq̃ humiliabor ego errans. Et cōsistit solutio in hoc q̄ dans rem meliorem promissa re, nō fallit/non deficit a sua promissione:ac per hoc deus q̄ p̄misit non erranti non dep̄ssionē (hoc ē bona temporalia) optime seruat promissum dando obseruationem legis dei meliorem omnibus bonis temporalibus. Et sic persona haec consecutam se monstrat scientiam legis ad soluendum nodum questionis/explicando compatiuiam. melior mihi doctrina oris tui/ad quam venio per vexationem, q̄ milia auri & argenti/quae haberem non vexatus/non humiliatus.

ℭ VVLGATA EDITIO.

Iod. MAnus tuę fecerunt me & plasmauerunt me: da mihi intellectum ut discam mandata tua.
Qui timent te uidebunt me & lętabuntur: quia in uerba tua supersperaui.
Cognoui domine quia ęquitas iudicia tua: & in ueritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua ut consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.
Veniant mihi miserationes tuę & uiuam: quia lex tua meditatio mea est.
Cōfūdātur supbi quia iniuste iniquitatē fecerūt i me: ego aūt exercebor i mādatis tuis.
Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.
Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: ut non confundar.

ℭ IVXTA HEBRÆVM.

1 Iod. MAnus tuę fecerūt me & firmauerūt me: fac me itelligere, & discā mādata tua.
2 Iod. Vidētes te uidebunt me & lętabuntur: quia uerbum tuum† expectaui. †uerbo tuo
3 Iod. Sciui domine quia iustitia iudicia tua: & ueritate afflixisti me.
4 Iod. Erit nunc gratia tua ad consolandum me: ſm dictum tuum seruo tuo.
5 Iod. Venient mihi misericordię tuę & uiuam: quia doctrina tua (sunt) solatia mea.
6 Iod. Cōfundētur supbi, qm̄ falsitate torserūt me: ego loquar in pręceptis tuis.
7 Iod. Reuertentur ad me† timentes te: & scientes testimonia tua. †mihi
8 Iod. Erit cor meum perfectum in statutis tuis: propterea non confundar.

MAnus tuę. In hoc decimo octonario induit propheta iterum personam uiri iusti iniuste uexati: alia tñ ratione a pręcedenti octonario. Nam in pręcedenti octonario induit personā iusti iniuste uexati ad sciendum quare bonitas diuina se uexaret: in hoc autem octonario induit eandē personam ad euadendū uexationem. Et hanc personā explicat in vltimo versiculo. erit cor meum perfectū in statutis tuis, ꝓpterea nō confundar. Didicerat ex p̄cedenti octonario se vexari ne superbiret: & propterea nunc appetens pręualere, describit se perfecti cordis (futuri tamen) in tota lege. Acsi aperte diceret. Quāuis adhuc nō sim, ero tamen perfecti cordis in statutis tuis, hoc est in tota tua lege vsq; ad minima: & ꝓpterea, ꝓp talē perfectionē cordis, nō cōfundar, iniusta afflictione: quod est euadere illam. Tractat aūt hæc ꝑsona dupl̄r. Primo petēs huiusmodi perfectionē cordis. secūdo petēs euadere. ℭ Recole in hac prima petitione cōclusum esse in p̄cedēti octonario ideo hāc personā iustā vexari vt discat seruare integrā legē dei. finē. n. ꝓp quē vexatus est petit nūc assequi, duplici vtens loco. ℭ Primo ex parte creationis. Manus tuæ fecerunt me, tum creando, tum etiā mediāte natura generādo, & firmauerunt me anima immortali: fac me intelligere. Acsi aperte diceret. ex quo tu me fecisti, tuum est efficere quoq; vt intelligam. Et discam mandata tua, plene seruare: quod est finis propter quem sum vexatus.
Secundo ex parte angelorū seu hominum perfectorum. Videntes te videbunt me & lętabūtur, qa verbo tuo expectaui: hoc est quia soli verbo tuo credens sustinui vexationem. Rectius videntes deum intelliguntur angeli, quos non est dubium videre deum & lętari de magnanima patiētia iustorum: qui iuxta euangelicam doctrinam lętantur de vno peccatore poenitentiam agente.
Sciui domine. Petita perfectiōe cordis ꝓp quā habēdā vexaꝶ, petit cōsequēter ꝑualere, quattuor vtēs locis. ℭ Prīo a cōnexiōe viarū dei. s. iustitię & grę. Sciui dn̄e qa iustitia sunt iudicia tua, oīa: & veritate, vera iustitia, afflixisti me. Iusti. n. quāuis iniuste affligantꝶ ab hoībus, iuste tñ eadē afflictio ē a deo: qa nō sunt cōdignę passiōes huius tēporis ad supuēturā gl̄iam q̄ reuelabiꝶ i nobis. & sil̄r ad bona spiritualia. Erit nūc grā tua ad cōsolādū me, ſm dictū tuū seruo tuo. Acsi aperte diceret. Ex quo iustitia tua habet locū suū i me, supest vt grā tua mō hēat locū suū i me, put tu dixisti: qa vniuersę vię tuæ grā & veritas.
Venient mihi. Secundus locus est a fructu vitę in ipsa persona petente. Venient mihi misericordiæ tuæ, subleuantes a vexationibus, & viuam, non succūbam: quia doctrina tua solatia mea, supple sunt, quia iam ad tantam perfectionē deductus sum ꝙ solatia mea sunt in lege tua.
Confundentur. Tertius locus est a fructu cōfusionis superboꝝ. Cōfundētur superbi, qm̄ falsitate torserunt me: ego vero loquar in pręceptis tuis. ℭ Quartus locus est a reditu iustorum. Reuertentur ad me, tum timentes te, tum scientes testimonia tua. Dicendo reuertentur, insinuat se in vexatione derelictū etiā a timētibus deum. Et ꝓpterea inter fructus subleuationis suæ affert recuperationem societatis

timentium deum & scientium testimonia dei. Vtriq; enim me prçualente redibunt ad me: vt manifeste patuit in susanna. quç falso accusata, derelicta est etiam a iustis: & prçualens recuperauit societatem iustorum, & fauorem scientium legem.

ℭ VVLGATA EDITIO.

Caph. DEfecit in salutare tuum anima mea: & in uerbum tuum supersperaui.
Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuũ: dicentes quando consolaberis me?
Quia factus sum sicut uter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.
Quot sunt dies serui tui? quando facies de persequentibus me iudicium?
Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non ut lex tua.
Omnia mandata tua ueritas: iniqui persecuti sunt me, adiuua me.
Paulominus consũmauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundum misericordiam tuam uiuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. 1

†uerbo tuo 1 CAph. Cõsumpta est saluti tuç anima mea: uerbum tuum † expectaui.
2 Caph. Cõsũpti sunt oculi mei dicto tuo: dicendo, qñ cõsolaberis me? 2
3 Caph. Quoniam fui quasi uter in fumo: statuta tua non sum oblitus. 3
4 Caph. Quot dies serui tui? quando facies in persequentibus me iudicium?
5 Caph. Foderunt mihi superbi foueas: quç non iuxta doctrinam tuam. 4
6 Caph. Omnia mandata tua ueritas: falsitate persecuti sunt me, adiuua me. 5
7 Caph. Velut modicũ cõsumpserũt me in terra: & ego non dereliqui prçcepta tua. 6
8 Caph Secundum gratiam tuam uiuifica me: & custodiam testimonium oris tui. 7

COnsumpta est. In hoc vndecimo octonario induit propheta iterum personam iusti iniustç vexati telatam ad dilatam liberationem. Ita ꝙ in nono octonario persona hçc in ordine ad sciendum, in .10. vero in ordine ad euadẽdũ, in hoc aũt .xi. in ordine ad dilatã euasionẽ agit. Habet .n. spãlẽ affligendi rationem ipsa dilatio: iuxta illud prouer. 13. spes quæ differtur affligit animam. Explicatur autem hæc persona in quarto versiculo. quando facies in persequentibus me iudicium? Hic .n. exprimitur dilatio & vexatio iniusta: dum expectatur diuina vindicta in persecutores. 8

ℭ Describit aũt psona hæc vexata suspirans ad dilatã liberationem. Primo ex parte diuturni affectus. Consumpta est anima mea saluti tuç: hoc est cõcupiscẽdo salutem tuã mihi .i. saluari a te. More humano loquitur: quo diuturno affectu cõsumi dicimur, dum tandiu sperantibus differtur quod cupimus. ℣ Verbũ tuũ expectaui. Ratio explicatur consumptionis: quia verbo tuo credens expectaui.

Consumpti sunt. Nõ solũ pars affectiua sed pars intellectiua cõsumpta describitur. Cõsũpti sunt oculi mei, interni, dicto tuo, credẽtes: dicẽdo qñ cõsolaberis me? Tota rõ cõsũptionis ẽ dilatio cõsolatiõis.

Quoniã fui. Secũdo ex parte cõtinui progressus in deterius. Quoniã fui quasi vter in fumo: hoc est ex vexationibus psecutorꝝ cõtinue magis ac magis in deterius malũ meũ pgredit, ad similitudinẽ vtris in fumo q cõtinue arescit ex fumo & deterit. & tñ statuta tua nõ sum oblitus, nihil legis tuç sum oblitus.

Quot dies. Tertio ex parte breuitatis superstitis tẽporis. Quot dies serui tui? quasi dicat, pauci supersunt dies vitç meç. & ppterea suspiro quãdo facies in persequẽtibus me iudiciũ, qñ ius mihi dices cõtra psecutores meos? breuissimũ .n. supest tẽpus. Ac si apte diceret. nunquid expectabis vt moriar?

Foderunt mihi. Quarto ab offensa diuinç legis. Iungerat breuitati tẽporis supstitis locũ a causa iudicii, dicẽdo qñ facies iudiciũ. & ppterea psequẽdo causam iudicii, affert ꝙ offenderũt diuinã legem i vt quasi ad causam diuinã agẽdã deus acceleret. Foderũt mihi supbi foueas, quç non iuxta doctrinã tuã. nõ solũ iniusta causa me vexãt, sed ẽt viis alienis a doctrĩa tua mihi periculosis (velut foueis ad casum factis) me persequũtur. Exẽplũ harũ fouearum habes in vexatiõe dauidis a saule: qñ vrgebãt ipsum ad seruiẽdũ diis alienis, ad exiliũ ex terra dñi: vt dicit ipse dauid. 1. reg. 26. maledicti sunt in cõspectu domini, q eiecerũt me hodie vt non habitẽ in hæreditate dñi, dicẽtes vade serui diis alienis.

Omnia mandata tua veritas. Quinto a cõsonãtia cãç eius ad legẽ dei. Quia oĩa mãdata dei sũt veritas: & illi persequũtur me falsitate, quæ cõtraria est veritati. & ppea adiuua me, nõ amplius differas.

Velut modicum consumpserunt. Sexto a totali fere ipsius cõsumptiõe. Velut modicum, abfuit, qn consumpserũt me in terra: & cum toto hoc ego non dereliqui precçpta tua.

Secundum gratiam tuam. Septimo ab humili pce ad sanctum finẽ. Secũdum gratiã tuam. Quãuis tot rationes attulerim vt nõ amplius differatur mea liberatio, nõ propterea petitio mea innititur iu-

stinæ

ſitię ſed gratiæ tuę:vt gratuita beneficentia tua viuifices me,iam aridum ſicut vtrem in fumo/& pene conſumptum.Et cuſtodiam teſtimonium oris tui.ſic peto viuificari vt viuam & cuſtodiam legem teſtificantē os tuum:hoc eſt id quod tu velut ore proprio protuliſti.

ℭVVLGATA EDITIO.

Lamed. IN ęternum domine,uerbum tuum permanet in cœlo.
In generatione & generatione ueritas tua:fundaſti terram & permanet.
Ordinatione tua perſeuerat dies:quoniam omnia ſeruiunt tibi.
Niſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt:tunc forte periſſem in humilitate mea.
In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas:quia in ipſis uiuificaſti me.
Tuus ſum ego,ſaluum me fac:quonià iuſtificationes tuas exquiſiui.
Me expectauerunt peccatores ut perderent me:teſtimonia tua intellexi.
Omnis conſūmationis uidi finem,latum mandatum tuum nimis.

ℭIVXTA HEBRÆVM.

1 Lamed. ETerno domine verbum tuum ſtetit in coelis.
2 Lamed. Generationi & generationi (ſtetit) ueritas tua:firmaſti terram,& ſtetit.
3 Lamed. Iudiciis tuis ſteterunt (eſt uite) hodie:quia omnia ſerui tui.
4 Lamed. Niſi (quia) doctrina tua (fuerit) delectationes meę,tunc perii in humilitate mea.
5 Lamed. In ęternum†non obliuiſcar pręceptorum tuorum:quia in eis uiuificaſti me. † eterno
6 Lamed. Tibi ego (ſum) ,ſalua me:quoniam pręcepta tua quęſiui.
7 Lamed. Mihi congregati ſunt impii ad perdendum me:teſtimonia tua intelligam.
8 Lamed. Omni conſummationi uidi finem,latum mandatum tuum ualde.

ETerno dñe. In hoc.12.octonario propheta induit perſonam recognoſcētis vitam ſuam cōſiſtere in obedientia diuinæ legis.Et explicat hanc perſonam in quarto verſiculo.niſi doctrina tua delectationes meæ,tunc perii in humilitate mea.Hic enim manifeſte deſcribit ſuum interitum ſi non delectatio in lege affuiſſet:quod eſt vitam eius conſiſtere in obſeruatione legis dei.

ℭ Tractaꝭ aūt pſona hæc dupliciter.Primo ex cōſiſtētia alioꝝ in obediētia diuina. ſecūdo ex efficacia diuini pcepti.Affert itaq̄ q̄ttuor ſenſibiles creaturas ppetuas/pſiſtētes ĩ obediētia dei. ⁋ Primo coelos. verbū tuū dñe ſtetit in coelis æterno:hoc eſt iperiū tuū pſeuerauit in coelis ad ęternā obediētiā. ⁋ Secūdo in ſucceſſiua generatiōe iferioꝝ. Veritas tuas(creſcite & multiplicamini &c̄.)generatiōi & generatiōi/repete ſtetit. ⁋ Tertio in ſtabilitate terrę. Firmaſti terrā,& ſtetit. ⁋ Quarto in ideficiētia tpis ad executionē diuinoꝝ iudicioꝝ. Iudiciis tuis ſteterūt hodie. Totū tp̄s nō eſt niſi hodie.tū q̄a nō eſt niſi vnus dies repetitus.tū q̄a nihil vnq̄ habitū eſt/hꝫ aut hēbiꝭ niſi hodie. Semp.n.qđ habitū eſt de tpe/tūc fuit hodie:& ſimiliter qđ habebiꝭ/tūc erit hodie:& qđ nūc habeꝭ eſt hodie. Appellatione itaq̄ hodie/vniuerſum tempus ſm id quod habetur ſignificatur.vnde pluraliter dicitur ſteterunt hodie/propter multiplicata hodie.Iudiciis aūt diuinis ſtare deſcribunꝭ,quia exequēdis diuinis iudiciis obſequunꝭ: quia ad hoc perſeuerant tempora vt executioni mandentur diuina iudicia.

Niſi doctrina tua.Nota hic ꝙ pſona hæc ex vna pte duo ſimul attulit in his q̄ttuor creaturis.ſ.eaꝝ ppetuitatē,& eaꝝ obediētiam perpetuam diuinis iudiciis/firmitati/veritati/ac verbo.ex altera vero parte affert ꝙ tūc in ſua humilitate piſſet niſi affuiſſet delectatio diuinę legis.Acſi apte diceret ꝙ cōſiderādo oēs creaturas ſenſibiles ppetuas(coelū/terrā/tp̄s & ſucceſſum generatiōis)pſiſtere in obediētia diuini iperii,tūc cōſiderata quoq̄ humilitate mea(hoc eſt deiectiōe ſeu vilitate cōditionis meæ:ꝙ ſcilicet natura mea ſola iter capaces ppetuitatis deficit a ppetua pſiſtētia in diuina obediētia)piſſem/nō pdēdo vitā corporis ſed vitā aīę,niſi delectatio in lege tua vitā aīæ meæ ſuſtinuiſſet.Pręſupponit.n. pſona hæc duas veritates.Alterā ꝙ habet aīam ĩmortalē/capacē ęterne btitudinis.alterā ꝙ hō a pricipio donatus eſt ĩmortalitate,ſed nō pſtitit in ea primus parēs.Et his p̄ſuppoſitis dicit/ꝙ cōferēdo abiectionē cōditionis humanę quā expimur/cū pſiſtētia obediēte aliaꝝ creaturaꝝ ſenſibiliū,pderet vitā aīę/deſparet de btitudine/nō hēret fidē eiuſdē/niſi delectatio in lege diuina adeſſet:hoc eſt niſi ſm aīam cōplaceret doctrina diuina de pmidētia dei/de æterna btitudine recuperāda &c̄.Ex q̄bus prudēs lector habes ꝙ de vita aīę tractat pſona hæc:nō.n. vita corporis ſed aīæ in delectatione legis diuinæ ſeruatur.& ꝙ ideo has creaturas ſenſibiles ppetuas attulit/quia ſeipſam inter capaces perpetuitatis cōputat:& deiectionē naturę ſuę conſiderat in comparatione ad perſiſtentes in perpetua obedientia.

In ęternũ nõ obliuiscar. Postq̃ descripsit psona hęc vitã suã in diuinę legis obediẽtia cõsistere ex relatione ad alias creaturas, mõ idẽ describit ex efficacia hmõi obediẽtię in ipa psona. tũ absolute, tũ tuẽdo ab inimicis. ¶ Et efficacia qdẽ primo describit i effectu vitę. Quia in eis viuificasti me, iõ in æternũ nõ obliuiscat pceptoꝝ tuoꝝ. ¶ Secũdo i effectu salutis. Q̃m pcepta tua q̃siui, ideo salua me. Veꝝ pponit tibi ego. Dilectus meus mihi & ego illi, scribit cãti. 2. Tibi ego addictus sum, sum qcqd sum. hoc. n. efficit verus amor amicitię. Et sic qa tibi ego charitatis amicitia, & qa pcepta tua q̃siui, salua me.

Mihi cõgregati sunt (Ecce efficacia defensiua ab inimicis) testimõia tua itelligã. Siue cõgregatos itelligas ipsos ad pdẽdũ vitã aię falsis doctrinis aut suasionibus aut minis, siue ad pdẽdũ vitã corporis (qđ minus quadrat cõtextui: nisi cõminatio mortis eẽt pp fidẽ aut veritatẽ aut bonos mores) optima tutela est aię, testimõia tua itelligã: penetrare. s. diuina testimõia. ¶ Quę sint aũt hmõi testimõia subiũgit. Oi cõsũmationi vidi finẽ latũ &c. Mãdatũ diuinũ, diliges dñm deũ tuũ ex toto corde &c. appellatur mãdatũ latũ valde: qa amplissimũ est: vtpote rõne dei efficiẽs oia amabilia, vtpote opiẽs ẽt multitudinẽ pctõꝝ, vtpote in quo pẽdet vniuersa lex & pphetę. Hoc inquã mãdatũ tã amplũ finis est ois cõsummationis, ois pfectionis, ois cõplemẽti: q̃m ois pfectio ordinat ad dilectionẽ dei vt ad finẽ. Hoc se vidisse itelligẽdo testimonia dei, asserit psona hęc. Et itellige q nõ ociose vidit: sed vidit ad faciẽdũ & exequẽdũ qđ videt. ¶ Põt & aliter exponi latũ mandatũ: vt. s. vniuersitas mãdatoꝝ diuinoꝝ significet finis ois cõsũmatiõis, nõ solũ moralis sed artificialis & naturalis. Acsi apte diceret. itelligã testimõia diuina vidẽdo mãdata diuina eẽ finẽ oi cõsũmationi: hoc est eẽ pp q̃ seu ad q̃ ordinat & est ois pfectio. Iã. n. in principio octonarii ĩchoauerat hoc: dicẽdo q caelũ, terra, tẽpus & generatio perstant in obediẽtia diuinorũ mandatoꝝ. Et cõsonat vt nũc ois operis cõsũmationẽ extẽdat ordinari ad obediẽtiã diuinoꝝ mãdatoꝝ. & sic eadẽ redit tutela inhęsionis ad diuina mandata: quia vidit illa esse finẽ ois perfectionis.

VVLGATA EDITIO.

Mem. Quomodo dilexi legẽ tuam domine: tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos prudẽtẽ me fecisti mãdato tuo: qa ĩ æternũ mihi est.
Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia mandata tua quęsiui.
Ab omni uia mala prohibui pedes meos: ut custodiam uerba tua.
A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi.
Q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem uiam iniquitatis.

IVXTA HEBRÆVM.

1 Mem. Quantũ dilexi doctrinã tuã: tota die ipsa (est) locutio mea.
2 Mem. Plus inimicis meis sapere me facies mandata tua: qa (vita) sempiterno ipsa (doctrina) mihi.
3 Mem. Plus omnibus instruẽtibus me intellexi: quia testimonia tua (sunt) locutio mihi.
4 Mem. Plus senibus intelligam: quia pręcepta tua seruaui.
5 Mem. Ab omni semita mala prohibui pedes meos: propterea custodiã uerbum tuũ.
6 Mem. A iudiciis tuis non recessi: quia tu docuisti me.
7 Mem. Q̃ dulcificata sunt palato meo dictum (singula dicta) tuum: super mel ori meo.
8 Mem. A pręceptis tuis intelligam: propterea odiui omnem semitam falsitatis.

Quantũ dilexi. In hoc. 13. octonario pphcta induit personam tanto affectu inhęrentis legi dei vt in ea continue occupet. Et hanc explicat in primo versiculo. Quãtum dilexi (ecce magnitudo affectus) doctrinam tuam, legem tuã, testimonium perhibet effectus: scilicet q tota die continue, locutio mea est. ex abundantia cordis os loquitur.

Tractat aũt hęc psona tripl'r. Primo relata ad fructũ in itellectu. Secũdo ad fructũ in ope. Tertio ad fructũ in affectu. ¶ Plus inimicis meis. Describit ex hac magnitudine affectus ad legẽ dei, consecutã se fuisse plus sapiẽtię & itelligẽtię q̃ inimici ipugnatores mãdatoꝝ dei, q̃ doctores q ex acq̃sita scia offm docẽdi hñt, & q̃ senes q ex lõga expiẽtia prudẽtiores debẽt eẽ aliis. Et itẽdit p hoc q plus itelligit & sapit vetula multũ diligẽs legẽ dei q̃ doctores theologię, q̃ seniores, & q̃ oẽs ipu seu hęretici ipugnãtes mandata dei. Et verissimũ ẽ de sapia & itellectu q sũt dona spũssctĩ: hoc ẽ de itelligere & sape ad salutẽ pprię aię, q est finis diuinę doctrinę. ¶ Quia sempiterno ipsa mihi. Ipsa singularis est numeri: & demonstrat doctrinã seu legẽ dei quã dilexit, esse sibi pfixã in aio ad sempiternam obseruationem.

Ab omni semita mala. Fructũ opis describit in oĩbus opibus, declinãdo a malo. Propterea custodiã verbũ tuũ. Duo significat p hoc. Alteꝝ ꝙ nõ sufficit ad custodiẽdũ verbũ dei declinare ab aliqb⁹ pctis; sed oportet vitare oĩa: q.n. in vno offendit, reus oium factus est. Alteꝝ ẽ ꝙ ad hoc vitãda ẽ oĩs via mala vt seruet lex dei (ad hoc.n. ĩpellit amor legis diuinę) & nõ ꝓpter timorem aut aliqd hmõi. ℣ A iudicijs tuis. Nõ sufficit amanti ꝓhibere affectus suos ab oĩ via mala sibi ad quã passiones eius inclinarent, sed oportet ẽt ad bonũ alioꝝ reddẽdo vnicuiq; ius suũ intẽdere. qđ spectat ad rectitudinẽ iustitiæ ſm diuina iudicia. Et hoc significat. a iudicijs tuis nõ recessi/ in opibus meis ad alios: qa tu docuisti me.

Q; dulcificata. Describit fructũ tãtę dilectiõis iterni affect⁹ quo ad locutionẽ. Q; dulcificata sũt palato meo dcã tuũ. cõstructio ẽ de significato: signat.n. multitudinẽ dictoꝝ a deo. Et p siĩitudinẽ ad dulcedinẽ mellis ĩ ore, describit delectationẽ suã ĩ ſmone dictoꝝ a deo: hoc ẽ reuelatoꝝ in sacra doctrina.

A pręceptis tuis intelligam. Post delectationem in dictis dei, subiungit demum odium non vnius sed omnis vię falsitatis. Sub qua comprehenditur omnis via iniqua.

ℂ VVLGATA EDITIO.

Nun. LVcerna pedibus meis uerbum tuum: & lumen semitis meis.
Nun. Iuraui & statui: custodire iudicia iustitię tuę.
Humiliatus sum usquequaq;: domine uiuifica me ſm uerbum tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me.
Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.
Posuerunt peccatores laqueum mihi: & a mandatis tuis non erraui.
Hereditate acquisiui testimonia tua in ęternum: quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iustificationes tuas in ęternum: propter retributionem.

ℂ IVXTA HEBRÆVM.

1 Nun. LVcerna pedi meo uerbum tuum: & lux semitę meę.
2 Nun. Iuraui & firmaui: ad custodiendum iudicia iustitię tuę.
3 Nun. Humiliatus sum usq; ualde: domine uiuifica me iuxta uerbum tuum.
4 Nun. Voluntaria oris mei uelis obsecro dñe: & iudicia tua doce me.
5 Nun. Anima mea est in palma mea continue: & doctrinę tuę non sum oblitus.
6 Nun. Dederunt impii laqueum mihi: & a pręceptis tuis non erraui.
7 Nun. Hęreditaui testimonia tua sempiterno: quia gaudium cordis mei fiunt ipsa.
8 Nun. Inclinaui cor meum ad faciendum statuta tua: statuto æterno fini.

LVcerna. In hoc.14. octonario propheta induit personam gradientis in via perfectionis. Et explicat illam in primo versiculo. lucerna pedi meo verbum tuum. Describit enim arctam viam appellatione semitę: & ita arctam vt non simul duobus pedibus sed altero post alterum pede ambulet, dicẽdo pedi meo. Tempus quoq; tenebratũ insinuat in noĩe lucernę: tanq̃ nõ in lumine diei sed in lumine lucernę ambulationem suam peragat. Et explicat lucernę officium agere verbum dei, sacram scripturam. Ita ꝙ persona hęc describit se ambulare in via arctioris pfectionis, gestando lucernã diuini verbi inter tenebras tam humani luminis q̃ mundanarum affectionum quibus plenus est mundus.

ℂ Tractat aũt persona haec quadruplicitur. Primo ſm firmitatẽ aĩ. Secũdo ſm recognitionem diuinę gratię. Tertio ſm cõstantiam in periculis. & quarto ſm fomẽta ꝓgrediẽdi. ℣ Iuraui & firmaui. Manifesta animi firmitas significatur iuramento non præcipiti sed deliberato ac firmo animo ad custodiendum iudicia: hoc est ad seruandum quęcunq; iudicauit debita seruari iustitia tua, regula etiam internorum: nõ iustitia humana, quæ regulat ea quæ foris sunt.

Humiliatus sum. Secũdo describit recognoscẽs diuinã grãm tã in nõ volũtarijs q̃ in volũtarijs. Humiliat⁹ sũ vsq; valde, vsq; multũ depssus sũ ĩ hac semita: iuxta illud aplĩ. supra modũ grauati sumus, ita vt taederet nos viuere. Viuifica me (ecce recognitio grę ĩ oppssiõibus) iuxta verbũ tuũ, qđ ẽ vita aĩę.

Voluntaria oris mei. Non solum in oppressionibus quæ sunt cõtra naturalẽ voluntatẽ, sed ẽt in spõtaneis opibus cõplacuĩ tibi. Et appellat spõtanea opera, voluntaria oris: quia nõ solum sunt volũtarie ꝓposita, sed ẽt ore spontaneo prolata. ℣ Velis obsecro. Dictio hebraica sonat imperatiuum verbi volo vis, quo lingua latina caret. & propterea interpretes loco imperatiui posuerunt futurum optatiui. Obsecro sumitur prout est aduerbium obsecrantis. ℣ Et iudicia tua doce me. acceptando voluntaria

opera mea/doce me pati iudicia tua, quæ incipiunt a domo dei.
Aia mea. Tertio describiť persona hæc ambulans in periculis nõ declinãs a via. Et describiť piculum metaphorico sermone. Aia mea in palma mea cõtinue. Portãs enim continue vitã in manu sua/dr esse in cõtinuo piculo vitę. Et forte erat pverbiũ tunc tpis, quo ad significãdũ magnitudinẽ piculi/diceba/tur ꝙ ille portat aiam suam in manu sua. ⁋ Et doctrinę tuæ nõ sum oblitus. Rõ aũt tãti periculi subiũgiť. Dederũt ipii laqueũ mihi/ita ꝙ talẽ dederũt ipii laqueũ ꝙ vita mea est cõtinue in manu mea: & a pceptis tuis nõ erraui. neq; in mẽte oblitus sum, neq; in opere erraui in tãtis periculis. Et potes hæc pi/cula intelligere de solis periculis aiæ/& de periculis aię (hoc est fidei/veritatis/bonoꝝ moꝝ) ex laqueis humanis cũ periculo vitę corporalis: vt contigit martyribus. ⁋ Põt nihilominus aliter exponi meta/phora aię in palma: vt. s. significeť remediũ quo vtiť psona hæc ambulãs in hac semita. Et sic idem est dicere aia mea in palma mea continue/& dicere in omni opere meo memoror nouissima mea. manus eni opus significat: & aia cõtinue in manu/est id qđ est aię corã se habere continue in opere.
Hereditaui. Demũ describiť psona hæc fm fomenta pgressus duo. Alteꝝ est gaudiũ iternũ diuini te/stimonii. Quia testimonia tua gaudiũ cordis mei sunt, ideo hęreditaui illa æterno. Testimonia dei in/terna sunt spũssancti dona/testificãtia intus ꝙ filii dei sumus: iuxta illud. ipse spũs testimonium reddit spũi nro ꝙ filii dei sumus. Testimonia vero dei extrinseca/sunt & sacrę scripturę seu verba dei & opera sancta. Et vtraq; hæreditare (hoc est velut hæreditario iure habere) nõ est nisi filioꝝ dei: iuxta illud. ꝙ si filii/& hæredes. Vñ filiũ se dei adoptiuũ persona hæc esse significat: explicãdo se tãto gaudio participa/re diuina testimonia ꝙ hæreditauit illa æterno: hoc est ad æternã possessionem, & nõ ad pñtis tñ vitę perfectionẽ. Quod clarius subiũgiť dicẽdo iclinaui. ⁋ Alterũ est ęternus finis. Inclinaui cor meũ/iuxta aplicum dictũ in captiuitatẽ redigẽdo oẽm itellectũ in obsequm chri, ad faciendũ statuta tua/ad seruã/dũ vniuersam legẽ tuã vsq; ad minima, ęterno fini: hoc est vacãs & studẽs ęterno fini/nõ tpali: qualis ẽ btitudo cœlestis patrię. Propter quã cõsequẽdã seruanť pcępta dei: iuxta illud apli. 2. timo. 4. bonũ cer/tamẽ certaui/cursum cõsummaui/fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ &c.

ℭ VVLGATA EDITIO.

Samech. INiquos odio habui: & legem tuam dilexi.
Adiutor & susceptor meus es tu: & in uerbum tuum supersperaui.
Declinate a me maligni: & scrutabor mandata dei mei.
Suscipe me fm eloquium tuum & uiuam: & non cõfundas me ab expectatione mea.
Adiuua me: & saluus ero, & meditabor in iustificationibus tuis semper.
Spreuisti omnes discedentes a iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum.
Pręuaricantes reputaui oẽs peccatores terrę: ideo dilexi testimonia tua.
Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.

ℭ IVXTA HEBRÆVM.

1 Samech. COgitationes odiui: & doctrinam tuam dilexi.
2 Samech. Absconsio mea & scutum meum tu: [cum] uerbum tuum † expectaui. († verbo tuo)
3 Samech. Recedite a me malignantes: & seruabo mandata dei mei.
4 Samech. Sustẽta me fm dictũ tuũ/& uiuã: & ne confunde me ab expectatione mea.
5 Samech. Sustenta me: & saluus ero, & loquar in statutis tuis continue.
6 Samech. Calcasti oẽs errantes a statutis tuis: quia falsitas sapientia eorum.
7 Samech. Scorias cessare fecisti oẽs impios terrę: propterea dilexi testimonia tua.
8 Samech. Horripilauit a timore tui caro mea: & a iudiciis tuis [ego] timui.

COgitationes odiui. In hoc. 15. octonario ppheta induit psonã viri iter diuinã legẽ & humana/rũ legũ figmẽta cõstituti. Et explicat eã in primo versiculo. cogitationes odiui, & doctrinã tuã di/lexi. Adinuẽtiones humanaꝝ legũ de diis & similibus/cogitatiões vocat: q̃a vere nõ sũt nisi cogitatio/nes: nõ. n. hñt fundamẽtũ in re, sed solũmõ in humanis adinuẽtionibus. vñ & apte e regione locanť ad le/gẽ diuinã sub rõne doctrinę: q̃a est vere doctrix: vtpote a sũmo doctore deo manans. Nec solũ persona hæc prælegit doctrinã dei, sed leges alias odio habuit/legem autem dei dilexit.
ℭ Et affert persona hæc quadruplicẽ rõnem suę dilectionis erga legem dei & odii erga alias. Primo q̃a lex dei est defensiua. Secundo sustentatiua. Tertio victrix. & quarto punitiua. ℭ Defensio in primis

significat. Absconsio mea: hoc est dñs in hac vita expectaui in statu spei verbū tuū, verbū legis tuæ implendū, tu abscōsio mea, ad similitudinē latibuli saluātis a psequētibus: & scutū meū, ad similitudinem scuti saluātis a pcutiētibus. Significat.n.p hoc ad lrām ꝙ sperās in verbis legis dei, sortit deū p scuto & pro latibulo: put variç insecutiones exigūt. qđ nō pstat sperātibus in aliis legibus.

Recedite a me malignātes. Effectus defensionis significat. Recedite, elongatione morum: & ego seruabo mandata dei mei.

Sustēta me. Virtus sustentatiua describit. eget.n.hō īfirmus sustētatione diuini pabuli. Et propterea apte dicit. Sustēta me ꝭm dictū tuū & viuam, vita aiæ: quia nō in solo pane viuit homo, sed in oī verbo qđ procedit de ore dei deute. 8. & ne confunde me ab expectatione mea æternç beatitudinis.

Sustēta me. Prima sustētatio est ad viuendū hic fide & spe æternç btitudinis: hçc aūt est ad salutem & doctrinam aliorum, significatam dicendo. & loquar in statutis tuis continue. Iungit autem doctrinç aliorum salutem propriam: quia oportet diuinç legis doctorē, ante oīa propriam habere salutem aīæ: alioquin est velut æs sonans aut cymbalum tinniens: vt dicit. 1. ad cor. 13.

Calcasti. Describit victoria diuīç legis supra alias. Calcasti oēs errātes a statutis tuis, a nimis pcçptis legis tuç: qa falsitas sapia eoꝝ: hoc est qa sapia eoꝝ initit falsitati, idō tu veritate legis tuç calcasti eos.

Scorias cessare fecisti. hoc est fecisti cessare oēs ipios terrç tanꝗ scoria, tanꝗ feces argēti. Per qđ clare describit punitio ipioꝝ in futura vita: tūc.n. & nō prius cessabūt oēs ipii terræ. Et vere cessabunt vt scoriæ. nā nūc in hac vita electi sunt mixti reprobis vt argētū scoriis: tūc aūt depurato argento separabit scoria: & sic cessabūt ipii a terra. ¶ Propterea dilexi testimōia tua. Duplicē effectū in psona hac ppēde ex futuro iudicio. Alter ē amor diuinoꝝ testimonioꝝ: hoc ē sctōꝝ opeꝝ & sctāꝝ scripturaꝝ: ambo.n. sunt testimonia dei. Alter est tremor diuinoꝝ iudicioꝝ. Horripilauit a timore tui caro, tātum timui iudicia tua futuræ vitæ ꝙ caro mea ad similitudinem patientis horripilationem tremuit. Et dicit hoc ad contestandum veritatē æternarum poenaꝝ, quæ reseruantur infligendç diuino iudicio.

¶ VVLGATA EDITIO.

Hain. FEci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.
Suscipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.
Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiç tuæ.
Fac cum seruo tuo ꝭm misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum ut sciam testimonia tua.
Tempus faciendi domine: dissipauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua: super aurum & topazion.
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: oēm uiam iniquam odio habui.

¶ IVXTA HEBRÆVM.

1 Hain. FEci iudiciū & iustitiā: ne dimitte me calumniantibus me.
2 Hain. Dulcifica seruum tuum bono: non opprimant me superbi.
3 Hain. Oculi mei consumpti sunt saluti tuæ: & dicto iustitiæ tuæ.
4 Hain. Fac cum seruo tuo iuxta gratiam tuam: & statuta tua doce me.
5 Hain. Seruus tuus ego: intelligere me fac, & cognoscam testimonia tua.
6 Hain. Tempus ad faciendum domino: fregerunt doctrinam tuam.
7 Hain. Propterea dilexi mandata tua super aurum & obrizum.
8 Hain. Propterea oīa mandata oīum direxi: oēm semitam falsitatis odiui.

FEci iudiciū. In hoc. 16. octonario propheta induit psonā oī conatu studētis ad salutē animæ seruando legem dei. Et explicat illam in tertio versiculo. oculi mei consumpti sunt saluti tuæ & dicto iustitiæ tuæ. Mentis enim oculos tam studiose intendentes saluti quæ ꝭm deum est, & intelligendis ac exequendis dictis diuinç iustitiæ, habuisse se dicit, ꝙ consumpti sunt, ꝙ ad similitudinem laborantiū diu suspiciēdo cōsūpti describūt. Vbi manifeste apparet magnus conatus ad salutē iustitiāꝗ ꝭm deū.

¶ Tractat autem hæc studiosa persona, primo ꝭm ppriarum virtutum opa relata ad fructus pcipiendos: qui.s. nō sunt in ptāte eius. Secūdo ad fructus perceptos: qui scilicet sunt in potestate eius. Feci .nō dicit docui aut laudaui sed feci, opere executus sum, iudiciū & iustitiam, hoc est omnia quæ sub ratione debiti a me fuerunt facienda. quod est plenum iustitiæ opus.

Ne dimitte me. Fructus seruatç iustitç describit nō dimitti a deo in vexationibus calūniatoꝝ. Et hic fructus sicut & cçteri sequētes vsꝗ ad sextū versiculū, describit dep̄catiue. tū qa est fructus pcipiēdus. tū qa nō est in ptāte psonç iustç. tū qa nō est fructus necessario cōsequēs, sed ex diuina gratia. Assignat tū

hic fructus iustitiae:qa rõni cõsentaneũ est vt ab exequente iudiciũ & iustitiam/absint calumniae.

Dulcifica. Non solũ in debitis studuit persona haec recte se habere:sed ẽt in qbuscunq bonis studuit se exhibere dulcẽ. In quo significat studiũ huius psonae ad cõplacendum aliis in quocunq bono. Vbi aduerte q dictio bono est casus datiui. petit enim q deus efficiat se dulcem bono:hoc est ad operandũ bonum. In quo ad modum suauem operandi bonum tendit. ¶ Non opprimant me. Fructus tam dulcis affectus ad omnes in bono/describitur euitatio violentiae a superbis. quadrat enim tam suaue conuersanti vt vereantur etiam superbi violentiam illi inferre.

Oculi mei. Nota prudẽs lector psonã hanc gradatim describere partes virtutũ suarũ. nam ĩchoauit a virtute erga debita,& ascendit ad virtutẽ ẽt ad nõ debita:modo autem ad supremum ascẽdit studium erga diuina. vtrunq enim priorum erga humana fuit. Vnde & hic describuntur mentis oculi consumpti/ad magnitudinem studii significandam:& solius salutis ac iustitię dei mentio fit.

Fac cũ seruo tuo. Ad duo tetenderũt oculi:scilicet ad salutẽ & dictum iustitię. Et ppterea prius ponit fructũ salutis. Fac cum seruo tuo iuxta gratiã tuã. gfa.n. dei salutifera est. ¶ Et statuta tua. Iam ponit alterũ fructũ:scilicet iustitię quo ad cognitionẽ. tum ex parte doctoris/doce me. tũ ex parte discentis/fac me intelligere &c̃. ¶ Aduerte inter haec q in vtroq fructu nominat se seruum/accumulando officia. Ac si aperte diceret. Non solum toto studio ad ea quę salutis & iustitiae tuae sunt anhelo, sed seruus quoq tuus sum/ad te dominum meum recurrens pro gratia & pro doctrina.

Tẽpus ad faciẽdũ dño. Cõsumpti sunt oculi mei dicto iustitię tuae/nõ solũ cognoscẽdo sed principaliter exequendo. Et ad cognoscẽdũ quidem supplex rogaui. doce me/fac me itelligere. Ad exequẽdum vero intellexi q tẽpus ad faciẽdũ dño. Et est casus datiui dño. ¶ Põt hic textus dupliciter itelligi. Primo de tpe pñtis vitae & humano facere. Et sic est sensus. tẽpus hoc est ad faciẽdũ/hoc est ad operãdũ, in obsequiũ dei:iuxta illud eccl. 15. nemini deus dedit spatiũ peccãdi. Et iuxta hũc sensum subiungit abusus tẽporis apud illos qui fregerunt legẽ dei:& ex alia parte subiũgunt fructus pcepti in ppria persona ex cognito tpe ad obsequẽdũ dño, dicendo. ppterea dilexi &c̃. vsq ad finẽ. ¶ Secundo põt itelligi de tpe reseruato deo ad faciendũ manifestã iustitiã ipiorũ. quod erit tps vl'is iudicii. Et sic est sensus; Dño est seu erit tẽpus ad faciẽdũ, qa fregerũt doctrinã tuã. Et hic sensus magis quadrat cõtextui:in quo studiũ huius personę describitur, non comparatio eius ad impios. ¶ Nota acute lector q ideo propheta in opere iustitiae punitiuę meminit temporis ad faciendum, quia in reliqs operibus dei ex dei sapientia oĩa praefiniuntur;punitio autem ex tempore praui operis pendet: quia non prius deus est vltor q̃ homo peccet. Tempus ergo peccati habet hanc conditionem q est necessario requisitum ad faciẽdum opus punitionis,& non se tenet ex parte dei. Et sic quum dixisset tempus ad faciendum domino, explicando conditionem temporis materiam faciendi domino praestantis/subdit. fregerunt doctrinam / hoc est legem, tuam. Peccatum enim quod fractio diuinae legis est/tempus constituit faciendi vindictam:& qui ex tunc & non prius põt deus facere vindictam. Et iuxta hunc quoq sensum similiter subiũguntur fructus percepti ex cognito tempore vindictę impiorum.

Propterea dilexi. Tres fructus percepti in studiosa hac psona describunt. Primus est dilectionis/ppterea dilexi. Si ppterea refert tẽpus datum ad obseqũdum dño, quadrat praeferre mãdata dei auro & oĩbus:vtpote vtendo tpe nõ ad lucrũ auri, sed ad faciendum mãdata dei. Et similiter si ppterea refert tẽpus punitionis iniquorũ, etiam quadrat vt nõ timore sed amore seruet mandata dei. ¶ Vbi recole q in fine praecedentis octonarii iustus dixit se timere iudicia dei, ita q caro sua horripilauit:& modo dicit se diligere mandata dei. Optima discretio inter poenas & mãdata. Aeternas poenas timet iustus:iuxta verbum domini. ostendam vobis quem timeatis:timete eũ qui postq̃ occiderit habet potestatem mittere in gehennã/matth. 10. Mandata aũt diligit, quoniã fides per dilectionẽ operatur.

Propterea. Secũdus fructus est oĩum hoĩum oĩumq legum mãdata oĩa dirigere/hoc est recto aĩo seruare:iuxta pręceptum apostolicũ:cui vectigal vectigal cui tributũ tributum/ad ro. 13. Et petrus subiecti estote omni humanę creaturę propter deum. Et rursus. serui subditi estote dñis, nõ tñ bonis sed etiã dyscolis. 1. pet. 2. ¶ Omnem semitam. Tertius fructus est odium omnis viae iniquę. Vbi aduerte q ex hoc tertio apparet q de solis mandatis non iniquis dixit/oĩa omnium mandata direxi. iniquis enim mandatis repugnat rectificari. Et propterea subiunxit q illa odit.

¶ VVLGATA EDITIO.

Pe. MIrabilia testimonia tua:ideo scrutata est ea anima mea.
Declaratio sermonum tuorum illuminat:& intellectum dat paruulis.
Os meum aperui & attraxi spiritum:quia mandata tua desiderabam.
Aspice in me & miserere mei:fm iudicium diligentium nomen tuum.
Gressus meos dirige fm eloquium tuum:& non dominetur mei omnis iniustitia.
Redime me a calumniis hominum:et custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum:& doce me iustificationes tuas.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei:quia non custodierunt legem tuam.

IVXTA HEBRÆVM.

sunt
1 Pe. SEparata testimonia tua:ideo custodiuit ea anima mea.
2 Pe. Apertio sermonum tuorum illuminabit:intelligere faciens simplices.
ad mādata tua
3 Pe. Os meum aperui & respiraui:quia mandatis tuis desideraui.
statutū
4 Pe. Vertere ad me & miserere mei:ſm iudicium diligentibus nomen tuum.
5 Pe. Gressus meos firma in dicto tuo:& ne fac dominari in me omnem iniquitatem.
6 Pe. Redime me a lite adam:& custodiam pręcępta tua.
7 Pe. Facies tuas fac lucere in seruo tuo:& doce me statuta tua.
ab hoc q
8 Pe. Riui aquarum descenderunt oculis meis:super non custodierunt doctrinā tuam.

SEparata. In hoc.17.octonario induit propheta personam hominis sitientis ad apertum sensum diuinorum eloquiorum. Et explicat illam in versiculo tertio. os meum aperui & respiraui, quia mādatis tuis desideraui. Magnitudinem desiderii ad percipiendam explanationem sacrorum eloquiorum in præcedenti versiculo positam/describit a metaphora passionis humanæ accidentis in prima pręsentia rei valde desideratę. experimur siquidem ꝙ desiderantibus nobis valde aliquam personam, quum illa adest/tanto replemur gaudio ꝙ aperto ore nihil loquimur/sed respiratione nobis opus est:quia multitudo spirituū ex dilatatione cordis exhalat præ gaudio. Hanc passionem significat dicens. os meum aperui & respiraui/in apertione eloquiorum tuorum. Et rationem subdit. quia mādatis tuis/hoc est ad mandata tua intelligenda, desideraui/peruenire.

Tractatur autem persona hęc relata ad differentiam fructuum ex diuino eloquio manifestato vel non manifestato. Et assignatur diuino eloquio non manifestato vnus fructus; manifestato autem assignantur sex fructus. Separata (ad similitudinem separatorum ab humano vsu significantur diuina eloqa quatenus cōtinēt occulta nobis mysteria/tanq̄ ab vsu cognitionis nrę separata) testimōia tua/ eloquia & opera testimonium perhibentia de deo. Ideo custodiuit. Ecce fructus diuinorum testimoniorum quatenus sunt occulta. Ideo/hoc est propter reuerentiam eorum, anima mea/credens & sperās in illis occultis, custodiuit ea/curam habuit seruandi ea.

Apertio sermonum tuorum. Contra separationem e regione ponit apertionem/tanq̄ alterum statum diuinorum eloquiorum. Apertio/declaratio/explanatio, sermonum tuorum illuminabit/quando erit vim habebit illuminatiuam. Quod clare videmus adimpletum:illuminato iam mundo/explanata a christo & apostolis sacra scriptura/manifestatis iis quæ testimonium perhibent de deo. Intelligere faciens simplices. Apertio diuinorum sermonum est ſm se illuminatiua:sed effectum luminis nō efficit in omnibus, sed in simplicibus. Et propterea primus fructus describitur. faciens intelligere simplices:hoc ē hoies nō duplici via gradiētes/hoies facile suasibiles. Hi.n. simplices appellantur:ad differētiam hoium impersuasibilium, quibus tot diuina testimonia non sufficiunt ad fidei lumē suscipiēdū.

Os meum aperui. ad p̄sentiā tāti lumīs os meū apui, & respiraui/tāto gaudio repletus sum ꝙ sitis fui apiēti os & respiranti:qa mādatis tuis/itelligēdis, desideraui:hoc ē qa ad mandata tua intelligēda ptingere desideraui. Datiuus enim casus significat motū desiderantis interesse apertioni eloquiorū dei.

Vertere ad me. Secundus fructus est recognitio diuinę salutis repositę diligentibus deum. Ad hanc enim obtinendam illuminatus ex apertis sermonibus diuinis/primo supplicat. vertere ad me. Deum alloquitur humano more/tanq̄ hactenus auerso vultu extitērem:quia vere velut auerso vultu se habet ad nos anteq̄ credamus. Vertere ad me/iam illuminatum, & miserere mei/nō qualitercūq;, sed ſm iudicium prępa ratū diligentibus nomen tuū. Iudiciū quidē paratū diligentibus gloriā dei, est iudiciū nō īputans peccata cōmissa ad æternā pœnam/& accęptans bona opera ad æternū pręmiū. Et vtrūq; procul dubio ex diuina procedit misericordia. Vnde petitio æternę salutis est hic primus affectus.

Gressus meos firma. Tertius fructus. in secūdo affectu ad stabilitatē describit. optimū est gr̄a stabilire cor. Et ne fac dn̄ari. Firmitas in via dei pendet ex duobus. s. ex parte dei firmantis sua gratia gressus (hoc est affectus) nrōs in dictis dei:& ex parte nostri ab excussiōe dn̄ii oīs vitii super nos. Assueti in aliquibus vitiis/sunt velut subditi vitiis illis:quoniam habitus seu mala cōsuetudo tantum pręualet vt dominet affectibus & opibus humanis. Et hinc fit vt tales recētes pœnitētes/aut recidiuēt aut magnas patiant difficultates ad resistendū inclinationibus assuetis:nec sunt firmi in via dei donec excutiant a seipsis tales malas habilitates. quod est nullā dominari ei iniquitatē. Non enim dicit & ne fac me peccare, sed ne fac dn̄ari pc̄tū. ineuitabile siquidē est humanę fragilitati pc̄tū omne:sed nō est ineuitabi-

lis conſuetudo peccandi/malus habitus ad peccandum, qui eſt velut dominus.

Redime me. Quartus fructus deſcribit in tertio affectu illuminati ad euadēdū picula iminētia a repugnātibus affectibus humanis tā ppriis ꝗ̄ alienis: puta vxore/filiis/domeſticis/amicis/& hmōi. Hmōi.n. picula ſeruitutē appellat liti humanę: qa vere inata ē nobis q̄dā ſeruitus ſuaſiōibus domeſticoꝝ & amicoꝝ. Quę lites dnr: qa pugnę ſūt cōtra nos ad mala nřa: iuxta illud. inimici hois domeſtici eius. ¶ Redime me/ſeruū (redēptio.n.a ſeruitute ē) naturalis neceſſitudinis, a liteq ab ipugnatiōibus, adā. Nō dixit iniquoꝝ aut ſupboꝝ ſed hois (adā.n.nomē naturæ humanæ eſt) qa a ſeruitute qua naturalibus neceſſitudinibus ſubiicimur & ad mala trahimur/petit liberari. Et cuſtodiam. Seruitus enim iſta impedit obſeruationem pręceptorum dei: iuxta illud. qui non odit patrem & matrē &c̄. non pōt meus eē diſcipulus. Et rurſus. qui vult venire poſt me/abneget ſemetipſum.

Faciem tuam. Quītus fructus in q̄rto illuminati affectu ad iternā doctrinā totius legis diuinę/deſcribit. Faciem tuā/hoc eſt id quo tu diſcerneris/qđ ē de te reuelatū, fac lucere ſeruo tuo: ſic vt doceas me intus, ſtatuta tua/legē tuā vſq ad mīma ſuare. In ſecūdo verſiculo huiꝰ octonarii dictū ē ꝙ aptio ſermonū dei illuminat, & tū mō petit lumē: qa ibi de lumīe fidei ad credēdū/hic de extēſo lumīe ad opandū ē ſermo. Vñ & dñs mittēs diſcipulos i mūdū/bis p̄cipit docere. Prio ea q̄ ſūt fidei, & dēide ea q̄ ſunt operum matth. vlt. docete oēs gentes baptizantes eos, docentes eos ſeruare oīa quæ pręcepi vobis.

Riui aquarum. Vltimus fructus eſt pniæ. q nō depcatiue (vt p̄cedētes) ſed aſſertiue deſcribit, tanq̄ in ptāte eius exñs. Et ē fructus pnię. ¶ Riui aq̄rū deſcēderūt oculis meis/ p ab oculis meis: ſup nō cuſtodierūt doctrinā tuā/hoc eſt ſup hoc ꝙ nō ſeruarūt legē tuā. ¶ Nō putes vltimū verſiculum primo contrariū/quo dixit ideo cuſtodiuit ea aīa mea. qm̄ ibi impfectā obſeruationem legis ſignificauit: tum ex ſtatu non manifeſtatæ legis: tum ex eo ꝙ aīæ ſuę nō ſibi attribuit obſeruationē illam, tanq̄ ſuperior pars tm̄ ſeruauerit legem. Hic autem deflet non plenam legis obſeruationem. Vnde oculos ſuos inducit nō cuſtodiſſe legem: ad ſignificandum per carnales oculos inferiorem partem animi.

¶ VVLGATA EDITIO.

Zadi. Iuſtus es domine: & rectum iudicium tuum.
Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua & ueritatem tuam nimis.
Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt uerba tua inimici mei.
Ignitum eloquium tuum uehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.
Adoleſcentulus ſum ego & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
Iuſtitia tua iuſtitia in æternum: & lex tua ueritas.
Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.
Equitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi & uiuam.

¶ IVXTA HEBRÆVM.

1 Zadi. Iuſtus tu domine sunt: & rectitudo iudicia tua.
2 Zadi. Pręcepiſti iuſtitiam esse teſtimonia tua & ueritatem tuam ualde.
3 Zadi. Contriſtauit me zelus meus: quia obliti ſunt uerborum tuoꝝ anguſtatores mei.
4 Zadi. Purificatum est dictum tuum ualde: & ſeruus tuus dilexit illud.
5 Zadi. Paruus sum ego & contemptus: pręcepta tua non ſum oblitus.
6 Zadi. Iuſtitia tua est iuſtitia æterno: & doctrina tua est ueritas.
7 Zadi. Anguſtia & tribulatio inuenerunt me: mandata tua sunt ſolatia mea.
8 Zadi. Iuſtitia sunt teſtimonia tua æterno: intelligere me fac & uiuam.

Iuſtus tu. In hoc. 18. octōario idvit ꝓpheta pſonā tātę pfectiōis vt afflictꝰ nō ſolū cōſtās ſit/ſed affligat qa ſe affligētes obliuiſcunt legis dei. Et explicat illā in tertio verſiculo. cōtriſtauit me zelus meꝰ: qa obliti ſūt verboꝝ tuoꝝ anguſtatores mei. Vbi clare deſcribit & ꝙ patit/dicēdo anguſtatores mei. & quārū zelū hēat verboꝝ dei: ꝙ nō doleat de ꝓprio malo, ſed qa inimici deſpiciunt legem dei.

¶ Tractatur aūt hæc perſona dupliciter. Primo quo ad cām zeli. deinde quo ad cōſtātiā ſuam patiendo ex eiſdem cauſis. Ita ꝙ eędē deſcribunt cauſæ zeli & conſtantiæ. ¶ Deſcribuntur itaq cauſæ zeli, iuſtitia & veritas & puritas diuinorum p̄ceptorum & eloquiorū. Intendit enim ex his rōnabilē mōſtrare ſuū zelum: qa deſpicit iuſtitia & deſpicit veritas. Et qm̄ rōnis ordo expoſcit vt ſicut hō ab hoie, & oīa

ab olina/& vnūquodq₃ a suo simili pducit/ita pcepta iustitię & veritatis a iusto & recto proficiscātur, ideo hinc inchoat. Iustus tu dñe:nō p pticipationē ab alio sed p teipsum:& rectitudo/nō solū recta, sūt iudicia tua/q̄ p teipsum dicis. Et ppea pcepisti/in creaturis, iustitiā & veritatē esse testimonia tua/statuisti p testimoniis tuis iustitiā & veritatē. Vnde merito cōtristauit me zelus meus, qa obliti sunt verborū tuorū/iustitię.s.& veritatis, angustatores mei. ¶ Apponit aūt aduerbiū valde dicēdo præcepisti valde, ad differentiam pręcepti non valde. Deus nanq₃ quędam pręcepit valde: vt quæ sunt naturalis & moralis iuris. quędam vero pręcepit non valde:vt quæ sunt cęrimoniarum. Illa sunt iustitia & veritas in ppetuum/ista ad tēpus iusta & vera. Illa sunt q̄ deus statuit simplr & absolute pro testimoniis suis:& ppea dicit pcepisti valde. Vel aduerbiū valde determinat subintellectū verbū substātiuū esse.& ē sensus. pcepisti iustitiā & veritatē esse valde testimonia tua. Et sic explicat φ iustitia & veritas non sunt qualitcūq₃ sed valde testificātia deū iustū & rectū:ad differētiā naturaliū operū, q̄ minora sūt testimonia dei. maius siqdē testimoniū de deo hēmus ex eo φ actor ē iustitię & veritatis q̄ ex eo φ ē actor naturæ.

Purificatum dictū tuū. Zelus effectus amoris est. Et ppea inter causas zeli primum tenet locum causa amoris/impellentis ad zelandum. Hæc amoris causa describit. purificatum dictum tuū valde. purificatum inquam ab omni falsitate/ab omni fuco/ab omni specie fallacię/ab omni iniquitate, ad similitudinē argenti seu auri valde purificati est vniuersum dictū tuum in sacro eloquio. Et ideo seruus tuus (de seipso in tertia persona loquitur) dilexit illud. ex hac enim dilectione diuini verbi ortus est zelus affligens illum quia verba dei sunt tradita obliuioni. ¶ Vbi aduerte prudens lector consonantem antedictis causam amabilitatis diuini verbi fuisse allatam. iustitię enim & veritati puritas socia est.

Paruus ego. Descriptis causis zeli/describit secundo loco propriam constantiā ex eisdem causis in perpessione malorum ab inimicis suis. Paruus ego & contēptus. In paruitate intellige priuationē magnitudinis graduū/dignitatū/officiorū. in cōtēptu vero φ nō solū tenet paruus, sed (quod intolerabilius est) ēt despicitur. Et cū toto hoc pcepta tua nō sum oblitus/sicut sunt obliti angustatores mei.

Iustitia. Nota prudēs lector in secūdo versiculo quattuor dictiones. Pria est pcepisti.& ideo quāti fecerit dei pceptū descripsit/dicēdo & pcepta tua non sum oblitus. Secunda est iustitiā.& vsurus illa modo sub dit. iustitia tua/hoc est pcepta a te, est iustitia ęterno/nō est iustitia ad horā sed est iustitia semper:ad differētiam iustitię humanę, quæ vno tēpore est iustitia & alio non. Et intēdit per hoc declarare φ iustitia quā deus statuit pro testimonio suo est iustitia semp:vel est iustitia ducēs ad ęternitatē. ¶ Et doctrina tua veritas. Tertia dictio fuit & veritatē. Hac mō vsurus dicit illā eē doctrinā dei. ita φ quum dixit pręcepisti iustitiam & veritatem, pcepit iustitiam sempiternā & doctrinā suam.

Angustia & tribulatio. Ex hoc φ iustitia pcepta a te est iustitia sempiterna/& doctrina tua est veritas, quum angustia & tribulatio inuenerunt me/iniectę mihi ab inimicis meis, mandata tua solatia mea/fuerunt. Sicut prius dixerat paruus ego & contemptus, ita nunc tribulationi adiungit angustiam. tolerabile siquidem est tribulari:sed intolerabile quodāmodo est ita tribulari vt apponatur angustia/vt non habeat quo se vertat/quo diffugiat/aut qua via euadat. ¶ Vbi etiā perpende personam hanc affligi non solum in iis quæ sunt dignitatis & honoris, sed etiam in iis quę sunt personę: tribulationibus.s.& angustiis. Et in his oībus non solum dilexit/zelauit/memor fuit, sed etiam delectatus est & vt solatiis vsus est mandatis dei continentibus doctrinam & iustitiam dei.

Iustitia. Quarta dictio fuit testimonia tua. Hac modo vtitur. Iustitia testimonia tua ęterno/hoc est testimonia tua sempiterna sunt iustitia. quod est etiā verū ecōuerso. Et intendit per hoc φ testimonia dei nunq̄ sunt aliud q̄ iustitia:hoc est φ nō sunt testimonia dei furtum/rapina/aut quęcūq₃ alia iniquitas, sed sola iustitia. Vt hinc intelligas iustitiā & veritatē ita statuta a deo in sua testimonia/vt econuerso testimonia dei sint iustitia & veritas:& vtrunq₃ nō quādoq₃ sic & quādoq₃ nō sed semp. & ppterea nunq̄ deserenda. ¶ Intelligere me fac & viuam. In pręcedentibus dixerat dilexi/non sum oblitus/ & mandata tua solatia mea fuerunt:modo vero nō dicit intellexi, sed dicit fac me intelligere. nō φ minoris ęstimet testimonia dei q̄ iustitiam & doctrinam:sed quia de perseuerantia cogitans recognoscit suam fragilitatem/& diuinę gratię munus singulare nouit esse perseuerantiam. Hinc.n. pro perseuerantia supplex orat. Fac me intelligere intus testimonia tua,& viuam/vita animę. non.n. in solo pane viuit hō sed dei verbo/proculdubio intellecto. seruatur.n. vita animę interno intellectu verbi dei.

¶ VVLGATA EDITIO.

Coph. Clamaui in toto corde exaudi me dñe:iustificationes tuas requiram.
Clamaui ad te:saluum me fac, et custodiam mandata tua.
Pręueni in maturitate & clamaui:quia in uerba tua supersperaui.
Pręuenerunt oculi mei ad te diluculo:ut meditarer eloquia tua.
Vocem meam audi secundū misericordiam tuā dñe: secundū iudiciū tuum uiuifica me.
Appropinquauerunt persequentes me iniquitati:a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu domine:& omnes uię tuę ueritas.

Initio cognoui de testimoniis tuis:quia in ęternum fundasti ea.

IVXTA HEBRÆVM.

1 Coph. VOcaui in toto corde/responde mihi domine:statuta tua custodiam.

2 Coph. Vocaui te/saluum me fac:& custodiam testimonia tua.

3 Coph Pręueni in nocte & clamaui:uerba tua expectaui.

4 Coph Pręuenerunt oculi mei custodias:ad loquendum in dicto tuo.

5 Coph Vocem meam audi secundum gratiam tuam domine:secundum iudicium tuum uiuifica me.

6 Coph Cogitauerunt sequaces cogitationis:a doctrina tua elongati sunt.

7 Coph Propinquus tu domine:& omnia mandata tua ueritas.

8 Coph Primo noui de testimoniis tuis:quoniam ęterno fundasti ea.

VOcaui in toto corde. In hoc decimonono octonario propheta induit personam assidue vacantis orationi ac contemplationi ad seruandum legem dei. Et explicat illā in primo versiculo. Vocaui. vocare deum/orantis est actus. In toto corde/non tepide/non semiaffectu. Responde mihi. efficacia orationis est respondere deum vocanti homini. Intendit enim per hoc quod non est vanum recurrere ad deum ex toto corde: quia deus respondet opere internę illustrationis aut gratiae collatione. Ponitur autem non indicatiue sed deprecatiue responde mihi: ad significandum quod ex diuina pendet gratia respondere. Statuta tua custodiam: hoc est pręcępta tua minima seruabo. Per quod ostenditur nō solum oratio, sed tanta vis eleuatę mentis in diuina contemplatione vt dignus sit diuina responsione/& ad seruanda etiam minima praecępta reddatur promptus.

Tractatur autem haec contēplatiua persona dupliciter. Primo ab operibus contemplatiuis: orandi scilicet & meditandi. Secūdo a fructu. Circa actum orandi. Vocaui te/ad duo: scilicet ad salutem/saluum me fac: & ad obseruationem legis/& custodiam testimonia tua.

Pręueni in nocte. Solicitudo orationis describitur ex spe. Pręueni in nocte/hoc est ante tempus orationis solitum in nocte surrexi, & clamaui/clamore cordis: verba tua expectaui/hoc est ex spe quam habui in verbis tuis.

Pręuenerunt oculi mei custodias. Solicitudo contemplationis describitur ex vigilantia ante tempus excubiarum. Ad loquendū/non cum aliis, sed mecum de dictis tuis. Vbi intellige idem dici tempus orationis & contemplationis. & quod prius describitur a nocturno tempore, modo describitur ab horis nocturni tēporis quibus surgunt custodes vigilias exercentes in arcibus & pręsidiis locorum.

Vocem meam. Resoluit vniuersa petita in sua oratione ad duo: gratiam. s. & iustitiam. Et secundum gratiā quidem petit audiri. Acsi aperte diceret. Quāuis te vocauerim in toto corde/& tanta solicitudine visus fuerim, non tamen exigo sed supplico vt secundum gratiam tuam audias vocem meam. Secūdū iudicium tuū viuifica me. A iustitia tua viuificari peto: hoc est siue punias siue remuneres, peto vt in meam veniat viuificationem: hoc est vt tam prospera quam aduersa cooperentur mihi in bonum.

Cogitauerunt. Describit secūdo fructus cōtēplatiuę vitae ex iuxtapositione ad sapiētes mūdi. Cogitauerūt sequaces cogitationis. Intēdit differētiā ponere inter cōtēplationē suā & cōtēplationē sapiētū huius mūdi. Dixerat. n. quod surrexit de nocte ad cōtēplādū dicta diuina &c. modo dicit quod etiā sequaces cogitationis (philosophos & sapientes vacantes meditationi/appellat sequaces cogitationis: quia eorum studium in prosequendo internas meditationes occupatur) isti inquam etiam cogitauerūt. Acsi aperte diceret. non solus ego contemplationi vaco. Sed ecce differentia. a doctrina tua elongati sunt. Fructus subsecutus ex contemplatione eorum est elongatio a doctrina dei.

Propinquus tu domine. Vere dixi quod ipsi elōgati sunt a doctrina tua: quia tu non es elongatus sed es propinquus, sed ipsi se elōgarunt. Et dicitur deus propinquus, quia vicinus est visibilibus: pro quāto inuisibilia dei per ea quae facta sunt intellecta/cōspiciūtur &c. vt dicitur ad ro. 1. Et omnia mandata tua veritas. ac per hoc elongati a doctrina tua/elongati sunt a veritate: iuxta illud. ita vt sint inexcusabiles: quia quū cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt/exercendo opera veritatis.

Primo noui. Recitato fructu aliorū cōtēplantiū, subiūgit fructū proprię contēplationis. Primo noui de testimoniis tuis. ego aūt contēplādo/ante oia noui de testimoniis tuis (iustitia & veritate/ordine vniuersi & aliis testificantibus deū, quae sūt vera & valida testimonia tua) quoniam aeterno fundasti ea. Aduerte hic quod inter fructus cōtēplationis proprię cōputat persona haec nō solū hoc quod vltimo dixit, sed etiā duo pcedētia. s. notitiam propinquitatis dei / & notitiam veritatis mādatorum. Et ad hoc significādū apposuit aduerbium primo. Acsi aperte diceret. noui quod propinquus tu/& quod omnia mādata tua veritas. & primū noui de testimoniis (quę in doctrina tua a qua illi elongati sunt cōtinentur) quoniam in aeternum fundasti ea: hoc est quoniam non ad tempus sed semper testificantia te firmasti illa.

ℭ VVLGATA EDITIO.

Res. Vide humilitatem meam & eripe me:quia legem tuam non sum oblitus.
Iudica iudicium meum & redime me:propter eloquium tuum uiuifica me.
Longe a peccatoribus salus:quia iustificationes tuas nõ exquisierunt.
Misericordię tuę multę domine:secundum iudicium tuum uiuifica me.
Multi qui persequuntur me & tribulant me:a testimoniis tuis non declinaui.
Vidi pręuaricantes & tabescebam:quia eloquia tua non custodierunt.
Vide quoniam mandata tua dilexi domine:in misericordia tua uiuifica me.
Principium uerborum tuorum ueritas:& in ęternum omnia iudicia iustitię tuę.

ℭ IVXTA HEBRÆVM.

1 Res. Vide humilitatem meam & eripe me:quia doctrinę tuę nõ sum oblitus.
2 Res. Litiga litem meam & eripe me:dicto tuo uiuifica me.
3 Res. Longe ab impiis salus;quia statuta tua non quęsierunt.
4 Res. Misericordię tuę multę domine†:iuxta iudicium tuum uiuifica me. †dñi mei
5 Res. Multi persecutores mei & angustatores mei:a testimoniis tuis non declinaui.
6 Res. Vidi fallaces & certaui:qui dictum tuum non custodierunt.
7 Res. Vide quoniam pręcepta tua dilexi domine:sm gratiam tuam uiuifica me.
8 Res. Caput uerbi tui ueritas:& ęterno omne iudicium iustitię tuę.

Vide humilitatẽ meã. In hoc.20.octonario induit ꝓpheta ꝑsonã certãtis aduersus fallaces in materia diuinę legis. Et explicat illã ĩ versiculo sexto. vidi fallaces & certaui, q dictũ tuũ nõ custodierũt. Vbi iõ explicat q̃les sũt isti fallaces (dicẽdo q dictũ tuũ nõ custodierũt) vt significet materiã fallacię:alioqn superflue additũ eẽt.q dictũ tuũ nõ custodierũt.qm̃ cõstat fallaces oẽs nõ custodire dicta dei: sed multi fallũt in humanis negociis, multi in doctrina fidei aut moꝝ. Et isti hic explicãdi fuerũt, dicendo qui dictum tuum non custodierunt.s.in hoc fallaces ꝙ non curam habuerunt doctrinę tuę.
ℭ Tractat aũt hæc ꝑsona dupl'r. Prio relata ad cõmẽdãdũ certamẽ suũ deo. secũdo ad explicãdũ ipm certamẽ. Vide hũilitatẽ. Aduerte prudẽs lector ꝙ ex petitis a ꝑsona ista (.s.eripe me, redime me, viuifica me) colligit ꝙ ꝑsona hæc recognoscit se indigere in hoc certamine liberatione, redẽptione & viuificatione:ac ꝑ hoc nõ certare cõfidẽdo in ꝓpriis viribus. Et ꝓpterea recurrẽdo ad deũ, ante oĩa ꝓponit videndã suã humilitatẽ:hoc ẽ suã subiectionẽ. Acsi apte diceret.nõ potẽtiã, nõ celsitudinẽ meã ꝓpono, sed subiectionẽ meã quã tibi ex debito exhibeo vide oculis grãe tuę. Et eripe me, ne succũbã ĩ hoc certamine:qa doctrinã tuã nõ sum oblitus. Nõ dicit qa doctrinã tuã seruaui, sed qa nõ tradidi eam oblitioni: hoc est qa sum de numero quęrentium facere legem tuã. Modeste iustitiam suam allegat:nõ audẽs dicere se iustũ, sed hoc pticipare iustitię ꝙ memoriam seruat doctrinę diuinę, saltem ad quęrendum eam. Litiga litẽ meã. Hoc ẽ ad similitudinẽ aduocati assumẽtis litẽ pugna tu in certamine meo, & redime me a tot fallaciis:dicto tuo.datiui casus ẽ:& petit viuificari ad exequẽdũ dictũ dei in hoc certamine.
Lõge ab impiis. Petiit liberari, redimi & viuificari, nulla suffragante sibi iustitia nisi memoria doctrinæ. Et propterea recognoscens se peccatorem, excludit tacitam responsionem sibi paratam, ꝙ longe ẽ a peccatoribus salus diuina:ac per hoc quum ipse inter peccatores sit, lõge distat a salute. Hanc inquã responsionem excludit dicendo. longe ab impiis salus merito est, quia statuta tua non quęsierunt:hoc est quia non solum non seruarunt, sed nec quęsierunt, nec curam habuerunt vt seruarent legem tuam. Acsi aperte diceret.ego non sum de numero horum:quia quãuis peccator, doctrinę tamen tuę non sum oblitus. ℭ Misericordię tuę multę.nõ tñ propterea iustitię meę innitor, sed misericordiæ tuę sunt multę dñe:& sm illas viuifica me iuxta iudiciũ tuũ. Nõ dixit absolute viuifica me sed iuxta iudiciũ tuũ; sed sub multitudie misericordiaꝝ dei petit aĩari & cõfortari iuxta iudiciũ dei quo uexat. Fallacię.n.contra q̃s pugnat, iudicia dei sũt:qa ex diuio ꝓcedũt iudicio vniuersę nrę vexatiões:vt patet ĩ uexatiõe iob.
Multi persecutores. Post cõmẽdatum certamen deo, qualitatem & rõnẽ certaminis explicat. Qualitatẽ quidẽ ex parte fallaciũ, multitudinẽ, ꝑsecutionẽ & angustationẽ describit:ex parte autẽ sua ꝙ non peccauit in his. ℣ Vidi fallaces. Dixerat in genere persecutores &c̃. explicat modo in specie deceptores: quos nõ q̃siuit, sed velut occurrẽtes vidit, & certamẽ assũpsit cõtra eos. ℣ Vide qm̃. Rõ certaminis describit amor ꝓceptorũ dei. secũdũ grãm tuã. Nota prudẽs lector iã tertio ꝑsonã hãc petere viuifica me, primũ ad exequẽdũ dictũ dei:deinde in patiẽdo iudicia dei:& modo ad vincẽdũ ex gratia dei.

Caput verbi tui. Hic versiculus iungendus est cum illa particula vide qm̃ praecepta tua dilexi / vt ratio dilectionis. Ita ꝙ sensus est. Vide quoniam praecepta tua dilexi. caput enim verbi tui veritas / ratio amandi praecepta tua est veritas: quia caput / principium vniuersi verbi tui est veritas. Et ęterno omne iudicium iustitię tuę: hoc est non ad tempus sed semper perseuerat iustitia tua in omni suo iudicio contra fallaces certans. Merito affert pro ratione certãdi amorem praeceptorum, quorum caput est veritas / & quorum iudicia nunq̃ fallunt sed in aeternum perseuerant.

VVLGATA EDITIO.

Sin. PRincipes persecuti sunt me gratis: & a uerbis tuis formidauit cor meum.
Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitię tuę.
Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.
Expectabam salutare tuum domine: & mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea uehementer.
Seruaui mandata tua & testimonia tua: quia omnes uię meę in conspectu tuo.

IVXTA HEBRÆVM.

1 Sin. PRincipes secuti sunt me sine causa: & a uerbis tuis timuit cor meum.
2 Sin. Letatus [sum] ego super dicto tuo: sicut inueniens spolium multum.
3 Sin. Falsitatem odiui & abominatus sum: doctrinam tuam dilexi.
4 Sin. Septies in die laudaui te: super iudiciis iustitię tuę.
5 Sin. Pax multa diligentibus doctrinam tuam: & non [est] illis cespitatio.
6 Sin. Expectaui salutem tuam† domine: & mandata tua feci. (+ salutis tuę)
7 Sin. Custodiuit anima mea testimonia tua: & [ego] dilexi ea ualde.
8 Sin. Custodiui pręcepta tua & testimonia tua: quia omnes uię meę corã te.

PRincipes secuti. In hoc vigesimoprimo octonario induit propheta personã viri perfecti in omnibus operibus suis. Et explicat illam in vltimo versiculo. Custodiui praecepta tua / ad quę teneor, & testimonia tua / quaecũq; testimoniũ phibent de te: qualia sunt pfectiõis opa. qa oẽs vię meę coram te: hoc est qa oẽs vias meas peregi cõsiderãdo ꝙ ambulo corã te. Quũ.n. coram pricipe operamur aut loqmur, summã adhibemus diligẽtiã vt nõ solum recta sed grata & digna aspectu pricipis faciamus. Vñ scriptum est. btũs q in sensu cogitabit circũspectionẽ dei / eccli. 14. Vbi apparet psona oĩqq; pfecta. Tractatur aũt dupl̃r. Prĩo describitur perfectio eius in patiendo. & secũdo in agẽdo. Perfectio in patiendo inchoat a patiendo innocenter. Principes / nõ quicũq; homines sed in principatu constituti, secuti sunt / pro persecuti sunt, me sine causa / a me data ꝙ me persequantur / hoc est innocentem. Et a verbis tuis. Vide perfectionem. inde factis principes me persequuntur: & cor meum non timuit a factis principum, sed a verbis tuis / pręposui verba tua factis eorum.
Et (quod plus est) laetatus ego. Non solum perfectio in actu timendi sed in actu delectationis: quoniam principibus persequentibus me lętatus ego sum super dicto tuo sicut inueniẽs spolium multũ. Haec metaphora significat nõ solã magnitudinẽ gaudii sed lucri: quã videmus adimpletã i perfectione innocẽter patientiũ. In nouo siquidem testamẽto apostoli & martyres persecutionẽ patiẽtes a principibus, lętati sunt sup dictis diuinis fructificãtibus / sicut victores inuenientes spolia multa exultãt: qm̃ inter haec referebant opima spolia animarum quae conuertebantur ad fidem. Et tam in veteri q̃ in nouo testamento lętitię materiam habẽt: qa eorum perfectio exemplariter multas animas lucratur deo.
Falsitatem. Timori & lętitię respectu verbi dei adiũgit cõtrarios actus respectu eoꝝ quae cõtrariãtur verbis dei. Falsitatẽ (sub qua cõphendit oĩs iniqtas) odiui & abominatus sum. ita ꝙ nõ solum euitaui sed odio habui: nec odio cõtẽtus abominatus sum / tanq̃ nauseãs quę cõtrariãtur gaudio de verbo dei. Doctrinã tuã. Principium oĩs passionis est amor. & ppea resoluit oẽs passiones (timoris / delectationis / odii & abominationis) in amorem diuinę legis. ex illius siqdem amore haec omnia prodierunt.
Septies in die. Explicata perfectione personę in patiẽdo / explicatur modo eiusdẽ perfectio in agẽdo, inchoãdo ab opere religiõis. Septies: hoc est vniuersis vicibus qbus dies laudẽ tuã reqrit. septenarius.n

numerus ad vniuersitatem significandam inducitur in sacra scriptura. Super iudiciis iustitię tuę. Materia laudis describuntur iudicia tam bonorum q̃ malorum quæ fiũt a diuina iustitia. Sub quibus cõprehenditur vniuersa executio diuinę prouidentię. quęcunq; enim fiunt sunt iudicia iustitię diuinę: quãuis non sint iustitię nostræ.

¶Pax multa. Magnitudinẽ charitatis ꝓprię nõ audet ꝑsona hæc in fructu pacis sibi ascribere: sed modeste loquẽs, sub cõi noie diligẽtiũ se cõphendit. Pax multa, pax christi q̃ exuperat oẽm sensum, est dilĩgẽtibus doctrinã tuã. Nõ dixit seruãtibus: q̃a fructus tãtę pacis nõ est cõmunis oibus seruãtibus legem dei, sed iis qui charitate pręeminẽt reseruatur. Et propterea diligentibus, non deum (quod cõmune est omnibus in charitate existentibus) sed doctrinam seu legem dei, fructũ multę pacis tribuit. ¶ Et nõ illis cespitatio. Tanta est horum dilectio, tam secura pax: ꝙ non offendunt, non cespitant, obuiantes offendiculis, in quæ minus perfecti obuiantes cespitant.

Expectaui salutem tuam domine. Perfectio spei subiungitur: ꝙ ita expectauit salutem ꝙ expectando fecit mandata dei, non vacauit ocio, non verbo, sed facto impleuit mandata dei. Vbi perfectio verę spei clare significatur: dum fouetur factis.

Custodiuit anima mea. Perfectio internorũ testimoniorũ dei ĩ hac ꝑsona describit͛. & ꝓpea iducit͛ aĩa custodiẽs testimonia. Dona interna spũssancti q̃bus clamamus abba pr̃ (vt dr̃ ad ro. 8.) sunt testimonia dei, quorũ aĩa ꝑfectę ꝑsonæ maximã curã habet. Et ipsa ꝑfecta diligit ea valde: q̃a tã chara habet ꝙ reliqua oĩa postponit illis. Et dixit hoc, ad significandum ꝙ nõ sola aĩa curã habet internorũ quasi sibi propriorum: sed etiam ipse homo pręponit illa & omnibus quæ corporis & quæ rerum &c̃. sunt.

¶VVLGATA EDITIO.

Thau. APpropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua ęquitas.

Fiat manus tua ut saluet me: quoniam mandata tua elegi.

Concupiui salutare tuum domine: & lex tua meditatio mea est.

Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui sicut ouis quę periit: quęre seruum tuum, quia mãdata tua non sum oblitus.

¶IVXTA HEBRÆVM.

1 Thau. APpropinquabit clamor meus faciebus tuis domine: s̃m uerbum tuum intelligere fac me.

2 Thau. Veniet supplicatio mea faciebus tuis: iuxta dictum tuum libera me.

3 Thau. Loquentur labia mea laudem: quia docebis me statuta tua.

4 Thau. Respondebit lingua mea dictum tuum: quia omnia mandata tua iustitia.

5 Thau. Erit manus tua ad adiuuandum me: quia pręcepta tua elegi.

6 Thau. Concupiui saluti tuę domine: & doctrina tua, solatia mea.

7 Thau. Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

8 Thau. Erraui quasi agnus perditus: quęre seruũ tuũ, quia mãdata tua nõ sũ oblitus.

APpropinquabit clamor meus. In hoc vltimo octonario ꝓpha induit ꝑsonã recognoscẽtis ꝓprias vires sic ꝙ ex hoc recurrit ad deũ ex g̃ra ꝑueniẽte. Et explicat illã in vltimo versiculo. erraui quasi agnus ꝑditus. Recognoscit hõ ꝓprias vires ꝓpriaq; opera: assimilãs se agno amisso, & opa sua errori: hoc ẽ incertę vagatiõi. Nõ dicit sicut ouis ꝑdita (q̃ forte sciret ex frequẽti vsu viarũ redire ad ouile) sed sicut agnus ꝑditus, q̃ nõ nouit redire ad caulas ouiũ: ad significãdũ ignorãtiã. Et rursus agno ꝑdito se cõparat, ad significãdũ periculum: quoniam expositus est periculis nõ solum luporum & raptorum, sed etiam periculo inedię ꝓpter absentiam a suctione lactis. Et vere homo s̃m naturales vires intellectus & animi sicut agnus perditus errat: quoniam vagatur in operibus suis sine lacte diuinæ doctrinę, & extra gregem ouium christi: impotens ꝑ seipsum ad gregẽ christi ouium peruenire. ¶ Quęre seruum tuum. Ecce recursus ad deum, profitendo impotentiam propriam, dum petit inquiri. Acsi aperte dicat. nisi me inquiras, remanebo perditus. Quia mandata tua non sum oblitus. Gratiæ pręuenientis effectum allegat memoriam mãdatorum dei. Respice filium prodigum in euangelio ad se reuersũ

quia memoria mandatorum dei, reuersio est ad se. Et si diligentius prudens lector notauerit, aduertet in hac persona alterum gratię preuenientis effectum: scilicet recursum ad deum, dicendo quęre seruũ tuũ. Persona itaq; recognoscens id quod est in se propriatum uinũ ac operationum, & quod habet ex gratia p̄ueniente, indigens gratia subsequente, est persona huius octonarii. Et congruit fini huius psalmi: quoniam par fuit vt in calce tam subtilis contẽplationis propheta rediret ad seipsum ad recognoscendum propriam imbecillitatem: ne magnitudo reuelationis extolleret eum.

Tractatur autem hæc persona dupliciter. Primo relata ad subsequentis gratię dona spectantia ad intellectum. Secundo ad spectantia ad affectũ. ¶ Appropinquabit clamor meus. Distans hæc p̄sona (vtpote agnus errãs) primũ petit q̄ clamor suus appropinquet ad diuinã faciẽ, tanq̃ insinuaturus suã necessitatẽ. Et intẽdit p hãc metaphorã acceptationẽ sui recursus ad deũ. ¶ Secũdum dictũ tuũ intelligere fac me. Primũ donũ ad quod obtinendum clamat, est intellectus non s̄m doctrinas hominũ, sed s̄m verbũ dei. Nec dicit fac me intelligere hoc vel illud, sed absolute fac me intelligere, quęcũq; intelligenda sunt, s̄m verbum tuum, s̄m regulã & lumen verborum tuorum. ¶ Veniet supplicatio mea. Non solum clamor appropinquet, sed supplex ac miserabilis petitio mea penetret ad faciem tuam; iuxta dictũ tuum, ita q̄ liberes me iuxta dictum tuum, intellectum a me.

Loquentur labia mea laudem. Fructus doctrinę tuę in me erit laus tua. ¶ Rñdebit lingua mea. Aliter fructus tuæ doctrinę in me erit locutio ad p̄ximũ. Rñdebit. n. lingua mea hoibus dictũ tuũ, multitudinẽ dictorũ tuorũ: q̄a oia mãdata tua ñ solũ iusta sed iustitia sũt. Et itẽdit p hoc q̄ edoctus a deo hẽbit materiã rñdẽdi irrefragabilẽ: q̄a oia mãdata dei sunt ipsa iustitia. Hæc quo ad ptẽ intellectiuam.

Erit manus tua. Descriptis donis intellectus, dona tum virtutum in affectu tũ gratuiti diuini auxilii describit. Gratia enim subsequens non sufficit ad salutem, si in solis donis quę habitus seu virtutes animę dicuntur, sistit: sed integratur ex donis in anima & gratuito diuino auxilio. Cuius subtractione petrus negauit christum, dauid cõmisit adulterium, moyses hęsitauit, & quicũq; lapsi ex charitate peccauerunt. ¶ De hoc gratuito auxilio ait dep̄catiue. Erit, pro sit, manus tua ad adiuuandum me, vt perseuerem in bono: quia pręcępta tua elegi, exequi.

Concupiui salutare tuum domine, & doctrina tua solatia mea. Attende donum gratię in electione operum s̄m diuina pręcępta, in concupiscentia salutis, in delectatione de doctrina seu lege dei.

Viuet anima mea. Vita animę charitas est; iuxta illud. translati sumus de morte in vitam quoniam diligimus. 1. ioan. 3. Et laudabit te. Superius dixit loquentur labia mea laudem: modo plus dicit, quanto interna laus pręstat laude labiorum. Et iudicia tua, inferentia mihi mala poenę, adiuuabunt me. Et hoc spectat ad gratuitum dei auxilium, quo efficit q̄ electis omnia cooperentur in bonum. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum graduum. CXIX.

AD dominum quum tribularer clamaui: & exaudiuit me.
Domine libera animam meam a labiis iniquis: & a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?
Sagittę potentis accutę: cum carbonibus desolatoriis.
Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar, multum incola fuit anima mea.
Cũ iis qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Canticum graduum. CXX.

accidente
1 AD dominum in angustia mihi uocaui: & respondit mihi.
2 Propheta. Domine libera animam meam a labio falsitatis: a lingua doli.
ofaut
3 Quid dabit tibi & quid addet tibi, lingua doli?
ecce quid
4 Sagittas fortis acutas, cum prunis genestarum.
5 Hei mihi quia peregrinatus sum prorogatim: habitaui cum tentoriis chedar.
fuit
6 Multa habitatio ipsi animę meę: cum osore pacis.
fui obsequio se accingent
7 Ego pax: & quando loquar, ipsi bello.

TItulus est. Canticum graduum. De quo nihil certi habeo. Aiunt enim in solẽnitatibus per singulos gradus templi deputatos singulos hos quindecim psalmos decantãdos: & propterea hos. 15. psalmos insignitos titulo canticum graduum. Vel modus cantandi gradatim in istis significatur

Quicquid aũt de his gradibus sit, nihil de materia psalmi ex titulo habet. ¶ Ex ipso aũt psalmo apparet ꝙ historialis est. Nam persona loquens describit seipsam pacificam, in multis angustiis, profugam a persecutione linguæ falsę & dolosæ, & exauditam a deo, persecutoremq; suum sagittis & carbonibus ardentibus punitum. In promptu autem extat historia omnium horum gestorum, in dauide profugo & saule persecutore multis sagittis confosso, & deinde eius corpore combusto in nemore. ¶ Vnde materia psalmi ad literam est liberatio dauidis a persecutione saulis per eius mortem.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Dauid se quãuis pacificum, profugum tamen ex falsa & dolosa criminatione, recurrisse ad deum & liberatum morte saulis describit.

¶ Persona loquens propheta est.

AD dominum in angustia. Diuidit psalmus in partes duas: ppositiuã materię, & executiuã, ibi domine libera. ¶ Proponit tria: scilicet recursum ad deum, ad dominum vocaui. causam recursus: in angustia mihi, illata a saule. & gratiam diuinę liberationis: & respondit mihi, facto liberando me de angustia.

¶ Domine libera. Incipit hic pars executiua tali ordine. Pri͂o tractatur illa particula, ad dominũ vocaui. Secundo illa, & respõdit mihi, ibi quid dabit. Tertio illa, in angustia, ibi hei mihi. ¶ Vocat itaq; deum. Domine libera animam meam, vitã meã quã eripere nititur saul, a labio falsitatis, dicẽdo me inimicũ sibi & machinari aduersus regnũ suum: vt patet. 1. reg. 22. A lingua doli. nõ solum falsum asserit, sed dolose loquitur contra me: vt patet. 1. reg. 18. & 19.

Quid dabit tibi. Completa oratione ad deum, tractatur illa particula, respondit mihi: describendo factum punitionis quo deus respondit ei puniendo saulem. Apostrophat itaq; ad saulem. Quid dabit tibi, sauli, & quid addet tibi lingua doli, hoc est quid lucraberis ex lingua dolosa cõtra me. ¶ Sagittas fortis acutas. Ecce quid addet tibi lingua doli, acutas sagittas fortis, hoc est multitudinis fortium philistinorum. nam ad literam primi regum vlti. consecuti sunt saulem viri sagittarii, & vulneratus est vehementer a sagittariis. ¶ Cum prunis genestarum. De dictione hebraica interpretata genestarum, nõ est vsquequaq; certũ qn possit interp̃tari iuniperorũ. nec defuerunt q interp̃tati sint quercuum. Sed hoc pui refert. describit. n. pplia ad lrãm alterũ qđ dixerat. s. qđ addet tibi. Ecce qđ addet tibi mortuo: prunas genestarũ, vel &c̃. hoc est cõburet corpus tuum genestis vel iuniperis. nõ sepeliet honore regio, nõ cõdietur aromatibus, sed p̃ter morẽ cõburet & in nemore sepelietur: vt patet. 1. parali. 10. iuncto 1. reg. vltimo. ¶ Vbi nota non dicere prophetam saulem occisum propter linguam dolosam: mortis siquidem eius meritum. 1. para. 10. assignatur inobediẽtia diuini mandati & consultatio pythonissę. Sed dicit sagittationis & combustionis corporis meritum linguam dolosam.

Hei mihi. Tractatur hic illa particula, in angustia mihi: describendo tum mala quæ perpessus est profugus. tum innocentiam suam ne putares ꝙ pro crimine profugus fuerit. ¶ Dolendo itaq; describit peregrinationem doloris plenã, dicendo. hei mihi quia peregrinatus sum prorogatum, non solũ peregrinatus sum sed prorogata est peregrinatio mea diutius. Quãuis nanq; scriptum nõ sit tempus peregrinationis dauidis: tñ ex eo ꝙ michol vxor eius tradita a saule alteri viro genuit illi alteri filios quinq; anteq̃ restitueret dauidi mortuo saule, apparet multos annos prorogatam dauidis peregrinationem. Habitaui cũ tẽtoriis chedar. Chedar fuit filius ismaelis: & fuit pater habitãtiũ in tẽtoriis. qui forte sũt hodie isti arabes: q nõ habitant in ciuitatibus aut domibus sed in tentoriis. Et dixit hoc non ꝙ dauid habitauerit simul cũ illis, sed ꝙ similis factus est illis: qa. s. habitauit sub diuo, in tentoriis, in speluncis, in nemoribus &c̃. vt facile colligit ex historia primi regũ. ¶ Multa habitatio ipsi animę meę. Tertiũ malũ peregrinationis suæ describit varietatẽ locorũ. prorogato siquidẽ peregrinationis tempori & malis habitaculis addit varietatem locorũ in qbus oportuit eũ habitare, nũc hic nũc ibi &c̃. pp̃ter persecutiones saulis. Multa habitatio, hoc est multitudo habitationũ, fuit ipsi aĩę meę, vitę meę. Familiare est huic prophetę describere rerũ multitudinẽ numero singulari illius rei: vt multitudinẽ ouium sepe appellat ouem &c̃. Et similiter hic multitudinem habitationum appellauit multam habitationẽ. Et verę multę fuerunt habitationes dauidis profugi: nunc apud philistęos, nunc apud moabitas, nunc in ceila, nunc apud ziphęos &c̃.

Cum osore pacis. Declarat non solum suam innocentiam sed etiam sua officia erga saulem: vt intelligas q̃ iniuste profugus fuerit. Cũ osore pacis, saule, ego pax, non solũ qñ cũ eo manebam sed etiam in persecutione: dũ bis potui illũ occidere & nolui. & qñ loquar, ipsi bello: hoc est & mea obsequia prouocant ipsos ad bellũ cõtra me. nã ad literã quãto magis dauid recte se habebat obsequẽdo sauli, tãto magis saul accẽdebatur ad bellũ: hoc est ad persecutionẽ & occisionẽ dauidis: vt patet clare. 1. reg. 18. Et qñ loquar, hoc est qñ obsequar (Qđ. n. loqui sumatur pro obsequi, patet danie. 13. vbi dicitur. sic faciebatis filiabus israel, & illę timẽtes loquebãtur vobis, hoc est obsequebãtur. Et futurũ loquar denotat perseuerantiam & multiplicationem obsequii) ipsi, saul & complices, bello, incumbebant, ad bellum contra me se accendebant; hoc est ad occidendum me se parabant. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum graduum. CXX.

Leuaui oculos meos in montes:unde ueniet auxilium mihi.
Auxilium meum a domino:qui fecit cęlum & terram.
Non det in cõmotionem pedem tuum:neq; dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neq; dormiet:qui custodit israel.
Dominus custodit te/dominus protectio tua:super manum dexterã tuã.
Per diem sol non uret te:neq; luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo:custodiat animam tuam dominus.
Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum:ex hoc nunc & usq; in seculum.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Canticum gradibus. CXXI.

1 Populus. Leuabo oculos meos ad montes,unde ueniet auxilium meum.
2 Propheta. Auxilium meum a cum domino,factore coelorum & terrę.
3 Non dabit lapsui pedem tuum:non dormitabit custodiens te.
4 Ecce non dormitabit & non dormiet:custodiens israel.
5 Dominus custodiens te/dominus umbra tua:super manum dexteram tuam.
6 Die sol non percutiet te:& luna in nocte.
7 Dominus custodiet te ab omni malo:custodiet animam tuam.
8 Dominus custodiet exitum tuum & introitum tuum:ex nunc & usq; ęternum.

Titulus est. Canticum gradibus. Cur solus iste inter quindecim hos titulos habeat gradibus in datiuo casu,reseruo spirituisancto. ¶ Materia psalmi ad populum israel determinata apparet. tum ex eo ꝙ in quarto versiculo expresse dicitur/non dormiet custodiens israel. tum ex eo ꝙ psalmus iste rememoratio est diuinarum promissionum in deuteronomio/ad adiuuãdum populum & tuendum ab inimicis & malis. ¶ Vnde materia psalmi ad literam est confutatio populi israel timentis sibi absq; auxilio humanorum principum:monstrando sufficientiam & efficaciam diuinę custodię.

¶ SVMARIVM EST.

¶ Populo israel timenti occurrit propheta/profitens auxilium suum esse deum:promittensq; populo vigilantiam/vniuersalitatem ac efficaciam diuinę custodię.

¶ Personę loquentes sunt populus & propheta.

Leuabo oculos meos. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materiæ,& executiuam/ibi ecce non dormitabit. ¶ Aduerte hic principium psalmi constare ex dialogo inter populum & prophetam. introducitur siquidem populus manifestans animum suum recurrendi ad principes mundi pro auxilio contra hostes. Et ad similitudinem hominis existentis in campo & expectantis suppetias hominum transmontanorum/introducitur dicẽs. Leuabo oculos meos ad montes vnde veniet auxilium meum. talis enim homo leuat oculos suos versus montes vt videat si apparent homines transmeantes montes ad auxilium suum. Et intendit per hanc metaphoram recursum populi ad humanos potentatus:qui ob suam celsitudinem sunt sicut montes respectu aliorum. ¶ Auxilium meum. E regione occurrit populo volenti recurrere ad potentatus humanos propheta:profitẽs auxilium meum a cum domino faciente coelos & terram. ¶ Vbi nota ꝙ non dicit auxilium meum a domino,sed auxilium meum a cum domino:hoc est ab esse cum domino. Ita ꝙ ex hoc solo quod est esse cum domino/profitetur suum auxilium. Et intendit ꝙ non est opus alia conditione nisi hac vna/scilicet esse cum domino. Et vere sic est:quoniam qui est cum deo habet deum pro se:& si deus pro nobis,quis contra nos? Et iob dicebat. pone me domine iuxta te,& cuiusuis manus pugnet contra me. ¶ Aduerte quoq; ꝙ melioris conditionis seipsum proferat propheta. Populus enim suspenso animo leuaturus erat oculos ad mõtes pro futuro auxilio:propheta autem profitetur auxilium suum in promptu esse/ex hoc solo ꝙ est cum deo. ¶ Et ne quasi singulare priuilegium prophetę hoc intelligeretur,subiungit commune hoc sibi & populo,dicendo populo. Non dabit dominus lapsui pedem tuum , non dormitabit custodiens te. Et intendit per parabolam lapsus pedis tum vniuersalem tum efficacem custodiam. nisi.n. esset custodia sufficiens ad vniuersa/& nisi esset efficax vsq; ad minima,nõ custodiret etiam ab hoc minimo:scilicet a lapsu pedis. Ita ꝙ sensus est. non dabit lapsui etiam pedem tuum. Vigilantia autem diuinę custodię proponitur dicendo. non dormitabit custodiens te.

¶ Ecce non dormitabit. Incipit hic pars executiua tali ordine. Prĩo tractatur illa particula/non dormitabit. Secundo illa/non dabit lapsui pedem tuum/ibi dominus custodiens. ¶ Ecce/in promptu,nõ

dormitabit

dormitabit/velut ex lassitudine multę vigilię intercipiaẽ somno,& nõ dormiet/velut ex pposito vtens quiete somni:custodiens israel/vt peculiarem populum suũ. Et intẽdit per hos duos modos dormiẽdi excludere omne cõtrariũ vigilantiæ diuinę custodiæ quãtũ est ex parte dei custodiẽtis.& vt vno verbo dicaẽ/intendit vigilantiã cõtinuã. ℭ Dñs custodiens te.Declarata vigilantia diuinę custodię,declarat vniuersalitatẽ & efficaciã eiusdẽ ppositas in illa particula/nõ dabit lapsũ pedẽ tuũ.Et pcedit tali ordine/scilicet aperiẽdo primo duos generales modos diuinę custodiæ.s.per modũ vmbrę & per modum pugnę.Quos vt discernas,ordinato lrãm sic.Dñs custodiẽs te sup manũ dexterã:hoc est psidẽdo simul & assistẽdo manui dexteræ tuæ.Et significaẽ custodia p modũ pugnę.manus enim dextera custodit pugnãdo.Dñs vmbra tua. Vbi clare explicaẽ alter modus custodię. ℭ Die sol nõ pcutiet te,& luna in nocte.Exequiẽ custodiã p modũ vmbrę vniuersalẽ.s.die & nocte,& a sole & luna.& efficacẽ:qa nõ pcutiet: hoc est deo custodiẽte te p modũ vmbrę,neq; sol die suis radiis te pcutiet neq; luna suo lumine.est.n.valde nociua nõ solũ percussio solis sed ẽt lunę.Et intendit per hoc custodiã populi ab oĩbus nocumentis pueniẽtibus ex corporibus cœlestibus & qbuscunq; supioribus causis quantũcũq; excellẽtibus. ℭ Dominus custodiet te.Exequiẽ alterũ custodiæ modũ.s.psidẽdo dexterę pugnãti. Ab oĩ malo.ecce vniuersalitas malorũ.custodiet aiam tuã/vitã tuã/summũ bonorũ. ℣ Dñs custodiet exitũ tuũ & introitũ tuũ.sub qbus claudunẽ oẽs opationes/passiones/occursus &c̃.ex nũc & vsq; æternũ. Vbi explicaẽ vniuersalitas temporũ:ex nunc/ex quo incipis esse cũ deo,& indesinẽter vsq; ęternũ.ac p hoc non oportet te solicitũ esse ad leuandũ oculos in montes humanos vnde veniat auxilium tuum.Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Canticum graduum dauid. CXXI.

Letatus sum in iis quę dicta sunt mihi:in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri:in atriis tuis hierusalem.
Hierusalem quę ędificatur ut ciuitas:cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium israel:ad confitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio:sedes super domum dauid.
Rogate quę ad pacem sunt hierusalem:& abundantia diligentibus te.
Fiat pax in uirtute tua:& abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos & proximos meos:loquebar pacem de te.
Propter domum domini dei nostri:quęsiui bona tibi.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Canticum graduum dauidi. CXXII.

1 Propheta. Letatus sum in dicentibus mihi. Vox dicentium. domum dñi ibimus.
2 Propheta. Stantes fuerunt pedes nostri,in portis tuis hierusalem.
erit domui dei
3 Hierusalem quę ędificata ut ciuitas:q; coniuncta ipsi simul.
4 Q; illuc ascenderũt tribus tribuũ dñi testimonium israeli:ad confitendum nomini dñi.
5 Quia ibi steterunt sedes iudicio:sedes domui dauid.
sedeo ideo
6 Petierunt pacem hierusalem: quiescent amatores tui.
7 Erit pax in antemurali tuo:quies in palatiis tuis.
8 Propter fratres meos & socios meos:loquar/iam pax in te.
9 Propter domum domini dei nostri:quęram bonum tibi.

Titulus est.Cãticum graduũ dauidi.De quo vt supra:hoc adiecto q; exprimiẽ nõ solum autor psalmi dauid,sed quodãmodo materia.vt enim clare psalmus ipse præ se fert,determinatus est ad ciuitatẽ hierosolimitanã vt illius materiã.Dauid siquidẽ vir prudẽs/diu ante concepisse videẽ vt in loco hierusalẽ cõstitueret ciuitatẽ regiã.In cuius signũ q̃primũ fuit rex(nõ iudę sed israelis)inuasit iebuseũ habitatorẽ hierusalẽ,& constituit ibi sedẽ suã.nec hoc cõtentus posuit in ea arcã dñi/parato ibidem tabernaculo.nec adhuc cõtentus deliberauit ædificare ibi templũ domini:prudẽter arbitratus futurũ firmamentum ciuitatis & regiæ sedis ex templo domini ibi ędificato:sicut rei probauit euentus. ℣ Magnificatio itaq; hierusalem ex templo domini ibidem/est ad litte... principalis materia psalmi:qui to

tus occupatur circa statum ciuitatis hierosolymitanę.

¶SVMMARIVM EST.

¶David intelligens stabilitum iri quod hierusalem esset ciuitas diuina propter templum, regia propter sedem regalem, & consequenter pacis & abundantiæ & boni, lętatus est.

¶Persona loquens propheta est.

LEtatus sum. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiæ, & executiuam, ibi stantes fuerunt. ¶Proponit duo: scilicet lętitiam propriam, lætatus sum: & rationem lætitiæ. in dicentibus mihi, hoc scilicet, domum domini ibimus. Per quæ verba promittitur non ædificatio templi, sed (quod plus est) vsus ædificati templi: ire scilicet ad templum. Et dicit ibimus, ad significandum proxime hoc futurum: vtpote quod nos ibimus ad templum, quod videbimus templum diebus nostris ædificatum. Nec dicitur in domum domini ibo sed ibimus: quia in rei veritate ipse dauid non erat iturus ad templum, vtpote ædificandum post mortem eius a filio ipsius. Sed illa generatio, hoc est illi qui tunc viuebant ituri erant ad templum. nam in breui tempore (septem scilicet annorum spatio) ædificatum est templum: ita quod anno vndecimo regni salomonis perfectum est templum. ¶Qui autem fuerunt dicentes dauidi, in domum domini ibimus, scriptum non est. intelligendi tamen videntur prophetę: puta nathan & gad. & etiam quia post vocem propheticā nathan scriptam .2. reg. 7. oēs probabāt ac laudabant quod templū ædificaret in hierusalem: & propterea ex cōi approbatione lætabatur.

¶Stantes fuerunt. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, domum domini ibimus. deīde illa, lętatus sum, ibi hierusalem. ¶Tractat itaque locum templi: quod scilicet erit in hierusalem. Et ab effectu explicat illum, apostrophando ad hierusalem quod pedes nostri fuerunt stantes in portis tuis. Consuetudo ciuitatum erat habere in portis locum publicum insigniorem, in quo manebant die non solum ciues communes sed magnates & reges: vt facile colligitur ex sacris historiis, in quibus gesta in portis describuntur. Et hic etiam mos seruatus est in hierusalem anteque esset ibi domus domini: sed constructo in ciuitate hierosolymitana templo, iam portarum locus non erat insignior: sed concursus qui alias fuerat ad portas, deuolutus est ad templum domini. Et hæc deuolutio significatur dicendo ad hierusalem. O hierusalem stantes fuerunt, hactenus, pedes nostri in portis tuis, mansimus in portis tuis tanque in loco celebriori: deinceps autem ibimus domum domini. ¶Hierusalē quę ędificata. Continuatur materia lętitię: describendo magnificationem hierusalem tum ex templo domini in ea, tum ex sede regia ibidem. O hierusalem quæ ædificata es & amplius eris, vt ciuitas: nō qualiscunque sed quod coniuncta ipsi, domui dei, de qua supra dictum est domum domini ibimus. coniuncta autē ipsi non qualitercunque, sed simul: hoc est ita quod ciuitas ipsa contineat intra se templum domini. Vbi clare describitur dignitas ciuitatis ex continentia templi. & insinuatur qualitas, vt decet ciuitatem non vicinam templo sed simul cum templo: hoc est continentem templum. Notanter autem non dixit ciuitatem continere domum dei, sed iunctam illi simul: vt significaret ciuitatem pēdere a templo, & in hoc magnificari quod est simul cum templo dei. ¶Quia illuc ascenderunt. Describit consequenter gloriam hierusalem ex concursu omnium populorum filiorum israel ad templum. Et ordinanda est sic litera. Quia illuc, appositiue testimonium israeli, ascenderunt tribus tribuum domini ad confitendum nomini domini. Aduerbium enim illuc demonstrat templum domini seu ciuitatem ratione templi. Quod appellatur testimonium israeli, quia successit loco tabernaculi testimonii, seu fœderis. sic enim appellatū est tabernaculum a moyse factum: vt patet exo. 33. quia inde diuinum testimonium diuini fœderis exhibebatur populo israeli. vel quia in eo cōtinebatur testimonium exhibitum populo israeli: quoniam cōtinebatur in eo vrna mānę, in testimonium alimonię in deserto, & virga aaron, in testimonium sacerdotii, & lex, in testimonium fœderis inter deum & populum. Appellantur autem vniuersi israelitę tribus tribuum domini, ad significandum vniuersas tribus israel ex dignitate electionis diuinæ. Dicēdo enim tribus absque limitatione, oēs comprehendit, non quarūcunque nationum sed tribuū domini: hoc est tribuum electarum a domino, tribuum dicatarum domino: quæ sunt .12. tribus israel. hæ enim ascēdunt ad confitendum nomen domini. pręceptum siquidem erat legis vt ter in anno venirent omnes ad domum domini: vt patet exo. 23. ¶Quia ibi steterunt sedes. Subiungitur dignitas hierosolymitanę ciuitatis ex sede regia ibidem constituta. Quia ibi, in ciuitate hierosolymitana, manserūt sedes, regales, iudicio, dicendo: hoc est ad dicendum ius omni populo (reges enim tunc temporis exercebāt officium iudicis: vt patet in gestis dauidis, & etiam salomonis iudicantis inter duas meretrices) sedes inquam stabilitę domui, genti, successioni, dauid. Firmatum enim erat regnum dauidis etiam pro filiis & nepotibus & deinceps, ex promissione diuina facta per nathan prophetam. Et propterea dixit, sedes domui dauid. Et ad literam etiam erat stabilitus locus regię sedis hierusalem.

Petierunt pacem hierusalem. Sedes regię stabilitę domui dauidis, non solum ad iudicium faciendum sed ad pacem ciuitatis intendere describuntur: dum de eis dicitur quod petierūt pacem ciuitatis hierosolymitanæ. Et per hoc describitur ad literam quod ab initio quando dauid venit instituturus sedem regiam in hierusalem, venit pacificus, non quærens malum ciuitatis sed bonum. ex culpa autē resistentiū

ei,accidit bellum.dicitur enim.2.reg.5.φ multi iebuſęi reſtiterunt dauidi,non ingredieris huc &c̄.& ꝓpterea oportuit dauidem vi armorum ſubiicere ſibi hieruſalem. Quia ergo quantū in ipſo eſt,pacem non ſolum voluit ſed petiit dauid,ideo dicitur φ ſedes regię petierunt pacem hieruſalem.Et ſignificanter deſcribūtur ſedes petētes pacē,quia pacem petierunt ad collocandum ſedem regiam in hieruſalem. ¶ Quieſcent amatores tui.Aduerte hic dilatam conſtructionem literæ a principio tertii verſiculi huc uſq;. Ibi enim incœpit o hieruſalem:& interpoſitis relatiuis & coniunctionibus,modo ſubiungit alloquendo hieruſalem,quieſcent amatores tui.Acſi aperte diceret.O hieruſalem quia es ciuitas templi dei,ad quam &c̄.quia eſt in te ſedes regia faciens iudicium & ſtudioſa pacis, ideo quieſcent amatores tui,hoc eſt quietem in te inuenient.Erit pax in antemurali tuo,quies in palatiis tuis. Non ſolum amatores tui vndecunq; quieſcent in te, ſed erit quies in magnatibus & pax in toto populo habitante vſq; ad antemurale.

Propter fratres meos. Studium regium ad pacem & bonum hieruſalem nunq̄ defuturum deſcribitur,reddendo rationem prædictorum. Dauid enim rex reddit rationem naturalem. propter fratres meos,ſanguine iunctos,& ſocios meos,iunctos vinculo ſocietatis.Et appellat ſocios aut omnes ciues hieroſolymitas:aut potius illos qui fuerāt cum eo in deſerto quum vagaretur profugus a facie ſaulis. qui magnates effecti habitabant in ciuitate regia:vt par eſt credere.Aut(quod non minus quadrat hiſtoriæ)appellat ſocios ſuos quoſdam iebuſęos quibus gratum fuerat φ dauid haberet hieruſalem in ſedem regiam:quiq; nunciauerant ei φ erant iebuſęi aliqui prępotentes obſtantes, quos appellarunt cęcos & claudos.quos oportebat debellari a dauide:alioquin non obtineret intentum. Propter iſtos inquam iebuſęos beneuolos mihi velut ſocios meos,loquar iam pax in te,iam eſt tempus pacis tuæ. ¶ Propter domum.Altera ratio reuerentiæ diuinæ.Propter domum domini dei noſtri,exiſtētem in te, quæram bonum tibi.Et adduxit has rationes non ſolum ad reddendam rationem antedictarum quietum & pacis:ſed ad excludendum ſuſpitionem a hieroſolymitis de non perſeuerātia pacis & boni ciuitatis.Acſi dixiſſet.nō propter vos qui non meremini, ſed propter fratres meos & ſocios meos & ꝓpter domū dn̄i dei noſtri perſeuerabo faciens pacem & quęrens bonum ciuitatis.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum graduum. CXXII.

AD te leuaui oculos meos:qui habitas in cœlis.
Ecce ſicut oculi ſeruorum:in manibus dominorum ſuorum.
Sicut oculi ancillę in manibus dominę ſuę:ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum donec miſereatur noſtri.
Miſerere noſtri dn̄e miſerere noſtri:quia multū repleti ſumus deſpectiōe.
Quia multum repleta eſt anima noſtra:opprobriū abūdantibus,& deſpectio ſuperbis.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Canticum graduum. CXXIII.

1 Propheta. AD te leuaui oculos meos:qui ſedens in cœlis.
2 Ecce ſicut oculi ſeruorum ad manum dominorum ſuorum, ſicut oculi ancillę ad manum herę ſuę:ſic oculi noſtri ad dominum deum noſtrum uſquequo miſerebitur noſtri.
3 Miſerere noſtri domine miſerere noſtri:quoniā multum ſaciati ſumus deſpectione.
4 Multa ſacietas ipſi animę noſtrę:illuſio quietorum,deſpectio ſuperbis.

TItulus eſt.Canticum graduum.De quo vt ſupra.
¶ Circa materiam pſalmi eſt aliquid certū & aliquid ambiguū.Certū eſt φ pſalmus iſte eſt oratio populi veteris teſtī oppreſſi deſpectione & irriſione.Et qdē φ pſona loquens in hoc pſalmo,his malis non ſolum oppreſſa ſed plena ſit mali,clare pſalmus teſtatur. Qꝫ vero perſona hæc non ſit ſingularis homo ſed vna multitudo,ex eo patet φ in primo verſiculo incipit a ſingulari,dicēdo leuaui oculos meos:deīde ſemper loquit̄ pluraliter,hoc eſt per pnomē noſtri,& aīa noſtra. ¶ Qꝫ autē multitudo hæc veteris ſit teſtī,impfectio affectus teſtat̄.magnifacit.n.hæc mala tēporalia irriſionis & deſpectionis:& tātifacit φ oculos ſuſpēſos tenet ad deū vſquequo deus ſubleuet ab hac miſeria. Talis ſiqdē affectus nō quadrat pfectioni ſtatus noui teſtī:cuius nō ſolū pfectiores patres ibāt gaudētes qm̄ digni habiti ſunt ꝓ nōie ieſu cōtumeliā pati,ſed & alii cū gaudio ſuſcępertīt rapinā bonoꝝ ſuoꝝ:vt patet ad hebr.10.Statui āt veteris teſtī(in quo tēporalia bona ꝓmittebant̄)cōſonat. ¶ Ambiguū aūt eſt ſi pro aliquo certo & pro quo determinato tempore propheta loquit̄:quia hęc duo mala deſpectionis & irriſionis,ſepe populo illi accidiſſe videntur:ſicut & paupertas, quæ homines ridiculos facit.

¶ Materia igit̃ & summarium psalmi est multitudo repleta despectione & irrisione, suspiciens ad deũ vt misericorditer subueniat.

¶ Persona loquens propheta est.

Ad te leuaui. Diuidit̃ psalmus in ptes duas: ppositiuã materię, & executiuam, ibi ecce sicut oculi. ¶ Proponit̃ psona recurrẽs ad deũ ad silitudinẽ leuãtis oculos corporeos versus cœlũ, tanq̃ ad hominẽ residẽtẽ in cœlis. Et significat̃ p hoc recursus interior ſm affectũ mẽtis ad deũ. Qui sedẽs, supple es, in cœlis. Humano more de deo loquẽdo, describit ipm sedẽtẽ in cœlis. Et ad lram satisfacit vulgo, ipotẽti cogitare eẽ aliqd qđ nullibi sit. Et veritas locutioni ridens est. q ẽt in cœlis sedẽs es. Deus. n. vbiq̃ sedet. & hoc ad excellẽtiã eius spectat ꝙ ẽt ĩ cœlis sedeat: hoc ẽ gete regnet ac iudicet. Hęc. n. oia sedet̃ secũ fert: qm̃ sedes, geris est, regis & iudicis. Et nihilominus spãl'r dr̃ in cœlis sedẽs, rõne manifestioꝝ effectuũ diuinoꝝ: qa in cœlis oia sic ordinate procedũt vt diuinã præsentiam præ se ferant.

¶ Ecce sicut oculi. Incipit hic ps executiuã tali ordine. Prio tractat̃ illa particula, ad te leuaui oculos meos, quãtũ ad modũ leuãdi oculos. Secũdo quãtũ ad cãm, ibi miserere nr̃i. ¶ Modus leuandi oculos explicat̃ quãtũ ad duo. s. quãtũ ad subiectionẽ ex silitudine seruoꝝ & ancillaꝝ, nõ audacter exigẽtiũ necessaria ad victũ, sed vt seruos & ancillas decet dirigentiũ & leuantiũ oculos versus manus dñi seu herę vt porrigant sibi necessaria. & quantum ad perseuerantiam, dicendo vsquequo miserebit̃ nostri.

Miserere nostri. Tractat̃ hic cã leuãdi oculos, explicãdo miseriã. Q rñ multũ saciati sumus despectione, multa sacietas ipsi aię nr̃æ: hoc est multitudo sacietatũ diuersaꝝ iniuriaꝝ iã est ipsi aię nr̃æ, vitę nostrę. Vnico verbo describere voluit & innumerabilẽ multitudinẽ & magnitudinẽ (vtpote vsq; ad sacietatẽ) iniuriarũ. ℣ Illusio quietoꝝ, despectio superbis. Subiungit generali sacietati iniuriarum duas in specie. Alterã ꝙ sumus illusio quietoꝝ: hoc est ꝙ illudimur ab hominibus quietis, ociosis, deliciosis. Alterã ꝙ sumus despectio supbis: hoc est ꝙ despicimur a diuitibus superefluentibus, & ppterea supbientibus. Et specificauit has duas iniurias (qm̃ itolerabiliores sunt) ad puocãdũ dei misericordiã. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum graduum. CXXIII.

Nisi quia dominus erat in nobis dicat nũc israel: nisi qa dñs erat in nobis.
Cum exurgerent homines in nos: forte uiuos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentẽ ptrãsiuit aĩa nr̃a: forsitã ptrãsisset aĩa nr̃a aquam itolerabilem.
Benedictus dñs: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
Aĩa nr̃a sicut passer erepta ẽ de laqueo uenãtiũ: laqueus cõtrit⁹ ẽ & nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit cœlum & terram.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Cãticum graduum dauidi. CXXIIII.

1 Israel. Nisi dominus* ꝙ fuit nobis. Propheta. dicet nunc israel.
2 Israel. Nisi dominus* ꝙ fuit nobis: exurgente super nos homine.
3 Tunc uiuos absorbuerunt nos: furente ira eorum in nos.
4 Tunc aquę illuerunt nos: flumen transiuit super animam nostram.
5 † aquę Tunc transiuit super animam nostram: aqua † superbiarum.
6 Benedictus dominus*: ꝙ non dedit nos prędam dentibus eorum.
7 Aĩa nr̃a quasi passer euasit de laqueo aucupum: laqueus fractus est, & nos euasimus.
8 Auxilium nostrũ in noie domini*: factoris cœlorum & terrę.

Titulus est. Canticum graduum dauidi. De quo vt supra.

¶ Circa materiã psalmi est aliqd certũ & aliqd ambiguũ. Certũ siqdem est ꝙ idicit̃ in hoc psalmo populus israel recognoscẽs se diuino auxilio euasisse periculũ occisionis ab hoie in furore: periculũ autẽ tale ꝙ fuit fere occisus, ꝙ fuit sicut auis iam laqueo capta quæ euasit qa laqueus fractus est. Q2. n. populus israel sit qui hic iducit̃, patet ex principio psalmi: in quo clare ppheta itroducit populũ israel dicturũ. dicet nunc israel, nisi ꝙ dñs fuit nobis &c̃. Hoc est ergo certũ de materia psalmi. ℣ Ambiguum autẽ est quę historia hic tangat̃. Cõsiderãdo autem ꝙ dauid inducit populum ꝙ nunc dicet gratias ob euasionem a periculis, apparet ꝙ tanq̃ tunc (tempore scilicet ipsius dauidis) euaserit populus talia pericula. Quocirca beneficium diuinum præstitum populo regnante dauide, pro quanto non vna pars israel sed vniuersus israel euasit securus a periculo vlterius seruiendi moabitis, syris, philisteis & cęteris circumuicinis gentibus, quibus prius seruierant (vt patet in libro iudicũ & primo regum) est materia psalmi huius ad literam. quadrant siquidem huic sensui omnia.

ℭSVMMARIVM EST.

ℭ Cantat dauid populũ israel recognoscentẽ tpe regni eius bñficiũ diuinũ quo ereptus est a periculis seruiendi vlterius gẽtibus circũuicinis:a quarũ dñatu euaserunt dño frãgente p dauidem illarũ vires.

ℭ Personæ loquentes sunt propheta & israel.

NIsi dñs. Diuidit psalmus in ptes duas: ppositiuã materię, & executiuã,ibi furẽte. ⁋ Proponit. dicet nũc israel. Aduerbiũ nũc demõstrat tẽpus regni dauidis iã securi,quo cõditus est psalmus. Israel nomẽ est ipsius populi hebręi. ⁋ Nisi dñs q fuit nobis. Ecce qd dicet, nisi q dñs fuit nobis,bis repetẽdo ad exaggerationẽ gratitudinis: exurgẽte sup nos hoie, tunc viuos absorbuerũt nos. magnitudinẽ pıculi a quo liberatus est ppõit. Et itẽdit p hoiem multitudinẽ hoium. Et ppea trãsit a singulari i pluralem: ab exurgẽte hoie ad multos q absorbuissent eos. Significãter ãt dicit sup nos,pp ptãtẽ magnã qua insurrexerũt aduersus eos, & sepe supauerũt illos. ℭ Circa ordinẽ lrę aduerte duas trãspositiões. Altera ẽ q ichoari debet. dicet nũc israel. Altera est q vbi dr nisi dñs q fuit nobis,trãsposita est cõiũctio q:nã ordinãda est sic. nisi q dñs fuit nobis. metri.n. cã hmõi trãspõnes cõtigũt. ⁋ Aduerte quoq modũ loquẽdi linguę hebręę,dicẽdo tũc viuos absorbuerũt nos: quũ nõ itẽdãt significare q absorbuerũt, sed q nisi dñs affuisset absorbuissent. qd in lingua latina dicimus tũc absorbuissent nos. Hebręi enim omni carentes prætento præterĩ indicatiui,illo vtunt. Et hoc idem intelligas in cõsequentibus huius psalmi. Et describit viuos absorbendos velut a marinis beluis, ad significandam integritatem periculi: quia scilicet fuerant in periculo ne ex toto perirent sicut qui viui absorbentur.

ℭ Furente ira eorũ in nos. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat illa particula,exurgẽte hoie &c. Secũdo illa,nisi dñs,ibi bñdictus dñs. ℭ Tractat itaq magnitudo pıculi ex siĩitudine aquarũ dupli. Primo ad siĩitudinẽ aquarũ ipetu supueniẽtiũ: vt sepe cõtigit ex mõtibus. Furẽte ira eorũ i nos (magnitudo ipetus p hoc significat) tũc aq̃ illuerũt nos. Intellige p illuissent nos: hoc est coopuissent submergẽdo. aqua.n. nõ illuit nisi qd subtus eã est. ⁋ Flumẽ trãsiuit sup aiam nrãm. Altera siĩitudo est crescẽtis fluminis cũ pıculo iuxta habitãtiũ. Flumẽ transiuit sup.i. iuxta, aiam nrãm,vitã nrãm: hoc est cum pıculo vitę nrę. Tunc trãsiuit,p trãsisset, sup aiam nostram aqua superbiarum: hoc est aqua supexcedens & submergens vitam nostram. In hebręo habetur aquæ in numero plurali. Et significant per has similitudines pıcula irreparabilis seruitutis populi: sicut absorptus & submersus,irreparabilis est.

Benedictus dñs. Tractat hic illa particula,nisi dñs &c. gr̃as agẽdo deo. ita q duo in hac gr̃arũactione explicat. Liberatorẽ deũ,nõ dauidẽ,nõ fortes illius: & modũ quo liberati sũt. ℭ Liberatorẽ icipiũt significare, laudãdo deũ q nõ dedit nos pdã dẽtibus eorũ. In quo qa ferę tẽdũt ad pdã dẽtibus vorãdã,assimilant hostes feris & populus israel pdę,eo q sicut fera ad pdã, ita gẽtes illę ad ppl'm se hēbãt, vorãtes libertatẽ & oia illorũ bona. Et itẽdit p hoc significare q deus nõ pmisit illos cõsumi: hoc est.n. nõ dari in pdã dẽtibus cõsumẽdã. ⁋ Vñ declarãdo hoc subdit. Aĩa nrã,vita nrã, quasi passer euasit de laqueo aucupũ. Dictio hebraica iterptata euasit,si latinitas pmitteret sonat euasa. Describit p hãc metaphorã modũ quo populus euasit de pıculo, assimilãs vitã populi passeri q euasit de laqueo. Et subiũgit modũ quo euasit. laqueus fractus est, & nos euasimus. Potẽtiã pricipũ detinẽtiũ ppl'm israel in seruitute ad hoc vt ppetuo seruirẽt, vocat laqueũ detinẽtẽ,sed fractũ p populi liberatione. ℭ Auxiliũ nostrũ,ad fractionẽ laquei, in noie dñi factoris coelorũ & terræ. Dicẽdo auxiliũ nostrũ,significat ipsos coopatos ad frãgendũ laqueũ, innixos tñ diuino auxilio, iuocãdo diuinũ nomẽ. qa vere sic fuit: dauidis siqdem prælia omnia quibus confregit potẽtias olim vicinarum gentium,fuerunt innixa diuino auxilio. Amen.

ℭ V. VLGATA EDITIO. ℭ Canticum graduum. CXXIIII.

QVi confidunt in domino,sicut mons sion: non commouebitur in æternũ qui habitat in hierusalem.

Mõtes i circũitu ei9,& dñs i circũitu ppli sui ex hoc nũc & usq in seculũ.

Quia nõ relinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum: ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine: bonis & rectis corde.

Declinãtes aũt in obligationes adducet dñs cũ operãtibus iniquitatẽ: pax super israel.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Canticum graduum. CXXV.

1 Propheta. COnfidentes in domino [erit] sicut mõs sion: [qui] nõ labet, [et] æterno sedebit.
2 Hierusalem [est sic q] montes in circumitu ipsi: & dominus in circumitu populo suo ex nunc & usq æternum.

3 Quia non requiescet uirga impietatis super sortem iustorum: propterea non extendēt
iusti in iniquitate manus suas.
4 Benefac domine: bonis & rectis corde suo.
in obliquitates suas
5 Et declinantes obliquitatibus suis, deducet eos dominus cum operantibus iniquita-
sit
tis: pax super israel.

TItulus est. Canticum graduum. De quo vt supra.
¶ Circa materiam psalmi aduerte q ante regnum dauidis omnes ciuitates israel erant indifferentes: postq̄ autem populus israel vidit regem dauidem stabilisse firmitate perpetua hierusalem pro ciuitate regia simul & diuina ratione templi, occasionem habuit cogitandi & murmurandi q ciuitate hierosolymitana munita ab hostibus, reliquus populus aliarum ciuitatum pateret superuenientibus hostibus. Vnde ad occurrendum huiusmodi cogitationi seu murmuri editus est psalmus iste: declaratorius q vniuersus populus israel modo confidat in domino, durabit & habitabit securus sicut mons sion & hierusalem. Hanc esse ad literam intentionem & materiam psalmi, ipse psalmus clare monstrat: assimilans confidentes in domino, monti sion &c̄.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Confidentes in domino erunt sicut mons sion, immutabilis & habitans in aeternum: quia dominus circumcirca custodit populum suum sic q alienus princeps non dominabitur ei: iniquos autem abducet de terra quam dedit eis.

¶ Persona loquens propheta est.

COnfidentes in domino. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiae, & executiuam, ibi hierusalem. ¶ Proponit similitudinē inter confidentes in domino ex vna parte, & montem sion ex altera parte. Confidentes in domino, vbicunq habitantes, supple sunt sicut mons sion. Et explicans penes quid attenditur haec similitudo, subiungit. non labetur, aeterno sedebit. Secundi paralı. 33. dicit deus de monte sion. In domo hac & in hierusalem quam elegi de cunctis tribubus israel, ponam nomen meum in sempiternum. Huiusmodi enim promissio hic describitur dicendo. non labetur, a statu suo, sed sedebit, quiescet, aeterno. Hoc idem intendit propheta applicandum ad confidentes in domino. est enim imperfectus sermo. Et sensus est. Confidentes in domino sunt sicut mons sion, qui non labetur, qui aeterno sedebit: hoc est etiam confidentes in domino non labentur, in aeternum sedebunt. aliter non essent sicut mons sion habens istas conditiones. Vnde & in allegato textu subiungit deus. Et mouere non faciam pedem israel de terra quam tradidi patribus eorum (ecce stabilitas similis promissa toti israel) ita duntaxat si custodierint facere quae praecepi eis per manum moysi. Propter hanc enim conditionalem propheta non dixit, populus israel sicut mons sion, sed dixit confidentes in domino: ad includendam conditionem appositam a deo. nam confidentes in domino sunt custodientes mandata dei.

¶ Hierusalem. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo declaratur illa particula sicut. Secundo declaratur illa particula non labetur, ibi quia non requiescet. Tertio declaratur illa particula, confidentes in domino, ibi benefac. ¶ Reddit itaq rationem similitudinis inter montem sion & cōfidentes in domino. Hierusalem. fac ibi punctum. hoc est sic est munita, montes in circuitu ipsi, hierusalem. ¶ Vbi aduerte duo. Alterum q pro synonymis in pposito vtitur propheta sion & hierusalem: quoniam vna & eadem erat ciuitas, cuius vna pars vocabatur mons sion: in qua erat domus regia, & in cuius summitate ędificatum est templum. Alterum q occasio murmurandi insinuatur, quia hierusalem erat munita montibus in circuitu: ac per hoc ex naturali situ munita. Hinc enim ratio murmuris: tanq̄ rex locauerit se & suos in loco munito, & reliquus populus dimissus sit vtcunq. ¶ Et dominus in circuitu populo suo. e regione ad montes hierusalem, dicit & dominus. Vbi perspice similitudinem incomparabilem. Hierusalem habet pro munimine montes in circuitu: populus dei habet pro munimine dominum in circuitu. quanto ergo dominus praestat montibus, tanto munimen populi excellentius est munimine hierusalem. Ex nunc & vsq aeternum. Quia montes perpetuo munimini sunt hierosolymitanis, oportuit explicare q etiam dominus perpetuum munimen est populo suo. Et dicit ex nunc: hoc est ex tempore quo populus confidit in deo.

Quia non requiescet. Declarata similitudine cum excellentia ex parte confidentium, reddit modo rationem q non labentur, q in aeternum sedebunt. Quia non requiescet virga impietatis super sortem iustorum. ex diuina custodia efficietur q virga impietatis, hoc est potestas idolatrarum, non quiescet, non dominabitur, super terram quae sors est iustorum, abrahę, isaac, iacob, & filiorum imitātium ipsos in iustitia. nullum enim hostem timebant nisi idolatras. Et propterea exclusio omnis extranei domini significata est excludendo virgam impietatis. ¶ Propterea non extendent iusti in iniquitate manus

ſuas.Fructus & finis diuinę cuſtodiæ explicatur non extenſio manuum in iniquitate:hoc eſt non adorare iniquę:non adorare idola.Adoratio enim iniqua ſignificatur per extenſionem manuum in iniquitate:quia adorantes eleuant manus verſus illum quem colunt. Propterea/quia non requieſcet &c̄. ideo non extendent iuſti/iſraelitę iuſtitiam ſectantes,in iniquitate/idolatrię,manus ſuas:ſed obſequentes domino/pactum initum cum eo ſeruantes & gratias referentes deo,extendent.

Benefac domine. Redditur ratio illius particulę/confidentes in domino/ex differentia retributionis ſtatutę iuſtis & iniuſtis. ℂ Benefac domine.Per modum ſupplicationis retributionem iuſtorum ſignificat:vt intelligas ſic pendere ex iuſtitia vt innitatur gratiæ.Bonis & rectis in corde ſuo.Bonitas ad intentionem refertur:rectitudo ad executionem.Et vtraq; deſcribitur radicata intus,vt excludatur omnis ſimulatio. ℂ Et declinantes obliquitatibus ſuis.Retributio iniquorum deſcribitur,non ſupplicando ſed narrando:quoniam ex nobiſipſis non ex deo declinamus a recto ad tortos mores. Vnde & ſignificantius dicit obliquitatibus ſuis:quia prauitates ex noſtra ſunt officina. Deducet eos dominus cum operantibus iniquitatis:hoc eſt abducet eos de terra quam dedit patribus eorum,ſicut comminatus eſt in deutero.Pax ſuper iſrael.Imprecantis eſt vox iſta, manifeſtans quorſum tetēderit per hunc pſalmum:ſcilicet ad hoc vt ſit pax ſuper iſrael/ad hoc vt non ſit murmur inter eos,ſed ſuper vniuerſum iſrael ſit pax/ſit tranquillitas ordinis confidendo in deo.Hinc.n.conijcere poſſumus exortum fuiſſe murmur in populo iſrael ꝓpter hieruſalē:& ꝙ propterea propheta concluſerit/pax ſit ſuper iſrael.Acſi aperte dixiſſet. Ceſſet iam murmuratio,& ſit pax domini in vniuerſo iſraele.Amen.

ℂ VVLGATA EDITIO.

ℂ Canticum graduum. CXXV.

IN conuertendo dn̄s captiuitatem ſion:facti ſumus ſicut conſolati.
Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum:& lingua noſtra exultatione.
Tunc dicent inter gentes:magnificauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiſcum:facti ſumus lętantes.
Conuerte domine captiuitatem noſtram:ſicut torrentes in auſtro.
Qui ſeminant in lachrymis:in exultatione metent.
Euntes ibant & flebant:mittentes ſemina ſua.
Venientes autem uenient cum exultatione:portantes manipulos ſuos.

ℂ IVXTA HEBRÆVM.

ℂ Canticum graduum. CXXVI.

1 Propheta. REducente domino captiuitatem ſion:fuimus ſicut conualeſcentes.
2 Tunc implebitur riſu os noſtrum/& lingua noſtra cantu:tunc dicent
inter gentes. Vox gentium. magnificauit dn̄s ad faciendum cum iſtis.
3 Propheta. Magnificauit dominus ad faciendum nobiſcum:fuimus lętantes.
4 Reduc domine captiuitatem noſtram:ſicut riuos in auſtro.
5 Seminantes in lachryma,in cantu metent.
6 Eundo ibit & flendo/portans longe ſemen : ueniendo ueniet in laude, portans faſciculos ſuos.

TItulus eſt.Canticum graduum.De quo vt ſupra.
ℂ Materia pſalmi ex principio ipſius apparet:dum deſcribitur reductio captiuitatis ſion. ex eo enim ꝙ non tractatur reductio captiuitatis iſrael ſed ſion,clare ſignificatur ꝙ de reductione captiuitatis babylonicę eſt ſermo.tunc ſiquidem non vniuerſus iſrael,ſed populus captiuatus ex ſion(hoc eſt ex regno iudę)tempore captiuitatis ioachim & ſedechie regum iuda reductus eſt:ſub cyro/dario & xerxe regibus perſarum.Et hæc eſt ad literam materia pſalmi.

ℂ SVMMARIVM EST.

ℂ Populus ſion captiuatus a nabuchodonoſor/flendo iuit in partes longinquas/portās ſemen diuinę ſcripturæ:quo fructificāte rediit cum exultatione, reducente eos deo in ſion/in lætitia & diuina laude etiam ab extraneis.
ℂ Perſona loquens propheta eſt.

REducente domino.Diuiditur pſalmus in partes duas:propoſitiuam materiæ, & executiuam/ibi tunc implebitur. ℂ Proponit duo.Primo reductionem captiuitatis. Reducente domino/nō homine,captiuitatem ſion/ex ſion abductam in babylonem.Secundo modum.fuimus ſicut conuale-

scentes. Veram esse hāc prophetiam res postea gesta testatur:quoniam similes ex ęgritudine conualescētibus|fuerūt redeūtes ex captiuitate babylōię.paulatim.n.auctę sunt vires eorū:vt patet in lib. esdrę. ¶ Tunc implebitur risu. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula|reducēte domino captiuitatem sion. Secundo illa|fuimus sicut conualescentes|ibi seminantes in lachryma. ¶ Explicatur itaq; reductor ex captiuitate dominus, supplicando augmentum. Tunc implebitur risu (a signo risus significatur lętitia interior redundās in exteriora signa in vultu)& lingua nostra cantu. tunc facies nostra erit plena lętitię, & lingua nostra cantabit cantica dei. ¶ Tunc dicent in gentibus. non solum nos laudabimus deum, sed etiam inter gentes extraneas dicēt|hoc scilicet. magnificauit dominus ad faciendum cum istis. Ita φ profitebuntur gentes φ dominus fecit magna nobiscum. Adimpleta est prophetia hæc, quum cyrus rex persarum etiam literis publicauit φ deus mandauit sibi ędificare templum in hierusalem:& φ propterea licentiā dabat vt ii qui erant in captiuitate|redirent in hierusalē &c̄. Quo facto|rationi consonat vt multi gentilium videntes tale regis testimonium & opus|dicerent quoq; magna fecit dominus istis captiuis:quum constet cōsiliarios regis munera misisse in hierusalem. ¶ Magnificauit dominus ad faciendum nobiscum. Gentiles dicent & nos profitebimur & cātabimus. magnificauit dominus ad faciendum nobiscū:& ideo fuimus lętantes.

Reduc domine. Laudato reductore, supplicat pro augmento. Reduc domine captiuitatem nostram sicut riuos in austro. Riui aquarum|flante vento a meridie, magis abundant & fluunt. Et ideo per hanc similitudinem petit propheta reductionem captiuitatis augeri. pręuidit enim propheta non reditură totam captiuitatem a principio:& propterea petit augeri reductionē. Et fuit hæc oratio exaudita. quū post primā reductionē factā sub cyro|secuta est secunda duce quoq; zorobabel sub dario : & postea tertia sub xerxe filio darii duce esdra:& demum sub eodem xerxe venit neęmias.

Seminantes in lachrymа. Tractat̄ hic illa particula|fuimus sicut conualescentes:declarādo vtriusq; statum:scilicet mali ex quo populus conualuit, & boni in quod est mutatus. ¶ Declarat autem ex alia metaphora, describendo modum quo reducti sunt ex altera similitudine:scilicet ad seminantes cum fletu, metentes autem & reportantes fructum cum lętitia. Congruit autem hæc similitudo rei gestę:quū quuis scriptura sacra nihil aliud dicat de eā reductionis nisi φ suscitauit dñs spiritum cyri regis persarum: iosephus tñ li.xi.anti.refert φ cyrus rex persarum|viso esaia propheta φ scripsisset christo meo cyro &c̄. concępit deum pręcępisse sibi φ ędificaret templum in hierusalem. Refert quoq; φ darius votum vouerat si fieret rex|donare hierosolymitano tēplo omnia dei vasa quę erant babylonię. xerxem quoq; regē esdrę (in lege diuina doctissimi) amicitia vsum. Ex quibus iunctis cum scriptis in libro esdrę|apparet ratio istius similitudinis. seminantes in lachryma|hoc est in multitudine lachrymarū, in cantu metent. ¶ Et declarans parabolam subdit Eundo ibāt|populus in captiuitatem, & flendo:portans longę ad longinquas regiones, semen|diuini verbi sacrorumq; librorum. veniendo veniet in laude|laudando deū. Et ad literam zorobabel sub dario multitudinem reducēs captiuorū, venit cū cantibus & tibiis & cymbalis. Portans fasciculos suos|vasorum argenteorum & aureorū & regiorū prouentuū pro tēplo & sacrificiis. Fasciculos īquit, nō manipulos sed fasciculos manipulorū:ad denotādū magnitudinē fructus. ¶ Et potes per reportationē fasciculorum intelligere magnitudinem fructus producti per diuinum semen, in hoc φ tot reges & consiliarii cognouerunt & coluerunt verum deum. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum graduum. CXXVI.

Nisi dñs ędificauerit domū:in uanum laborauerunt qui ędificant eam.
Nisi dominus custodierit ciuitatem:frustra uigilat qui custodit eam.
Vanum est uobis ante lucem surgere:surgite postq̄ sederitis qui māducatis panem doloris.
Cū dederit dilectis suis sōnū:ecce hęreditas dñi/filii:merces fruct⁹ uētris.
Sicut sagittę in manu potentis:ita filii excussorum.
Beatus uir qui impleuit desiderium suum ex ipsis:non confundentur cum loquētur inimicis suis in porta.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Canticum graduum salomoni. CXXVII.

1 Propheta. Si dñs non ędificabit domum/frustra laborauerunt ędificatores eius in illa:si dñs nō custodiet ciuitatē/frustra solicitauit custodiens.

2 Frustra est uobis antelucantes surgere, retardantes sedere, comedētes panem dolorū: quia sic dabit amico suo somnum.

3 Ecce hęreditas domini sunt filii: merces est fructus uentris.
4 Sicut sagittę in manu fortis: ita filii excussionum.
5 Beatitudines erunt uiri qui impleuit pharetram suam ex ipsis: non confundentur quum alloquentur inimicos in porta.

TItulus est. Canticum graduum salomoni. Vel quia salomon fuit eius autor: vel potius quia est instructio dauidis directa salomoni.

℄ Materia psalmi est curam victus/successionis & custodię ab hostibus respectu populi israel spectare ad deū, modo populus studeat mūdicię ab iniquitatibus. Hanc esse materiā psalmi ipsemet prę se fert: ostendens vanitatem studii humani circa hæc sine domino, & subiungens promissiones diuinas circa eadem: vt clarius patebit exponendo. ¶ Et hinc collige psalmum istum directe tractare statum veteris testamenti in quo promittebantur hæc temporalia bona populo israel perseueranti in cultu dei. ℄ Et hoc etiam sufficiat pro summario.

℄ Persona loquens propheta est.

SI dominus. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuā materiæ, & executiuā / ibi sic dabit. ℄ Proponit tres vanitates. Prima est studiū circa ędificationē domus sine deo ędificāte. Si dn̄s nō ędificabit domū, frustra laborauerūt ædificatores eius in illa. Ædificare domū/nō significat hic cōstruere domū in qua habitaƒ: sed significat ad literā construere progeniē filiorum/nepotū/pronepotum/& reliquā successionē. Ita ꝙ sensus est. Si dn̄s non dederit successionē progeniei seu gentis, frustra laborauerūt quicūq studentes ad hoc vt cōseruētur progenies eorum. Clare siquidem patet. 2. reg. 7. & 1. parali. 17. plures appellari ędificationem domus/gratiam huiusmodi successionis: ideo promittente dauidi ꝙ ędificabit ei domum/hoc est progeniem succedentem ei in regno. Et ꝙ in hoc loco sic sumatur, contextus psalmi manifestat: dum inferius nulla subiungitur declaratio diuinę curę circa ędificium domus artificialis, sed circa ędificium domus naturalis: hoc est progeniei seu gentis. ¶ Si dn̄s nō custodiet. Secūda vanitas est studiū custodiēdi ciuitatē ab hostibus sine deo custodiēte. Et intēdit ad literam ambo hæc studia vana esse si non ita se habeāt vt mereātur habere deum ędificantē & custodē: hoc est si nō seruauerint legem dei, frustra procurant conseruationem progenierum suarū/frustra solicitant circa custodias ciuitatum ab hostibus: vt in deutero. maledictionibus continetur.

Frustra vobis. Tertia vanitas describitur superfluus labor pro victu. Et hæc vanitas non describitur cum conditionali si dominus non affuerit/sicut alię: quia studia prius dicta irreprehensibilia sunt si cū cultu dei sint, vana autem sine obseruatione legis dei: superfluum vero studium / reprehensibile omnino est. Et propterea simpliciter & absolute reprehenditur dicendo. frustra vobis/supple est, antelucantes surgere. Apostrophat ad superflue laborantes. tum pręuentione temporis. Tempus enim laborandi est ab ortu solis: iuxta illud. Ortus est sol, exibit homo ad opus suum. Et propterea propheta superfluum laborem ex pręuentione temporis describit ab ante lucem surgere, alloquendo. O antelucantes surgere, retardantes sedere. Superflua prorogatio laboris describitur per retardationem a sedēdo. Quū enim deberent laborare vsq ad vesperam, laborant etiam post solis occasum/seu etiam quum esset hora quiescendi, non curantes de quiete / retardant requiescere vltra tempus debitum. Et causam subdit: comedentes panem dolorum: hoc est habentes victum cum magna afflictione. Vbi manifeste apparet ꝙ non labor sed superfluitas laboris reprehēditur: & dicitur eis ꝙ frustra ipsis est huiusmodi superfluitas. Ratio autem inferius subiungetur, quia deo incumbit cura victus eorum: & propterea sufficere deberet eis laborare tempore congruo. hoc enim ad literam intendit propheta.

Sic dabit. Expedita propositione trium vanitatum filiorum israel, declarat modo propheta rationem illarum vanitatū singillatim ex diuina prouisione. Et fundatur tota hæc pars super promissiones diuinas in deutero. factas populo israel. ℄ Sic dabit amico suo somnum. Sicut subiūgetur, dabit/deus, nō populo israel absolute sed populo israel amico suo/dei per charitatem / fidem/spem/cultum &c̄. (in his enim consistit amicitia hominis ad deum: quoniam aliter non vellet ea quæ deus vult: amici autem ē idem velle & idem nolle) somnum/quietem desideratam.

Ecce hęreditas domini filii. Declarat ꝓuisionē diuinā circa ędificationē domus: cuius vanitas sine dn̄o fuit prio ꝓposita. Et itēdit ꝙ filii isrl' amici dei qa sunt electi a deo i hæreditatē suā (hoc ē vt sint hęredes dei ad possidēdū velut iure p̄rnę hęreditatis terrā dei) iō deus curā habet de successiōe eorum: vtpote de hęreditate ꝓpria. Hoc siqdē significaƒ dicēdo. ecce hęreditas dn̄i sūt filii. Est.n. sermo iperfectus: subintelligēdū relinquēs ꝙ dn̄s filiorum curā habet, vtpote hęreditatis suę. ℄ Merces fructus vētris. Vanitatis supflui laboris tertio loco ꝓpositę ratio redditur/ex hoc ꝙ deus ꝓuidet illis tanq̄ operariis suis de mercede. hoc.n. importat mercedis nomen. Et apte. tum qa vt operarii ꝓpositi fuerunt. tum quia deus vt ꝓprius dominus terræ ꝓmissionis/filios israel se tenere profitetur quasi colonos suos: vt aperte dicitur

leui. 25. Quæ autem sit illa merces quam reddit deus, explicatur fructus ventris: hoc est foetus animalium / ouium / uaccarum / equorum &c̄. Et etiam lac/caseus/butyrum, appellatione fructus uentris comprehendūtur: quoniam ex impregnatione ventris prouenit lac. Et intendit per hoc ad literam fructum naturalem prouideri a deo pro mercede laborum filiorum israel in terra promissionis. Acsi aperte diceret. non oportet vos superflue laborare, quia deus prouidet populo amico suo de fructibus naturalibus qui proueniunt ex animalibus. In quo subintelligitur ꝙ multo magis prouidet de fructibus terrę. in maiori enim includitur minus: maius autem est prouidere de fructu ventris q̄ de fructu terrę.
℃ Sicut sagittę. Redditur ratio vanitatis custodię ciuitatis sine domino: assimilando filios excussionum sagittis in manu fortis. Hebręę linguę consuetudine operam dantes excussioni / filii excussionū appellantur: sicut filii nuptiarum vacantes nuptiis: & similia. Et quia excutimus a nobis immundicias / & quæcunq; abominabilia si tangant nos, ideo filii excussionum appellantur israelitę studiosi ad excutiendum a se immundicias iniquitatum / & seruandum se mundos a malis moribus & operibus &c̄. Et intendit propheta ex hac similitudine docere ꝙ si studebunt ad seruandum se mundos ab iniquitate, erunt pro armis offensiuis contra hostes sicut sagittę in manu fortis: hoc est ꝙ mundicia eorū erit loco sagittarum contra hostes, deo pugnante pro illis.
℃ Beatitudines / sunt, viri qui impleuit pharetram suam ex ipsis / filiis excussionum veluti sagittis. Vtitur nomine pharetrę alludendo ad metaphoram sagittarum: sed intendit per pharetram ciuitatem. & instruit salomonem incitando eum ex foelicitatis statu. Beatitudines / erunt non cuiuscunq;, sed viri qui īpleuit pharetrā suā / ciuitatē suā / curiā suā, ex ipsis / filiis excussionū / viris mundis excutientibus a se oēm immūdiciā: non confundentur. ecce ratio, q̄a nō cōfundēntur / filii excussionum, quum alloquentur inimicos in porta / ciuitatis / deo illos tuente. Vbi clare describi patet deum custodire ciuitatem per uiros mundos: & propterea merito dictum esse ꝙ si non custodiet / vana erit custodia. quia si non sunt viri mundi / dominus non custodiet: & sic vana erit hominum custodia. ℉ Cōsidera prudens lector omnia subiuncta ab illo loco / sic dabit amico suo somnum / vsq; ad finem psalmi: & nihil inueniens quod spectet ad ędificationem domus ex lapidibus & calce &c̄. reperiens autem quod spectet ad ędificationem domus. i. progeniei / vbi dictum est ecce hæreditas domini filii, probabis quod in principio diximus ꝙ non de domo artificiali sed de domo naturali propositum est si dominus non ędificabit domum. hæc enim ratio me mouit. Amen.

℃ VVLGATA EDITIO. ℃ Canticum graduum. CXXVII.

BEati omnes qui timent dominum: qui ambulant in uiis eius.
Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es & bene tibi erit.
Vxor tua sicut uitis abundans: in lateribus domus tuę.
Filii tui sicut nouellę oliuarum: in circūitu mensę tuę.
Ecce: sic benedicetur homo qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus ex sion: & uideas bona hierusalem omnibus diebus uitę tuæ.
Et uideas filios filiorum tuorum: pacem super israel.

℃ IVXTA HEBRÆVM. ℃ Canticum graduum. CXXVIII.

1 Propheta. BEatitudines [sunt] omnis timentis dominum: ambulantis in uiis eius.
2 Laborem palmarum tuarum quoniam comedes: beatitudines [erunt] tui, & bonum tibi. [ordo preposterus]
3 Vxor tua sicut uitis fructifera in lateribus domus tuę: filii tui sicut plantę oliuarum in circūitu mensę tuę.
4 Ecce: quoniam sic benedicetur uir timens dominum.
5 Benedicet tibi dominus ex sion: & uide in bonitate hierusalem omnibus diebus uitæ tuæ.
6 Et uide filios filiis tuis: pacem super israel.

TItulus est. Canticum graduum. De quo vt supra.
℃ Materia psalmi est foelicitas huius vitę promissa populo israel in ueteri testamento: vt clare patet intuenti.

℃ SVMMARIVM EST.

℃ Omnis israelita timens deum erit beatus in hac vita quo ad se / vxorem / filios / successionem / ciuitatem / & regnum, ex benedictione diuina.

¶ Persona loquens propheta est.

BEatitudines omnis. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiæ, & executiuam/ ibi laborem. ¶ Proponit duo: pręmium & meritum. Præmium quidem dicendo beatitudines/ etiam in hac vita. Meritum autem tum intus, omnis timentis dominum. Tum in exteriori opere, ambulantis in viis eius/domini. Et significanter dicit omnis: vt vniuersaliter promissam fœlicitatem toti populo israel modo timeant deum & seruent legem eius/explicet.

¶ Laborem. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula/beatitudines. Secũdo extenditur eadem applicata ad timẽtem dominum. & sic tractatur sc̃da particula proposita/ibi ecce quoniam sic. ¶ Laborem palmarum tuarum quoniam comedes. Describitur beatitudo domestica. tũ quo ad opera propria: non quia laborabit, sed quia comedet fructum laboris sui. Et appellatione laboris intellige omne opus. Et est hæc beatitudinis pars per exclusionem multarum miseriarum: puta seruitutis. seruus enim non comedit laborem manuum suarum. Prędę. in terra enim rapinis subiecta nõ comedit homo fructum laborum suorum. Mendicitatis. nam mendicus non viuit ex labore proprio. Ægritudinis. ęger enim nõ gaudet fructibus vineę & horti sui &c̃. ¶ Vxor tua. Duplex laudabilis conditio vxoris describitur: scilicet fœcunditas/sicut vitis fructifera. & modestia/ in lateribus domus tuę. Vxoris enim est non in atrio/nõ in porta/non in media domo (in qua sunt viri) sed in lateribus seu angulis seu penetralibus domus esse. ¶ Filii tui sunt plãtę oliuarum/quantum ad virorem seu augmẽtum, in circuitu mensæ tuę/quantum ad conuictum. Hæc enim omnia fœlicitatis sunt domesticę.

Ecce quoniam sic. Redditur ratio descriptę fœlicitatis: extendẽdo illam ex diuina benedictione promissa israelitis timentibus deum. Ecce/in promptu est beatitudo: quoniam sic/vt descriptum est & describetur, benedicetur/a deo, vir timens dominum. Benedicet tibi/ quo ad omnia domestica, dominus ex sion/ex cultu qui deo impẽditur. sion.n.locus erat diuini cultus. ¶ Et vide in bonitate hierusalem. Fœlicitati domesticę addit fœlicitatem ciuitatis regię & diuinę. Et propterea non sufficit dicere q benedicet tibi dominus, sed addidit & vide (imprecatiue dicitur pro videbis) hierusalem in bonitate/in bono & fœlici statu: & hoc omnibus diebus vitę tuę. Non modica siquidem pars fœlicitatis domesticę est videre fœlicitatem capitis: scilicet regię & diuinę ciuitatis. ¶ Et vide filios filiis tuis. Plus est videre filios filiis q̃ videre nepotes: quoniam nepotem potest videre auus mortuo filio. sed videre filios filiis est auum videre vtrosq; simul, filios & nepotes. & hoc ad fœlicitatem gentis. ¶ Pacẽ super israel. Reliquum erat ad perfectam fœlicitatem vt videret bonam totius regni dispositionem. & propterea hanc subiungit. & vide pacem super israel/vniuerso scilicet regno. Et fundatur veritas horum omnium super promissiones deutero. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum graduum. CXXVIII.

SÆpe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc israel.
Sępe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.
Super dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt sion.
Fiant sicut fœnum tectorum: quod priusq̃ euellatur exaruit.
De quo non implebit manum suam qui metet: & sinum suum qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui pręteribant, benedictio domini super uos, benediximus uobis in nomine domini.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Canticum graduum. CXXIX.

1 Israel. MVltum angustauerunt me a pueritiis meis. Propheta. dicet nunc israel.
2 Israel. Multum angustauerunt me a pueritiis meis: etiam non potuerunt mihi.
3 Super dorsum meum arauerunt arãtes: prolongauerunt sulcum suum.
4 Dominus iustus concidit funiculos impiorum.
5 Confundentur & retrahent se retro: omnes odientes sion.
6 Erunt sicut herba tectorum: quę ante exiit aruit.

erunt sicut
7 Q non impleuit palmam suam messor:& ulnam suam fasciculator.
erunt sicut
8 Et non dixerunt transeuntes. Vox transeuntium. benedictio domini ad uos,benedi
ximus uos in nomine domini.

Titulus est.Canticum graduum.De quo vt supra.
¶ Materia psalmi est liberatio populi israel ab oppressoribus suis postq fuit populus liber regnante dauide. Q enim populus israel recognoscat huiusmodi diuinum beneficium, testatur principium psalmi.dicet nunc israel. Q vero de oppressiõe a tempore moysi vsq ad tempus dauidis agatur,clare apparet ex eo q dicitur a pueritiis meis.Ætates enim pueriles illius populi fuerunt a tempore moysi vsq ad tempus dauidis:sub quo fuit populus quasi vir perfectus,habens stabile regnum/ciuitatem regiam simul & diuinam &c. Q autem tempus dauidis hic significetur,apparet ex eo q hostes dicũtur odientes sion . primus enim qui constituit in sion celsitudinem regiam fuit dauid.vnde & sion vocata est ciuitas dauid.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta porrigit populo israel recognitionem beneficii diuini,in hoc q regno dauidis stabilito tot victoriis/liberatus ẽ ab angustiis tot oppressorũ suorũ a tẽpore moysi vsq ad regnum dauidis.
¶ Personę loquentes sunt propheta & israel.

Multum angustauerunt. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materiæ, & executiuam/ibi super dorsum. ¶ Porrigit propheta populo canticum liberationis suæ.Dicet nunc/firmato iam regno dauidis tot victoriis quæ tanguntur.2.reg.8.israel/populus israel.multum angustauerunt me.Ecce quid dicet:q angustauerunt me/edom/amalech/moab/ammon/syri/philistęi &c. non parum sed multum:& hoc a pueritiis meis.Dicit pueritias plr:quoniam intendit significare omnes ætates augmenti:infantiam scilicet/pueritiam & adolescentiam.Et est metaphorica locutio qua populus israel tanq̃ natus in deserto significatur:quia vere tunc natus est quo ad libertatem populi,quum iam liber populus sub vna dei lege/vno principe(moyse scilicet)vno sacerdotio aaron incoepit viuere. Cõsequenter autem pueritię eius fuerunt per totum tempus moysi/iosue & iudicum.In quibus valde oppressi fuerũt/modo ab his & modo ab illis:vt patet pręcipue in libro iudicum,& partim in libris moysi. Vbi legitur q nolẽtibus filiis esau dare eis transitũ,valde angustati sunt:& q amalechitę vexauerũt eos.Et intendit q a principio quo progredi incoepit populus vsq ad regnum dauidis/multum angustatus est ab eis.nam etiam tempore saulis angustatus fuit a philistæis:a quibus etiam saul interfectus est.Et inducitur populus repetens huiusmodi oppressionem:ad denotandum magnitudinem & multitudinem oppressionum.& hoc ad magnificandum beneficium liberationis. ¶ Etiam non potuerunt mihi.Non solum dicet israel angustias quas passus est,sed impotentiam oppressorum suorum ad pręualendum totaliter.Quamuis enim angustauerint me,affirmo tamen q non potuerunt mihi / dominari vsquequaq.

¶ Super dorsum. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractatur illa particula/multũ angustauerunt me a pueritiis meis.Secundo illa/etiam non potuerunt mihi/ibi dominus iustus. ¶ Super dorsũ meũ arauerũt arãtes.Magnitudinem afflictionis & durum seruitutis iugum describit sub metaphora hominum arantium loco boum protrahendo longos sulcos.vt geminum malum significetur:& durę seruitutis tanq̃ boum arantium,& diuturnitatis in prolongatione sulci. Et primum quidem declarat primam particulam propositam:scilicet multum angustauerunt me. secundum autem declarat illam diuturnitatem/a pueritiis meis.

Dominus iustus. Tractatur illa particula/ẽt non potuerunt mihi. ¶ Dominus iustus.Recognoscit populus beneficium liberationis a deo,laudando iustitiam diuinam erga impios oppressores. Concidit funiculos impiorum.Dominium impiorum super populum israel/appellat funiculos:eo q hębraico more termini confines agrorum seu terrarum,funiculi appellãtur/a mensurando & constituendo terminos ad similitudinem mensurantium terram funiculis. Et intendit per hoc dispositiones quas dominantes faciebant,ordinando populo israel diuersa onera/& statuendo eis leges prout uolebant. Vnde & philistęi ordinauerant vt faber ferrarius non esset in israel. & sic de similibus aut peioribus.Has omnes dispositiones impiorum concidit/liberando populum a seruitute eorum.

Cõfundentur & retrahent se retro,omnes odientes sion. Verba hæc futuri temporis referuntur ad preteritum concidit.apposita siquidem sunt ad denotandum ordinem inter actionem diuinam & hos effectus subsecutos. Refert historia. 2.reg. 10. q syri timuerunt prębere amplius auxilium filiis ammon contra dauidem.Et propterea hic duo dicit:& q confundentur,& q retrahent se retro. Confusio siquidem secuta est in iis qui pugnauerunt : quoniam victi sunt a dauide.Retractio autem retro in syris, qui timuerunt prębere amplius auxilium contra dauidem. Vtriq autem describuntur

odientes sion:hoc est & diuinū cultum & celsitudinem regiam dauidis. sion enim vtriusq; erat locus: regis scilicet & arcę dei.

Erunt sicut herba tectorum. Futurum erunt/similiter refertur ad preteritum concidit.describitur si/quidem subsecutus effectus ex diuina concisione.Non solum subsecuta est confusio hostium/non so/lum retractio syrorum:sed hostium ruinę cęleritas/eorundemq; paucitas ac destitutio. Hęc enim tria significantur ex similitudine ad herbam quæ nascitur in tectis:tractando tres conditiones talis fœni/ per oppositum ad herbam agrorum quæ crescit in frumentum.¶ Et celeritas quidem ruinę eorum si/gnificatur dicendo.erunt sicut herba tectorum quæ ante exit aruit:hoc est anteq̄ exit aruit. Vsitato lo/quendi modo magnam celeritatem significamus/dicentes anteq̄ sit in lecto dormit:hoc est q̄primum est in lecto dormit.& sic de similibus.Iuxta hunc modum loquendi dicitur q; anteq̄ exit aruit: hoc est valde celeriter aruit.Et vere valde celeriter victę & subactę sunt a dauide tot natiões vsq; ad euphratē. **Qo non impleuit palmam suam messor,& vlnam suam fasciculator.** Repete & erūt sicut.¶ Qo nō im/pleuit. Inchoauit similitudinem a frumento in herba nascente in tectis,prosequitur modo similitudi/nem ad frumentum in spicis:ad significandum paucitatem/raritatem ac inhabilitatem subactarū na/tionum ad hoc vt conualescant aduersus sion.Culmi pauci & rari sunt,de quibus non potest implere manum suam messor:vtpote ad quos simul cogendos manus messoris non se extēdit.Et similiter pau/citas margitum significatur,ex hoc q; faciens fasciculos manipulorum/non tot habet quot complecti vtrisq; brachiis potest.per ulnam enim complexionem vtriusq; extensi brachii significat.Et intendit p hoc q; subactę nationes sunt dispersę,& tam pauci ex eis simul relicti q; nullus potest eos congregare ad rebellandum.hic est siquidem alter effectus subsecutus.sic enim faciunt sapientes principes erga na/tiones subactas.

Et non dixerunt transeuntes. Prosequitur metaphoram metentium quo ad hoc q; imprecantur eis bona transeuntes.Et repete iterum/& erunt sicut illi quibus.¶ Et non dixerunt transeuntes.benedictio domini ad vos.Quia a beneuolis salutantur messores seu collectores fructuum terræ,per priuationem huiusmodi salutationis priuationem beneuolorum describit.Ita q; vbi descripserat odientiū sion im/becillitatem,modo subiungit q; nec beneuolos habebunt qui eos erigant.Et quod plus est benedictio/nem dei & hominum subtrahit: iam enim dictum est q; syri retraxerunt se/& timuerunt adiuua/re victos. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum graduum. CXXIX.

De profundis clamaui ad te domine:domine exaudi uocem meam.
Fiant aures tuę intendentes:in uocem deprecationis meę.
Si iniquitates obseruaueris domine:domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est:& propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in uerbo eius:sperauit anima mea in domino.
A custodia matutina usq; ad noctem:speret israel in domino.
Quia apud dominum misericordia:& copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel:ex omnibus iniquitatibus eius.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Canticum graduum. CXXX.

1 Propheta. De profundis uocaui te domine*.
2 Domine† audi in uoce mea:erunt aures tuę auscultantes uoci depca/tionum mearum. † dn̄i mei
(propterea timeberis)
3 Si iniquitates obseruabis domine:domine† quis stabit? † dn̄i mei
(de)
4 Quia tecum uenia:propterea timeberis.
(ad verbū)
5 Speraui dominum*/sperauit anima mea:& uerbo eius expectaui.
(ad dominū) (ad) (ad)
6 Anima mea domino†:supra expectātes mane expectantes mane. † dn̄is meis
7 Spera israel ad dominum*:quia cum domino*gratia,& multa cum ipso redemptio.
8 Et ipse redimet israel:ab omnibus iniquitatibus eius.

Titulus est.Canticum graduum.De quo ut supra.
¶ Materia psalmi est aduentus mesię quantum ad effectum qui est remissio peccatorum.Qo

enim psalmus totus tractet de remissione peccatorum, clare patet. Quod autem de aduentu mesiæ ferente secum veniam peccatorum, ex eo patet quod iste actus qui est redimere populum israel ex omnibus iniquitatibus eius (qui in fine psalmi concluditur) est proprius actus mesiæ. ¶ Nec obstat quod non dixit, & ipse redimet mundum sed israel: quia quum vnus atque idem sit redemptor mundi & redemptor israel ex omnibus iniquitatibus, quandoque describitur a redemptione israelis quandoque a redemptione mundi, prout spiritussanctus mouit prophetas. Vnde & zacharias quoque pater ioãnis baptistę describit christum ex remissione peccatorum in populo israel, dicens. ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Et in principio cãtici, fecit redẽptionem plebis suę. Hæc est ad literam materia psalmi.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta considerans hinc humani generis peccata, inde diuinam gratiam, petit a deo audiri: dicẽs quod si ad peccata respiciet, ipse quidem deus timebitur sed nullus saluabitur. quia vero cũ ipso deo est venia, ideo ipse sperauit dominum, sperauit & anima eius in promissione dei valde, sperabit & populus israel redimendus ex omnibus iniquitatibus suis.

¶ Persona loquens propheta est.

De profundis. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam, ibi si iniquitates. ¶ Proponit duo. Alterum ex parte sui. De profundis. Ad similitudinem manentis in loco valde imo describit miseriam suam. De profundis, tenebrarum interiorum, peccatorum, fomitis & aliorum malorum, vocaui te domine. Et ecce ad quid vocaui. Domine audi in voce mea, cor meum, rationem meam, spem meam. non petit audiri vocem, sed in voce sua rationem, spem, cor. Alterum ex parte dei. erunt aures tuę auscultantes voci depręcationum meatũ. preuidens propheta se exaudiendum, dicit quod erunt aures tuę auscultantes: hoc est exaudientes non vnam sed multas deprecationes meas miserabiles. tales. n. voces sonat dictio hebraica.

¶ Si iniquitates. Incipit hic pars executiua tali ordine. Prĩo tractatur illa particula, de profundis &c. Scdo illa, erunt aures tuę, ibi & verbo eius. ¶ Explicare intendit rationem talem. Aut deus vult agere nobiscum sm peccata nostra aut sm gratiam suam. si sm peccata nostra, locus erit timori, non salutis: sm gratiam autem locus est spei. Si iniquitates, hominum, obseruabis domine, domine quis stabit? quasi dicat nullus: omnes. n. ruemus. Propterea, quia potes obseruare iniquitates ad punitionem æternam, timeberis: iuxta verbũ domini. timete eum qui habet potestatem mittere in gehennam. ¶ Et aduerte hic quod ista particula (scilicet propterea timeberis) exponendo translata est in locum hunc, quia hic est locus eius quantum ad sensum: quãuis causa metri scripta sit in textu post particulã sequentẽ. Quia tecum venia, sperauì dominum, sperauit anima mea. Prosequitur alterum membrum rationis. Et non dicit quia tu es propitiator seu dator venie, sed quia tecum est propitiatio seu venia peccatorum: eo quod plus desiderat quam veniam. desiderat. n. ipsum venie datorem ferentem secum veniam peccatorum, ideo speraui dominum. Non dicit speraui veniam, sed ipsum dominum venturum. Et quia principaliter aduentus mesię est ad salutem animarum, ideo specialiter explicat. sperauit anima mea, supple dominum quem de profundis vocaui.

Et verbo eius expectaui. Tractatur hic illa particula, erunt aures tuę &c. afferendo promissionem diuinam de mesia: hęc. n. promissio securum reddit expectantem. Dixerat quod tam ipse quam anima sua sperauit in gratia dei: modo ex diuina promissionẽ reddit rationem spei vtriusque. Et verbo eius, hoc est quia ipse dixit, promisit mesiam, expectaui, ego. & anima mea domino, supple expectauit, supra expectantes mane expectantes mane. Vt prędictum est, salus animarum principaliter expectabatur ex aduentu mesię a sanctis prophetis intelligentibus mysterium mesię. & propterea propheta de anima sua dicit quod expectauit dominum supra, hoc est plusquã, expectantes mane. & ad exaggerationem expectationis repetit expectantes mane: vt significet quod non loquitur de qualitercunque expectantibus mane, sed de vehementi desiderio expectantibus mane. Et intendit quod plus expectat anima sua mesiam quam vigilantes nocte expectant quod fiat dies quando vehementer desiderant diem: vt contingit iis qui celeriter iter acturi aut negocium aliquod premens executuri in die sunt: & similibus. Nec deerant prophetę alię similitudines ad explicandum magnitudinem desiderii sui respectu mesię: sed elegit istam propter mysterium, vt significaret statum suum comparari ad aduentum mesię sicut noctem ad diem: iuxta illud apostoli. nox præcessit, dies autem appropinquauit. Et vere sic esse testatur etiam zacharias pater ioãnis baptistę, dicens. illuminare iis qui in tenebris & vmbra mortis sedent. Et animę sanctorum patrum in limbo expectarunt mesiam vere sicut expectantes mane: & longe plusquã expectantes mane. ¶ Vbi scito quod mane in hębreo textu est datiui casus.

Spera israel ad dominum. Postquam propriam spem descripsit, quia et specialiter facta fuit promissio de mesia, manifestat cõem esse sibi hanc spẽ & effectũ spei & vniuerso israeli. & propterea apostrophat ad populũ. Spera israel ad dñm: quia cũ dño gratia, veniet, & multa cũ eo redẽptio, aderit: vtpote redẽptio totius mundi. Et ipse redimet israel, prout promisit abrahę, ab oĩbus iniquitatibus eius. Intellige hoc quãtũ ad

sufficientiam redemptionis: quia sufficiens precium dabit ad redimendum ex omnibus iniquitatibus non solum israelis sed totius mundi. Secus autem quo ad fructum: quia non oēs israelitę consecuti sunt fructum redemptionis. Veritati.n. huius textus sufficit ꝙ quantum est ex parte messię ipse redimet ex omnibus iniquitatibus eius. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum graduum dauid. CXXX.

DOmine non est exaltatum cor meum: neq; elati sunt oculi mei.
Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus super matrem suam: ita retributio in anima mea.
Speret israel in domino: ex hoc nunc & usq; in seculum.

¶ IVXTA HEBRÆVM.

¶ Canticum graduum dauidī. CXXXI.

1 Propheta. DOmine non exaltauit se cor meum/& non eleuati sunt oculi mei/&
non ambulaui in magnis & in separatis: supra me.
2 Si non equaui & silere feci animam meam sicut ablactatum penes ma-
trem suam: sicut ablactatum penes me animam meam.
3 Spera israel ad dominum: ex nunc & usq; eternum.

TItulus est. Canticum graduum dauidi. De quo vt supra.
¶ Materia & summarium simul psalmi est: ꝙ dauid seipsum (non superbum q̄uis peccatorem) proponit vniuerso populo tanq̄ exemplum sperandi in deo.
¶ Persona loquens est dauid.

DOmine non. Psalmus iste non s̄m cōmunem aliorū psalmorū morem diuiditur: quia psalmus ipse diuisiuus est rerum tractatarum: sicut coeli enarrant & laudate dominū de coelis. Ita ꝙ psalmus ipse est velut vna enunciatio/ex duabus constans ptibus: scilicet nō fui supbus, q̄uis fuerim alias peccator. ¶ Deum in primis alloquitur, tanq̄ inuocans ipsum testem cordis sui. Si.n. hoī diceret ꝙ cor suum nō fuit superbum, dubitari potuisset an diceret verum: sed alloquendo deum (cui oē cor patet) non est locus mendacio. ¶ Non exaltauit se cor meum. Acutissime describit superbiam internam, dicēdo non exaltauit se cor meū. Sic ēt dominus in euangelio descripsit eam, dicēdo oīs qui se exaltat: quia in hoc distinguitur superbia ab aliis vitiis ꝙ proprius actus eius est exaltare se. obiectū.n. superbi est ipsemet celsior q̄ ei congruit. ¶ Et non eleuati sunt oculi mei. Interna superbia in voluntate seu affectu est exaltatio cordis: in intellectu vero est eleuatio oculorum mentis ad seipsum supra se. ¶ Et non ambulaui in magnis & in separatis.i. mirabilibus. Exterior superbia ex duobus declaratur actibus. Alter est ambulare in magnis supra se: presumendo/arrogando maiora &c̄. Alter est ambulare in mirabilibus supra se, superbus in admirando se exercet, vt spectetur & estimetur longe celsior intus. Supra me hoc est plus me. Et repetenda est haec clausula quater: quoniam refertur ad singula dictorū: scilicet non exaltauit se cor meum supra me, non eleuati sunt oculi mei supra me. Sic.n. explicatam in singulis habes superbię rationem.

Si non equaui. Vsitato loquendi modo iungit propheta alteram enunciationis partem. iam enim diximus ꝙ intendit hanc enunciationem/non fui superbus quāuis fuerim peccator. Primam partem iam explicauit. Secūdā modo subiungit vsitatissimo loquendi modo, quo dicimus. non fui malignus si non fui prouidus: hoc est quāuis non fuerim prouidus. & similiter non fui infidelis si non fui affecutus intentum: hoc est q̄uis non fuerim affecutus intentum. Et sic de similibus. Vbi coniunctio si non tenetur dubitatiue seu conditionaliter quantum ad sensum intentum, sed equiualet coniunctioni aduersatiuę: puta quāuis. Et vtimur hoc modo loquendi ad cautelam vitandę explicitę assertionis. Propheta.n. a spiritusancto motus/sic caute asserit peccata sua in publico cantico: ne forte aperta explicatio eorum aliis noceret. publicatio.n. peccatorum gloria diaboli est, sicut publicatio virtutum gloria dei. ¶ Dicit itaq;. Si non/hoc est quāuis non, equaui & silere feci animam meam. Equantur torta: & silere facimus plorantes/clamantes & huiusmodi. Metaphoricus est sermo non parum obscurus. Ad cuius euidentiam scito intentionem prophetę ad hoc tendere, vt dicat se non consuluisse animę suae concupiscenti delectabilia (citra superbiam quā iam excluserat) sicut propria mater consulit ablactato filio/equando & silere faciendo illū. ¶ Vbi quantū ad metaphorā nota duo. Alterū est ꝙ in aīo nro quatenus appetitiuus est/sunt duae ptes. Quarū altera appellat̄ irascibilis: siue in voluntate siue in appetitu sensitiuo. Et haec tendit ad ardua. Ad hāc spectāt supbia. & haec assimilat̄ grati virili. Altera tē

dit ad delectabilia, nō ardua. Et ad hanc spectāt peccata carnis, appetitus vanitatū, & huiõi. Et hec assimilat ętati puerili: cui ius est occupari in delectabilib⁹ & vanis. Quo fit vt apte ꝓpheta excluso a se peccato superbię in appetitu arduorum, fateatur se peccatorem in appetitu vanorum & delectabiliū &c. per similitudinem ad pueros ablactatos. ¶ Alterum est ꝙ circa ablactatum puerum aliter se habet propria mater, aliter gerula & alii domestici. nam gerula & alii blandiciis aut offa nituntur ęquare & facere silere ablactatum trucem prę concupiscentia lactis, & non acquiescentem sustinent donec fatigatus ablactatus quiescat. mater autem suauiter disponens ęquare & facere silere ablactatum, linit vbera amaro liquore: vt sic infans gustata amaritudine refutet ex seipso sugere lac, & sic abstrahatur ab appetitu lactis, sitq; quietus & silens. ¶ Circa sensum autem & ordinem literę, distinguenda sunt tria in litera contenta quę propheta negat. Primum est ipsa actio ęquationis & faciendi silentium, dicendo nō ęquaui & silere feci: hoc est & non feci silere aiam meā. Assimilans animam suam infanti ablactato, consequenter loquitur de cohibitione animę suę ad similitudinem infantis ablactati: qui concupiscens lac, ab ęquanimitate labitur, & murmurando plorat: & ideo oportet eum ęquare, ęquo animem reddēdo, & facere eum silere a murmure & planctu. Simili siquidem modo animus concupiscens delectabilia homini noxia, nimis ardens a rectitudine recedit, & velut plorans quęritat huiusmodi delectabilia: & propterea ęquandus esset & ad silentium ducendus. Negat ergo propheta primum, se sic cohibuisse animam suam, dicendo si non ęquaui & silere feci animam meam. ¶ Secundum autem quod negat est modus: scilicet illo modo quo ęquatur & silens fit ablactatus. Et hic modus vltimo ponit in litera, dicendo sicut ablactatum penes me animam meam. Ita ꝙ ordinatio literę est. non feci silere animam meam, tractando sicut ablactatum animam meam penes me. Et tunc subiungatur tertium negatum s. modus quo mater propria tractat ablactatum, illis verbis. sicut ablactatum penes matrem suam. Ita ꝙ litera sic esset ordinanda. Si non ęquam & silere feci animam meam, tractando sicut ablactatum animam meam penes me, tractādo inquam sicut ablactatum penes matrem suam. Et ratio ordinis in promptu est: quia sic ꝓgreditur oratio. ¶ Et clare apparet sensus similitudinis & rei significatę. Intendit enim ꝙ non cohibuit animum suum concupiscentem delectabilia noxia sicut ablactatum, nō a quocūq; sed sicut ablactatum a matre sua: hoc est apponēdo animo concupiscenti delectabilia amaritudinem turpitudinis actionum, pęnę ęternę, diuinę offensę, & huiusmodi. His enim amaritudinibus circumpositis a ratione deliberata delectabili concupito, debuisset auertere appetitum ab illo: & sic suauiter ęquasset & silere fecisset appetitum, sicut ęquat mater & silere facit ablactatum penes se liquoribus amaris, concupiscentem lac iam sibi nociuum. ¶ Et intendit per hęc omnia declarare ꝙ peccata quę commisit, non ex superbia processerunt sed ex humana fragilitate. numerauit siquidem populum ex vanitate quadam: occidi fecit vriam ex timore ne occideretur bersabee, adulterium patrauit ex carnis libidine: fornicem sibi erexit ex humano more: dixit in abundantia sua non mouebor in ęternum, ex improuida seu minus cauta consideratione diuinę gratię. & sic de aliis.

Spera israel ad dominum. Apostrophat ad populum, vt ab exemplo suo discat sperare in domino: hoc est vt non sit superbus, quāuis aliis peccatis implicetur. Sic enim sperare poterit in domino: quēadmodum & ipse non superbus etsi alias peccator, maxima a deo dona consecutus est. Et dixit hæc, quia superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum graduum. CXXXI.

MEmento domine dauid: & omnis mansuetudinis eius.

Sicut iurauit domino: uotum uouit deo iacob.

Si introiero in tabernaculū domus meę: si ascēdero in lectum strati mei.

Si dedero somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum domino, tabernaculum deo iacob.

Ecce audiuimus eam in ephrata: inuenimus eam in campis siluę.

Introibimus in tabernaculū eius: adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.

Surge domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tuę.

Sacerdotes tui induantur iustitiā: & sancti tui exultent.

Propter dauid seruum tuum: non auertas faciem christi tui.

Iurauit dominus dauid ueritatem & non frustrabitur eum: de fructu uētris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentū meū: & testimonia mea hæc quę docebo eos.

Et filii

Et filii eorum usqȝ in seculum:sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit dominus sion:elegit eam in habitationem sibi.
Hęc requies mea in seculum seculi:hic habitabo quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam:pauperes eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induam salutari:& sancti eius exultatione exultabunt.
Illic producam cornu dauid:paraui lucernam christo meo.
Inimicos eius induam confusione:super ipsum aűt florebit sanctificatio mea.

ℭIVXTA HEBRÆVM. ℭCanticum graduum. CXXXII.

1 Propheta. Retribue Recordare domine⁴ dauidi,omnem humilitatem eius.
2 Qui iurauit domino⁴:uouit forti iacob.
3 Dauid. Si introibo in tentorium domus meæ:si ascendā super stratū accubituū meorū.
4 Si dabo somnum oculis meis:palpebris meis dormitationem.
5 Donec inueniam locum domino⁴:habitacula forti iacob.
6 Ecce audiuimus illam in ephrata:inuenimus eam in campis nemoris.
7 Introibimus in habitacula eius:curuabimus nos scabello pedum eius.
8 Surge domine⁴ in requiem tuā†:tu & arca fortitudinis tuę. † regel tuq
9 Sacerdotes tui induent iustitiam:& gratiosi tui laudabunt.
10 Propter dauid seruum tuum:ne fac reuerti facies christi tui.
11 Propheta. Iurauit dominus⁴ dauidi ueritatem,& non auertetur ab ea. Deus. de fructu uentris tui ponam in sede†tibi. † sedi
12 Si custodient filii tui pactum meum,& testificationem meam hanc docebo eos : etiam filii eorum usqȝ ęternum sedebunt in sede†tibi. † sedi
13 Propheta. Quia elegit dominus⁴ in sion:desiderauit ipsam in habitaculum†sibi. † [illegible]
14 Deus. Hęc requies mea usqȝ sempiternű:hic sedebo,quia desideraui eam.
15 Cibum eius benedicendo benedicam:mendicos eius saturabo pane.
16 Et sacerdotes eius induam salute:& gratiosi eius laudando laudabunt.
17 Ibi germinare faciam cornu dauidi:ordinaui lucernam christo meo.
18 Inimicos eius induam confusione:& super ipsum florebit corona eius. (dauidē)

Titulus est.Canticum graduum.De quo vt supra.
ℭMateria psalmi est vt dispositioni dauidis de quieto loco arcæ domini diuina quæ successit largitas impleatur.Hanc esse materiam psalmi facile patet.nam in principio ponitur supplicatio cũ voto dauidis de loco arcæ dei & accessu ad ducendam arcā dei in sion,dicendo ecce audiuimus eā &c̄. Et postea subiunguntur duæ largissimę diuinæ promissiones.Altera de domo dauidis : altera de sion. Vnde patet hanc esse ad literam materiam psalmi.

ℭSVMMARIVM EST.

ℭDauid proferens propriam humilitatem & solicitam religionem circa inueniendum locum perpetuę quietis arcę domini,petit a deo gratiam.& refert gratiam tum promissi messiæ ex suo semine:tum promissorum filiorum in sede regia semper,si seruauerint legem domini:tum electionis templi in sion cum diuina cura alimentorum &c̄.tum firmatę sedis regiæ in sion:tum augendę ibidem coronæ propriæ cum confusione inimicorum.
ℭPersonę loquentes sunt propheta,deus & dauid:non curando nunc an idem sit dauid & propheta actor psalmi.
Recordare. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materiæ,& executiuam,ibi qui iurauit.ℭProponit vnam supplicationem multas partes comprehendentem:dum petit a deo vt recordetur omnem ipsius dauidis deiectionem,tam iniustā tempore saulis,q̄ religiosam in deductio-

ne arcæ domini.propter quam michol despexit & reprehendit eum. ¶ Vbi aduerte q̃ recordari non sumitur hic pro reducere ad memoriam,quod est proprium eius significatum:sed sumitur pro retributione,iuxta vsitatum loquendi modum.Et hoc denotat casus datiuus dauid:acsi aperte dixisset. retribue dauidi omnem &c.

¶ Sicut iurauit dño. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractatur illa particula,omnẽ humilitatem eius.Secundo illa,recordare dñe,ibi iurauit dñs. ¶ Cõmemorat itaq; humilitatem dauidis ex illius forma:scilicet religione solicita erga locũ quietum arcæ dei,tali ordine.Nam primo votũ,deinde rõ vouendi,& tertio deductio describit̃.Quia dauid,iurauit domino:vouit,vinculo iuramenti addidit vinculũ voti vtpote maius,forti iacob.Iacob nomẽ est hic patriarchæ:& ẽ casus genitiui. Appellatur q; deus fortis iacobi,eo q̃ ab ipso iacob veneratus est vt fortis,vt omnipotens:vt patet gene.46.Et exo.6.dicit dominus ad moysen.ego dñs apparui iacob,isaac & abrahã in deo oĩpotente. Et nominat deũ relatiue ad iacob ꝓpter imitationem ipsius iacob in voto circa domum & cultũ dei.Legit̃.n.gene. 28.q̃ iacob visa scala a terra vsq; ad coelũ,vtrunq; vouit:& cultũ scilicet & domum dei.erit mihi dñs in deũ,& lapis iste vocabit̃ domus dei.Et fidem ꝓbendo traditis a senioribus(scilicet q̃ locus ille in quo iacob vidit scalam est idem et locus in quo postea ędificatum est tẽplũ domini) adiungitur alia rõ q̃ ideo vouit deo forti iacob,quia intendebat locare arcam domini in loco quem iacob prædixerat vocandum domum dei. ¶ Aduerte hic multas res gestas hoc psalmo explicari quę nõ legunt̃ alibi in sacra scriptura.Quorum primum est iuramentum & votũ dauidis de inueniendo loco arcę domini.

Si introibo. Vox ista dauidis est,explicans votum quo ad materiam. Si introibo in tentorium domus meæ:hoc est si ædificauero prius mihi domum.ædificationem siquidem domus propriæ ab introitu descripsit:quia primum quod in ædificata domo fit,est intrare in illam.Si ascendam super stratum accubituum meorum:hoc est prius q̃ quiescam securus ab inimicis.a frequentia enim accubitus quietam securitatem congrue significauit.Si dabo somnum oculis meis,palpebris meis dormitationem:hoc est si negligens fuero,si non summa vigilantia vtar.per exclusionem nanq; tam dormitionis q̃ dormitationis:congruissime significatur summa vigilantia.Donec inueniam locum domino. Vbi colligendo dicta,apparet q̃ vouit dauid se inuenturum locum domino(hoc est locum pro quiete arcæ domini)antequ ædificaret domum propriã,antequ securus quiesceret ab inimicis,& cum summa vigilantia.Quia.n.illæ duę primæ cõditiones multũ prorogari potuissent,vt celeritas oĩno significaretur,adiuncta est summa vigilantia.Et vere oẽs cõditiones adimpletas esse testat̃ historia secundi libri regum.Dauid enim q̃primum factus fuit rex israel,accepit hierusalem ad hunc effectum:& cum assensu populi deduxit arcam dñi in sion,vt ibi perpetuo quiesceret. quis postea(vt dicetur)diuina reuelatione ei facta quieuerit in superiori parte eiusdem montis sion,in qua ædificatum est templum. ¶ Habitacula forti iacob.Non solum vouit inuenire locum domino.i.pro arca dei,sed etiam pro ministris eius.oportebat enim ministros diuini cultus multos ibi manere. ¶ Aduerte hic iungendo dicta q̃ vouere donec inueniam locum,attestatur affectui inquisitiuo loci inueniendi: q̃ scilicet desiderabat dauid inuenire locum illum monstratum patriarchæ iacob.Et quoniam audierat q̃ in hierusalem erat locus ille,ideo q̃primum potuit dedit operam ad habendum locum illum,in cuius monte sion locaret arcam dei.

Ecce audiuimus.Reddit rationem voti sui,tum ex varia mutatione locorum,tum ex futura cõmoditate.Et mutationem quidem locorum arcæ domini,describit a primo & vltimo locis. Ecce audiuimus illam,arcam,in ephrata:hoc est in sorte ephraim in silo.hic enim est primus locus in quo stabilita fuit arca dei in terra promissionis tempore iosue:vt patet iosue.18. Vnde & significantius dicit audiuimus & non dicit vidimus:quia antequ natus esset dauid,desijt arca domini esse in silo.vt patet ex eo q̃ tempore heli sacerdotis arca dei portata in exercitum,capta fuit a philisteis: & nusq̃ legitur iterum translata in silo. ¶ Inuenimus eam in campis nemoris:hoc est in gabaa,seu colle cariathiarim,seu cariathiarim:his enim tribus nominibus nominatus inuenitur locus ille vbi dauid inuenit arcam quando transtulit eam.vt patet ex eo q̃ domus aminadab(ex qua cõstat dauidem transtulisse arcam domini).1.reg.7.&.2.reg.6.describitur in gabaa:& eadem domus.1. parali.13.describitur in colle cariathiarim:& ibidem nihilominus dicitur vt abduceret arcam dei de cariathiarim.Vnde videtur q̃ locus ille in quo erat arca erat suburbanus ciuitatis cariathiarim.quæ vt dicitur iosue.15.erat vrbs syluarum: & erat collis vocatus gabaa. Et propterea varie nominatus est modo collis,modo gabaa:& in hoc psalmo nominatur ab agris nemoris. intendit enim per agros nemoris territorium cariathiarim quæ erat ciuitas syluarum. Et intendit per hanc diuersitatem locorum occasionem sibi datam vouendi: quia indignum videbatur vt arca dei vagaretur.& propterea adduxit hanc varietatem cum aduerbio ecce,demonstrando tantam indignitatem.Acsi aperte diceret.ecce in promptu est ratio voti mei:scilicet vagatio arcæ dei. Vnde &.1.parali.13.dauid proposuit in consilio deducendi arcam in sion pro ratione.quia non requisiuimus eam (arcam scilicet) in diebus saul: hoc est

quia non quęsiuimus in toto tempore regni saulis locare eam in loco honorabili ac stabili vt decet, sed adhuc perseuerat huiusmodi indignitas.

Introibimus in habitacula eius. Prosequit̃ alterã rõnem ex futura commoditate. Dum arca dei per varia transferret̃ loca, erat minor cõmoditas populo cõcurrendi ad adorandum. & erat minor commoditas ministrorum debentium manere circa arcam dei: quĩ incertis existẽtibus locis, nõ poterãt fieri fixa habitacula ministrorum: & populum oportebat nũc huc nunc illuc dirigere gressus suos. & rursus diuerso existente loco arcę & loco altaris holocaustorum (nam illud remanserat in excelso gabaon in silo: vt patet. 1. parali. 21.) oportebat populũ ad diuersa loca ire. Quæ omnia incõmoda defutura erant fixa arca in certo loco: vt rei probauit euentus. Quia hæc enim vitabunt̃ incõmoda, dicit. Introibimus in habitacula eius. Pluraliter dicit habitacula: ad cõprehendendũ cõmoditatem domus dei & atriorũ & domorum pro ministris. Propter qđ non dixit introibo sed introibimus: significans cõmunem hominum cuiusq; ordinis futuram cõmoditatem. ¶ Curuabimus nos scabello pedum eius, hoc est arcę dei. quę sic erat disposita vt scabelli suppedanei officio fungeretur, si super tabellam sustentatam a cherubinis aliquis sedisset: vt moyses intelligendum voluit deum sedere.

Surge domine. Descripto voto & rõne vouẽdi, describitur deuota deductio arcę ex agris syluarum: quæ scribit̃. 2. reg. 6. & 1. parali. 13. Et imitatus moysen (dicẽtem quĩ mouebatur arca dei in deserto, exurgat deus) ait. Surge domine (rogantis est more humano vt a loco in quo hactenus mansit surgat) in requiẽ tuã, veni ad locum quietis perennis vt nõ vltra vageris, tu & arca fortitudinis tuę. Non sufficit dauidi vt arca portetur sicut portantur arcę ligneæ, sed petit vt ipse deus ad similitudinem surgentis se habeat: hoc est placidus veniat sua sponte simul cũ arca. Quã appellat fortitudinis diuinę, quia per eã diuinæ potentiæ opera effecta sunt: vt manifeste patuit in retrocessione iordanis, & in tot mirabilibus effectis apud philisteos.

Sacerdotes tui. Ex hoc loco apparet ꝙ dauid ad literã loquit̃ de cõsummatione deductionis: quĩ scilicet arca dñi ex domo obededon trãslata est in sion. Nã s̃m historiã deductio arcę ex agris syluarũ non fuit vnica deductione cõsummata, sed intercepta fuit ꝑpter mortẽ ozę: & posuerũt tunc arcã in domo obededon: post tres aũt menses cõsummauerũt deductionem arcę ad sion. Et quĩ cã irę dei contra ozã fuit irreuerentia quã sacerdotes exhibuerunt arcę dñi, in hoc ꝙ non portauerunt eam humeris suis leuitę vt ꝓcęperat moyses, sed duxerũt eã sup plaustrũ (vt clare hanc rõnem explicat ipse dauid. 1. parali. 15. disponens vt in cõsummatione deductionis, scilicet ex domo obededon vsq; ad sion, sanctificati leuitę portarent arcam dei) propter hmõi inquã sanctificationẽ & reuerentiã prius ignorãter omissam, quantũ erat ex parte dauidis, dicit. Sacerdotes tui, cõuenientes ad translationẽ, induẽt iustitiam, legis venient vndiq; obseruantes iustitiam legis. Similitudo enim indumenti plenã obseruationẽ legalis iustitię significat: sicut indumentũ circunquaq; operit. Et gratiosi tui laudabunt, cantando & cãtabunt laudando. Et est sermo de gratiosis actiue: hoc est hoĩes nõ quicunq;, sed gr̃osi tui, benigne donãtes ꝓpter. Et itẽdit describere iustos ab opibus misericordię. Et hoc qa nõ est speciosa laus in ore pc̃tõris. Vbi vides duplicẽ ꝓuisionẽ: & sacerdotũ ad obseruãtiã legis, & iustorũ ad officium laudandi.

Propter dauid seruum tuũ, ne fac reuerti faciẽ christi tui. Descriptis dispositionibus officiorũ deducentiũ arcam, apponit̃ supplicatio ne iterum accidat reuersio regis absq; cõsummata deductione arcę. Fecit enim deus occidẽdo ozã, reuerti faciẽ chr̃i sui dauidis absq; arca deducta in sion. Et propterea veritus ne simile qđ accidat, petit. ne fac reuerti facies chr̃i tui, s. ĩ ista vice. ¶ Et apponit huic supplicationi cãm. ꝑpter dauid seruũ tuũ. Quod põt dupliciter intelligi. Primo referendo ad merita dauidis. acsi dixisset ꝑpter merita dauidis serui tui. Et iuxta hunc sensum, meritũ dauidis ꝓfert̃ vnctioni regię. Acsi aperte diceret. ꝑpter meritũ personę dauidis nõ cõfundas iterum faciẽ regis tui quem tu vnxisti. Secũdo referẽdo ad diuinã electionẽ personę dauidis. Et tunc est sensus. ꝑpter dauidẽ electũ a te in seruũ tuũ, ne cõfundas faciẽ eiusdẽ vncti tui in regẽ. Et hic sensus magis q̃drat lrę, cuius autor est ipse dauid. nã sic apponit supplicationi cãm ex parte ipsius dei: & explicat quod in principio psalmi proposuit recordare domine dauidi. Et est locus satis efficax: vt deus quia elegit ipsum dauidem in seruũ suũ & vnxit ipsum in regem, non confundat iterum ipsum.

Iurauit dominus. Tractatur hic illa particula, recordare dñe: subiungendo exaltationem magnam quã deus ꝓmisit dauidi. tum quo ad ꝑpetuitatem regni: tum quo ad locum sion, quæ erat ciuitas dauidis. Vbi nota ꝙ descripta deductione arcę in montẽ sion, describit̃ cõsequenter s̃m historiã tum diuina promissio de ꝑpetuitate regni dauidis, tum diuina electio sion. nam ad literã res istę gestę sunt post deductionẽ arcę in sion. ¶ Iurauit dñs. Hoc iuramentũ est aliud qđ non legit̃ alibi in libris historialibus sacrę scripturę. In visione nanq; nathan prophetę ex parte dei scripta. 2. reg. 7. & 1. parali. 17. nulla mentio fit iuramenti diuini. Significat aũt iuramẽtũ diuinum immutabilitatem euentus: ꝙ scilicet sic erit vt iurat futurum. Et non auertetur ab ea, veritate, non reuocabit facere quod dixit. de fructu ventris tui ponam in sede tibi. Duplex potest esse sensus huius literæ. Primus vt promittatur assertiue fructum ventris dauidis regnaturum indeterminate, hoc est non determinando quanto tempore: &

postea subiungatur sub conditione ꝙ tempore æterno semen dauid regnaturum est,si tamen seruauerit legem dei. Alter sensus est vt promittatur assertiue mesias fructus ventris dauidis regnaturus:& postea sub conditione promittatur ꝙ filii dauidis vsqꝫ ad mesiam regnaturi sunt,si seruauerit legem dei. Hic sensus magis quadrat iuramento diuino præposito,& cõmuni intelligentiæ qua in hoc textu intelligitur significata promissio mesiæ facta dauidi. ¶ De fructu ventris tui. Sermo dei est ad dauidem:& more hebraico prolem appellat fructum ventris. Quis enim sm nostram consuetudinem fructum ventris proprie relatiue ad matrem dicamus,hebrça tamen lingua etiam relatiue ad patrem fructum ventris appellat:vt clare patet.2.reg.16.dicente dauide de absalon. ecce filius meus qui egressus est de vtero meo quærit animam meam. Ponam in sede tibi:hoc est ponã in sede regni,tibi,hoc est propter te.i.propter promissionem tibi factam,propter electionem tui a me factam. Vnde & angelus annuncians beatæ virgini,dixit.dabit ei dominus deus sedem dauid patris eius.

Si custodient filii tui pactum meum. (Siue initum cum abraham de circumcisione,siue cum populo israel in deserto de cultu meo intelligas)& testificationem meam,hoc est legẽ meæ voluntatis meorumqꝫ præceptorum,hanc docebo eos,hoc est hanc quam docebo eos. Et futurum docebo,continuationem doctrinę per prophetas significat.vel refertur ad præteritum pactum:quia lex subsecuta est pactum.& ordo consecutionis per futurum significatur. Etiam filii eorum. Posito antecedente conditionalis,ponitur cõsequens.etiam filii eorum vsqꝫ æternum sedebunt in sede tibi. Vbi clare vides sub conditione promissam perpetuitatem regni filius,proculdubio vsqꝫ ad mesiam:quoniam de illo absqꝫ vlla conditione constat ꝙ regnabit in domo iacob in æternum. Et videmus hanc conditionalem merito fuisse appositam:quoniam filii dauidis vsqꝫ ad sedechiam tantummodo regnauerunt: ille enim fuit vltimus rex ex progenie dauidis vsqꝫ ad mesiam.quia enim non custodierunt pactum domini nec seruauerunt legem eius,abiecti sunt a regno.

Quoniã elegit dominus in sion. Descripta exaltatione dauidis in semine eius,subiungitur exaltatio eiusdem quo ad sion. Aduerte hic ꝙ propheta non dicit,elegit dominus sion,sed in sion:quia ad literam loquitur de electione mõtis moria,qui erat superior pars montis sion.& singulariter de electione areę quę quõdam fuit ornan iebusei:in qua dauid obtulit holocaustum ad placandum deum pro peste. Ille siquidem locus tunc reuelatus est dauidi ꝙ esset locus domus dei:vt.2.parali.3.dicitur.& clarius apparet si dicta ibi conferantur cum dictis.1.parali.21.& principio.22. Ibi enim expresse dicitur templum ædificatum in loco monstrato dauidi:& hic dauid dicit hęc est domus dei. Vnde etiam conii citur dauidem affirmasse ꝙ ille locus erat domus dei de quo iacob dixerat.& lapis iste vocabitur domus dei. Electio itaqꝫ diuina loci illius in ambitu sion monstrata dauidi quum sacrificauit pro peste,hic ad literam significatur:quæ olim fuerat monstrata iacob patriarchæ. ¶ Desiderauit ipsam in habitaculum sibi. Aperte explicat ad quid elegit in sion:quia desiderauit ipsam in habitaculum sibi: hoc est in locum domus suæ.

Hęc requies mea. Verba sunt dei,explicantis ꝙ non ita elegit habitare in sion quemadmodum habitauit in silo.vbi licet habitauerit trecentis annis,habitauit tamen mobiliter:quia non habuit ibi fixam domum,sed tabernaculum mobile. In sion autem elegit habitare in æternum,habẽdo ibi fixam domum. Et ad hoc explicandum introducitur deus dicens. Hæc requies mea vsqꝫ sempiternum:hic sedebo,quiescam,quia desideram (hoc est ad similitudinem desiderãtis diu est ꝙ volui)eam:vtpote a tẽpore iacob,quum ostendit ei scalam per quam angeli dei descendebant & ascendebant. ex tunc enim dixit iacob,hic domus dei est. Quod autem dicit sempiternum,itellige sine vlteriori mutatione:& nõ ꝙ locus ille esset locus diuini cultus in æternum. Vel sub aliis verbis,æternum distribuit pro omni tpe figuralis cultus:hoc est status veteris testamenti. Adueniente siquidem mesia finita est illa sempiternitas:dicente ipso ioan.4.veniet hora quãdo neqꝫ in monte hoc neqꝫ hierosolymis adorabitis pr̃em.

Cibum eius benedicendo benedicam. Diuina largitas in sion describitur quantum ad prouisionẽ victus ministrorum:hoc est leuiticę tribus & aliorum seruitorum. Cibum eius,scilicet sion loci domus meæ. Et cibũ appellat decimas & oblationes ex quibus viuebãt ministri diuini cultus. Benedicẽdo benedicã:hoc est multiplicabo. Hic est cibus de quo scribit mala.3.inferte oẽm decimationẽ in horreum meum,& sit cibus in domo mea. Et vsqꝫadeo multiplicabo ꝙ mendicos eius saturabo pane:hoc est vt habeant non solũ ad sacietatem propriam,sed ẽt ad erogandũ vsqꝫ ad saturitatẽ mendicorꝫ. Et intẽdit per hoc spãlem suã curã quo ad tẽporalia de suis ministris,tanq̃ de familia domus proprię. ¶ Et sacerdotes eius induam salute,nõ solũ curã habebo de victu sed de salute aię & corporis sacerdotũ. ideo enĩ induam:quia quasi vestimentum dabo eis salutem vndiquaqꝫ. Et gratiosi eius laudãdo laudabũt. Gratiosi actiue,ab operibus misericordię iustiores describuntur sub spãli cura dei ad officium laudandi deum. Et describuntur laudando laudabunt,ad cõmendandum modum laudandi:ꝙ scilicet per modũ laudantiũ (cũ gaudio,prompte,hilariter,deuote &c̃.)laudabunt.

Ibi germinare faciam. Inter priuilegia sion cõputat deus successionẽ regiam dauidici seminis in illo loco,tanq̃ in loco sedis regię. Ita ꝙ supius successionẽ regiam promisit:hic autem promittit locum

sedis regię successionis. ¶ Ibi, in sion, germinare, multiplicari successiue, faciam cornu, potestatem regiam, dauidi: ordinaui lucernam christo meo. Ratio dicti priuilegii redditur: quia ibi ordinaui lucernam, ad similitudinem vasculi lucentis regiam sedem, christo meo, vncto meo dauidi. Vnde in succedentibus historiis pluries scribitur q deus seruabat reges descendentes ex dauide, vt relinqueret lucernã dauidi. ¶ Et apte lucernę nomen congruit succedentibus regibus post salomonem: quoniam oẽs fuerũt parui reges, ad similitudinem lucernarum clarę quidem sed paruę lucis.
Inimicos eius, dauidis, induam confusione, vndiq confundam. Et hoc etiã intellige ex sion: quoniam ex cultu diuino in sion confundere promittit deus inimicos dauidis. Quod tẽpore dauidis adimpletum esse constat. Et tẽpore seminis eius cõfidentis in deo: vt patet de abia, asa, iosaphath, & ezechia. Solus nanq iosias videtur inter reges iustos succubuisse inimicis. Et hoc ideo quia non consuluit dominũ in illo bello: tanq̃ in hoc degenerauerit a dauide. ¶ Et super ipsum florebit corona eius. Hoc ad literam de ipso dauide verificatum est. floruit siquidem corona regni eius valde: quoniam propagauit imperium coronæ suę super multa regna vsq euphraten. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticum graduum. CXXXII.

Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum habitare fratres in unum.
Sicut unguentũ in capite: quod descendit in barbam, barbam aaron.
Quod descendit in oram uestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem sion.
Quoniã illic mandauit dominus benedictionem & uitam usq in seculũ.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Canticum graduum dauidi. CXXXIII.

1 Propheta. Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum: sedere fratres etiam simul.
2 Sicut oleum bonum super caput, descendens super barbã barbã aaron:
quod descendens est super os uestimentorum eius.
3 Sicut ros hermon, qui descendens est super montes sion: quoniam ibi pręcępit dominus benedictionem uitas usq ęternum.

Titulus est. Canticum graduum dauidi. De quo vt supra.
¶ Materia psalmi est vnitas populi israel: vt clare psalmus pręse fert.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Laudat dauid vnitatẽ populi a bonitate, a iucunditate, & a diuina benedictione.
¶ Persona loquens propheta est.

Ecce q̃ bonum. Diuidit psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam, ibi sicut oleum. ¶ Proponit bonum & iucundum esse quiescere simul fratres. Ecce, demonstrantis factum est. Dauid siquidem. 7. annis quibus regnauerat in hebron super tribum iuda, expertus fuerat q̃ malũ & q̃ molestum esset populũ israel esse diuisum: sub duobus scilicet esse regibus. Et propterea postq̃ populus totus vnitus est sub vno rege (ipso scilicet dauide) demonstrat ab effectu, ab experientia, q̃ bonum, vtile, & q̃ iucundum, ad hilaritatem & gaudium populi, est sedere, quiescere, fratres (vtpote oẽs filios israel) etiam simul, hoc est sub vno rege vnitos: vt sicut sunt fratres ita etiam sint simul.
¶ Sicut oleum bonum. Incipit pars executiua tali ordine. Primo declaratur illa particula, iucundum. Secundo illa, bonum, ibi sicut ros. Tertio illa, fratres etiã simul, ibi quoniam ibi. ¶ Declarat iucũditatem vnitatis populi a similitudine iucunditatis quæ erat in vnctione summi sacerdotis. quum enim vngebatur summus sacerdos, magna erat iucunditas populi, sicut modo quum coronatur summus pontifex. ¶ Sicut oleum bonum super caput, descendens super barbã barbam aaron. Describit iucunditatem a ritu vnctionis. vngebatur enim (vt dicitur) in capite, descendendo vsq ad barbam. & ad exaggerationẽ excellentiæ fit repetitio barbę. Quod descendens, est, super os vestimentorũ eius. Hæc litera sonat oleum effusum super caput aaron descendere in barbam, & redundare in superiorem partem vestium sacerdotalium: quę vocatur os vestimentorũ. Exo. 29. & leui. 8. describitur consecratio aaron quantum ad oleum dupliciter: scilicet in capite per modum effusionis, & in vestibus per modũ aspersionis: nihilq dicitur de barba aut ore vestiũ. Vnde iungendo hęc cum illis, apparet q abundantia effusi olei significet, ex diffusione eius in barbã & os vestimentorũ. ¶ Aduerte q licet superficies literæ significet iucunditatem vnctionis summi sacerdotis: intentus tamen sensus est q sicut grata & iucunda est populo vnitas summi sacerdotis, ita grata & iucunda est vnitas regis. Ita q laudando suadet vnitatem populi sub vno rege sicut gaudet vnitate summi sacerdotis.

Sicut ros hermon. Tractatur illa particula,q̄ bonum,ex similitudine vtilitatis roris communis hermon & montibus sion. ¶ Quantū ad historiam aduerte φ hermon est mons magnus trās iordanem, cuius meminit moyses deute. 3. dicens. tulimusq; terram de manu duorū regum amorreorum qui erāt trans iordanem a torrēte arnon vsq; ad montē hermon: quem sidonii sirion vocant & amorręi sanir. Montes autem sion appellantur mōtes circa hierusalem: de quibus in alio psalmo. montes in circuitu eius. Per montē ergo hermon & montes sion,intendit vniuersam terram populi israel,describēs illam a monte trans iordanem & a montibus ciuitatis regię cis iordanem. Describiturq; ros hermon descēdens in montes sion, non φ ros migret de illo monte in istos: sed quia mons ille celsior est, ideo extensio per modum descendentis ab illo monte describitur. Et intendit φ sicut ros communis hermoni & montibus sion tanq̄ inde ad istos descendat,bonus est ad vtilitatē & vegetationē eorum quę nascuntur, ita vnitas populi bona est. Hic est sensus superficialis. Sed intentus sensus est φ sicut cōmunicant partes terrę in vno rore (hoc est in vna complexione seu dispositione aeris. quā describit ex hoc φ quādo cadit ros in vna parte cadit etiā in altera: ita φ vnitas roris cōmunis monti hermon & montibus sion affertur vt signū vnitatis aeris) ita habitatores cōmunicare debent sub vno capite. Et intēdit ad literam φ nō solū vnitas summi sacerdotis quę est ex lege,sed etiā naturalis vnitas complexionis aeris in qua cōmunicāt partes terrę vltra & citra iordanem,suadet vnitatē populi sub vno rege: vt sicut sunt sub vno rore ita sint sub vno rege.

Quoniam ibi pcępit. Tractatur vltima particula,fratres etiam simul,ex causa diuinę ordinationis: quia scilicet dominus benedictionē vitalē dedit filiis israel in vnitate populi. Vt enim patet deute. 28. diuinę benedictiones dantur filiis israel vt vni populo. ¶ Quoniā ibi,in vnitate fratrū filiorum israel, pręcępit dominus benedictionē appositiue vitas,quia benedictiones sunt vitam conferētes, vsq; ęternum,per successionē generationum. Et intendit per hęc ad literam,laudando suadere bonitatem & iucunditatem vnitatis populi sub vno rege, ex vnitate summi sacerdotis,ex vnitate dispositionis aeris citra & vltra iordanē,& ex diuina ordinatione quia pmisit vitales bn̄dictiones populo in vnitate. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Canticū graduū. CXXXIII.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes serui domini.
Qui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri.
In noctibus extollite manus uestras in sancta: & benedicite dominum.
Benedicat te dominus ex sion: qui fecit coelum & terram.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Canticum graduum. CXXXIIII.

edificatio habitaculi ... estis

1 Propheta. Ecce benedicite dominum ⁴ omnes serui domini: qui stantes in domo domini ⁴,in noctibus.

versus sanctitatē

2 Leuate manus uestras sanctitati: & benedicite dominum ⁴.

vniuersum

3 Benedicet te dominus ⁴ ex sion: factor coelorum & terrę.

Titulus est. Canticum graduum. De quo vt supra.

¶ Materia psalmi est inuitatio ministrorum morantium in domo domini ad orandum in nocte in sanctuario. Et hoc est etiam summarium.

¶ Persona loquens propheta est.

Ecce benedicite. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiæ, & executiuā,ibi leuate. ¶ Proponit cōmoditatem iam oblatam orandi nocte in sanctuario ministris morantibus ibi, Ecce,demonstrat tempus ędificatorū habitaculorū pro ministris qui debebant habitare circa domum domini (& demōstrat hoc ad differētiam tēporum præteritorum quibus non aderant istę cōmoditates) benedicite dominum,benedictione laudis, in noctibus,singulis, oēs serui domini,addicti seruitio diuini cultus: qui stantes in domo domini,ad differentiam aliorum de tribu leui morantium alibi. Sicut enim hodie canonici habentes habitacula in claustro adherente ecclesię,habent cōmoditatem dicendi matutinas nocturno tempore,habitantes autem alibi excusantur a tali onere nocturno tempore, ita tunc sacerdotibus & leuitis habitantibus iuxta domum domini incumbebat ex officio seu deuotione laudare deum in nocte in domo dn̄i. ¶ Nec refert ad propositum an per hebdomadam mutarentur huiusmodi ministri,aut quouis alio modo vicissitudines haberent.

¶ Leuate manus vestras. Incipit hic pars executiua,tria explicans. Primo locū orationis. Leuate manus vestras sanctitati. Sanctitas appellatur deus sedens super cherubim in sanctosanctorum. Neq;

dicit ite ad sanctitatem (quoniam solus pontifex ingrediebatur sanctū sanctorum) sed leuate manus vestras versus sanctitatē. hoc enim signo exteriori significat orationem. Hunc siquidem orandi modū tunc consuetum fuisse ex pluribus textibus colligi potest. Et per hoc intendit orationis locum: scilicet in domo domini, in qua leuabantur manus versus propitiatorium. Et benedicite dominum. Repetit exequendo officium quod proposuerat; vt non solum orent sed laudent deum. ¶ Benedicet te. Tertiū quod explicat est fructus; vt ex fructu percipiendo moueantur ad orandum & laudandum. Benedicet te dominus ex sion. Quum debuisset dicere quia benedicet vos dominus ex sion, dixit quia benedicet te: ad commendandam vnitatem. adunat enim sub pronomine te, non solum ipsos orantes & benedicentes deum: sed omnes in quorum persona ipsi benedicunt deum. Est siquidem sensus. Leuate manus vestras & benedicite: quia dominus factor coelorum & terrae benedicet vniuersum te (hoc est oēs quorum personam agitis tanq̄ vnum) ex sion, ex loco cultus sui: hoc est ex merito & officio cultus qui exhibetur ei in sion. ¶ Vbi reddit rationem benedictionis ex fructu: quia vobis benedicētibus dominum, dominus benedicet omnes. & rationem loci ex loco: quia vobis leuātibus manus in domo dñi versus sanctitatem, dñs factor coelorū & terrae dignabit benedicere ex loco sion in quo erat domus dñi. Amē.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Halleluiah. CXXXIIII.

Laudate nomen domini: laudate serui dominum.
Qui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri.
Laudate dominum quia bonus dñs: psallite nomini eius quoniā suaue.
Quoniam iacob elegit sibi dominus: israel in possessionem sibi.
Quia ego cognoui q̄ magnus est dñs: & deus noster prę oībus diis.
Omnia quęcunq̄ uoluit dñs fecit: in coelo & in terra, in mari & in oībus abyssis.
Educens nubes ab extremo terrę: fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit uentos de thesauris suis: qui percussit primogenita ægypti ab homine usq̄ ad pecus.
Et misit signa & prodigia in medio tui ęgypte: in pharaonē & in omnes seruos eius.
Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes.
Seon regem amorręorum & og regem basan: & omnia regna chanaan.
Et dedit terram eorum hęreditatem: hęreditatem israel populo suo.
Dñe nomen tuū in ęternū: dñe memoriale tuum in generatione & generatione.
Quia iudicabit dominus populum suum: & in seruis suis deprecabitur.
Simulachra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum.
Os habent & non loquentur: oculos habent & non uidebunt.
Aures habent & non audient: neq̄ enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.
Domus israel benedicite domino: domus aaron benedicite domino.
Domus leui benedicite domino: qui timetis dominū benedicite domino.
Benedictus dominus ex sion: qui habitat in hierusalem.

¶ IVXTA HEBRÆVM. CXXXV.

1 Propheta. Laudate deum, laudate nomen domini: laudate serui dñi.
2 Qui existentes [estis] in domo domini: in atriis domus dei nostri.
3 Laudate dominum, quoniam bonus dominus: cantate nomini eius, quoniā suaue [est].
4 Quoniam iacob elegit sibi dominus: israel in dilectum suum †. † dilecto suo
5 Quia ego sciui q̄ magnus [est] dominus: & dominus noster prę omnibus diis.
6 Oīa quę uoluit dñs fecit: in coelis & in terra, in maribus & omnibus abyssis.
7 Faciens ascendere nubes de finibus terrae: coruscationes pluuię fecit, educens uentum de thesauris suis.

8 Qui percussit primogenita ægypti:ab homine usq; bestiam.
9 Misit signa & miracula in medio tui [o] ægypte:in pharaone & in cunctis seruis eius.
10 Qui percussit gentes multas:& occidit reges fortes.
11 [da.] Sichon regem amorręorum & [da.] og regem basan:& [da.] oia regna chanaan.
12 Et dedit terram eorum hęreditatem:hæreditatem israel populo suo.
13 Domine nomen tuum æterno:domine memoria tui generationi & generationi.
14 Quia iudicabit dominus populum suum:& super seruos suos placabitur.
15 Simulachra gentium argentum & aurum:opus manuum [hois] adam.
16 Os eis,& non loquentur:oculi eis,& non uidebunt.
17 Aures eis,& non audient:etiam non est spiritus in ore eorum.
18 Sicut ipsa [simulachra] erunt facientes ea: [et] omnis qui confidens [est] in eis.
19 Domus israel benedicite dominum:domus aaron benedicite dominum.
20 Domus leui benedicite dominum:timentes dominum benedicite dominum.
21 Benedictus dominus ex sion,habitans hierusalem:halelu iah.

TItulus nullus est.Sed halelu iah pro titulo vsurpatum,principium est psalmi.Ita φ psalmus incipere debet,laudare deum:alioquin diminuta inueniretur propositio psalmi. & in hebręo textu nulla apparet distinctio:sed eodem cōtextu scriptum est.Nec mirum si ab interpretibus omissa est hęc particula psalmi:quū etiā eadem particula (scilicet halelu iah) clare posita in fine psalmi omittat.
¶ Materia psalmi (vt ipse ptę se fert) est monitio tū ministrorū tū concurrētiū ad templum,ad laudandum deum & nomē dei:quia deus est bonus,oipotens,incōparabilis aliis diis,quia nomē eius est suaue,quia elegit populū israel ad cultū suum &c̄.Hæc oia clare liquent in psalmo,pręter hoc quod diximus de templo:quod tā ex psalmo insinuatur.tū ex eo φ in principio psalmi mētio fit atrioꝝ domus dei:hęc.n.templū insinuat.ædificato siquidē tēplo facta dicunt quattuor atria ante domū dei. Tum ex eo φ in fine psalmi mentio fit dei iam habitantis hierusalem & laudati ex sion.hæc enim manifeste significant tempus quo deus colebatur in sion:& insinuant tempus templi ædificati quo iam deus habitator effectus erat hierusalē.¶ Vnde ad literam videt iste psalmus editus ad monendum populū vt concurrentes ad templum nō existiment templū hoc sicut alia templa deorum,sed concurrāt ad laudandū deū cui dicatum est:quia ipse est bonus,omnipotēs,incomparabilis aliis diis &c̄.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta monet omnes existentes in atriis domus dei,vt laudet deum & nomen dei.deum quidē quia bonus,omnipotens,incomparabilis cæteris diis,& elegit israel.nomen vero eius,quia suaue,æternum,& memorabile in generatione & generatione.
¶ Persona loquens propheta est.

LAudate deū.Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materię,& executiuā,ibi laudate dominum.¶ Proponit duo,scilicet laudate deum,& laudate nomen domini.Quos autem alloquat subiungit.Laudate serui domini:qui existētes estis,in domo domini,hoc est in atriis domus dei nostri.Intra siquidem domum domini nulli existebant ad cantandum:& sacerdotes seu leuitę ingrediebant ad panes propositionis ponendos & leuandos,ac thus incendendum &c̄.
¶ Laudate dominum.Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo assignant in genere seu p capita cāę ppositoꝝ.deinde singillatim fm singulas cās fit executio explicatiua,ibi oia quæ voluit.& ideo illuc usq; differenda est distinctio totius textus.¶ Circa has cās aduerte φ quū duo pposita sint (Laudate dñm & laudate nomē dñi) ppheta respectu secūdi reddit vnā cām,dicēdo.cātate noī eius qm̄ suaue est nomē eius.Respectu vero primi reddit quattuor cās.Prima reddit dicēdo,laudate dñm qm̄ bonus dñs.Secūda.qm̄ dñs elegit sibi iacob,israel in dilectum suum.Tertia.quia ego sciui φ magnus dominus.Quarta. & dominus noster præ omnibus diis.Et dicitur φ dominus elegit sibi iacob,tum patriarcham,tum populum descendentem a iacob.Elegit inquam ex sua gratia,reiecto esau:& similiter populum descendentem ab eo,reiectis reliquis populis descendentibus ab abraham & isaac.Elegit autem sibi,deo,hoc est ad exhibendum cultum deo,israel in dilectū sibi.Et hoc quoq; verificatur tam de patriarcha q̄ de populo.Anteq̄ enim egrederētur de vtero matris dictum est.iacob dilexi,esau odio habui ad ro.9.ex mala.1.Et gene.25.ad rebeccam.duę sunt gentes in vtero tuo,& duo populi ex vētre tuo diuidentur:populusq; populum superabit,& maior seruiet minori.

¶ Omnia quę voluit. Hic incipit executioni mandare ambo proposita ſm cauſas ſingulas. Et prio laudat deum ſm illam cauſam, quia ego ſciui ꝙ magnus dñs. Secũdo ſm illã, qm̃ iacob elegit ſibi dñs iſrael in dilectũ ſuũ, ibi q percuſſit primogenita ęgypti. Tertio alterã particulã (ſcilicet laudate nomen dñi) ſm illã cauſam, qm̃ ſuaue, ibi dñe nomen tuũ. Quarto redit ad primã particulã ſm illã cãm, & dñs noſter prę oĩbus diis, ibi ſimulachra gẽtiũ. Quinto tractat illa pticula, laudate ſerui dñi exiſtẽtes &c̃. ibi domus iſrael. ¶ Laudandus itaq deus quia magnus dñs (nõ magnitudie molis ſed virtutis) declaratur ex oĩpotẽtia. Oĩa quæ voluit dñs fecit, tum in cœlis, tum in terra, tum in maribus, tum in omnibus abyſſis. ¶ Faciẽs aſcẽdere nubes. Explicatis in genere operibus dei in cœlis, terra & aquis, explicat tria opera in aere. Primũ faciẽs aſcẽdere nubes de finibus, de extremitatibus, terræ: nubes. n. a ſuperficie terræ eleuantur. Coruſcationes pluuię fecit. Vbi duplex opus inculcat. ſ. coruſcationum & pluuię. & ordinem eoꝝ: quia coruſcationes terminantur ad pluuiã. Educens ventum de theſauris. Metaphorice venti educi dicũtur de theſauris: quia apparet ſenſui ꝙ venti tanq̃ reconditi alicubi, educãtur foras: ſicut etiam apparet ſenſui ꝙ ſol ſit quantitatis cubitalis. Secũdũ tamen veritatẽ ventus educitur de theſauris: hoc eſt de cõgregationibus ſuis partialibus. Sicut. n. flumen generatur ex congregatione partialiũ fontium, ita ventus ex congregatione partialium venticuloꝝ: qui generantur ex calido maiore ad mouendum & minore ad conſumendum: vt philoſophi tradunt. Et dixit hæc ad explicandum ꝙ deus q laudatur in tẽplo eſt deus actor naturæ. ideo. n. ipſum autorẽ horũ operũ (quæ pure naturalia, manifeſta, oĩbuſq; cõmunia ſunt) dixit, vt ipſum eſſe autorẽ naturę totius deſcriberet: ac p hoc oĩpotentem dñm.

Qui percuſſit primogenita. Subiungit laudandum deũ ex alia cauſa. ſ. qa elegit iacob ſibi & in dilectũ ſuũ. declarando hoc ab operibus quę fecit deus pp̃ter populũ iſrael ad hoc vt cultũ exhiberet deo, & ad exequẽdũ effectũ dilectionis. Qui percuſſit primogenita ęgypti. Sũmarie colligit oĩa mirabilia opera dei in ęgypto pro eductione populi facta. ¶ Qui percuſſit gẽtes multas. Summarie quoq; colligit mirabilia dei opera facta in proſtrationibus eum amorręoꝝ tẽpore moyſi añ trãſitũ iordanis: tum oĩum regnoꝝ chanaan tẽpore ioſuę &c̃. Vbi ſcito in textu hebręo datiui eẽ caſus ſichon, og & regna, ſed conſtructio mutatur. ¶ Et dedit terrã eoꝝ. Hic eſt effectus dilectionis, quare dixit in dilectum ſuum. cui quaſi dilecto filio dedit terram chananęorum in hæreditatẽ. Ita ꝙ non ſolum dedit, ſed hæreditario iure dedit tanq̃ pater filio terram propriam in qua colendus eſſet.

Domine nomen tuũ. Explicatur altera particula (. ſ. laudate nomẽ dñi) ſm illã cauſam, quoniã ſuaue. Suaue ſiqdem explicatur nomen dñi omni tẽpori, dñe nomen tuũ ęterno: & memorabile omni tẽpori & oĩ memorię, dñe memoria tui generationi & generationi. ¶ Et ratio ſubdit. Quia iudicabit dñs populũ ſuũ, & ſup ſeruos ſuos placabit: hoc eſt quia deus puniẽdo populũ ſuũ nõ exterminabit illum, vt exterminauit gentes amorręas. Punitio nanq; ſignificat dicendo, quia iudicabit dñs populũ ſuũ. Cótra exterminiũ aũt ſignificat dicẽdo. & ſuper ſeruos ſuos placabit: ſeu recõciliabitur, ſeu conſolationem accipiet. Et intendit per hoc ꝙ nomen domini & memoria eius perſeuerabit ſuaui cultu: quoniam ſuperuenientibus peccatis populi deus ipſe (non alius) puniet eos, ſic tamen ꝙ placabitur eiſdem.

Simulachra gentium. Laudandum deũ ex incompabilitate ad alios deos ſm aliam cauſam prius dictam (ſcilicet & dominus noſter prę omnibus diis, hoc eſt ſuper omnes deos incompabiliter) modo ſubiungit: declarando eorum conditiones, ꝙ ſunt aurũ & argentũ quo ad materiam, & ꝙ nullam habent operationem formę quã habent. ſ. oris, oculorum, aurium &c̃. Et demum cultores & factores eorũ dignos eſſe vt ſimiles illis fiant deſcribit.

Domus iſrael. Declarat illam particulã, laudate ſerui dñi &c̃. explicando qui ſint iſti ſerui dei exiſtentes in domo & in atriis. Explicat autem domum iſrael, hoc eſt vniuerſitatem populi, domum aaron ſũmi ſacerdotis, domum leui dicatã diuino cultui, & demum timentes dñm. ſiue ad exprimendam qualitatem requiſitam cuilibet dictarum domorum ad hoc vt idonei laudatores dei ſint: ſiue ad comprehẽdendum omnes cunctarum nationum timentes deũ. ¶ Benedictus dñs. Porrigit propheta qualitatẽ laudis: ꝙ ſcilicet debent laudare deum dicendo. Benedictus dominus ex ſion, ex cultu qui exhibetur ei in loco ſion, habitans hieruſalem: haleluiah, laudate deum. Et intendit per hoc ꝙ laudãtes deum profiteantur deum habitare hieruſalem ratione templi ſui in ſion: hoc eſt ꝙ deus elegit locum ſion in hieruſalem, vt coleretur ſolenni cultu & veneraretur nomen ſuum ibi. & non ꝙ deus ſm ſe habitet in hieruſalem aut in ſion: quoniam deus non habitat niſi in ſeipſo, ſibiipſi ſufficientiſſimo: quia ipſe eſt ſupereminenter omnia & pluſq̃ omnia. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Haleluiah. CXXXV.

Confitemini domino: quoniam bonus, quoniam in ſęculum miſericordia eius.
Confitemini deo deorum: quoniam in ſæculum miſericordia eius.
Confitemini domino dominorum: quoniam in ſęculũ miſericordia eius.

Qui facit mirabilia magna solus:quoniam in sęculum misericordia eius.
Qui facit cœlos in intellectu:quoniam in sęculum misericordia eius.
Qui firmauit terram super aquas:quoniam in sęculum misericordia eius.
Qui fecit luminaria magna:quoniam in sęculum misericordia eius.
Solem in potestatem diei:quoniam in sęculum misericordia eius.
Lunam & stellas in potestatem noctis:quoniam in sęculum misericordia eius.
Qui percussit ægyptum cum primogenitis eorum:quoniã i sęculum misericordia eius.
Qui eduxit israel de medio eorum:quoniam in sęculum misericordia eius.
In manu potenti & brachio excelso:quoniam in sęculum misericordia eius.
Qui diuisit mare rubrum in diuisiones:quoniam in sęculum misericordia eius.
Et eduxit israel per medium eius:quoniam in sęculum misericordia eius.
Et excussit pharaonem & uirtutem eius in mari rubro:quoniam in sęculum misericordia eius.
Qui traduxit populum suum per desertum:quoniam in sęculũ misericordia eius.
Qui percussit reges magnos:quoniam in sęculum misericordia eius.
Et occidit reges fortes:quoniam in sęculum misericordia eius.
Seon regem amorręorum:quoniam in sęculum misericordia eius.
Et og regem basan: quoniam in sęculum misericordia eius.
Et dedit terram eorum hęreditatem:quoniam in sęculum misericordia eius.
Hęreditatem israel seruo suo:quoniam in sęculum misericordia eius.
Quia in humilitate nostra memor fuit nostri:quoniam in sęculum misericordia eius.
Et redemit nos ab inimicis nostris:quoniam in sęculum misericordia eius.
Qui dat escam omni carni:quoniam in sęculum misericordia eius.
Confitemini deo cœli:quoniam in sęculum misericordia eius.

IVXTA HEBRÆVM. CXXXVI.

1 Propheta. Confitemini domino*:quoniam bonus,quoniã ęterno gratia eius.
2 Confitemini deo deorum:quoniam ęterno gratia eius.
3 Confitemini domino†dominorum:quoniam æterno gratia eius. († diis meis)
4 Facienti separata magna soli:quoniam ęterno gratia eius.
5 Facienti cœlos in intelligentia:quoniam ęterno gratia eius.
6 Extendenti terram super aquas: quoniam ęterno gratia eius.
7 Facienti luminaria magna:quoniam ęterno gratia eius.
8 Solem potestati (ad potẽt) in die:quoniam ęterno gratia eius.
9 Lunam & stellas potestatibus (ad potestea) in nocte:quoniam ęterno gratia eius.
10 Percutienti ęgyptum in primogenitis eorum:quoniam ęterno gratia eius.
11 Et eduxit israel de medio eorum:quoniam ęterno gratia eius.
12 In manu forti & in brachio extento:quoniam ęterno gratia eius.
13 Incidenti mare rubrum incisionibus:quoniam ęterno gratia eius.
14 Et transire fecit israel in medio eius: quoniam ęterno gratia eius.
15 Et submersit pharaonem & exercitũ eius in mari rubro†:qm̃ ęterno gratia eius. (†mari ciue)
16 Ducenti populum suum in desertum:quoniam ęterno gratia eius.
17 Percutienti reges magnos:quoniam ęterno gratia eius.
18 Et occidit reges fortes:quoniam ęterno gratia eius.

19 Sichon regem† amorreorum: quoniam ęterno gratia eius. †regi

20 Et og regem† basan: quoniam æterno gratia eius. †regi

21 Et dedit terram eorum in hęreditatem†: quoniam ęterno gratia eius. †hereditatē

22 Hereditatem israel seruo suo: quoniam ęterno gratia eius.

23 Qui in humilitate nostra memor fuit nostri†: quoniam ęterno gratia eius. †nobis

24 Et saluauit nos ab angustatoribus nostris: quoniam ęterno gratia eius.

25 Dans panem omni carni: quoniam ęterno gratia eius.

26 Confitemini deo cœlorum: quoniam ęterno gratia eius.

TItulus nullus est. ¶ Materia psalmi ex eo ꝙ singuli versiculi terminantur repetendo quoniā ęterno gratia eius, facile patet ꝙ est recognitio diuinę gratię continuę vsqȝ in æternum. Psalmus siquidem iste singularissimus est, in hoc ꝙ quilibet eius versiculus terminatur quoniam æterno gratia eius. Et sic debet scribi in psalteriis & cantari in ecclesiis: vt ecclesia romana seruat, vtens tamen nomine misericordię loco gratię. ¶ Perscrutanti autem progressum psalmi, apparet ꝙ materia psalmi est inuitate ad recognoscendum & laudandum diuinam gratiam vt rationem omnium extra deum: inchoando ab ipsa ratione agendi, & prosequendo per singula: vt distinguendo patebit.

¶ SVMARIVM EST.

¶ Propheta monet omnes ad recognoscendum & laudandum deum: quia gratia eius continua vsqȝ in æternum, est ratio tum deorum & dominorū, tum supernaturalium operū, tum creatiōis rerū, tum specialis curę populi israel, tum generalis gubernationis vniuersi.

¶ Persona loquens propheta est.

COnfitemini domino. Psalmus iste non proprie diuiditur sicut alii in partem propositiuā & executiuam: sed tamen diuiditur in partem quæ est velut radix & ratio omnium sequentium, & in partem explicantem tanꝗ ramos repetendo primam rationem. ¶ In primo itaqȝ versiculo radix totius psalmi continet̄, explicando duas primas rōnes rerū oium. s. quoniā bonus, quoniā æterno grā eius. Bonitas siquidem nō solū explicat naturam dei quæ est ipsa bonitas (ac per hoc cōprehendens in se eminētissime quicquid bonitatis quolibet potest esse in quocunqȝ) sed etiam explicat primam rationē rerū omniū: quia bonū est sui ipsius diffusiuū: ac per hoc ꝙ deus est bonus natura & voluntate &c. significatur ratio quare cōmunicauit bonitatem suam creando res. Et vere sic est: quoniam deus ad cōmunicādū bonitatē suā fecit res. ¶ Verū qa hæc primęua ratio multos apud diuersos philosophos compatitur modos cōmunicandi bonitatē diuinā, quorū aliqui derogāt diuinę gratię (vt si cōmunicaret bonitatē suā naturali necessitate, sicut sol cōmunicat lumen: aut necessitate intellectus, sicut nos volumus bonū & fugimus malum) ideo ad excludēdū oēs errores de modo quo deus cōmunicat bonitatē suā rebus, addit ꝓpheta bonitati grām. & quū dixisset qm̄ bonus, adiūxit qm̄ æterno grā eius: vt gratuita oīs collatio diuina itelligeret̄, nō semel aut certo tempore sed in æternū. Significat. n. hoc, ideo laudandum esse deum, quia gratia, gratuita volūtas, nō naturæ aut intellectus aut voluntatis aut queuis necessitas, sed gratia, sed gratuita volūtas dei, est æterno, semper durat, nunꝗ exhauritur, omni tēpore adest. Hę sunt primę radices actionis diuinę ad extra: significantes deum ex sua bonitate gratuito facere omnia quæcūqȝ facit, a principio quo fecit res vsqȝ in æternum.

Confitemini deo deorum. Incipiunt hic velut rami singula quorum ratio est gratia dei continua. Et distinguūtur in qnqȝ partes. Prio. n. laudādus dicit̄ deus quo ad statū eius. Secūdo quo ad operationes supnaturales, ibi facienti separa. Tertio quo ad creationem mūdi, ibi facienti cœlos. Quarto quo ad specialē curā ppl'i sui, ibi percutienti ęgyptū. Quinto quo ad generalē gubernationē mūdi, ibi dans panē. ¶ Monet itaqȝ in primis ꝓpheta laudādū deū, recognoscendo diuinā gratiam rōnem excelsi status dei supra omnes substātiās spirituales: quales sunt substātię intellectuales quas dicimus angelos. Hoc enim intēdit dicēdo, cōfitemini deo deoꝝ: & sit dn̄o dominorum. Est. n. deus deus deorum: hoc ē spiritualiū substantiarū. Quæ appellātur dii ꝓpter excellentē participationē deitatis. et appellant̄ dn̄i ꝑ ꝑsidentiam super corpalia oīa: & etiā quia inter eos alii aliis ꝑsident. ¶ Vbi aduerte ꝙ primū inductū a propheta est ꝑsidentia dei respectu substātiarū spiritualiū: quoniā in veritate illę sunt prima & potior pars vniuersi. Et rationē tam excellētis status, tātę curię, assignat gratiā. confitemini deo deorū quoniā æterno gratia eius: quoniā ex diuina gratia cōtinua ē ꝙ sint substātię illę quæ dii & dn̄i dicūtur. Et hoc sit intellige in oībus subsequētibus versiculis: applicādo semper rōnē cōtinuę gratię diuinę singulis.

Facienti sepata magna. Secūda pars est describēs cōtinuā grām eē rōnē ꝙ deus solus facit opa supnaturalia: quæ sepata a facultate naturæ vocant̄. solus. n. actor naturæ pōt super illā. Et subintellige tam hic ꝗ i cōsequētibus verbū cōfitemini. datiuus. n. facienti & siles subsequētes respiciūt verbū cōfitemini.

Facienti cęlos. Tertia pars inducit continuā gratiā esse rationem creationis mundi:numerando prima creata,coelestia corpora & elā. ¶ Vbi aduerte ꝙ participium pręsentis tēporis faciēti,quāuis facile posset glosari extendendo ad conseruationem (quia cōseruatio nihil aliud est q̄ continua creatio) cōtextui tñ subsequentiū quadrat vt hæc tēpora pñentia determinent tēpus factionis:vt sit sensus cōfitemini facienti olim coelos. ¶ Coelos ī intelligentia:hoc est intellectuales. Quod est verum vel quātū ad substātiā coelo⁊ si sūt animati:vt multi phi rōnabiliter putant. vel quo ad motū:qa motus coelorum pculdubio intellectualis est,hoc est ab intellectu. ¶ Extendenti terrā. Dicitur terra extensa super aquas rōne aridę partis terrę discoopertę ab aquis,quę est extēsa in lōgitudine & latitudine,eminētior aquis:alioquin submergeretur ab aquis:quum naturaliter aqua tendat in decliuiorē locum. Solem potestati,hoc est ad exercendam potestatē suā,in die:hoc est ad dominādū,ad exercēdā potestatē illuminandi & calefaciendi terrā in die. Lunā & stellas potestatibus,hoc est ad exercēdas potestates suas,in nocte. Potestates plr dixit propter diuersitatē lominis lunæ a lumine stellarum. ambę tamen exercent potestatem illuminatiuam in nocte.

Percutiēti ęgyptū. Quarta pars est inducens gratiam dei vt rationem mirabilis curæ diuinę de populo suo. Nec oportet morari in expositione historiarum.

Incidenti mare rubrum incisionibus. Hic textus materiam pbet opinandi ꝙ filii israel per mare rubrum multis viis transierunt,& vt aiunt duodecim viis iuxta numerū duodecim tribuū:quia hic dicitur mare rubrū īcisū incisionibus ī datiuo casu. ex eo. n. ꝙ in nūero plurali textus cōmemorat incisiones,argumētū sumptū est ꝙ in pluribus locis mare diuisum sit. ¶ Verū argumētū non cogit: quoniā vna incisio plures facit incisiones. Incidēdo. n. panē in duas partes,relinquūtur ex vno incidendi actu duę incisiones. altera in vna parte:& altera in reliqua. Et explicauit hoc propheta ad significādū ꝙ deus sic incidit mare rubrū vt incisiones remanserint hinc & inde in partibus seorsum. Quod scriptura sub aliis verbis dicit:ꝙ deus diuisit mare rubrū sic vt aquæ essent pro muro a dextris & sinistris. Vnde ex isto textu nō habet̄ pluralitas diuisionū:sed vna diuisio remanēs in duabus incisionibus a dextris & sinistris. ¶ Aduerte hic ꝑ toto psalterio ꝙ mare rubrū alio noīe dicit̄ mare cānę. & ī textu hebręo appellat̄ mare cānę,forte a multitudine cānarū iuxta nascētiū. Nos aūt in hoc psalterio deferētes vsui communi in hoc nomine ꝓprio loci,permisimus scribi mare rubrum. & tamen significamus ꝙ verbum verbo reddendo dicendū esset mare cannę.

Qui in humilitate nostra. Hactenus descripsit spālē curā dei erga pplm suū ab egressu ex ęgypto vsq ad terrā ꝓmissionis inclusiue:mō subiungit eādē curā in terra ꝓmissionis vsq ad tēpora dauidis. Fuit enim populus sepe oppressus post tēpora iosue vsq ad dauidem:vt patet in libro iudicum & in primo regum. Et totius illius tēporis decursum summarie tangit,dicendo. Qui in humilitate nostra, hoc est in deiectione nostra multiplici,saluauit nos ab angustatoribus nostris,diuersis.

Dans panem. Quinta hæc pars gñalē gubernationē diuinā inducit a duobus. tū ex eo ꝙ pascit oīa animalia. tum ex eo ꝙ pñdet coelis. Hæc enim duo sufficienter testantur gubernationem vniuersalem. ¶ Et nominatiuus dans continuatur cum relatiuo qui in versiculo ante præcedentem posito:ad ostendendum ex ipsa continuatione eundem esse gubernatorem vniuersalem & deum qui specialem curā habuit populi sui:g & vocatur deus coelorum. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus. CXXXVI.

Super flumina babylonis illic sedimus & fleuimus: dum recordaremur tui sion.

In salicibus in medio eius:suspendimus organa nostra.

Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos: uerba cantionum.

Et qui abduxerunt nos:hymnum cantate nobis de canticis sion.

Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?

Si oblitus fuero tui hierusalem:obliuioni detur dextera mea.

Adhęreat lingua mea faucibus meis:si non meminero tui.

Si non proposuero hierusalem:in principio lętitię meę.

Memor esto domine filiorum edom in die hierusalem.

Qui dicunt. exinanite exinanite usq ad fundamentum in ea.

Filia babylonis misera:beatus q retribuet tibi retributionē tuā quā retribuisti nobis.

Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.

¶IVXTA HEBRÆVM.

1 Populus captiuus. SVper flumina babylonis ibi sedimus & fleuimus i recordari no/
stro sion.
2 Super salices in medio eius:suspendimus citharas nostras.
3 Quoniam ibi interrogauerũt nos captiuatores nostri uerba cantus/& eiulatus nostros
lætitiam. Vox captiuantium. canite nobis de cantu sion.
4 Populus captiuus. Quomodo cantabimus cantũ dñi super terra alieni:
5 Si obliuiscar tui hierusalem:obliuiscetur dextera mea.
6 Adhęrebit lingua mea palato meo:si non recordabor tui,si non faciam ascendere hie/
rusalem super caput lętitię meę.
7 Recordare domine filiis edom diem hierusalem:qui dicentes. Vox idumęorũ. euacua/
te euacuate usq; ad fundamentum in ea.
8 Populus captiuus. Filia babel desolata:beatitudines qui soluet tibi retributionem tuã
quam retribuisti nobis.
9 Beatitudines qui apprehendet & allidet paruulos tuos ad petram.

TItulus nullus est. ¶Materia psalmi(vt clare appatet)est status deuoti populi in captiuitate ba/bylonica constituti,combusto templo & destructa hierusalem.

¶SVMMARIVM EST.

¶Populus in captiuitate babylonica narrat seipsum in luctu perseuerantem in spe reditus ad hieru/salem.& precatur siue prophetat vindictam tam idumeę q̃ babylonię.

¶Personę loquentes sunt tres:populus captiuus/captiuantes eos/& idumęi.

SUper flumina. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuã materię,& executiuam/ibi super salices. ¶Proponit populus captiuus in babylone/moram & fletum proprium ibi quum recor/daretur sion. Super flumina. Captiuus populus pauper/a miserabili inchoat loco iuxta flumina:vtpo te pauperibus congruo. Ibi sedimus/diu morati sumus,& fleuimus. Luctuosus status loco miserabili congruit. In recordari nostro sion:hoc est templi dei & regię sedis. Memoria siquidem pręteritę fœlicitatis tum in solẽni diuino cultu/ tum in libertate & dignitate regni, renouabat fletus captiuorum in tam miserabili loco morantium.

¶Super salices. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula/super flumina. Secundo illa/ in recordari nostro sion/ibi si obliuiscar. ¶Declarat itaq; luctuosum statum suum populus constanter tenuisse,etiam prouocantibus ipsum ad lętitiam dominis eius. Super salices. Aduerte hic ꝙ id quod videtur superficies literę significare/falsum est:puta ꝙ populus qui ducebatur in captiuitatẽ haberet secum musica instrumenta quæ appenderit super salices fluminum. Patet enim imaginationem hanc falsam esse ex sacra historia,tradente non solum combustum templum cum domo regia/sed combustas etiam priuatas domos a chaldęis in destructione hierusalẽ:&(quod plus est)ꝙ illi fuerunt ducti in captiuitatem qui euaserant gladium. Vnde non parum fecerunt saluando vitam: nec erat tempus vacandi ad saluandum musica instrumenta. Est itaq; verus sensus literę ꝙ populus fatetur se musicis instrumentis & cantibus priuasse:quia musica non conuenit luctui. Vtitur autem hoc modo loquendi:quia vsitatus est iste loquendi modus,vt profitentes abdicasse a se exercitationẽ aliquam/dicant se reliquisse seu posuisse instrumenta in loco suæ miseriæ. Verbi gr̃a qui reliquit exercitium literarum ob infortunium ęgritudinis,dicit ego reliqui libros in lecto.& sic de similibus. Tali nanq; loquendi vsu dicit nunc populus ꝙ super salices suspendit organa musicę:significãs ꝙ habitatio in salicibus iuxta flumina/abstulit ab eis omnem materiam lętitię. Vnde & addit/in medio eius, scilicet babylonis:vt hinc intelligas ꝙ totus populus etiam qui non habitabat iuxta flumina/abdicauerat a se lętitiam ratiõe miserabilis loci communis populi. Quãuis etiam in medio eius/possit & forte verius intelligi,hoc est in manifesto/in publico,suspendimus citharas nostras/ abdicauimus a nobis statum lętitię/cantuum/sonorum &c̃.

Qm̃ ibi interrogauerũt nos. Cõstãtia simul & ratio aucti luctus adiũgit̃. Qm̃ ibi/i babylone, interrogauerũt nos captiuatores nr̃i verba cantus,& eiulatus nr̃os interrogauerũt lętitiã:hoc est nobis existẽtibus in eiulatu ipsi petierunt ea quę sunt lætitię. ℣ Vox babyloniorũ. Canite nobis de cantu sion: hoc est canite nobis hymnos solitos cantari in templo quod erat in sion. Quomodo cantabimus(ecce responsio constans)canticum domini super terra alieni/populi a cultu dei.

Si obliuiscar. Tractatur hic illa particula/in recordari nostro sion/dupliciter. Primo quo ad constantiam luctus & spei. Secundo quo ad vindictam. ¶ Circa luctum & spem fixam ponit tres conditionales cum duabus execrationibus. Prima est. Si obliuiscar tui o hierusalem, obliuiscet dextera mea. Apostrophat populus captiuus ad hierusalem: imprecans sibiipsi ꝙ propria dextera detur obliuioni si ipse oblitus fuerit hierusalem. Et intendit per obliuionem iuxta vsitatum loquendi morem obliuionē quo ad signa & facta. Dicimus enim aliquem oblitum paternę mortis/quando vacat lętis cantibus & sonis & sic de similibus. Intendit siquidem dicere populus ꝙ si more oblitorum tantę miserię cātabo/lętabo/vacabo musicę, obliuioni detur dextera mea/hoc est prosperitas mea: nunq̄ ego veniam ad prosperitatem si obliuiscar/si omittam luctum hierusalem. Et aduerte ꝙ obliuiscar sumitur actiue, obliuisceretur autem sumitur passiue. in vtraq; enim significatione inuenitur. ¶ Adhęrebit lingua mea palato/prę ariditate (iuxta illud. adhęsit lingua lactentis palato eius in siti) si non recordabor tui: & quod amplius est, si non faciam ascendere hierusalem super caput lętitię meę. Hierusalem ascendere super caput lętitię/est hierusalem poni rationem inchoandi lętitiam. Ita ꝙ sensus est. Adhęrebit lingua mea palato meo, si non efficiam ꝙ hierusalem sit ratio inchoandi lętitiam meam. Et hoc est dicere si prius lętabor/si alia ratione lętabor q̄ propter hierusalem. Et intēdit per hoc ꝙ vsq; quo redibit in hierusalem non lętabitur: sed tunc erit principium lętitię eius. Intellige hæc verificari quo ad actus interiores: ꝙ pro toto illo tempore captiuitatis populus deuotus nunq̄ deposuit spem redeundi in hierusalem, ita ꝙ nunq̄ lętatus est ex corde interim. et quo ad actus exteriores, ꝙ nunq̄ assumpsit cantus & sonos musicos vsq; ad reditum in hierusalem. Et propterea dicit ꝙ faciet ascendere hierusalem super caput lętitię. tunc enim incœperunt cum canticis & sonis musicis lętari. Ita ꝙ sicut modo videmus aliquos in signum tristitię nutrire barbas/profitentes se non radendos donec redeant ad patriam, ita populus hebręus hic loquitur de statu suo luctuoso.

Recordare domine. Tractat memoriam sion quo ad vindictam primo idumęorum, apostrophans ad deum. Recordare domine diem hierusalem/hoc est desolationem hierusalem, filiis edom/hoc est ad vindictam idumęorum: qui dicentes/supple fuerunt chaldęis destruentibus hierusalem. euacuate euacuate vsq; ad fundamentū in ea. Vox ista est idumęorū hortantiū chaldęos ad totalē ruinā hierusalē. ¶ Filia babel. Vindictę idumęorum adiungit vindictam babyloniorum, apostrophans ad populum babylonis. Filia babel desolata. Prophetia videtur hæc futurę vindictę in babylonios: quos eodem anno punitos legimus quo populo iudaico concessum est redire in hierusalem: scilicet anno primo cyri regis persarum. ¶ Beatitudines sunt eius qui. Deus sub ratione possidētis beatitudines describitur vindex contra babylonios: ad significandum ꝙ non motu irę/non indigentia aliqua, sed ex diffusione suę iustitię puniet eos retribuendo iuxta eorum crudelitatem. Et in specie explicatur allisio paruulorum ad lapides: vt tanta desolatio describatur vt etiam in infantes seuiatur, sicut chaldęi seuierunt in hebręos: iuxta illud thre. 2. iacuerūt in terra foris puer & senex, virgines & iuuenes ceciderūt in gladio. Esaias enim ca. 13. de onere babylonis dicit. infantes eorum allidentur in oculis eorum. Amen.

¶ VULGATA EDITIO. ¶ Psalmus dauid. CXXXVII.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti uerba oris mei.

In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua & ueritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen/sanctum tuum.

In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea uirtutem.

Confiteantur tibi domine omnes reges terrę: quia audierunt omnia uerba oris tui.

Et cantent in uiis domini: quoniam magna est gloria domini.

Quoniam excelsus dominus: & humilia respicit, & alta a longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me: super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me, domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias.

¶IVXTA HEBRÆVM. Dauidi.

1 Propheta. COnfitebor te in toto corde meo:coram diis cantabo te.
2 Curuabo me ad templum sanctitatis tuæ, & confitebor nomen tuũ super gratia tua & super ueritate tua:quia magnificasti super omne, nomen tuũ/ dictum tuum.

3 In die uocaui & respondisti mihi:superbificabis me, in anima mea fortitudinem.
4 Confitebuntur te omnes reges terræ:quoniam audierunt dicta oris tui.
5 Et cantabunt in uiis dñi. Vox cantantium.quoniam magnus honor domini.
6 Quoniam excelsus dominus:& humile uidebit,& celsitudinem de longe cognoscet.
7 Propheta. Si ambulabo in medio angustię,uiuificabis me: super furorem inimicorũ meorum extendes manum tuam,& saluabit me dextera tua.
8 Dominus perficiet pro me:domine gratia tua ęterno,opera manuũ tuarum ne relaxa.

TItulus est. Dauidi. ¶ Materia psalmi est ratio ędificãdi tẽpli:tum ex parte dauidis:tum ex parte successorum regum. In principio siquidem psalmi,mentio fit futuræ adorationis in templo. quod constat tempore dauidis non esse constructum sed pręparatum:& constat adorare in templo,eẽ rationem construendi templum. Et subiunguntur rationes ex gloria dei & beneficiis collatis ipsi dauidi.& postea subiungitur fructus secuturus in regibus. Vnde rationabiliter colligitur materiam psalmi esse reddere rationem construendi templi.

¶SVMMARIVM EST.

¶ Dauid constructurus templum, laudaturum se in toto corde & coram principibus ibi deum profitetur.tum in recognitionem diuinarum viarum,laudemq diuini nominis ac reuelationum: tũ in recognitionem beneficiorum sibi collatorum. Indeq reges omnes laudabunt deum, & cantabunt honorem eiusq prouidentiam in humiles &c̃.
¶ Personę loquentes sunt propheta & reges.

COnfitebor. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materię,& executiuam, ibi curuabo me. ¶ Proponit duo. Alterum est. Cõfitebor te,laudabo te,supple deus, in toto,non in parte, corde,non ore, meo,non alieno. Alterum est. Coram diis cãtabo te:hoc est publice, ad vtilitatem deorum,hoc est regum. qui propter excellentiam officii dii dicuntur in sacra scriptura: vt patet exo. 22. Et intendit per hæc duo q laudaturus est in opere templi deum ex parte sua nõ ad ostentationem popularem, sed in intimo corde suo:& vtiliter, ad vtilitatem principum. Quorũ opposita inueniuntur in cõstructione templorum aliarũ gentium:quoniã nec ędificãtes aut colentes colũt deum corde integro, nec principes vtilitatẽ interni spiritus inde referunt,sed omnia propter vulgus agũtur:vt seneca dicit. ¶ Curuabo me. Incipit hic pars executiua tali ordine. Prĩo tractatur illa particula, confitebor te in toto corde meo. Secundo illa,coram diis,ibi confitebuntur te. ¶ Cultum ergo futurum integro corde describit:inchoando a reuerentia dei. Curuabo me ad templũ sanctitatis tuę. Dixit hoc dauid explicans desiderium proprium,& nõ prophetãdo futurũ actum:qm̃ nunq̃ adimpleuit hoc per seipsum, sed p semen suũ. Desideriũ.n. pro opere cõputatur, qñ ex parte desiderantis non omittitur opus,sed ex impedimento nõ subiacẽte ipsius potestati:vt accidit in proposito. Et propterea merito dixit, curuabo me ad tẽplũ sanctitatis tuæ. ¶ Et confitebor,laudabo, nomẽ tuũ. Reuerẽtię loci adiungitur laus diuini nominis. Sup gr̃a tua & sup veritate tua. Tertio loco describitur materia laudis. Et sub gratia & veritate cõprehẽdit vniuersa opera dei:quia vniuersæ viæ dñi gratia & veritas sunt. Quia magnificasti super oẽ, sup totũ vniuersum hæc duo.s. nomen tuũ & dictũ tuũ. Vere nomen dei magnificatũ est super omnia, & ex opere creationis & ex multis operibus mirabilibus. Dictũ quoq diuinũ magnificatum est super oĩa:qm̃ verificatũ est non obstantibus quibuscũq tam naturalibus q̃ voluntariis agentibus aut resistentibus. Et intendit p hæc q in templo dei laudabit diuinum nomen recognoscẽdo vniuersa opera dei,& confitendo magnificationem nominis eius & dicti eius super omnia:vt hinc intelligamus ad hæc officia eũ velle construere templum:scilicet ad recognoscendum deũ actorem omnis gratię & veritatis,ad laudandum nomen eius & dictum eius super omnia magnificatum. Et intellige per dictum dei reuelationes propheticas factas abrahæ,isaac,iacob,moysi,samueli &c̃.
In die vocaui. Explanata ratione construendi templi ex officio laudandi & recognoscendi deum &c̃. subiungitur nunc altera ratio ex spiritualibus beneficiis collatis ipsi dauidi. In die vocaui, & respõdisti mihi. Ecce primum beneficium:q in tempore necessitatis recurri ad te,& tu dignatus es respondere mihi facto. Et subdit duo facta. Alterum. superbificabis me. Alterum, in anima mea fortitudinem.

Non accipitur hic superbire in malam partem:sed s̃m proprietatem vocabuli cõmunis ad bona & ad mala. Intendit siquidem ꝙ deus fecit ipsum superite. quum enim iret prius subtus (vtpote depressus & profugus|& multipliciter afflictus)deus fecit ipsum regem:& quod amplius est|fecit ipsum vincere & superare hostes multorum regnorum. Et propterea merito dicit ꝙ fecit me superbum|seu sup̃bificauit me. Nec solum me superbificauit, sed etiam superbificauit fortitudinem in anima mea: dum fecit animum meum tam fortis spei vt omnia superaret. Et hoc propheta declarandum differt post tres versus|ibi si ambulabo. Et futurum superbificabis|respicit pręteritum respondisti.

Confitebuntur te. Tractatur hic illa particula|coram diis. tractatur autem a fructu intento, describẽdo illum. Confitebuntur te omnes reges terrae|ex ędificato templo propter rationes prędictas(tum ex parte diuinę laudis|tum ex parte beneficiorum mihi collatorum)sequetur hic fructus. s. ꝙ confitebuntur confessione laudis te omnes reges terrae. Si hoc vt sonat intelligitur, non describitur fructus secuturus:sed occasio data omnibus regibus mundi laudandi deum. Et esset sensus. confitebũtur|hoc est occasionem confitendi habebunt. Si autem litera intelligit̃ de omnibus regibus terrae promissionis successoribus ipsius dauidis(quia subiungitur|& cantabunt in viis domini:quod de omnibus mũdi regibus nõ videtur intelligendũ)sic quadrat vndiq; contextus:quia ex intentione dauidis ędificatum ẽ templum ad hoc vt omnes reges successores eius laudent deum & cantent in viis dei:quãuis multi eorum non adimpleuerint. Describit enim dauid fructum non qui erit, sed quem intendit|quem hęreditario iure relinquit successoribus|ad quem eos ligat construendo templum. Quoniam audierunt dicta oris tui. Vera est haec ratio quo ad successores dauidis:quoniam aud.erunt legem & reuelata patribus, quae sunt dicta oris tui.

Et cantabunt|reges, in viis domini. Vię domini velut ambulantis(hoc est per quas ambulat dominus)sunt operationes domini:quibus quodãmodo progreditur ad nos. Vię autem domini, hoc ẽ per quas itur ad dominum, sunt affectus & opera nostra quibus quasi progredimur ad dominum. Pręsens litera vtroq; modo potest intelligi. ¶ Quoniam magnus honor dñi. Duo cantanda in viis dñi describũtur. Alterum est magnitudo honoris diuini. Et in hoc laudatur excellentia dei|maior omni honore|gloria &c̃. Alterum est. Quoniam excelsus dñs:& humile videbit, & celsitudinem de longe cognoscet. Et in hoc laudatur prouidentia dei circa humana merita & demerita:immo circa dispositiões humanarũ mentium ad suscipiendã vel nõ suscipiendã diuinã gratiã. Profitebuntur. n. sub metaphora ꝙ deus ad ima se habet vt videns prope, ad celsa autem se habet vt cognoscẽs a remotis. vt per has similitudines corporales intelligamus significari ꝙ deus benignus est quo ad gratiae collationem humilibus corde:elatis autem non confert gratiam. ¶ Vbi aduerte ꝙ iuxta duo genera causarum construendi templum superius iducta(. s. ex parte diuinę laudis|& ex parte beneficiorum collatorum dauidi)describit duo cantanda a successoribus. s. ꝙ magnus honor:& hoc quo ad priorem causam. & ꝙ humile respicit & celsum a longe cognoscit:& hoc quo ad alteram causam, qua eleuauit dauidem humilem & deiecit saulem superbum. De humilitate enim dauidis clare patet. 2. reg. 6. De superbia autem saulis clare patet. 1. reg. 15. nõne quum paruulus esses &c̃. Dixit nihilominus haec, intẽdens ꝙ reges successores sui debent haec duo habere pręoculis. s. honorem dei, & hanc conditionem prouidentię eius ꝙ humilibus benignus est non superbis.

Si ambulabo. Aduerte ꝙ ista clausula continuanda est tertio versiculo:quoniã est declaratio secundi beneficii collati dauidi. s. in anima mea fortitudinem. quod in calce tertii versiculi locatum est. Declarat enim illã fortitudinem animę suę penes actum spei inconcussae:explicando illam tantam ꝙ si ambulabo in medio angustię|nõ in extremitatibus sed in medio vndiq; circũfusus angustia, viuificabis me. Dixerat|superbificabis in anima mea fortitudinem. Et propterea declarando hanc fortitudinem, prosequitur sermonẽ alloquẽdo deum. Super furorem inimicorum meoꝝ extendes manum tuam. in medio angustię semimortuũ viuificabis, furẽtibus inimicis occurres manu tua:& tã efficax erit viuificatio ac extẽsio manus ꝙ saluabit me dextera tua. ¶ Si quaeris quare propheta interposuerit tres versiculos de confessione regum, scito nullam fuisse interpositionem:sed morem scribendi suum seruasse prophetam. Consueuit siquidem hic propheta plura simul proponere|& illa singillatim exequi. Et p̃pterea quum dixisset ĩ tertio versiculo simul duo beneficia a deo sibi collata(. s. superbificabis me|& in anima mea fortitudinem)prosecutus est primum beneficium, describendo officiũ successorum regũ: primum enim beneficium erat eleuatio ipsius in regem. & postea prosecutus est secundum beneficiũ, explicando fortitudinem animę suę ex securitate suę spei.

Dominus perficiet pro me. Terminat psalmũ dauid, explicando rationem futuri tẽporis in principio propositi, tum in verbo confitebor, tum in verbo curuabo me &c̃. Et intẽdit explicare ꝙ quãuis ipse nõ perficiet templum|sed solum inchoabit p̃parãdo materiam, certus tamen est ꝙ dñs perficiet tẽplum pro me|hoc est loco mei vtẽs filio meo. ¶ Domine gratia tua aeterno. Vt intelligas etiam prędestinata a deo suppliciter petenda ex gratia ab ipso deo adimpleri, ideo supplex apostrophat ad deum|petendo ne lẽtescat in opere ędificationis templi:quia gratia eius est in ęternum. Domine gratia tua|

non

nõ eſt ad momentũ, ſed æterno/non eſt inſtabilis ſed firma: & ꝓpterea ne relaxa/lenteſcendo, opera manuũ tuarum/operationes opportunas ad cõſtructionẽ templi. Quæ vere ſunt manuum tuarum, quia te iubente & dirigente ichoatę ſunt. Petit autem ne relaxa/humano more alloquens deum: intendens per hoc ne permittat tepere & in longum protrahi opus conſtructionis templi (quum huiuſmodi tepor ſeu dilatio ſit via ad relinquendum opus imperfectum) & quia deſiderat templum nõ ſolum perfici ſed cito perfici. Amen.

VVLGATA EDITIO. Victori dauid pſalmus. CXXXVIII.

Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam.
Intellexiſti cogitationes meas de longe: ſemitam meam & funiculum meum inueſtigaſti.
Et omnes uias meas præuidiſti: quia non eſt ſermo in lingua mea.
Ecce domine tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua: tu formaſti me & poſuiſti ſuper me manum tuam.
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt & non potero ad eam.
Quo ibo a ſpiritu tuo? & quo a facie tua fugiam?
Si aſcendero in cœlum tu illic es: ſi deſcendero in infernum ades.
Si ſumpſero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris.
Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.
Et dixi. forſitan tenebre conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis.
Quia tenebrę non obſcurabuntur a te: & nox ſicut dies illuminabiť, ſicut tenebrę eius ita & lumen eius.
Quia tu poſſediſti renes meos: ſuſcępiſti me de utero matris meæ.
Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua & anima mea cognoſcet nimis.
Nõ eſt occultatũ os meũ a te q̃d feciſti in occulto: & ſubſtãtia mea in ĩferioribus terræ.
Imperfectũ meũ uiderũt oculi tui: & ĩ libro tuo oẽs ſcribẽť, dies formabũť & nemo ĩ eis.
Mihi aũt nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt pricipatus eoꝝ.
Dinumerabo eos & ſuper arenam multiplicabuntur: exurrexi & adhuc ſum tecum.
Si occideris deus peccatores: uiri ſanguinum declinate a me.
Quia dicitis in cogitatione: accipient in uanitate ciuitates ſuas.
Nonne qui oderunt te domine oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?
Perfecto odio oderam illos: & inimici facti ſunt mihi.
Proba me deus & ſcito cor meum: interroga me & cognoſce ſemitas meas.
Et uide ſi uia iniquitatis in me eſt: & deduc me in uia ęterna.

IVXTA HEBRÆVM. Vincenti dauidi pſalmus. CXXXIX.

1 Domine inueſtigaſti me, & cognouiſti.
2 Propheta. Tu cognouiſti ſeſſionẽ meã & ſurgeř meũ: ĩtellexiſti malũ meũ† a lõge. † malo meo
3 Semitam meam & accubitionẽ meam uentilaſti: & omnes uias meas pręuidiſti.
4 Quia non [eſt adhuc] uerbum in lingua mea: ecce domine noſti totum ipſum.
5 Retro & ante formaſti me: & poſuiſti ſuper me palmam tuam.
6 Separata [eſt] ſcientia plus me: roborata [eſt], non potero ad eam†. † ei
7 Quo ibo a ſpiritu tuo? & quo a faciebus tuis fugiam?
8 Si aſcendam cœlos/ibi tu: & [ſi] iacebo fouea/ecce tu.

a n
9 Sumam alas diluculi: habitabo in fine maris.
10 Etiam illuc manu tua deduces me:& apprehendes me dextera tua.
erit
11 Et dixi. tm̃ obscuritas obscurabit me,& nox lux pro me.
12 Etiã obscuritas non obscurabit a te:& nox sicut dies lucebit,sicut obscuritas sicut lux.
13 Quoniam tu acquisisti renes meos:operuisti me in utero matris meæ.
14 Confitebor te propterea ꝙ terribilibus separatus sum : separata opera tua , & anima mea sciens ualde.
15 Non fuit occultatum os meum a te:qui factus sum in abscõdito,acupictus sum in inferioribus terræ.
dies
16 Informe meum uiderunt oculi tui:& super libro tuo omnes illi scribentur,dies forma-
dies
ti sunt,& non unus in eis.
17 Et mihi q̃ chari facti sunt socii tui deus:q̃ roborata sunt capita eorum.
q et
18 Dinumerabo eos, super arenã multiplicabũt: expgefactus sum, & adhuc ego tecũ.
tunc
19 Si occides deus impium:& uiri sanguinum recedite a me.
ꝑdicabit loco cogitatiõis qua eleuari putarũt a me
20 Qꝛ dicent te:cogitationi eleuauerunt frustra,inimicos tuos.
21 Nonne odientes te domine odiam:& in insurgentes tuos certabo.
22 Terminatione odii odiui illos:inimici fuerunt mihi.
23 Inuestiga me deus & cognosce cor meum:proba me,& cognosce cogitationes meas.
est
24 Et uide si uia derisionis in me :& deduc me in uia seculi.

TItulus est. Vincenti dauidi psalmus.De quo vt supra.
℄ Materia psalmi est oĩscientia dei descripta circa dauidem:& spãliter tanq̃ testis tã recti animi dauidis erga deum,ꝙ fuit amicus amicoꝝ & inimicus inimicorum dei . Qꝛ enim in psalmo hoc tractetur oĩscientia dei applicata ad ipsum dauidẽ,clare patet a pricipio psalmi vsq ad versiculũ .17. Qꝛ vero deum adducat in testem ꝙ ipse dauid amauit amicos dei & odio habuit inimicos dei,clare etiam describitur abinde vsq ad finẽ psalmi.Et quia nihil speciale de seipso dauid dicit,nisi ꝙ est amicus amicorum & inimicus inimicorum dei,& deũ petit scrutatorẽ ac testem veracitatis animi sui,apparet ꝙ dauid timebat,putabat seu sentiebat imputari sibi ꝙ non integra simplicitate & veritate cordis procederet:quia exaltabat viros sanguinum,scilicet ioab,qui proditorie occidit duos principes.Et propterea fecit hunc psalmum afferẽdo deum(qui omnia nouit)in testẽ veracitatis animi sui:tacite excusando se ꝙ non puniuit ioab.Hæc enim ad literam apparet occasio psalmi.

℄ SVMMARIVM EST.

℄ Dauid contestans deum cognoscere se dauidẽ oĩquaq(quia est per essentiam,pręsentiam & potentiam in oĩbus.& in tenebris ẽt videt:vtpote qui fecit ipm̃ in materno vtero &c̃.)nosse quoq bonum aĩum suũ erga deum amicosq dei ac contra inimicos dei,inuocat ipsum vt scrutãdo cor & cogitationes suas videat veracitatem aĩ sui,& dux suus sit in residua suę vitæ via.

℄ Persona loquens propheta est.

DOmine inuestigasti me. Diuiditur psalmus in partes duas:ppositiuam materiæ , & executiuam,ibi tu cognouisti.℄ Proponit duo:scilicet inuestigationem & cognitionem. Domine inuestigasti me:hoc est exacte & distincte singula mea singillatim vt discussa habuisti coram te.nam inuestigare nõ ppꝛie conuenit deo:cui omnia nuda sunt & aperta absq aliqua inquisitione.Sed sicut dicitur irasci quantũ ad similitudinẽ effectus,quia punit,ita dicitur iuestigare quãtũ ad similitudinẽ termini, quia oĩa sunt corã eo sicut inuestigata sunt in inuestigante in termino inuestigationis.

℄ Tu cognouisti. Incipit hic pars executiua tali ordine.Primo tractaẽ illa particula,cognouisti . Secundo illa,inuestigasti,ibi inuestiga.¶ Circa cognitionẽ dei respectu dauidis vt cogniti,tali ordine ꝑcedit.Primo narrat conditiones dauidis cognitas.Secũdo rõnem cognoscẽdi,ibi retro & ante . Tertio quandam obiectionem confutat,ibi & dixi . ℄ Circa res cognitas a deo in ipso dauide,tali procedit

ordine ꝙ affert quinq̧ differētias rerum cognitatum:inchoās a differētiis situs proprii. Tu cognouisti sessionē meā & surgere meū. Surgere enim & sedere sunt differentiæ positionis. Et videẗ sub metaphora significare differētias statuum:scilicet humilis & celsi, quos pro diuersitate tempoꝝ habuit dauid. Fuit enim prius pastor ouiū/post gener regis tribunus militū/deinde ꝓfugus pauper/postea rex/iterum eiectus/& postea rediit ad integrū regnū. ¶ Intellexisti malū meum a longe. Secūda differentia mali & boni subiungitur, explicando alterū extremū:scilicet malū. Vbi aduerte philosophiā subtilē:ꝙ describendo deum intelligere malum/apponiẗ modus intelligēdi a longe. vt explicetur ꝙ deus nō intelligit malum prope:hoc est habēs in se aliquid mali/hoc est aliquid potētialitatis in seipso. Sed intelligit malū a longe:hoc est remotissimus ab oī malo/remotissimus ab oī potentialitate. Tradunt phi malum intelligi a nobis per aliquid mali seu priuationis seu potētialitatis existētis in intellectu. Non sic inquit ꝓpheta intellexisti malū meū:scilicet tanq̄ habens in te aliquid mali/priuationis seu potentialitatis:qđ esset intelligere malū meū prope. sed intellexisti a longe, remotissimus ab oī malo/priuatione & potentialitate. Modus aūt quo deus intelligit malū/in theologia speculatiua discutiẗ. & est ꝙ deus intelligendo seipsum, intelligit singulos gradus singulosq̧ modos quibus pōt participari & quibus participaẗ bonitas sua:ac per hoc defectū rerum ab ipso/& vnius rei ab alia:quod potētialitatis est. & similiter defectū rei a seipsa:quod priuatio & malum est. ¶ Semitam meam & accubitionem meam. Tertia differētia motus & quietis subditur. Sub qua intellige differentiam operādi & quiescēdi ꝫm exteriora opera. Ventilasti/ad similitudinem vētilantis discreuisti. ¶ Et oēs vias meas pręuidisti. Quarta differentia oīum cogitationum tangiẗ sub metaphora viarū:vt patet ex ratione subiuncta quare pręuidit. Quia non verbum in lingua mea, ecce domine nosti totum ipsum:hoc est nō est adhuc verbum aliquod in lingua mea/anteq̄ a mente descēdat verbū in linguā, ecce tu nosti totū ipsum verbum. Vbi rō ꝓuisionis viarū more humano describitur, ex eo ꝙ deus nouit cogitatum verbū anteq̄ lingua expliceẗ. Et hic inuoluunẗ duę dr̄ię rerum. s. viarum (hoc est cogitationū) & verborum in lingua.

Retro & ante formasti me. Narratis rebus cognitis, affert rōnem cognoscendi triplicem:scilicet quia ipse est in rebus per essentiā/pręsentiam & potentiam. ¶ Et inchoat a modo essendi per essentiā. Retro & ante formasti me, & posuisti sup me palmā tuam. In duabus actionibus consistit deū esse in rebus ꝑ essentiam. Altera est dare esse. & hæc significaẗ dicendo/retro & ante formasti me. Altera est conseruare rem factā. & hæc significatur dicendo/posuisti sup me palmā tuam. ¶ Vbi nota differentiam inter deū dare esse & alia agentia tam naturalia q̄ artifices:penes hoc ꝙ reliqua agentia dāt esse ante & nō retro: quia dant formā/quæ est velut pars anterior, & non causant materiā/quæ est velut pars posterior. deus aūt dat esse rebus oībus ante & retro:quia dat totum esse rei. dat formā/quæ est velut anterior pars:qa forma est pulchritudo rei/& operādi principium:sicut pars anterior est pulchritudo hoīs/& in qua apparent opationes nostrę. & efficit materiam:quę est velut pars posterior/sustētatiua/fere turpis. Et subtiliter apposuit has cōditiones, ad describendū deum esse per essentiam in rebus:quia non quodcunq̧ efficere sed efficere rem ex itegro/est illud ꝫm quod deus dicitur esse per essentiam in oībus rebus. ¶ Nota quoq̧ circa alterā actionē (scilicet posuisti super me palmam tuam) ꝙ vtitur tali loquēdi modo ad differentiam agentiū artificialium:qui postq̄ formarunt res (puta vasa/statuas &c̄.) auferūt a rebus factis manus suas:quia nō conseruant eas. Et similiter etiā faciūt agentia naturalia. Deus autem non sic: sed ita dat esse rebus ꝙ semꝑ tenet manū suā sup eas:quia est causa rei non solum in fieri sed in conseruari. oīa. n. in nihilum redigerenẗ nisi ea manus oīpotentis conseruaret/inquit grego.

Separata scientia plus me. Interpositio est hæc excusationis, qua dauid profitetur se nō posse perfecte reddere rationem. Vnde particula ista excusatoria, inter ipsas quas reddit rationes interposita est more oratorum:qui quum iam gustandas rationes proposuerunt/excusant imbecillitatem suam, ne forte plus expectetur q̄ ipsi sint dicturi. Excusatio aūt philosophica est:vtpote tangens imbecillitatem humani intellectus/& causas difficilis notitiæ ex parte rerum. Sicut enim in visione corporali inueniẗ ꝙ aliquid subterfugit visionem propter defectum rei visibilis/& aliquid propter excellentiam rei visibilis (vt lux solis in seipsa) ita contingit in scientia nostra ꝙ aliquid est nobis difficile ad cognoscendum ex defectu rei cognoscibilis:vt ea quæ sunt multæ potentialitatis/vt motus & varietates. & aliqđ ex excellentia rei cognoscibilis:vt sunt res diuinæ & immateriales:ad quas se habet intellectus animæ nostræ sicut oculus noctuæ ad lucem solis. Hæc oīa in excusatione hac tanguntur. Separata/supple est, scientia/qua tu scis res, plus me. vere separata (hoc est mirabilis/occulta & seorsum sita) est scientia tua plus me/supra omnes vires ingenii mei. roborata:hoc est non ex defectu sed ex robore, non vitium corporaliū sed ex robore spiritualis naturæ:quod alio nomine dicimus ex magnitudine virtutis. & ideo non potero ad eam. Vbi imbecillitas humani ingenii non ex defectu rei cognoscibilis (scilicet scientiæ dei/cuius rationem cœpit reddere) sed ex eo ꝙ roborata est (hoc est ex eo ꝙ prævalet/ꝙ magni roboris est) describiẗ. Et vtiẗ metaphora roboris, qa spūalia ex similitudine corporaliū nobis inotescūt.

Quo ibo. Post interpositam excusationem prosequitur rationes quare deus scit cuncta dauidis. Et intendit secundam rōnem;scilicet quia deus est in omnibus per pręsentiam. ¶ Quo ibo a spiritu tuo, &

quo a faciebus tuis fugiam? Spiritum & faciem dei nominat, vt spiritualem faciem intelligamus non corporalem: describens nullum esse locum quo possit eundo elongare se a spirituali facie dei/hoc est a presentiali conspectu dei.

Si ascendam cęlos. Declarat pręsentiam dei ex duobus extremis locis: supremo scilicet & infimo/cœlis & inferno. vt ex duobus extremis comprehendantur media: vtrobiq; enim explicatur præsentia dei. ¶ Et memēto ꝙ nota cōditionis si/repetēda in singulis verbis est. & si iacebo: & silr in sequēti versiculo.

Sumam alas. Affertur hic tertia ratio/ex eo ꝙ deus est vbiq; per potentiam: inducēdo sub metaphora ꝙ si sumam alas diluculi/hoc est si tam velociter mouebor q̃ oriens solis lux attingit totū hemisphęrium ab oriente in occidens (hoc enim significat dicendo si sumam alas diluculi) si habitabo in fine maris/hoc est in quocunq; remotissimo loco. etiam illuc manu tua/potentia tua, deduces me/quantūcunq; velociorem aurora: & apprehendes me/in quocunq; loco, dextera tua/potentia tua. ¶ Vbi aduertere potes sub metaphora hois volantis tam velociter sicut lux oriens/describi potentiam diuinam nō deserentem sed deducentem ipsum: et similiter sub metaphora hominis habitātis in fine maris/describi potentiam diuinam apprehendentem ipsum. Et intendit per hæc potentiam diuinam extendi ad omnia: nihilq; subterfugere posse illam.

Et dixi. Post tres allatas rōnes ad ostendendū ꝙ deus cuncta dauidis cognoscit, subiungit modo obiectio vulgaris. Et dixi/& cogitaui apud me. tm̄ obscuritas obscurabit me. Humano more de dei visione loquit. quia enim hoīes nō vidēt ea quę in tenebris sunt & fiunt, vulgaris cogitatio obiicitur ꝙ ex quo deus videt oīa vt dictum est/ꝙ hoc intelligat de omnibus quæ sunt in lumine: ita ꝙ ea quæ sunt in tenebris remaneāt exempta a visione dei. Hæc enim obiectio significatur dicendo. Tantum obscuritas obscurabit me/ne videar a deo, & nox lux pro me: hoc est & cōsequenter nox in qua non videbor a deo erit lux pro me/erit loco lucis pro delectationibus meis: pro quāto erit tempus sine arbitro diuino oculo prosequendi cuncta delectabilia. Hęc est obiectio. ¶ Sequitur confutatio obiectionis. Etiam obscuritas nō obscurabit a te/deo ea quę fiūt in obscuro. Et hoc directe cōtra illud/obscuritas obscurabit me. Et nox sicut dies lucebit: hoc est & tempus nocturnū respectu visionis diuinę lucebit sicut dies, quo ad hoc ꝙ ita vidētur ea quæ sunt & fiunt in nocte sicut ea quæ sunt & fiunt in die. & hoc directe cōtra illud & nox lux ꝓ me. Sicut obscuritas sicut lux: hoc est nulla est differētia respectu diuinę visionis inter obscuritatem & lucem, sed sicut obscuritas ita lux/& sicut lux ita obscuritas.

Quoniā tu acquisisti. Confutando obiectionem/dixit propheta deū ita videre in obscuro sicut in luce. Et qm̄ vulgaribus satisfacere intendit, affert eis testimonium ex operibus dei quæ facit in locis obscuris: scilicet in materno vtero formando prolem. Ita ꝙ ex hoc ꝙ deus operatur tam mirabile opificium formatione corporis humani/cum tot distinctis membris &c̄. declarat ꝙ deus videt in obscuro. ¶ Et inchoat a renibus. Quoniam tu acquisisti renes meos. Coniunctio quoniā/rationem reddit cōfutationis dictę: scilicet ꝙ deus videt in obscuro. Per renes intellige interna membra: inter quæ renes magis absconditi sunt. cor tamē est primum membrum quod format. Acquisisti. Formationem acquisitionē appellauit: eo ꝙ velut lucrum ex materiali potentia seminū seu sanguinis acquisitū est. Operuisti me/carnibus & pelle, in vtero matris meæ/in loco obscuro.

Confitebor te. Nota diligentissime hunc textum & significationem eius. Intendit explicare duas excellentes hoīs conditiones. Alteram corporis: alteram aīę. Corporis quidem ꝙ factus est rectę staturę. Hanc enim solus homo habet: pronaq; quū spectent aīalia cętera terram, os homini sublime dedit. Et hanc describit per hoc ꝙ homo factus est mirabilis cūctis animalibus quantūcunq; terribilibus. leones enim & omnia animalia admirant seu admirādi occasionē habēt hoīem rectę staturę. ¶ Cōditio vero aīę est/ꝙ sola aīa hoīs est intellectiua. Et hæc describitur in litera per hoc ꝙ anima dicitur valde sciens. aīę siquidem aliorū aīalium parum sciunt: dum solis imaginationibus & memoriis sensibusq; aliquid nouerūt. aīa autem hoīs est valde sciēs: quoniam ad supremum cognoscendi gradum (hoc est ad intelligendum) pertingit. nullus est enim altior in toto vniuerso gradus gradu intellectiuo: in quo tamē maxima est latitudo. Hęc duo quę deus in materno vtero homini dat, propheta non explicat sicut reliqua antecedentia & sequētia/sed apponendo officium laudandi deū: ad denotandū reliq̃s enumeratas & enumerandas conditiones in vtero materno factas/cōes esse nobis & aliis aīalibus, has aūt duas ꝓpnas esse homini/& prærogatiuas singulares. & ꝓpterea dicit confitebor te/confessione laudis. ¶ Ordinato literam sic. Confitebor te ꝓpterea ꝙ separatus sum/factus sum mirabilis, terribilibus/hoc est aīalibus quantūcunq; terribilibus ꝓpter staturā rectam: & aīa mea sciens valde/hoc est intellectiua, supple confitebitur separata opera tua. Sola enim intellectiua aīa scrutat opa dei mirabilia & laudat illa. ¶ Vbi si diligenter aduertas, officiū aīę intellectiuę ponit laudare mirabilia opera dei: tanq̃ ad hoc hoī data sit vt laudet mirabilia opera dei. Sicut staturam corporis rectā describit a supremo: dū describit ab admirabilitate reliquis quantūcunq; terribilibus.

Non fuit occultatum os meum a te. Prosequitur opificium dei in vtero quo ad ossa. Qui factus sum in abscondito, acu pictus sum in inferioribus terræ. Non sufficit dauidi dicere res quæ fiunt

in obscuro, nisi etiam explicet se factum in abscondito. Et ne per singula moretur, describit se organizatum in abscondito in inferioribus terrae: hoc est in intimis latebris materiae terrestris existentis in abscondito vteri, ad similitudinem eorum quae fierent in infimis visceribus terrae. Significantius autem se organizatum appellat acupictum: ad explicandũ subtilitatem artificii egentis multo lumine. vt magis ostendat deum in obscuritate, in tenebris operari artificiosissime sicut operantur acupictores. ¶ Scito ꝙ dictio hebraica interpretata acupictus interpretanda esset rechamatus, si sicut in vulgari ita in latina lingua haberemus.

Informe meũ viderũt oculi tui. Hactenus descripsit opificium dei in vtero, inchoando a renibus: modo ad priorem materiam extendit dei visionem, dicendo. Informe meum, hoc est embryonem: hoc est materiam meam anteq̃ esset formata in membrum aliquod.

Et sup libro tuo. Prosequitur hic dauid complementũ diuinae notitię respectu sui. Hactenus siquidẽ totum se cognitum (tum narrando res cognitas, tũ afferendo rõnes cognitionis, tum confutãdo obiectionem tenebrarũ) manifestauit. vnum supererat: scilicet declarare ꝙ deus nouit oẽs & singulos dies durationis dauidis. Et hoc est quod nũc declarat: dicendo nõ solum notos sed scriptos apud deũ singulos, ita ꝙ nec vnus ꝑtermissus est nõ scriptus. ¶ Ordina sic literam. Et super libro tuo dies formati sunt: oẽs ipsi, dies, scribenẽ: & non vnus, dies, in eis, diebus relinqueẽ non scriptus: hoc est nec vnus relinquetur non scriptus. ¶ Liber metaphorice in deo dicitur notitia firma, ad similitudinem librorum retinentiũ firmiter scripta. Vnde firma apud deũ notitia dierum nostrorum, liber dei vocatur. Et appellanẽ dies in libro dei formati, hoc est nõ informes: quia sunt noti plene ſm oẽm quam sortituri sunt formam. Et dicitur ꝙ oẽs ipsi (hoc est singuli) scribenẽ. Et hoc ne putares scriptum vnum mensem vel vnum annum, & nõ singulos dies mensis & singulos dies anni. Et quod dicitur de diebus, itellige de horis, & de quibuscũꝙ minimis mensuris temporis: qrũ idem est iudicium. Intendit enim propheta dicere ꝙ in libro diuino scripta sunt singula momenta tẽporis vitę nostrę, ita ꝙ nec vnum minimum relinquiẽ non scriptum. Et futurum scribentur, refertur ad pręteritum formati sunt. ſm enim rem & scriptio & formatio fuit ab aeterno. Et quũ oĩa sint deo firmissime nota, soli tñ dies memoranẽ scripti in libro dei: quia dies sunt res nõ firmabiles imo nec existẽtes nisi in instanti. nihil nanꝙ est vnq̃ diei, mensis aut anni nisi instans. Ad significandum enim ꝙ dies omnes praeteriti & futuri, q̃uis in se non sint, in diuina notitia retinenẽ firmiter, descripsit propheta dies scriptos in libro dei.

Et mihi q̃z chari. Expedita declaratiõe diuinę notitię de rebus quae sunt dauidis, tractatur hic diuina notitia de bonis affectibus dauidis (iustificando actiones proprias coram deo) tali ordine. Primo dicit se amicum amicorum dei. Et mihi, dauidi, q̃ chari, q̃ preciosi, facti sunt socii tui deus. Socios dei appellat oẽs qui partes dei sequuntur: ac per hoc oẽs iustos & ea quę dei sunt quaerentes. Q̃z roborata sunt capita eorum, scilicet sociorum tuorum: hoc est socios tuos valde charos habui, & eorum capita, primates, multum roboraui, potentes feci. Optime regis partes describuntur magnipẽdere iustos propter deum, & primates iustorum efficere potentes.

Dinumerabo eos. Signum seu effectus magnifaciendi iustos, subiungitur multiplicatio iustorũ. Et est subintelligenda coniunctio. Ita ꝙ sensus & ordo literae est. Et mihi q̃ chari, q̃ roborata, ꝙ dinumerabo eos & super arenã multiplicabunẽ. ex hoc ꝙ sunt mihi chari & potentes efficio iustos, sequiẽ ꝙ multiplicabunẽ iusti plus q̃ arena. Et vere sic est: qrũ vbi fortes honorantur, ibi multiplicantur fortes: & vbi docti honoranẽ, ibi multiplicanẽ docti. et similiter vbi iusti honoranẽ, ibi multiplicanẽ iusti.

Expgefactus sum. Secundo describit se esse cũ deo. ¶ Vbi aduerte ꝙ quia peccauerat crimine adulterii & homicidii, non dicit absolute deo, ego tecum: sed meminit criminis sui sub specie somnii, & diuinę excitationis ad poenitẽtiam tanq̃ excitationis a somno, dicẽs. Expergefactus sum, a somno peccati: & adhuc, vsꝙ modo nescio quid futurũ sit, ego tecũ, sum: tecum volo, tecum amo &c̃.

Si occides deus impium. Tertio fatetur se alienum ab inimicis dei. Vbi oportet notare & ĩtentionẽ & ordinationem literae. Intentio dauidis est declarare seipsum respectu iniustorum, velut e regione ad descriptum seipsum respectu sociorum dei. Dixerat enim ꝙ illi sunt sibi q̃ chari, & ꝙ propterea multiplicabunẽ. intendit modo dicere ꝙ iniustos viros sanguinum expellet a se: ita ꝙ laudabunt oẽs deum q̃ modo putant me exaltare viros sanguinum. Et qrũ nõ assertiue sed conditionaliter & satis obscure hęc in litera significantur, scito rõnem conditionalis sermonis esse historiam ioab. Lege secundum librum regum: & inuenies ioab valde inique & proditorie occidisse duos principes, abner & amasa. & post occisum abner, exaltatum fuisse in principẽ militię: quia primus ascendit arcẽ sion. Post occisum quoꝙ amasa, remansisse principem supremũ: nec vnq̃ punitum fuisse a dauide toto tẽpore vitae dauidis. Propter quod hoĩes nescientes cor dauidis desiderantis punire illum, occasionem habebant detrahẽdi dauidi, aut saltem cogitãdi ꝙ ipse exaltaret viros sanguinum: ac per hoc inimicos dei. Quia itaꝙ dauid facto non eiiciebat ioab a se, sed desiderabat illum punire, ideo sub cõditione eiectionem a se virorum sanguinis describit. ¶ Et ordinãda est sic litera. Et viri sanguinum recedite a me (contra id enim quod dixerat & mihi q̃ chari socii &c̃. modo dicit & viri sanguinum, hoc est effusores sanguinum inique,

recedite a me)si occides deus impiũ/ioab:hoc est tũc quod in corde habeo manifestare potero(scilicet
viri sanguinũ recedite a me)si tu deus occides impiũ ioab.Acsi aperte diceret.Q̃diu viuit ioab,nõ pos
sum dicere vniuersaliter/viri sanguinum declinate a me:quia habeo semper ioab mecum virum san/
guinum.Et latet sub hoc loquendi modo excusatio dauidis:ꝙ scilicet non poterat illum punire. Latet
autem in hoc ꝙ cõditionem refert in deum:tanq̃ non sit hoc in facultate dauidis. Si quæris cãm excu
sationis,assignatur nouitas regni.periculosum siquidem fuisset dauidi occidere ioab principẽ militiæ:
tum ꝓpter sequaces ioab:tum quia idigebat eo ad stabilitionẽ regni.vnde distulit puniendũ a salomo
ne,postq̃ firmatũ stabilitũq; fuit regnũ:& ioab iã senex emeritus/sine piculo occidi poterat.

Q̃z dicent te.Describitur effectus secuturus eiectionem virorum sanguinum:sicut superius descripsit
effectum secuturum magnipensionem iustorum. Ita ꝙ sicut superius dixerat ꝙ dinumerabo eos &c̃.
ita modo dicit. Q̃z/eiiciente me viros sanguinum,dicent te/prædicabunt te deus,cogitationi qua ele/
uauerunt frustra inimicos tuos:hoc est in cogitatione seu loco cogitationis qua eleuatos dixerunt seu
putarunt frustra a me inimicos tuos/ioab &c̃.frustra inquã nescientes cor meum.

Nõne odientes te dñe. Quarto describit se inimicum inimicorum dei.Describit autem tum ex par/
te dei.tum ex manifestis operibus probando dispositionem sui animi prius dictam erga deiectionem
ioab.Poterat enim aliquis dicere ꝙ tu dicis animum contrarium facto.& propterea intendit probare
animum suum inimicum esse iniustis.¶ Primo ex parte dei.nõne odientes te odiam? Impossibile est ve
re amare deum & non odio habere odientes deum:quum amor dei inferat necessario odium contrarii.
Et propterea dauid tanq̃ a manifesto amore suo erga deum,probat veritatẽ odii sui erga viros sangui/
num.Nonne odientes te domine odiam/perseueranti odio prosequar? Tanq̃ diceret. incõpossibile est
amori meo erga te ꝙ non odiam eos.Et in insurgentes tuos certabo? Quasi dicat sic:ꝙ intus odiam &
exterius certabo contra insurgentes tuos .i.contra te.¶ Terminatione odii odiui illos. Probat idem ex
factis.Legitur siquidem plures dauidem extremis suppliciis iniquos damnasse:vt patet de adolescen/
te qui dixit se interfecisse saulem:& de iterfectoribus isboseth filii saulis.Et propterea dicit . terminatio/
ne odii odiui illos.Terminatio odii aut vltimũ supplicium est,aut summitas odii intelligitur.Sed re/
bus gestis magis quadrat vltimum supplicium.odiuit enim eos dauid terminatione odii/hoc est mor
te plectendo eos.

Inimicis fuerunt mihi.Ad genus impiorum hoc refertur.Et significat ꝙ quia huiusmodi iniquos
puniui,ideo genus impiorum inimicum se exhibet mihi.

Inuestiga me deus. Tractatur hic illa particula/inuestigasti me:veracitatẽ animi sui describendo.In/
uestiga me deus/ad similitudinem inuestigantis scrutare me,& cognosce cor meum/voluntatem meã:
proba me/ad similitudinem probantis & experimentum sumentis discute me,& cognosce cogitatio/
nes meas.¶ Et vide/cognitis cogitationibus,si via derisionis in me/supple est. Via derisionis vocaẽ fi/
ctio/simulatio qua vnum verbo vel facto monstraẽ & aliud corde retinetur.Via derisionis est docere &
non facere:punire malos/benefacere iustis,& tamen intus nec iustos magnipendere nec iniustos par/
uipendere.Et intendit deum in testem suę veracitatis adducere.Acsi diceret.quantuncunq; inquirar in
affectibus & cogitationibus meis,veraciter inueniar recti animi.¶ Et deduc me in via seculi:hoc est &
in via residui temporis mei deduc me.vt qui modo sum bene dispositus/non aberrem in hoc residuo,
sed tu deduc me:te enim duce recte progrediar vsq; ad finem.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Victori canticum dauid. CXXXIX.

ERipe me dñe ab homine malo:a uiro iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates in corde:tota die constituebant prẹlia.
Acuerunt linguã suam sicut serpentes:uenenum aspidum sub labiis eorũ.
Custodi me dñe de manu peccatoris:ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerũt supplãtare gressus meos:absċõderũt supbi laqueũ mihi.
Et funes extenderunt in laqueum:iuxta iter scandalum posuerunt mihi.
Dixi domino.deus meus es tu,exaudi dñe uocem deprẹcationis meę.
Domine domine uirtus salutis meę:obumbrasti super caput meum in die belli.
Ne tradas me domine a desiderio meo peccatori:cogitauerunt contra me, ne derelin/
quas me ne forte exaltentur.
Caput circũitus eorum:labor labiorum ipsorum operiet eos.
Cadent super eos carbones,in ignem deiicies eos:in miseriis non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in terra:uirum iniustum mala capient in interitu.

Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis:& uindictam pauperum.
Verūtamen iusti confitebuntur nomini tuo:& habitabūt recti cum uultu tuo.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶ Vincenti psalmus dauidi. CXL.

1 Propheta. ERipe me domine ab homine malo:a uiro iniquitatum custodies me.
2 Qui cogitauerunt malicias in corde:tota die congregabunt prelia.
3 Exacuerunt linguam suā quasi serpens:uenenū aspidis sub labiis eorum. Selah.
4 Custodi me domine de manibus impii, a uiro iniquitatum custodies me:qui cogitaue
runt impellere gressus meos.
5 Absconderunt superbi laqueum mihi,& funes extenderunt reti:iuxta semitam offen
dicula posuerunt mihi. Selah.
6 Dixi dño deus meus tu,ausculta domine uocem deprecationum mearum.
7 Deus domine † fortitudo salutis meæ:operuisti caput meum † in die armorum. † dñi mei † capid meo
8 Ne da dñe desideria impii,cogitationem eius ne fac effundere: (nō vel quia) eleuabunt. Selah.
9 Caput circundantium me (ficerit) :labor labiorum eius operiet ipsum.
10 Mouebunt sup eos prunę in igne:cadere faciet eos in foueas, (et) non consurgent.
11 Vir linguę nō firmabit in terra:uir iniquitatis (erit sic) ,malū uenabitur eum ad impulsiones.
12 Sciui ꝙ faciet dñs ius pauperis:iudicium mendicorum.
13 (quia) Tantum iusti confitebuntur noi tuo:sedebunt recti cum faciebus tuis.

TItulus est. Vincenti psalmus dauidi. De quo vt supra.
¶ Materia psalmi est supplicatio dauidis profugi a facie saulis,adiuncta punitione ipsius saulis. Facile siquidem prima pars psalmi prę se fert historiā persecutionis illius:vltima vero vindictam diuinam quę postea subsecuta est describit. ℣ Vbi etiam aduerte ꝙ apostolus ad ro.3.ex hoc psalmo induxit illa verba,venenum aspidum sub labiis eorum.addens ꝙ intelliguntur de iudęis qui sub lege erant. Dico autem hoc:ad notandū ꝙ ex autoritate pauli apostoli nihil aliud habet de materia huius psalmi,nisi ꝙ de iudęis loquitur:quod quadrat dictę materiæ.

¶SVMMARIVM EST.

¶ Dauid in persecutione a saule,recurrit ad deum:exponēs qualis est saul cum suis complicibus,qualiaq; sunt pericula a quibus petit se custodiri,necnon qualis fuit ipse inter hæc. Et demum prophetat saulis poenam a deo infligendam,& quare.
¶ Persona loquens propheta est.

ERipe me dñe. Diuiditur psalmus in partes duas: ppositiuam materię,& executiuam,ibi qui cogitauerunt. ¶ Proponit duo:liberationem & custodiam. Constitutus in persecutione saulis supplicat pro liberatione. Eripe me domine ab hoie malo,malę voluntatis,saule scilicet:a viro iniquitatū, saule abundante iniquitatibus exterioribus, custodies me. Assertiue dicit futuram custodiam & nihilominus precatur liberationem, vt vtrunq; insinuet:scilicet & diuinam gratiam supplicando,& certitudinem spei ex diuina reuelatione asserendo.
¶ Qui cogitauerūt. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractat illa particula,ab hoie malo a viro iniquitatū. Secūdo illa,custodies,ibi custodies me. Tertio illa,me,ibi dixi dño. Quarto illa,eripe, ibi caput circūdātiū. ¶ Describit itaq; hoiem malū & virū iniquitatū saulē, primo quo ad malignitatē internā. Qui cogitauerūt malicias in corde. Transit a numero singulari ad pluralem:quia saul nō erat solus cōtra dauidē,sed multos habebat cōplices,quorū ipse erat caput. Et ideo pluraliter describit. Malicias cogitatas cōtra dauidē habes.1.reg.18. Tota die cōgregabūt ꝑlia:hoc est indefesse dāt operā ad debellandum me. Et futurū congregabunt,respicit præteritum cogitauerunt.
Exacuerunt linguā suā quasi serpens. In acumine linguę vim penetratiuam sermonis eorū intellige. Similitudo aūt ad serpentis linguā est:ꝙ sicut serpens extrahendo linguā,valde acutā extendit,ita isti extēdūt sermones suos acuēdo ad penetrādū corda audiētiū,ad penetrādū negocia. ℣ Venenū aspidis sub labiis eorū. Non sufficit vis penetratiua,sed adiūgitur venenum:vt significetur vis lęsiua,non qualitercunq; sed ad mortem sicut venenum aspidis, cui (vt vult aristoteles) nullum remedium est.

Lege historiam.1.regum:& inuenies veritatem tam indefessę dispositionis ad debellandum dauidem: q̄ verborum acutorum & venenosorum contra dauidem:vt patet de verbis ipsius saulis ad suos vt occiderent dauidem:& de verbis doeg idumęi/& verbis ziphęorum/& aliorum qui dicebant sauli q̄ dauid erat ipsius inimicus.

Custodi me. Descripto saule ex malis cogitationibus/locutionibus & p̄parationibus operum,tractat modo illam particulam/custodies. Tractat aūt supplicando,vt a dei gratia recognoscere se custodiam significet. De manibus impij/de operibus exterioribus saulis impij:a viro iniquitatum custodies me. Repetit impietatem & iniquitatem saulis:ad significandam magnitudinem periculi ex accumulata iniquitate exteriori & impietate interiori. Et assertiue subiūgit custodies/ p̄pter certitudinem reuelationis. ¶ Qui cogitauerūt impellere. Quattuor periculorū genera explicat. Primum per modum impulsionis(quo scilicet impellitur gradiens ad cadendum)dicendo.qui cogitauerūt īpellere gressus meos. Et hic impulsus ad literam fuit quoniam autore saule curiales suadebant dauidi vt esset gener regis:& vt centum p̄putia philistinorū daret regi:& breuiter quū saul mittebat ip̄m ad bellū vt occideretur a philistęis. Hmōi enim impulsus latebat in cogitatione suadētium & mittētium.& p̄pterea dicitur qui cogitauerunt. Et dauid officium suū agebat.& p̄pterea dicitur gressus meos.

Absconderunt supbi laqueum mihi/ad capiendū me. Hoc ad literam verificatur in custodia nocturna apposita circum domum dauidis vt mane interficeretur. Et appellatur hæc custodia laqueus absconditus:quoniam nesciebat dauid domi existens appositam custodiam,sed michol vxor ipsius ei significauit. Et describitur laqueus hic a superbis/hoc est ab excellētibus(a rege scilicet saule)& etiam a vitio superbię motis.tota enim ratio vt saul persequeretur dauidem fuit superbia status saulis. ¶ Et funes extēderūt reti. Tertium periculum ad capiendum dauidem/describitur ad similitudinem extensionis retis velut ad capiendum aues seu pisces. Et verificatur hoc de retibus exercitus pluries extensi ad capiendum dauidem. ¶ Iuxta semitam offendicula posuerunt mihi. Quartum periculū describitur per modum impactionis in offendiculū.quod fit & ad casum offendentis/& capiendum post casum. Et verificantur hęc plura offendicula in ziphęis & i ceila. Vtriq̄.n.legūtur ip̄m tradituri fuisse in manus saulis: quū tñ in vtrisq̄ hēret rōnem confidendi dauid. In ziphęis quidem tanq̄ cōtribulibus:in ceilitis autem ratione beneficii. Et in vtrisq̄ tanq̄ in offendiculis parum abfuit quin caperetur.

Dixi dn̄o. Descriptis tam persecutionibus q̄ periculis/describit modo seipsum:tractando illam particulam me. E regione itaq̄ ad saulem describit qualis ipse fuit inter has angustias:narrans duo sua officia. Dixi dn̄o/iter hæc recursum habui ad deum duobus officiis. Alterum est recognitionis.deus meus tu. Alterum supplicationis.ausculta domine vocem deprecationum mearum. Nō dixit deprecationis meę,sed pluraliter deprecationū mearū:vt repetitas preces significaret. ¶ Deus domine fortitudo salutis meæ,operuisti caput meū in die armorū. Declarat p̄mū officium,gratias agendo pro præteritis beneficiis.tum in duello cū goliath.tū in diuersis congressibus cū philistęis. Et propterea appellat deū fortitudinē salutis suę:q̄a fuit fortitudo eius cōtra hostes. Et dicit metaphorice deū operuisse caput suū/ hoc est ad similitudinē p̄tegētis & fouētis saluasse vitā suā,in die armorū/quando armis certatū est.

Ne da dn̄e. Exequitur secūdū offm̄ explicādo p̄ces suas. Ne da dn̄e desideria impij/saulis adimpleri/quibus desiderat mortē meā:cogitationē suā/de interitu meo,ne fac effundere/ip̄m:hoc est ne fac q̄ effundat saul cogitationē suā in occisionē mei itentā.eleuabunt. Defectiua est locutio.& supplēda vel repetitiōe negationis iā bis p̄positę.vt sit sensus/nō eleuent sup me.& sic cōtinuatur supplicatio. Vel subintelligendo coniunctionem causalē/quia eleuabunt. Et sic redditur ratio precum:quia sequetur hoc inconueniēs q̄ tā mali & iniqui eleuabunt/te non exaudiente preces meas.

Caput circundantium me. Declaratis persecutoribus/periculis & qualitate dauidis,subiungitur sententia punitura saulem. Et sic tractatur illa particula/eripe me dn̄e/tractādo mortē saulis,quæ fuit liberatio dauidis. ¶ Describitur itaq̄ ipse saul sub noie capitis circundātiū dauidem.cōstat enim ipsum fuisse caput eorū. Et est locutio defectiua:subintelligitur enim incidet in hæc infrascripta. prophetat siquidem dauid saulis mortē:inchoans a primo mortis demerito. ¶ Labor labiorū eius operiet ip̄m. Crimen consultationis demonū per pythonissam appellat labor labiorū:quia ex labore labiorum(hoc est ex velut fatigatis labiis consultando dominum nō respōdentem sauli)causata est cōsultatio per pythonissam. Vel quia laborauit saul persuadēdo pythonissę vt diuinaret sibi in pythone.recusabat enim mulier timens mori:vt patet in historia.1.regum. Vnde & subditur.operiet eum/multitudine philistinorum: quia vt dicitur.1.paralí.10.propter hoc crimen mortuus fuit saul. ¶ Posset nihilominus intelligi per laborem labiorum eius/crimen crudelis sacrilegii in cęde tot sacerdotum,descriptum a labore labiorū: quia saul velut laborans/destitutum se conquestus est coram suis quando ad hoc crimen processit: vt patet.1.reg.22.& q̄ p̄pterea occisus est a philistęis propheta modo explicet.

Mouebuntur super eos prunę. Ad literam/saulis & filiorum corpora combusta fuerunt:vt patet.1.reg.vltimo. Et propterea prophetatur. Mouebuntur super eos prunæ in igne; cadere faciet eos in foueas,non consurgent. Perfectio cōbustionis cadauerū describitur/per hoc q̄ super eos in igne positos

mouebuntur prunę:vt sub et supra citius comburantur abundantibus prunis:quia in nemore iabes cōbusti sunt. Casus aūt in foueas metaphoricę est locutionis/ad similitudinē cadentiū in foueas ita φ nō possint inde surgere:qa ad literam describit eorꝝ mors:quæ est tanq̃ casus in foueam a qua nō pōt homo consurgere. Et est ordo pręposterus:quia prius describitur cōbustio cadauerum/& deinde mors.

Vir linguę non firmabitur in terra. Pena deiectionis a regno adiungitur:ita φ vltra mortem & cōbusta corpa/destitutionem domus suæ a successione regni saul incurrit. Et propterea dicit. Vir linguę/ saul tā dolosę linguę,nō firmabit in terra/in regno:vt rei ꝓbauit euētus. Statim.n.debilitatum & diminutū fuit regnū filii eius:& infra breuissimū tēpus extinctū. Propter quod & subdit. Vir iniqtatis, malū venabit eū:hoc est vir iniqtatis saul/talis est φ malū venabit eū ad impulsiones. Metaphora est,sumpta ab aiali fugiēte venatores vsqadeo φ ad rupem deueniēs ruit ꝓceps. Simili siqdem modo describit malū tanq̃ venatorē:& saulē seu virū iniqtatis tanq̃ insecutione vexatū a malo ad impulsiones/ad loca ruendi. Vere siquidē domū saulis post eius mortem mala sic inuaserunt/vt tanq̃ venatores insequerentur illam vsq; ad ruinam.nam vt dicitur.2.reg.3.domus saul quotidie decrescebat.

Sciui φ faciet dñs. Prophetata morte saulis & destitutione domus eius,subiungit dauid φ ipse sciuit deū facturū ius pauperū:quia tm̄ iusti habitabūt cū faciebus dei. Et potest hoc dupliciter intelligi. Primo vt sit sermo de scia in genere. Et tūc est sensus φ sciui/ex deuteronomio,φ deus reddit ius pauperibus oppressis ab iniquis:qa solis iustis promissa est terra promissionis ad laudandū nomen dei & qescendū coram eo. Et iuxta hunc sensum verissimum(vtpote fundatum in deutero.)fatetur dauid se sciuisse rationem in genere eorū quę adimplenda sunt in saule:quia saul oppresserat dauidem cū suis pauperibus viris iustis. ¶ Secūdo vt sit sermo de scia in specie circa adimplēda in saule & in seipso dauide. Et iuxta hūc sensum rñdet dauid tacitę qōni quęrētiū/quid scis tu de istis quæ prophetasti? Respōdet enim sciui/proculdubio deo reuelante,φ faciet dominus ius pauperis/hoc est mei pauperis oppressi:iudicium mendicorum.non solum mihi faciet ius,sed etiam faciet iudicium mendicorum:hoc est meorum qui coacti sunt mendicare/hoc est miseram vitam ducere more mēdicorum. Hoc enim iudicium factum est in morte saulis:& ius dauidis factum est inchoatiue in morte saulis,perfecte autem in assecutione totius regni israel ei promissi a deo.

Tantum iusti. Ratio & finis vtriusq; quod sciui,est quia tantum iusti confitebuntur nomini tuo: hoc est quia solos iustos elegisti ad laudandum nomen tuum.quales non erant saul & sui:sed sum ego & mei. Hoc enim subintelligi vult:sed ad vitandam iactantiam non explicat. Sedebunt/quiescēt,tantum recti cum faciebus tuis:hoc est in terra promissionis,quā velut ꝓsentia faciei tuæ dignificas. Et dixit hoc:quia sciuit se electum a deo vt iustum ad laudandum ipsum,& ad quiescendum in regno tanq̃ coram facie dei/refutato saule inobediente & iniusto. Amen.

¶VVLGATA EDITIO. ¶Canticum dauid. CXL.

Domine clamaui ad te exaudi me:intende uoci meę quū clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo : eleuatio manuū mearum sacrificium uespertinum.
Pone domine custodiam ori meo:& ostium circunstantię labiis meis.
Nō declies cor meū i uerba malicię:ad excusandas excusatiōes i peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem:& non communicabo cum electis eorum.
Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me : oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Q̃m adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum:absorpti sūt iuncti petrę iudices eoꝝ.
Audient uerba mea quoniam potuerunt:sicut crassitudo terrę erupta est super terram.
Dissipata sunt ossa nostra secus infernum:quia ad te domine domine oculi mei, in te speraui non auferas animam meam.
Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi:& a scandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius peccatores:singulariter sum ego donec transeam.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Psalmus dauidi. CXLI.

[... dicendo] [modo] [nouū]
1 Propheta. Domie uocaui te, festia ad me†: ausculta uocē meā i uocat meo ad te‡. † mihi
[noue petitio mea] [tanq̃] [tanq̃] ‡ tibi
2 Diriget oro mea icēsū facieb9 tuis:eleuatio palmaꝝ meaꝝ mun9 uespi.

3 Pone domine custodiam ori meo: custodi super eleuationem labiorum meorum.

†rei malę 4 Ne declina cor meum in rem malam†, ad operandum operationes in impietate cum ui
ris operantibus iniquitatis: & non comedam in suauitatibus eorum.

non fugio correctioně sed / quo vnctus sum a samuele
5 Castigabit me iustus gratia & reprehendet me: oleum capitis non prohibebit caput
a submissione / affuerunt
meum, quia opus & oratio mea in maliciis eorum.

spelunce / saul / saulę sui
6 Derelicti sunt in manibus petrę iudices eorum: & audierunt dicta mea, quoniã dulci-
ficata sunt.

persuasi meis / e tanq̃ / robore / spelunce
†ori 7 Sicut diuidẽs & scindens in terra: dispersa sunt ossa nostra ad os† fouee.

dicendo
†dñi mei 8 Quia ad te deus dñe† oculi mei: in te speraui, ne euacua animam meam.

et / quem
9 Custodi me a manibus laquei abscõderũt mihi: & offendiculis operãtiũ iniquitatẽ.

ideo / saul e sui / cum meis / ad philisteos
10 Incident in retia sua impii: simul ego donec transibo.

TItulus est. Psalmus dauidi. De quo vt supra.

ℭ Materia psalmi est transitus dauidis ad philisteos, scriptus. 1. reg. 27. quando. s. post tot euasiones a persecutione saulis dixit in corde suo. aliquando incidam vna die in manus saul: nonne melius est vt fugiam & saluer in terra philisthinorum? Quod enim sit hic sermo de dauide, titulus psalmi testatur. Quod vero persecutio saulis tangatur, apparet ex penultimo versiculo. custodi me a manibus laquei absconderunt mihi, & offendiculis operantium iniquitatem. Haec enim spectare ad persecutionem illam, & historia testatur, & immediate precedens psalmus: in quo persecutio saulis eisdem verbis descripta est. Quod autem de transitu dauidis ad philisteos sit sermo, vltimus versiculus testatur. in quo prophetatur casus persecutorum eius durante transitu ipsius ad philisteos: vt rerum gestarum probauit euentus. Attestatur & huic materię consonantia omnium quae in progressu psalmi dicuntur: vt exponẽdo patefiet. Est itaq; ad literam materia psalmi, dauidis volentis cum suis omnibus fugere ad terram philisthinorum recursus ad deum, vt seruet ipsum a peccando in terra idolatrarum: recensendo rationabiles causas suę fugę.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Dauid profugus a facie saul transiturus cum suis ad philisteos, petit a deo vt ibi non solum orationem suam dirigat sed custodiat a peccatis linguę, cordis, operis, & cibi. Iustificatq; transitum suum quod non fugit castigari a iusto: vtpote qui sustinuit tandiu malicias eorum, animo orante, & opere parcendo vitę saulis.

ℭ Persona loquens propheta est.

DOmine vocaui te. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiae, & executiuam, ibi dirigetur oratio. ℭ Proponit duo. Alterum est. Domine vocaui te, festina ad me. Et intẽdit quod vocaui recurrendo continue ad te deus in terra israel persequente me saule, vt festinares ad liberandũ me: & non sum adhuc liberatus, & sum in periculo incidendi in manus saulis. Alterum est. ausculta vocem meam in vocare meo ad te: hoc est nouam petitionem porrigo transiturus ad terram philisthinorum.

ℭ Dirigetur oratio. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, ausculta vocem meam in vocare meo ad te. Secundo illa, domine vocaui te festina ad me, ibi castigabit. ℭ Explicatur itaq; noua vox dauidis ad deum quattuor petitionibus pro necessariis ei in terra idolatrarum. Transiturus siquidem ad philisteos, petit a deo quattuor subiuncta. Primum est vt sit grata deo sua oratio. Sciebat enim terram promissionis datam sibi & aliis filiis israel ad colendum in ea deum: & propterea in ea offerebatur quotidie vnus agnus mane & alter vesperi. Et ideo recedens a terra israel, sollicitus erat vt oratio sua ibi futura esset grata deo sicut sacrificium quod offerebatur in domo domini. Dirigetur inquit oratio mea, in terra philisthinorum, incensum, hoc est loco incensi, seu tanq̃ incẽsum, faciebus tuis, hoc est coram te. Et intendit per incensum thymiama, quod (vt apostolus ad hebr. 9. dicit) sacerdotes sacrificiorum officia consummantes, incendebant in prima parte tabernaculi. sacrificium enim offerebatur sub diuo extra tabernaculum. Eleuatio palmarum mearum munus vesperi: hoc est tanq̃ sacrificium quod offertur hora vespertina. Meminit thymiamatis & sacrificii, meminit orationis quę est eleuatio mentis proportionaliter ad fumum thymiamatis, meminit eleua-

tionis manuũ quæ est velut quidam exterior cultus dei correspondendo ad sacrificium vespertinum. acsi aperte diceret. In terra philistinorum non potero tibi offerre sacrificium & thymiama: erit eleuatio mentis & eleuatio manuum loco thymiamatis & sacrificii.

Pone. Secunda petitio explicatur etiam modo depcatiuo. & est pseruatio a peccatis linguæ. timebat enim inter infideles offendere in locutione pp cõuersationẽ cũ eis. ¶ Ne declina. Tertia petitio est custodia a peccatis cordis & operis simul. Timebat. n. ne cõuersando cũ gentilibus declinaret cor suũ in opera eorũ: quos appellat oparios iniqtatis. ¶ Et nõ comedã. Quarta petitio est custodia a peccatis cõuiuiorũ: ne. s. transgrederet legem in conuiuiis gentilium, comedendo prohibita a lege, apposita in deliciis conuiuiorum. Ad hoc enim tendit petitio. & non comedam in suauitatibus eorum.

Castigabit me iustus. Tractatur hic illa particula, dñe vocaui te festina ad me: explicando recursum suũ ad deũ hactenus habitũ, a tribus. Primo a iustificatione causę suę. Secũdo ab opere. Tertio ab ipsa oratione. ¶ Declarat itaq; se hactenus vocasse deũ vt festinet se adiuuare: quia nõ fugit disciplinã, non fugit corrigi & castigari a iusto rege, sed fugit vorari ab iniquitate. Hanc. n. iustificationẽ suę causę intendit, offerendo se paratũ ad suscipiendã correctionẽ verbis & factis. Castigabit, factis, me iustus, iustitiam exercens, cũ gratia, cũ benignitate non cũ furore, vt saul quęrit seuire: & rephendet me, verbis. oleum capitis, vnctio regia qua vnctus sum a samuele in regem, non prohibebit caput meũ, a susceptione rephẽsionis & castigationis: hoc est paratus sum rephendi & castigari, ita φ promissio mihi facta de regno per samuelem non retrahet me a submittendo me rephensioni & castigationi. Et intendit ad literam φ ipse non eleuauit caput contra regem suũ saulem propter hoc φ fuit vnctus in regem a samuele, sed fuit & est paratus rephendi & castigari. Acsi aperte diceret φ non propterea fugio, sed fugio a furore iniquitatis saulis. ¶ Vnde & proponit pro ratione vt credaẽ sibi hoc. quia opus & oratio mea in maliciis eorũ. Probat iustificationem suę causę & fugę nunc dispositę ad philistęos. Quia & opus, hoc est monstraui illis facto, & oratio, & etiam oratione quo ad deum, in maliciis eorum, perseuerantibus saulis & suorum maliciis.

Derelicti sunt. Intendit declarare vtrũq;: scilicet opus & orationem. Et incipit ab opere: commemorans clementissimum opus quod monstrauit sauli in spelunca, quãdo pręcidit oram chlamydis eius, & compescuit eos qui secum erant ne occiderent saulem: vt diffuse scribitur. 1. reg. 24. Et vtitur numero plurali pro singulari. ¶ Derelicti sunt in manibus petrę. Metaphorica est locutio: vt derelicti in deserto dicantur derelicti in manibus deserti, & derelicti in naui dicãtur derelicti in manibus nauis. tanq̃ nõ habentes pręsidiũ aut adminiculum aliquod nisi id in cuius manibus dicuntur derelicti. Saul tũc ingressus speluncam ad purgandum ventrem, describitur derelictus in manibus petrę, hoc est speluncę: quoniam nullum habebat in ea pręsidium a morte si dauid voluisset eum ibi tunc occidere. Saulẽ pl'r appellat iudices eorum, vtens numero plurali pro singulari, ea ratione quia in ipso derelicto intelliguntur derelicti principes eius. occiso enim capite, facile reliqui disperguntur. ¶ Et audierũt dicta mea. Non scribit rem gestam ordinate: sed subiungit verba ipsius dauidis ad saulem postq̃ egressus de speluca ibat viam suam. Tunc enim egressus dauid clamauit post tergum saulis verbis dulcissimis, mõstrãs ei orã chlamydis in testimoniũ φ potuisset illũ occidere in spelunca. hoc enim cõmemorãdo ait. Et audierũt, dicti iudices, dicta mea, post egressum de spelũca: qm̃ dulcificata sunt, dicta mea.

Sicut diuidens. Commemorat conatũ suum in spelũca ad frangendũ animos suorũ ne insurgerent ad occidendũ saulem. Et assimilat conatũ suũ ad diuidentem & scindentem in terra: significans per hãc metaphoram difficultatem quam habuit ad persuadendum militibus suis secum in spelunca existentibus ne insurgerent ad occidendum saulem. Assimilat siquidem corda eorum terrę quo ad duriciem, & suasionem suam diuisioni & scissioni: iuxta id quod scriptum est φ confregit dauid suis sermonibus seruos suos. ¶ Dispersa sunt ossa nostra ad os foueæ. Ossa sua appellat milites suos fortes, habentes officium ossium in sustentando. Et intẽdit φ sic dispersa sunt robora nostra ad os fouęę. i. speluncę. fractos siquidem animos robustorum in spelunca vocat ossa dispersa metaphorice.

Quia ad te deus dñe. Declarato opere, declarat orationem cui vacauit tanto tẽpore. Quia ad te deus oculi mei, interni semper suspexerunt, in te speraui, non in homine, clamans ne euacua animam meã. Impletur anima sperans, quum assequitur rem speratam: & per oppositum euacuatur negando rem speratam. Et propterea orando continue ne euacua animam meam, petebat adimpleri spem suã. ¶ Custodi me. Non solum orauit pro assecutione boni, sed pro liberatione a periculis. Custodi me a manibus laquei quem absconderũt mihi, & ab offendiculis operantium iniquitatem: hoc ẽ ab insidiis vniuersis. Per laqueum enim & offendicula intendit vniuersa pericula quæ timebat a saule & suis: assimilata laqueis ad capiendum, & offendiculis ad cadendum positis.

Incident. Recẽsitis iustificationibus causę & fugę suę ad philistęos, prophetat euẽtum suę liberationis: concludens suum ad philistęos trãsitum. ¶ Incident in retia sua impii. Saul & sui in propria retia tunc inciderunt quum exclusi sunt a regno: qñquidẽ laquei & retia eorum nihil aliud erant q̃ exclusio dauidis a regno. Constat autem ex rei euentu hoc fuisse impletum. ¶ Simul ego donec transibo: hoc

eſt donec ego ſimul tranſibo. Bis ſm hiſtoriam dauid profugus iuit ad philiſteos. Semel a principio fugę ſuę. Et tūc iuit ſolus: qn̄ ſimulauit ſe fatuū &c̄. vt ſcribit. 1. reg. 21. Altera vice iuit ad philiſteos cū ſexcētis viris & vxoribus &c̄. vt ſcribitur. 1. reg. 27. Et de hac hic loqtur. Et propterea dicit. ego ſimul, hoc eſt cū tota ſocietate mea, tranſibo, ad philiſteos. Et dicit donec: quia ad literam intra illos quattuor mēſes quibus fuit apud philiſteos, ſaul & ſui occiſi ſunt & ceciderunt in ſua retia. inde enim inceperunt excludi a regno, & dauid incepit regnare. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Intellectus dauid dū eſſet in ſpelunca oratio. CXLI.

VOce mea ad dn̄m clamaui: uoce mea ad dn̄m deprecatus ſum.
Effūdo i cōſpectu eius orationē meā: tribulationē meā ante ipſū pnūcio.
In deficiendo ex me ſpiritum meum: & tu cognouiſti ſemitas meas.
In uia hac qua ambulabam: abſconderunt laqueum mihi.
Conſiderabam ad dexteram & uidebam: & non erat qui cognoſceret me.
Periit fuga a me: & non eſt qui requirat animam meam.
Clamaui ad te domine: dixi. tu es ſpes mea, portio mea in terra uiuentium.
Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis.
Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.
Educ de cuſtodia aīam meā, ad cōfitēdū noī tuo: me expectāt iuſti donec retribuas mihi.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Intelligentia dauidi, exiſtente ipſo in ſpelunca oratio. CXLII.

1 Propheta. VOce mea ad dn̄m clamabo: uoce mea ad dn̄m deprecabor.
2 Effundā corā eo eloquiū meum: anguſtiā meā facieb9 ei9 annūciabo.
3 Collabēte ſuper me ſpiritu meo, & tu noſti ſemitam meam: in uia hac (qua) ambulabo abſconderunt laqueum mihi.
4 (o dn̄e) Reſpice dexteram & uide: & (inuenies q) non mihi (eſt) noſcens, (e) periit refugium a me, (e) nō (eſt) requirens animam meam.
5 Clamaui ad te domine: dixi. tu (es) ſpes mea, pars mea in terra uiuorum.
6 Auſculta ad clamorem meum, quoniā arui ualde: libera me a perſecutoribus meis, quoniam corroborati ſunt ſuper me.
7 Fac exire de occluſione animam meam ad confitendum nomen tuum: (quia) in me coronabuntur iuſti quando retribues ſuper me.

TItulus eſt. Intelligentia dauidi, exiſtente ipſo in ſpelunca oratio. ¶ Vbi aduerte primo q dauid legitur fuiſſe in duplici ſpelunca: ſcilicet in ſpelūca engadi. 1. reg. 24. quādo pręcidit oram chlamydis ſaulis. & in ſpelunca odollam. 1. reg. 22. in quā venit fugiens a facie achis regis geth, quū ſimulaſſet ſe fatuum. In hoc titulo non ſignificatur ſpelunca engadi, ſed ſpelunca odollam: quoniam dicta ī verſiculo quarto diſſonant geſtis in ſpelunca engadi, & conſonant ſpelunce odollam. nam in ſpelunca engadi erat cum ſexcentis viris: in ſpelunca autem odollā erat ſolus. quia adhuc non aſſociauerant ſe ei illi qui poſtea cum eo fuerunt: vt patet in hiſtoria. Et propterea quartus verſiculus (in quo deſcribit ſe ſolū, nec habere aliquem qui ſe cognoſcat aut requirat) clare teſtatur q de ſpelunca odollam titulus loquitur. ¶ Et dicitur pſalmus iſte intelligentia ſeu eruditio: quia tunc fuit dauid diuina gratia eruditus de futuro ſuo regno: vt in calce pſalmi inſinuatur. Dicitur quoq; oratio: quia dauid orationi totum ſe dedit in ſpelunca illa: vt in principio pſalmi manifeſtat. ¶ Ita q titulus ex loco ſpelunce, ſignificat ſtatum dauidis omni tunc auxilio humano deſtituti: vtpote qui nec in regno ſaulis comparere poterat, nec apud finitimos philiſteos. Ex hoc vero qđ eſt oratio, principium pſalmi, & confugientem dauidē ad deum ſignificat. Ex hoc aūt qđ eſt intelligētia, terminus pſalmi fructuſq; oronis ſignificat. orando. n. meruit erudiri a deo. ℭ Ex quo facile patet, materiā pſalmi eſſe recurſum dauidis in tanta anguſtia conſtituti ad deum orando in ſpelunca odollam, cum fructu diuinę illuminationis ſubſecuto.

ℭ SVMARIVM EST.

ℭ Dauid in ſpelunca odollam ſolus ac fere animo collabens, recurſurum ſe ad deum proponendo an-

gustiam suam canit. Et subsecuta oratione ac illustratione diuina, petit liberari de tanta angustia ad laudem dei & consolationem iustorum/futuram quando ipse erit rex.

¶ Persona loquens propheta est.

VOce mea. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiæ, & executiuam/ibi collabente. ¶ Proponit modū & rem. Modū quidem recurrendi ad deum/a quadruplici conditione describit. Primo voce mea: hoc est per meipsum & nō per sacerdotes. Secūda. clamabo: hoc est nō tepido sed ardēti corde recurram. clamor siquidē vocis ad significandū internum ardorem animi apponitur ad literam: non enim in spelunca voce clamosa se oraturū proponit. Tertia. deprecabor/supplex & humilis recurram. Quarta. effundam: hoc est totū proferam. In quo prolixa meditatio significatur: vtpote effundens totum coram deo. Sicut de anna matre samuelis multiplicante p̄ces suas scribitur. 1. reg. 1. effudi animam meam in conspectu domini. ¶ Res autē propositę sunt duę. Prima est eloquium. secunda angustia. Itaq; intendit voce sua &c̄. exponere deo eloquium suum (hoc est rationem suam) & angustiam suam in qua est.

¶ Collabente. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula/angustiam meā annūciabo: subintellectis conditionibus modificantibus. Secūdo illa/effundam eloqmū meum/ibi clamaui ad te: silr cū conditionibus &c̄. ¶ Explicat itaq; angustiam suam coram deo ex triplici capite. s. proprii animi/diuinę notitię/& periculi. Collabente super me spiritu meo. Angustiam suam ex anxietate proprii animi tantam vt similis esset iis qui semianimes collabuntur describit. videbat enim vndiq; se destitutum: & inde a tanta destitutione cogitata collabebat̄ spiritus eius. Et tu nosti semitam meā. Hinc spiritus meus collabitur, inde scio te deū nosse semitam meam destitutam. ad augmētum nanq; tristitię & anxietatis spectat reuocare ad memoriam q̄ amicus potēs succurrere nouit angustiam meā & non prouidet. Et propterea hic dauid inter capita angustiæ suæ commemorat coram deo (supplet tamen) & tu nosti semitam meam. ¶ In via hac. Tertium caput ex parte periculi describit. In via hac qua ambulabo/qua mihi est ambulandum i scilicet in terra promissionis, absconderunt/saul & sui, laqueum mihi/hoc est insidias ad capiendum me. Et hoc est primum periculum.

Respice dexteram/hoc est partem fauorabilem mihi, & vide: & inuenies q̄ non est mihi aliquis noscēs. Et hæc est secunda ratio periculi: quia nullum habeo mecum. ¶ Periit refugium a me/non habeo quo confugiam: quum etiam philistęi ad quos confugeram voluerint me occidere. Et hæc est tertia ratio periculi. Non requirens animam meam. nullus comparet consanguineus aut amicus qui requirat vitam meam/si viuo an mortuus sum & huiusmodi. Et hæc est quarta ratio.

Clamaui ad te domine. Explicata angustia sua coram deo, tractat alteram particulam. s. effundam eloquium meum/clamando &c̄. In tanta itaq; angustia constitutus executus sum quod proposui. Clamaui siquidem ad te domine: dixi/mente & animo. tu spes mea. Quāuis dixerim q̄ tu nosti me in tanta angustia, non tamen spem in alio habeo q̄ in te: tu solus spes mea/ad liberandum me ab angustia & ad assequendum bonū, pars mea in terra viuorum. Terram viuorum appellat terram promissionis: quia data est filiis israel sub conditione si & q̄diu viuerent iustitia fidei diuinę: vt patet in fine deutero. ¶ Pars mea duplici ratione appellatur. tum quia priuatus erat bonis suis: & nihil ei remāserat nisi deus tanq̄ pars eius. Acsi aperte diceret. priuatus rebus/consanguineis & amicis, nihil mihi restat in terra promissionis nisi tu: & p̄pterea tu solus spes mea, tu solus pars mea. Tum quia sicut deus dicitur pars tribus leuiticę/pro quāto tribus leuitica nō habuit partem suam sicut alię tribus/sed oblata deo erant pars tribus leuiticę, ita proportionaliter dicit dauid deo pars mea tu: quia solus deus erat eius ratio ac possessio futuri regni. nam nec ex electione populi/nec hæreditario iure/nec alio quouis modo ei competebat regnum, sed ex sola diuina promissione. ¶ Significāter autem explicat terrā viuorū: ad insinuādū rationabilem causam quare deus sit spes & pars sua ad regnandū: quia. s. terra illa est terra viuentiū vita iustitię, a qua recessit saul, quā ipse dauid electus s̄m cor dei amplectitur. ¶ Perspice prudēs lector in hac professione tu spēs mea pars mea, dauidem vere clamare voce propria cordis supplicis/totūq; se iactare in deū. Ausculta ad clamorē meū/internū, q̄m aruī valde/ad similitudinem arboris quæ aruit non parū sed valde constitutus sum. ¶ Nota hic loca huius recitatę orationis. Primus est a proprietate spei & partis. Secundus ab ariditate. Tertius a persecutoribus/libera me &c̄. Quos corroboratos supra se dicit: quia quāto magis ipse cecidit, tanto persecutores eius magis roborati sunt. ¶ Fac exire de occlusione animam meam (occlusionem vocat spelūcam in qua clausus erat, non seris & vectibus sed timore incidendi in manus saulis) ad confitendum nomen tuum. Ecce quartus locus quo petit libertatem ad laudandum deum. Erat siquidem dauid egregius psaltes. & propterea ordinat libertatem suā ad officium laudandi deum. Quod constat eum deuotissime impleuisse: condendo tot psalmos ad laudem diuini nominis, & etiam personaliter psallendo. ¶ In me coronabuntur iusti quando retribues super me. Quintus locus ab vtilitate sumitur aliorum iustorum, dicendo. Quando retribues super me/quando facies me regem, tūc non solus coronabor sed in me coronabuntur iusti. regnabūt. n. tūc iusti. ¶ Et appellat constitutionem sui in regem retributionem, non suis meritis sed diuinæ electioni

de se factę. Vel etiã quia ei reuelatum fuit differendam retributionem suę patientię vsq; ad tempus regni. Et sic non appellat regnũ retributionẽ: sed tẽpus retributionis fore tẽpus coronę regni. Et huic sensui cõsonat litera, vtens aduerbio tẽporis, qñ retribues. ℭ Aduerte ꝙ ex hoc fine psalmi elicitur intelligentia in titulo posita. Ideo.n. dixit assertiue, in me coronabuntur iusti qñ retribues super me: quia intellexit diuina illustratione ꝙ remunerãda esset sua patiẽtia in assecutione regni, in quo iusti gaudebunt. Vbi apparet eruditio de fouendo iustos, & non sola illustratio de futuro regno eius. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Psalmus dauid quando persequebatur eum filius suus absalon. CXLII.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meã: in ueritate tua exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens.
Quia persecutus est inimicus animam meã: humiliauit in terra uitã meã.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos sęculi: & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum: meditatus sum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me: & similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.
Notam fac mihi uiam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere uoluntatem tuã, quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine uiuificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione animam meã: & in misericordia tua disperdes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuum sum.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Psalmus dauidi. CXLIII.

1 Propheta. DOmine audi orationem meam, ausculta ad deprecationes meas: in ueritate tua responde mihi in tua iustitia.
2 Et ne ueni in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur relatus faciebus tuis oīs uiuens.
3 Quoniam persecutus est inimicus animam meam: contriuit ad terram uitas meas, fecit sedere me in tenebris sicut mortuos seculi.
4 Et collapsus est super me spiritus meus: in medio mei obstupescet cor meum.
5 Recordatus sum dierum ab antiquo: locutus sum in omnibus operibus tuis, in operē manuum tuarum recensebo.
6 Expandi manus meas ad te: anima mea quasi terra lassa ad te. Selah.
7 Festina responde mihi domine, consumptus est spiritus meus: ne abscondе facies tuas a me, & compabor cum descendentibus foueæ.
8 Fac me audire in mane gratiam tuam, quoniam in te confisus sum: fac me scire uiam hanc qua ambulabo, quoniam ad te leuaui animam meam.
9 Libera me de inimicis meis domine: ad te abscondi.
10 Doce me ad faciendum uoluntatem tuam, quia tu deus meus: spiritus tuus bonus de-

ducet me in terram rectitudinis.
11 Propter nomen tuũ dñe: uiuificabis me in iustitia tua, extrahes de angustia aĩam meã.
12 Et in gratia tua: cędes inimicos meos/ & fecisti pdere omnes angustatores animę meę, quoniam ego seruus tuus.

Titulus est. Psalmus dauidi. De quo vt supra.

℄ Materia psalmi (vt ex ipso apparet) est persecutio dauidis: vt tertius & vltimus versiculus clare testantur. Et quoniam dauid in hac persecutione petit non agi secum iudicio (vt patet in .2. versiculo) insinuat ex hoc ꝙ de persecutione quã iuste patiebatur tractat. Ex quo sequitur ꝙ nõ de persecutione quam innocenter passus est a saule/ sed de illa quã iuste passus est pro criminibus adulterii & homicidii tractat. ℄ Vñ materia psalmi ẽ recursus dauidis ad deũ in persecutione quã passus ẽ ab absalon.

℄ SUMMARIUM EST.

℄ Dauid fugiẽs a facie absalon/ recurrit ad deũ: petens vt non secum agat iudicio, tum quia intolerabile est cuilibet, tum quia iam publice punitus recordatus est dei & suimet: sed concedat opportuna in hac fuga. Et prophetat/ in diuina veritate ac iustitia reducendum se cęsis inimicis.

℄ Persona loquens propheta est.

DOmine audi. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam/ ibi & ne veni. ℄ Proponit tres petitiones. Prima ẽ. domine audi orationem meam. Secunda/ ausculta ad deprecationes meas. Tertia/ in veritate tua responde mihi in tua iustitia. ¶ Vbi nota pronomen tua acsi aperte diceret. Responde mihi non fm veritatem meam neq fm iustitiam meam (quoniam ego nec fideliter nec iuste egi) sed fm veritatem tuam & fm iustitiam tuam. Veritas tua est sic esse vt dixisti: ac per hoc quia dixisti firmum futurum regnum meum, veritatis tuę erit ꝙ sit hæc firmitas. Iustitia quoq tua est vt fiat quod tu vis fieri: quoniam voluntas tua lex est. ac per hoc iustitia tua erit efficere quod vis/ non quod ego merui. Vnde .2. reg. 15. fugiens dauid dicit ad sadoc. si dixerit dominus/ mihi non places, p̃sto sum/ faciat quod bonum est coram se. Responde inquit mihi / non locutione sed opere adimpletiuo veritatis tuæ & iustitiæ tuæ. Dicere enim dei est facere: ac per hoc respondere est facere satis seu adimplere.

℄ Et ne veni. Incipit hic pars executiua tali ordine. Pr̃io tractatur illa particula/ audi orationem meã. Secundo illa/ ausculta ad deprecationes meas/ ibi festina. Tertio illa / in veritate tua responde mihi in tua iustitia/ ibi spiritus tuus. ¶ Explicat itaq orationem suam. Et ne veni in iudicium cum seruo tuo. Hæc est oratio eius. In qua aduerte ꝙ non dicit in iudicium tuum, sed absolute in iudicium cum seruo tuo. Desiderat enim ꝙ deus iudicet fm ipsius dei voluntatem. & propterea in prçcedenti versiculo petiit/ responde mihi in tua iustitia. Sed refutat iudicari fm ꝙ meruit: hoc enim spectat ad iudicium absolute. & propterea petit/ & ne veni in iudicium cum seruo tuo. Acsi aperte diceret. noli mihi ius dicere seu efficere fm ꝙ merui.

Quia non iustificabitur. Duas rationes affert petitiõis suæ. Alteram cõmunem sibi & reliquis. Quia non iustificabitur faciebus tuis omnis viuẽs: hoc est quia iudicium absolute coram tribunali tuo intolerabile est cuilibet viuenti. ¶ Vbi nota clausulam faciebus tuis: hoc est referendo ad id quod est tibi debitum. nulla siquidem creatura quantũcũq innocens si in iudicium deducatur exigendo id quod debetur deo/ inuenietur iustificata: quia nõ inuenitur faciens satis deo. Et propterea optime dicitur ꝙ nullus relatus faciebus tuis iustificabitur viuens, si exacto iudicio cum eo agatur. Et intendit per hoc dauid inferre ꝙ multo minus secum agendum ẽ exacto iudicio: quia ipse valde peccauit. Si enim nullus potest exactum iudicium tolerare, multo minus ego qui tam grauiter peccaui tolerare potero. Et valet hæc ratio ad petitionem intentam: quia vis eius consistit in hoc/ ꝙ si deus vtitur iudicio exacto nullum saluat sed omnes damnat. Idem est enim dicere quia non iustificabitur omnis viuẽs/ & dicere quia oẽs dãnabis/ qa nullum saluabis. quod incõueniẽs cõstat esse apud diuinã bonitatem.

Quoniã persecutus est. Altera petitionis rõ propria ei affert: constans ex quattuor partibus conferentibus ad euitandum iudicium absolute. Et consistit hæc ratio in hoc: quia iam castigatus sum exterius publice/ castigatus sum intus in animo/ recognoui te & recognoui meipsum. Hinc enim placatum iri petit deum, ne veniat in iudicium cum seruo suo. ¶ Vide singula. Quoniam persecutus/ publice, est inimicus/ absalon, aĩam meã/ vitã meã: cõtriuit/ publice, ad terrã vitas meas/ dũ vitã meã regiam deiecit cõterẽdo oĩa mea: fecit sedere me in tenebris sicut mortuos seculi/ hoc ẽ ad silitudinẽ mortuorũ iamdiu ante. Per quod significat ꝙ dauid fugiens a facie absalon latuit in antris seu speluncis, quæ olim erant habitacula mortuorum: vt patet de spelunca in qua sepulti sunt patriarchę. Vnde & chusi .1. reg. 17. dicit ad absalon de dauide. forsitan nunc latitat in foueis. Et ipse dauid dixerat ad sadoc. ecce ego abscondar in campestribus deserti. ℄ Et collapsus est super me. Publicę castigationi exterius/ adiũgit passiones internas. Altera ꝙ more eorum qui collabuntur fere exanimes/ collapsus est

ſuper me ſpiritus meus. Altera. in medio mei obſtupeſcet cor meum. Et futurum obſtupeſcet/refertur ad prçteritum collapſus eſt. ¶ Non intelligo per hæc dauidem in illa perſecutione fuiſſe corporali paſſione collapſum/neqꝫ cor habuiſſe ſtupidum: ſed magnitudinem malorum opprimētium tunc ipſum cogitantem & experimento ſentientem/deſcribi per hæc. erant enim tam repentina/grauia/& peiora prç ſe ferentia, vt & ſtupor cordis & lapſus animi merito ſequi debuiſſet. ¶ Recordatus ſum. Proſequē do rationem/adiungit ꝙ recognouit deum. Recordatus ſum dierum ab antiquo/quando elegiſti me per ſamuelem & deinceps: vel ab antiquo iudiciorum tuorum diuerſorum, puniēdo modo iſtum modo illum. locutus ſum/intra me meditando, in operibus tuis/iuſtitię & gratiæ: in opere manuum tuarum recenſebo/hoc eſt perſeueraturus ſum narrando quæ feciſti manibus tuis. Vbi intellige dauidem in illa anguſtia recognouiſſe deum non ſolum meditando, ſed proponendo recenſere in pſalmis opera manuum dei. nam tam eiectio eius q̄ redintegratio poſtea ſubſecuta ſpeciale opus manuum dei fuit. eiectio quidem propter crimen, vt nathan prędixerat: redintegratio autem ex gratia: vt in calce huius pſalmi dicet. ¶ Expandi manus meas ad te. Recognoui te non ſolum meditando & proponendo, ſed ſupplicando expanſis manibus. ¶ Anima mea ſicut terra laſſa ad te. Supererat quarto loco recognitio ſuimet. Et hæc modo deſcribitur ad ſimilitudinem terræ laſſe: hoc eſt terræ ineptę ad fructificandum quia exhauſtum eſt ex ea quicquid fructus percipi potuit. Huiuſmodi terræ ſimilem dicit animam ſuā accedentem nunc ad deum: quia fructificauerat carni committendo adulterium & homicidium/& ex ſe inutilis erat deo. In qua recognitione ſui aduerte ꝙ quia dixerat locutus ſum & recenſebo, ne intelligeres ꝙ hæc tanq̄ fructus ſuos magnificaret dauid/ſubdidit animā ſuam inutilem deo. Ac ſi aperte diceret ꝙ hæc ipſa/dona tua nō fructus mei ſunt & erunt. ¶ Aduerte hic colligendo omnes rationis partes/ꝙ vis rationis conſiſtit in hoc ꝙ diuinum iudicium ordinatur ad publicam vtilitatem: & huic ſatiſfit per primam partem. ordinatur ad puniendum delinquentē: & huic ſatiſfit per primam & ſecundā. ordinat̄ ad recognitionē dei: & huic ſatiſfit p̄ tertiā. ordinat̄ ad recognitionē ſuimet delinquētis: & huic ſatiſfit p̄ quartā. Vnde apparet reddita ratio placatiua/ne veni in iudicium cum ſeruo tuo.

Feſtina. Tractatur hic illa particula/auſculta ad deprecationes meas: explicando quinqꝫ deprecationes ſuas iuxta quinqꝫ deſiderata in illa fuga. Ita ꝙ explicat quinqꝫ deſideria ſua quæ tunc habuit ſub forma deprecationum, præmittendo pręambulam petitionem. Feſtina reſpōde mihi/opere. Et in hac pręambula petitione ſignificatur vrgens neceſſitas ſubſequentium: propterea enim petit feſtinā exauditionem. Et neceſſitatem ſubdit. conſumptus eſt ſpiritus meus: hoc eſt ad ſimilitudinem eorum quorū finitus eſt ſpiritus redactus ſum: q̄a defecerat iā autoritas regia/defecerat virtus mouēdi ſubditos.

Ne abſconde. Primum deſiderium dauidis in illa fuga fuit habere gratam faciem dei cum effectu reuidendi arcam dei: iuxta id quod dixit ad ſadoc. ſi inuenero gratiam in oculis domini, reducet me/& oſtendet mihi arcam & tabernaculum ſuum. Et propterea petit, ne abſconde facies tuas a me. Humano more loquitur: quo odiens aliquem abſcondit faciem ſuam ab eo: & econuerſo diligens aliquem: non abſcondit faciem ſuam ab illo. Et compabor cum deſcendētibus foueę: hoc eſt quia ſi faciem tuā abſconderis, ſimilis ero mortuis. mortui enim ſunt deſcendentes in foueam ſepulchri. Par eſſe dicit deum abſcondere faciem ſuam a ſe & ipſum dauidem mori: immo ex illa abſcōſione ſuam mortē cauſari. Et vere ſic erat. ſciebat. n. diuino iudicio ſibi prædicto a nathan deiectionem hanc euenire.

Fac me audire in mane. Secundum deſideratum tunc a dauide fuit audire aliquod bonum nunciū per filios ſacerdotum/achimaan & ionathan: vt ibidem patet. Quod fuit adimpletum in mane: quia ad literam auditis illis nunciis/dauid & ſui tranſierunt iordanem donec diluceſceret. Et propterea hic petit. Fac me audire in mane/cito/hora opportuna, gratiam tuam/per nuncios. diuinę ſiquidem gratię attribuit bonum nuncium. Et vere ſcriptum eſt. 2. reg. 17. domini nutu diſſipatum eſt conſiliū achitophel vtile. quod illi nunciauerunt tunc dauidi. ¶ Quoniam in te confiſus ſum. Legitur enim. 2. reg. 15. ꝙ dauid audiens achitophel eſſe in coniuratione cum abſalon/orauit deum. infatua quęſo domine conſilium achitophel. Vndiqꝫ ergo fiducia dauidis in deo apparet.

Fac me ſcire. Tertium deſideratum tunc a dauide fuit cognoſcere viam qua iturus erat vt ſaluare ſe poſſet. Et hoc cognouit ex prędictis nunciis, dicētibus. ſurgite & tranſite cito fluuium &c̄. Et propterea dicit. Fac me ſcire viam hanc ambulabo/hoc eſt qua ambulaturus ſum: quoniam ad te leuaui animā meam/tum coram arca/tum in ſummitate montis in quo adoraui dominum (vt in eodem patet capitulo) hoc eſt quoniam tibi obtuli vitam meam: vt patet ex ſupradictis verbis/faciat deus quod bonum eſt coram ſe.

Libera me. Quartum deſideratum fuit liberari ab inimicis. Libera me de inimicis meis domine, ad te abſcondi. Timens dauid conſilia achitophel, ſuaſit chuſi vt ſimularet ſe amicum abſalon ad diſſipādum conſilium achitophel: vt patet. 2. reg. 15. Quod poſtea chuſi adimpleuit: vt patet cap. 17. Hanc rem geſtam/hoc ſuum deſiderium explicat petendo. Libera me de inimicis meis domine: ad te/ad ſanctum finem/ſub tua ſpe, abſcondi/chuſi arachitem ſub ſpecie amici abſalon. Et vere ſanctum erat opus diſſipare iniqua conſilia.

Doce me. Quintum desideratum fuit facere voluntatem dei. Vnde & tunc dixit. si mihi dixerit nõ places, presto sum, faciat quod bonũ est coram se. Et propterea petit. Doce me ad faciendum, opere, voluntatem tuam quia tu deus meus. par enim est vt faciam voluntatem dei.

Spiritus tuus bonus. Tractatur hic illa particula, in veritate tua respõde mihi in tua iustitia: explicando diuinam exauditionem. tum in veritate eius, adimplẽdo promissa. tum in iustitia ipsius, nõ exigendo plus pene. Spiritus tuus bonus, impulsus tui amoris erga bonum, deducet me in terram rectitudinis: hoc est in hierusalem electam a te in terram rectitudinis diuini cultus, & consequenter morum & operationum. ¶ Vbi nota duo. Alterum ꝙ ideo nominauit in proposito hierusalem terram rectitudinis, vt cõmemoraret se merito inde expulsum: vtpote qui in terra rectitudinis cõmisit iniquitates adulterii & homicidii. Alterum est ꝙ significanter exprimit spiritum bonum dei se reducturum: quia reductio ista non credebatur futura a bono dei spiritu propter crimina dauidis, sed humanis viribus: & indigna videbatur. Ad hoc enim excludendum dicit, spiritus tuus bonus deducet me. ¶ Et causam adiũgit. Propter nomen tuum domine, nõ propter nomen meum exaltandum aut redintegrandum, sed ppter nomen tuũ glorificandũ. Valde. n. glorificatur nomen dei vsq; hodie, in hoc ꝙ tẽperauit punitionẽ dauidis, & reduxit eum ad preparandum templũ dñi, & construendos psalmos ad diuinum cultum &c.

Viuificabis me in iustitia tua, nõ in iustitia mea. Dixerat supius collapsus ẽ spiritus meus. Et propterea modo dicit. viuificabis me, non exigente ampliorẽ poenã iustitia tua: hoc est voluntate tua puniẽdi me. ¶ Extrahes de angustia animam meã & in gratia tua. Assequendis bonis adiungit liberationẽ a malis: quae tñ prius fuit q̃ acquisitio bonorum. Et in gratia tua, nõ in meis meritis, extrahes animam meã, vitam meam, de angustia in qua sum. Explicat gratiã, vt ex illa describat qualitatẽ diuinę iustitię in qua dixit se viuificãdum: ꝙ scilicet fuit iustitia tẽperata gratia. ¶ Cędes inimicos meos, & fecisti perdere. Demum explicat modum liberationis suae cędendo & perdendo inimicos. Ad literam. 2. reg. 18. cęsus est populus israel qui erat cum absalon: & facta est plaga magna in die illa. 20. milium. Vbi & occisus quoq; absalon est. ¶ Et fecisti perdere omnes angustatores animę meę. Ordo prępostерus est. Debet enim haec clausula incipere a praeterito, & fecisti perdere omnes angustatores animae meae: & deinde subiungi, cędes inimicos meos. Ita ꝙ futurum cędes, respicit pręteritum fecisti perdere. intendit. n. dicere deo. Et fecisti exercitum meũ, perdere, diruere, oẽs angustatores aiae meę. Et declarando effectum subiungit, cędes inimicos meos. ¶ Et causa apponit. quoniam ego seruus tuus: hoc est qm̃ ego electus sum a te in seruum tuum. Haec est enim veritas in qua petit sibi respõderi: vt scilicet adimpleat electionẽ quã de ipso fecit. Et haec est ratio oium antedictorum beneficiorum. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Psalmus dauid. CXLIII.

Benedictus dominus deus meus: qui docet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum.
Misericordia mea & refugium meum: susceptor meus & liberator meus.
Protector meus & in ipo speraui: qui subdit populum meum sub me.
Domine quid est hõ quia inotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eũ?
Homo uanitati similis factus est: dies eius sicut umbra pretereunt.
Domine inclina coelos tuos & descende: tange montes & fumigabunt.
Fulgura coruscationẽ & dissipabis eos: emitte sagittas tuas & conturbabis eos.
Emitte manũ tuã de alto: eripe me & libera me de aqs multis, & de manu filiorꝶ alienorꝶ.
Quorum os locutum est uanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.
Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.
Qui das salutem regibus, qui redemisti dauid seruũ tuum: de gladio maligno eripe me.
Et erue me de manu filiorum alienorum: quorum os locutum est uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filii nouellę plantationes: in iuuentute sua.
Filię eorum compositę: circumornatę ut similitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.
Oues eorum fetosę abundantes in gressibus suis: boues eorum crassę.
Non est ruina macerię: neq; transitus neq; clamor in plateis eorum.
Beatum dixerunt populum cui hęc sunt: beatus populus cuius dñs deus eius.

¶IVXTA HEBRÆVM. ¶Dauidi.

†plio 1 Propheta. BEnedictus dominus*:petra mea,docens manus meas ad prælium† / di-
† bello gitos meos ad bellum†.
2 Gratia mea & arx mea,roborator meus & liberator meus mihi,scutum meũ & in ipso
speraui:inclinans populum meum sub me.
3 Domine*quid adam,& nosti eum:filius hois,& reputasti eum:
4 Homo uanitati assimilatus est:dies eius quasi umbra pertransiens.
5 Domine*inclina cœlos tuos & descendes:tange in montibus & fumigabunt.
6 Coruscando corusca & disperges eos:mitte sagittas tuas,& stupefacies illos.
7 Mitte manus tuas de excelso : redime me & libera me de aquis multis , de manu filio-
rum alieni.
8 Qꝛ os eorum locutum est uanitatem:& dextera eorum dextera falsitatis.
† dij 9 Deus † canticum nouum cantabo tibi:in uiola denaria psallam tibi.
10 (est) Dans salutem regibus:redimens dauid seruum suum de gladio malo.
11 Redime me & libera me de manu filiorum alieni:qꝛ os eorum locutum est uanitatem,&
dextera eorum dextera falsitatis.
12 Qꝛ filii nostri quasi plantę adultę in adolescentiis suis:filię nostræ quasi anguli incisi si-
militudinis templi.
13 Anguli nostri pleni effundentes de alimento ad alimentum:oues nostræ a milibus decu
platę in compitis nostris.
14 Boues nostri (sunt) sufferentes : non (est) fractio / & non (est) egressus , & non (est) clamor in pla-
teis nostris.
15 Beatitudines (sunt) populi/qꝛ sic ipsi:beatitudines (sunt) populi/qꝛ dominus*deus eius.

TItulus est.Dauidi.De quo vt supra.
¶Materia psalmi/est gratias agere deo de prosperitate populi israel,inchoata quidem tempore moysi/firmata autem tẽpore regni dauidis.¶ Qꝛ enim psalmus tractet de fœlicitate populi israel,clare patet a.12.versiculo vsqꝫ ad finem psalmi . Qꝛ vero describatur eadẽ ex regno dauidis,facile colligitur a versiculo nono vsqꝫ ad.12.iunctis primo & secundo versiculis. Qꝛ autem prosperitas populi describatur inchoata tempore moysi,a tertio versiculo vsqꝫ ad octauum inclusiue colligitur . vbi describitur quomodo deus dedit legem populo in monte sinai,& liberauit eum de populis multis inimicis eius.Hæc est igitur materia psalmi.

¶SVMMARIVM EST.

¶Dauid vbi per modum laudis proposuit diuina beneficia & populo & sibi collata,introducit admirando diuinam bonitatem deiqꝫ beneficia erga humanam naturam:tum legis diuinæ:tũ libertatis populi colentis ipsum. Indeqꝫ transiens ad noua beneficia sui regni,cõmemorat beneficia tum libertatis/tum prosperitatis/tum publicę pacis/tum præcipue diuini cultus.

¶Persona loquens propheta est.

BEnedictus dominus. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materiæ , & executiuã/ibi gratia mea.¶ Proponit vnum(scilicet benedictus dominus) ratione duorum officiorum. Quorum primum est,petra mea.Alterũ est.docens manus meas ad prælium,digitos meos ad bellum. Et intendit per officium petrę officium rupis seu saxi fundamẽtalis.Et est sensus.Benedictus dominus firmum/fixum/solidum fundamentum meum.Per officium vero docẽdi manus & digitos ad bellum, intelligit diuinam opem præstitam dauidi in bellis/in pugnis &c̃ ¶ Meminit autem non solum manuum sed digitorum.tum vt perfectam opem in doctrina extendente se vsqꝫ ad digitos describeret.tũ ad specialiter cõmemorandũ fœlix initium pugnarum suarum:quod fuit in duello cum goliath.nam percussit eum circũducendo fundam manu/& digitis docte vtendo.

¶Gratia mea . Incipit hic pars executiua tali ordine . Primo tractatur illa particula/docens manus meas &c̃.Secundo tractatur illa particula / benedictus dominus petra mea/ibi domine quid . Tertio

tractatur illa, benedictus dominus docens manus meas &c. ibi deus canticum nouum. In quo ordine nota diligenter ꝙ prius tractat opem diuinam collatam sibi in bellis: & deinde laudat seu benedicit deum sm vtrunq; officium. ¶ Commemorat itaq; summarie multiplicem modum quo deus opem ei tulit in bellis. Et ex parte quidem dei modos quinq;. Primus est gratis, dicendo. gratia mea, absq; meis meritis. Secundus est tutum reddendo. Et arx mea. arcis enim est tutum reddere. Tertius est confortando. roborator meus. Quartus est saluando. & liberator meus mihi. Addidit mihi, ad differẽtiam eorum qui liberantur aliis: hoc est ad seruitium aliorum. ipse enim liberatus est sibi: hoc est vt ipse regnaret. Quintus est defendendo. scutum meum. Et breuiter omnia deo tribuere intendit. ¶ Ex parte vero sui vnum tñ commemorat concurrisse: scilicet spem in deo. Et propterea subdit. & in ipõ speraui. Et demum effectum tantę diuinę opis & suę in deo fiduciæ subdit. inclinãs populum meum sub me. Inclinauit enim deus populum israel vt esset subditus dauidi: vt patet. 2. reg. 3. &. 5. vbi describitur ꝙ autoritate verborum domini inductus est populus israel ad eligendum dauidem in regem.

Domine quid homo. Tractatur hic illa particula, benedictus dominus petra mea: commemorando beneficium quo deus dignatus est tradere legem generi humano in monte sinai. hoc enim est velut fundamentum populi qui tunc incoepit esse populus: & est fundamentum cæterorum beneficiorum. Inchoat autem dauid hoc beneficium, admirando ꝙ deus tanti æstimauit hominem vt dignatus sit curam illius habere dando ei legem sic mirabiliter. ¶ Domine quid adam, & nosti eum? Adam naturæ humanæ nomen est. Et humano more admirando dicit. quid adam, & nosti eum, notitia curę specialis. Tanq̃ diceret. homo indignus est vt a te dirigatur, a te doceatur, a te trahatur. ¶ Filius hominis, & reputasti eum? Auget vilitatem hominis dicendo. quid est filius hominis? vilius siquidem est esse filium hominis (vt nos sumus) q̃ esse hominem: vt fuit primus parens. Vnde & iob miserias humanas computans, dixit homo natus de muliere. Vbi apposuit natus de muliere, ad augmentum miseriæ hominis. Et reputasti eum, magnipendisti eum, efficiendo ipsum tuum discipulum, efficiendo te instructorem illius.

Homo vanitati assimilatus est. Declarat quare dixit quid homo, quid filius hominis? Ex parte animæ vanitati assimilatus est. Non dixit vanus est: quia anima est immortalis. sed vanitati assimilatus est: quia factus est sicut id cui studet, quod diligit. Diligendo enim vana & studendo vanis, assimilatus est vanitati: iuxta illud osee. 9. facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. ¶ Ex parte vero corporis, dies eius quasi vmbra pertransiens. Cursus nostræ corporalis vitæ assimilatur vmbræ transeunti: quæ sic transit vt nec vestigium sui relinquat: iuxta illud sap. 2. & post hęc erimus tanq̃ non fuerimus.

Domine. Post admirationem subiungit beneficium datę legis: declarando & reputasti eum. Sed aduerte ꝙ rem gestam subiungit per modum petitionis: ad significandum desiderium humani generis, ad hoc vt instrueretur a deo. Indigebat siquidem genus humanum diuina lege: vtpote iam fere totum aberrans. Et propterea indigentis naturæ desiderium repræsentatum in populo electo ad diuinum cultum explicat propheta, supplicando inducens rem gestam. inclina coelos tuos. ¶ Modus descendendi hic scriptus (scilicet inclinando coelos) metaphorici est sermonis. Quia enim coelum sedes dei dicitur, inclinatio coelorum est inclinatio sedis: tanq̃ deus sedens descenderit. sicut quum princeps gestatus in sede, descendit sede inclinata: hoc est demissa. Vnde maiestas dei per hoc significatur condescendens ad instruendum hominem modo congruo humano generi. Quia enim prius instruxerat deus hominem spiritualiter (scilicet per lumen naturale omnes, & per reuelationem spiritualem aliquos: quod erat velut deum sistere in celsitudine sedis suæ) & dando legem sensibiliter non seruauit rigorem debitum, inde sm dei excellentiam hinc sm hominis vilitatem floccipendendam, ideo desiderium huius inclinationis describitur. Et intendit ꝙ deus tanti reputauit hominem ꝙ inclinauit coelos suos, ꝙ condescendere disposuit ad sensibiliter publice & euidenter instruendum hominem. ¶ Et descendes. Exo. 19. scribitur ꝙ descendit dominus super montem sinai: hoc est in effectu & signo sensibili apparuit. Tange in montibus, velut pedibus calcans montem, & fumigabũt. Scribitur enim ibidem. totus autem mons sinai fumabat: eo ꝙ descendisset dominus deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. ¶ Corusando coruscа. Scribitur ibi. & ecce coeperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura. Et disperges eos. Subiungitur enim in ca. 20. cunctus autem populus videbat voces & lampades, & sonitum buccinæ montemq; fumantem: & perterriti ac pauore percussi steterunt procul. ¶ Et propterea subditur. Mitte sagittas tuas, & stupefacies illos. Stupefacti & dispersi describuntur a fulguribus & sagittis: quia territi a fulguribus (quæ sagittas appellat) elongauerunt se a monte.

Mitte manus tuas de excelso. Declarat quare dixit & nosti eum: explicando specialem curam dei erga populum israel, monstratam liberando eum ab inimicis. ¶ Mitte manus tuas de excelso, redime me & libera me de aquis multis. Summarie tangit liberationem populi ab amalechitis, amorręis & aliis a quibus liberatus fuit populus diuina manu tempore moysi & iosue. Aquæ enim multę populi

sunt multi; vt testatur ioan.apoc.17. ¶ Alieni, populi seu parentis a populo israel, a patre nostro iacob. Et nota ꝙ dauid per pronomen me, monstrat seipsum in prisco populo israel. iam enim dictum est ꝙ gratiarumactionis est iste sermo: & beneficium prestitum populo, recognoscit beneficium sibi prestitum. ℂ Vanitatem. Describuntur extranei populi a vanitate linguę & a dextera falsitatis, ad differentiam populi israel electi a deo. cuius lingua legem dei sonat: illorum autem vanas fabulas. Et similiter dextera populi dei (hoc est vis defensiua & pugnatiua) est dextera veritatis: quoniam non est fallax: vtpote virtus diuina. Dextera autem illorum est dextera falsitatis: quia est fallax: vtpote vis humana. ¶ Et respondent hæc duo duobus supra inductis beneficiis. nam os vanitatis opponitur beneficio legis: & dextera falsitatis opponitur manui diuinę missę de excelso ad liberandum populum.

Deus canticum nouum. Tractatur hic illa particula, benedictus dominus docēs manus meas &c̄. recensendo beneficia collata specialiter ipsi dauidi & populo sub regno eius. ¶ Vbi nota ꝙ inchoans a gratiarumactione dicit se cantaturum canticum nouum propter nouum statum populi. ex hoc enim ꝙ nouum canticum explicat, nouitatem status significat. A tempore siquidem moysi vsq; ad saulem, status populi fuit sub ducibus & iudicibus: a saulis autem tempore mutatus est status populi in regnum. Vnde ex hoc ipso ꝙ dauid cātic͠u nou͠u cantaturum se dicit, subiungens statim regium statum, dicendo dans salutem regibus, declarat hactenus dicta spectare ad statum antiquum populi: dicenda autem spectare ad nouum statum populi quo iam erectus est in regnum. ¶ In viola decacorda, idest decem chordarum.

Dans salutem regibus. Materiam noui cantici (nouum scilicet statum populi) incipit declarare: declarans deum saluare reges. Et dixit hoc: quia (vt patet.1.reg.8.&.12.) creatio regum videtur displicuisse deo: ac per hoc quasi reprobus regius status in populo israel credi potuisset. ¶ Ad excludendum ergo hanc falsam opinionem dicit deum saluare reges. Acsi aperte diceret ꝙ licet non placuerit tibi petitio populi petentis regem ad similitudinem aliarum gentium: ex quo tamen consensisti, tu es dans salutem regibus populi tui. Et dixit pluraliter regibus non solum quia dederat iam salutem pluribus regibus populi (scilicet sauli & ipsi: pluries enim deus vtrunq; saluauerat regem) sed quia ad literam de statu regio loquitur, in quo plures succedunt reges. Acsi aperte diceret. dans salutem statui regio populi tui in succedentibus sibi regibus. ℂ Redimens dauid seruum suum de gladio malo. Potest hoc referri ad gladium goliath: vt intelligamus dauidem specialiter meminisse beneficii quod fuit initium liberationis eius. Melius tamen referri videtur hoc ad gladium iesbidenob de genere giganteo. qui deficiē tē dauidē regē in ꝓlio, nisus est ense nouo percutere: vt scribitur.2.reg.21. Hæc enim proprie fuit redemptio dauidis regis de gladio malo: quoniam tunc tanq̄ redemptus de gladio fuit: quia parum abfuit quin percuteretur. Vnde & tunc iurauerunt viri eius. iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam israel.

Redime me & libera me de manu filiorum alieni &c̄. Per hæc duo verba colligit͂ vniuersa beneficia diuina collata sibi & suis in vniuersis prelijs contra tot extraneas nationes. Et licet possit textus intelligi deprecatiue vt litera sonat: magis tamen quadrat contextui superioris partis vt deprecatio ista sit gratiarumactio, recolens percepta iam beneficia inducta per modum deprecationis, ad significandum seipsum olim supplicantem pro his beneficiis. Potes nihilominus intelligere ꝙ commemorantur percepta beneficia deprecatorio modo, ad obtinendum conseruationem eorundem. ¶ De manu filiorum alieni, ꝙ os eorum. Repetit conditiones populorum extraneorum superius scriptas & expositas. Vbi aduerte simile beneficium diuinę opis liberantis ab extraneis, describi in vtroq; statu populi: ad significandum non minus gratum esse deo statum regium populi sui q̄ statum eiusdem quando erat sub ducibus, moyse & iosue &c̄. Fuit enim ad literam dauid cum populo suo liberatus de manu omnium extraneorum. nec solum liberatus, sed inde magna subsecuta est prosperitas immo fœlicitas populi: quæ consequenter describitur.

Quorum filii nostri quasi plantę adultę. Coniunctio ꝙ, sequelam significat totius subscriptę prosperitatis ad liberationem dauidis de manu extranearum nationum. Et est sensus. liberasti me ita ꝙ iam sunt filii nostri &c̄. ℂ Aduerte hic describi octo partes fœlicitatis politicę: quibus demum additur nona, forma & ratio reliquarum. ¶ Prima est. Filii nostri in adolescentiis suis quasi plantę adultę. In qua pulchritudo, vegetatio roburq; iuuentutis tangitur. ¶ Filię nostrę quasi anguli incisi similitudinis templi. Secunda est pulchritudo mulierum, significata ex membrorum & lineamentorum commensurata formatione sicut anguli incisi: hoc est sicut anguli statuaria arte incisionibus figurati. & non qualescunq; tales anguli, sed similitudinis templi: hoc est similes angulis qui solent sic fieri in templis: quę sunt loca celeberrima. Intendit enim per hoc dicere ꝙ filiæ nostræ sunt ita bene formatę sicut sunt figurę in angulis templorum exactis incisionibus formatę. adhibetur enim in illis magna diligentia vt commensurata sint membra &c̄. Vel significatur ornatus mulierum ad similitudinem ornatus statuarum muliebrium in templis, quæ pulchris & preciosis ornamentis decorantur. ita ꝙ anguli simi-

litudinis incisi, appellātur statuæ incisę ad similitudinem mulierum. Et ponitur locus pro locato: quia in angulis templorum erant sitę tales statuę. Et iuxta hunc sensum esset ordinanda litera. Sicut templi anguli similitudinis incisi.

Anguli nostri pleni. Tertia est abundantia frugum. Quę describitur tanta ꝙ quilibet anguli pleni sunt frugibus: & (quod amplius est) effundentes de alimento in alimentum. Quod potest referri vel ad diuersa alimentorum genera: puta ꝙ domus plena tritico, effundit triticum in ordeum: & alia huiusmodi. vel ad alimenta succedentia de anno in annū: ꝙ alimentum vnius anni effundit in alimentum sequentis. Et vtroqꝫ modo attestatur magnę abundantię. ¶ Oues nostrę. Quarta est multiplicatio ouium. Quæ describitur tanta ꝙ mille multiplicantur in decem milia. hoc enim significatur dicēdo. a milibus decuplatę in compitis nostris: hoc est in locis multarum viarum ad quę conueniunt. Et quod dicitur de ouibus, intellige de reliquis animalibus gregalibus.

Boues nostri. Quinta robur animalium portantium siue trahentium & huiusmodi. Et hæc describitur a robore boum. Boues nostri sufferentes, laborem tum arandi tum trahendi currus &c̄. Et in his intellige robur similium animaliū ad onera & similia. ¶ Non fractio. Sexta, vnitas ciuitatis est. Et hæc describitur per negationē fractionis: quia nō erant in ciuitatibus schismata, seditiones, fractiones &c̄. Ita ꝙ sensus est. non fractio populi, supple est. ¶ Et non egressus. Septima est quies populi. Et hæc describitur per negationem egressus: quia nullus iam est egressus populi ad pugnandum cum finitimis, tanta est populo data quies. ¶ Et non clamor in plateis nostris. Octaua est iustitia. Quæ significatur per negationem clamoris in plateis. Vbi enim non est iustitia, clamores in plateis audiuntur oppressorum. Et propterea ex negatione clamoris in plateis, iustitia significatur vigens.

Beatitudines, sunt, populi, nostri, ꝙ sic ipsi, ꝙ sic vt descriptum est ipsi (beatitudines inquam beatitudine politica) beatitudines, sunt vere, populi ꝙ dominus deus eius. Nona pars beatitudinis adiungitur, hoc est vera religio. Quæ significatur per hoc ꝙ dominus vniuersorum est deus eius: hoc est deus qui colitur ab ipso, & cuius dominus dignatur esse deus, dignatur coli ab ipso. ex magna enim dei gratia conceditur hominibus ꝙ deus sit deus noster, ꝙ dignetur se exhibere nobis colendum. ¶ Vbi nota ꝙ hęc pars non inducitur sicut alię inductę sunt: sed vt equiualens, immo vt superans omnes simul. Vt equiualens quidem: quoniam de omnibus simul dictum est beatum esse populum ꝙ sic ipsi: & de hac vna eisdem verbis dictum est beatum esse populum ꝙ dominus est deus eius. Vt superās autem: quia tanq̄ corrigendo, aut potius omissam formam radicemqꝫ beatitudinis supplendo adiunxit beatū esse populū ꝙ dominus est deus eius. Acsi aperte diceret. beatitudo qua dixi beatum populum ꝙ sic est ipsi est ex beatitudine qua beatus est populus quia dominus est deus eius. non enim ex pręcedētibus octo beatus esset populus, nisi beatitudinem hanc haberet ꝙ dominus est deus eius. tum quia ex hac radice prodierunt omnes illi fructus: tum quia hæc religio perficit, format, seruat omnes fructus illos. ¶ Vbi prudens lector animaduerte dauidem benedicere deum, qui ipso dauide regnante sic eum liberauit ab extraneis ꝙ populus fœlicitate politica simul & verę religionis gaudet. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO.

¶ Laudatio dauid. CXLIIII.

EXaltabo te deus meus rex: & benedicam nomini tuo in seculum & in seculum seculi.

Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in seculum & in seculum seculi.

Magnus dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.

Generatio & generatio laudabunt opera tua: & potentiam tuam pronunciabunt.

Magnificentiam glorię sanctitatis tuę loquentur: & mirabilia tua narrabunt.

Et uirtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt.

Memoriam abundantię suauitatis tuę eructabunt: & iustitia tua exultabunt.

Miserator & misericors dominus: patiens & multum misericors.

Suauis dominus uniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius.

Confiteantur tibi domine omnia opera tua: & sancti tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur.

Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam: & gloriam magnificentię regni tui.

Titulus est. Laus dauidi. Ex quo apparet tam autor psalmi q̄ materia in genere: hoc est ꝙ materia psalmi est laudare deum. In specie autem (vt psalmus ipse prę se fert) materia est laus dei regis totius vniuersi, & specialiter iustorum ac iniquorum. in hoc.n. clare occupatur totus psalmus.

¶ SVMARIVM EST.

¶ Propheta laudaturus deum regem vniuersi: vbi immensitatē dei notā de generatione in generationem / publicūq; cultum dei cū miraculis subsecutum descripsit, laudat deum regem a regno / a bonitate omnia conseruante / a gratia, a misericordia erga colentes / timentes ac diligentes se, & a lōgitudine irarum erga iniustos.

¶ Persona loquens propheta est.

Exaltabo. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materiæ, & executiuam / ibi magnus dominus. Vbi ante omnia aduerte ꝙ psalmus iste est vltimus inter psalmos alphabeticos: deest tamen ei vna litera, scilicet nun. ¶ Proponit duo laudanda: scilicet deum regem, & nomen eius. Proponit duos modos laudādi: scilicet per modum exaltationis / dicēdo exaltabo: & per modum benedictionis seu laudis / dicendo. benedicam, laudabo. Proponit differentiam temporum: dum dicendo in omni die benedicam / determinat tēpus benedicendi deum esse quotidie: dicendo autem exaltabo sine aliqua temporis adiectione / alterius rationis tempus significat. Proponit bis laudādum nomen domini / non sine mysterio, sed ad significandum duplicem statum nominis dei / hoc est notitie humanę de deo. nomen.n. dei ad deū notū ac nominatum a nobis spectat. Aliter autem notus ac nominatus fuit deus tēpore priscorum patrum vsq; ad datam legem / & aliter post. Vnde exo. 6. dicit deus ad moysen. ego dominus qui apparui abraham / isaac & iacob in deo omnipotente, & nomen meum adonai non indicaui eis. Intendit enim propheta laudare deum fm nomen notum priscis patribus (hoc est fm immensitatem potentię eius) & fm nomen manifestatum in lege: hoc est fm misericordiam / gratiam / bonitatem &c̄. ¶ Exaltabo te / non in teipso sed in humana notitia & laude. Et apte exaltationis nomine vtitur proponens statum priscorum patrum. erat enim diuina notitia tempore illorum tanq̄ in statu augmenti: & propterea velut exaltandus deus in humana notitia describitur. ¶ Rex. Multi asserentes deū esse, negant ipsum esse regem vniuersi: dum negant eius prouidētiam. Et ideo propheta proponit exaltandum deum regem: hoc est gubernantem vniuersum. hęc est enim pręcipua intentio psalmi. ¶ Nomen tuum. Multi vsurpantes sibi licentiam venerandi deum quocunq; modo, deum tanq̄ arcanum quiddam / ignotum & innominatum asserunt. Contra quos propheta proponit benedicam nomen tuum / quo notus ac nominatus es rex vniuersi. ¶ Seculo & semper. Non refertur ęternitas ad mensurādum benedictionem: quia non intendit dicere ꝙ ego semper benedicam. sed refertur ad rem benedictam: scilicet deum regem & nomen eius. est enim sensus. Exaltabo te existentem seculo & semper: & similiter benedicam nomen tuum seculo & semper, vtpote nunq̄ deficiens. Possunt tamen hæc de benedictione verificari in successu generationum ad laudandum deum. ¶ In omni die benedicam te. Status diuinę laudis data lege, proponitur per hoc ꝙ omni die benedicendus proponitur deus. Imperfectio siquidem prioris status non erat semper perseueratura: & propterea non proposuit / exaltabo in omni die. Perfectio autem notitiæ a tempore legis habita / duratura semper est. & propterea proponit propheta ꝙ in omni die benedicam te / supple deus meus rex, & laudabo nomen tuum / amplius manifestatum, seculo & semper / indeficiens.

¶ Magnus dominus. Incipit hic pars executiua tali ordine. Prīo tractatur illa particula / exaltabo te &c̄. Secundo illa / in omni die &c̄. Et ibi tractabitur simul repetita particula / benedicam & laudabo nomen tuum. ¶ Exaltat itaq; propheta deum, describendo quæ & quomodo nota fuerunt de deo tempore priscorum patrum vsq; ad legem / tali ordine. Primo describit quid tunc fuit notum de deo. Magnus dn̄s. fuit cognitū tunc ꝙ deus ē magnus / nō mole sed virtute: & magnitudini eius nō inuestigatio: hoc est est ita magnus vt magnitudo eius nō sit inuestigabilis / super oēm inuestigationē. Quod ē dicere, magnitudo eius ē ifinita. nā oīs magnitudo finita est inuestigabilis. Et laudatus valde. Ne putaret deus oino ignotus / ex eo ꝙ ē magnus & magnitudo eius nō ē inuestigabilis, apposuit & laudatus valde: hoc est cognitus dignus oī laude / & de facto laudatus. ¶ Vbi describunt duo in prisco statu: scilicet imēsitas dei, & laus eius. Et vtrunq; quadrat allato testimonio ex exo. 6. apparui abraham / isaac & iacob in deo omnipotente. Omnipotentia enim est magnitudinis diuinę: & apparitio infert laudem. ¶ Generatio generationi. Describitur consequenter modus quo diuina hæc notitia perseuerauit: scilicet non per scripturas sed per traditionem. Quia generatio / patrum, generationi / filiorum, laudabit opera tua / creationis & aliorum quæ postea moyses recitauit in genesi: & fortitudines tuas annunciabunt. Fortia opera (vt opus diluuii & euersionis sodomę &c̄.) fortitudines appellat. Futura laudabit & annunciabunt / ad preteritum laudatus referuntur.

Pulchritudinem. Post descriptam notitiam & modum apud priscos, describit notitię augmētum tēpore moysi / ante tamen legē: hoc est a principio quo moyses missus est ad pplm educēdū de ęgypto /

vsq; ad completum transitum maris rubri. ¶ Pulchritudinem honoris laudis tuæ & verba separatorum (idest mirabilium) tuorũ loquar. Duo per moysen proposita ad educendum populum tangit. Alterũ ꝙ populus vocabatur ad sacrificandum deo in deserto, & consequenter in terra promissionis. Et quo ad hoc dicit. Loquar pulchritudinem honoris laudis tuę: hoc est honorabilem pulchritudinem tuæ laudis. Volebat enim deus ꝙ populus laudaret ipsum pulchritudine honorabili. Vnde moyses dixit ad pharaonem. abominationem ægyptiorũ immolabimus deo nostro. exo. 8. Alterũ ꝙ missus erat ad faciendum prodigia & miracula palam in ęgyptiis. Et quo ad hoc dicit. Et verba separatorum tuorum loquar. ¶ Et fortitudinem terribilium tuorum dicent. Effectus subsecutus ex his propositis describitur: ꝙ hebręi & ęgyptii dicent fortitudinem, potentiam, tuorum terribilium, prodigiorum quæ facta sunt per manum moysi. Vbi nota diuersum modum: dum duo prima explicat in prima persona singularis numeri, loquar: hunc autem effectum explicat in tertia persona pluralis numeri, dicent. ex ipso introducendi modo describens ordinem rei gestę: ꝙ moyses dicebat prima, & communiter omnes dicebant terribilia subsecuta. ¶ Et magnitudines tuas recensebo. Iterum redit ad primam personam, describens verba moysi super mare rubrum, quando superueniente pharaone cum exercitu suo populus existens cum moyse perterritus est valde. Tunc enim moyses animauit populum, cõmemorans magnam dei potentiam. state & videte mirabilia domini &c. exo. 14. Hoc enim tangit dicens. & magnitudines tuas recensebo. ¶ Et ecce effectus in tertia persona. Memoriam multi boni tui effluent, & iustitiam tuam cantabunt. Lætitia & gratiarumactio populi israel submerso pharaone cum suis, tangitur: & ꝙ cantauerunt in cantu iustitię dei quæ submerserat ęgyptios, & in effusa gratiarumactione commemorando bonitatem diuinam multipliciter sibi communicatam. Metaphorico sermone describit effluent memoriam multi boni tui, ad similitudinem vasorum ex plenitudine vndiq; redundantium. tunc enim recordati tot bonorum quæ & ipsi & patres eorum receperunt a deo, tam pleni recordationibus describuntur vt effluerent laudando deum ob multitudinem beneficiorum diuinorum.

Misericors & miserator. Tractatur hic illa particula, in omni die &c. Hactenus enim descripsit exaltationem dei in lętitia & laude patrum vsq; ad tempus legis. deinceps intendit describere dei notitiam ac laudem a tempore legis. Et quoniam proposuit nõ solum benedicendum deum regem, sed nomen eius tam cognitum ante legem q̃ sub lege, ideo inchoat a nominibus diuinis notis. & deinde laudat ipsum nomine regis: & successiue ꝑm alia nomina hic proposita: scilicet ꝙ bonus est, ꝙ misericors, miserator, magnus gratiæ & longus iratum. vt sic nihil remaneat propositorum non tractatũ. ¶ Proponit itaq; quattuor nomina dei regis manifestata in lege. Quorum tamen quartum computãdum est cum nominibus notis prisco statui: quoniam spectat ad creationem & conseruationem rerum, quam generatio generationi tradebat. ¶ Misericors & miserator. Primum nomen ex interno affectu ad miserendum & exteriori opere subleuante miserias, duplici vocabulo exprimitur. ¶ Longus iratum. Secundum nomen a similitudine hominum qui dicuntur longi in expeditione negociorum (quia scilicet protrahunt negocia in longum) describitur: significans ꝙ deus protrahit vindictas in longum: hoc est non cito punit, sed differt punire & vindicare. hoc enim significat longus iratum. ¶ Magnus gratiæ. Tertium nomen clarum est. Vbi prudens lector aduerte duo prima nomina respicere malum vel subleuandum uel puniendum; hoc autem tertium respicere bonum sine meritis conferendum. ¶ Bonus dominus omnibus. Quartum nomeñ a communicatione diuinæ bonitatis, non istis aut illis sed omnibus rebus. ¶ Et misericordię eius. Explicatur modus quo diuina bonitas omnibus communicatur: scilicet sic ꝙ in miseria essent res omnes si non participarent diuinam bonitatem. Hoc enĩ significatur dicendo. & misericordię eius super omnia opera eius: hoc est tollentes ab omnibus operibus eius statum miseriæ. Et per miseriam intellige hic nihilum. Est enim sensus ꝙ deus est bonus omnibus sic ꝙ velut affectu miserentis, subleuat omnia de nihilo. in omnibus enim operibus dei inuenitur aliquid creatum ex nihilo. Et rursus in omnibus operibus dei inuenitur semper subleuatio ab aliquo malo seu aliqua priuatione, non ex debito aut necessitate aliqua, sed tanq̃ ex affectu miserentis a deo procedens. Et ꝑpterea merito dicitur, & misericordiæ eius super oĩa opera eius. ¶ Nota hic moysen. exo. 34. hæc dei nomina dixisse transeunte domino: vt inde sumpta quæ hic recensentur, insinuent ꝙ de reuelata notitia dei tempore moysi est sermo.

Confitebuntur te. Explicatis nominibus quattuor dei regis vniuersorum, incipit ꝑpheta exeq; ꝑposita. Et primo laudem dei regis in principio propositi. tum ab omnibus operibus dei, dicendo. Cõfiteãtur te domine omnia opera tua. non ꝙ res omnes intellectum habeant confitendi deum: sed quia res omnes materia sunt laudandi deum, nullumq; est dei opus quod non sit materia laudis diuinæ. Et in hoc dicto clauditur ꝙ nullum opus dei est turpe aut malum aut vituperabile (sicut sunt multa opera hominũ) sed quodlibet dei opus est materia laudis diuinæ. Maxima est artificis laus, cuius omne opus est materia laudandi artificem. & sic magna dei laus ꝙ omne opus eius est materia laudis diuinę. ¶ Et

gratiosi tui benedicent te. Non dixit & omnes homines, sed gratiosi tui: a virtute beneficentię gratuitę, explicans iustos laudantes deum. ad differentiam iniquorum qui non laudant dominum: eo ꝙ eorum iniquitas non est opus dei.

Honorem regni tui dicent: & fortitudinem tuam, hoc est omnipotentiam tuam, loquentur, gratiosi tui. Hæc duo prædicabunt prophetæ tui, sacerdotes tui &c̄. Ad faciendum scire filios adam fortitudines eius, dei: & honorem decoris regni eius. Ad literam describuntur moyses, prophetę & reliqui ministri legis annunciantes populo honorem diuini regni: hoc est honorem non turpem, non sordidum, non obscęnum, sed decorum, debitum deo quia rex est totius vniuersi, & potentiam dei extendentem se super omnia: ad hoc vt sciāt vniuersi filii hominum vtrūq; horum. Et dixit hoc ad differentiam prisci status ante legem: in quo non annunciabantur publice populo ea quæ dei sunt: non enim habebant legem, neq; erat populus liber. sed erant doctrinę domesticę patribus instruentibus filios: & sic de generatione in generationem. Ita ꝙ per hoc describitur ampliata & magnificata notitia ac laus dei publice.

Regnum tuum. Explicat propheta vtrunq; annunciatum. De regno quidem. Regnum tuum regnū omnium mundorum, compręhensiuum est. non ꝙ plures sint mundi: sed quia si essent plures, quotcunq; essent compręhenderentur sub regno tuo. Quāuis etiam pluralitas mundorum referri possit ad diuersos status: prout distinguimus mundum pręsentem a mundo futuro. Vel etiam ad diuersas maximas vniuersi partes: prout distinguimus mundum inferiorem a mundo superiori. Et breuiter quouis modo distinguantur mundi, regnum tuum est regnum compręhensiuum omnium mundorum: ita ꝙ nihil est aut esse potest exemptum a regno tuo. ¶ De fortitudine. Potestas tua in omni generatione & generatione, ad omnia secula se extendit. Et sic ex primo vniuersalitas rerum, ex secundo vniuersalitas temporum sub regno dei describitur.

Sustentans dominus. Laudato deo rege, laudatur idem bonus omnibus: describendo diuinam bonitatem in conseruatione rerum omnium. tum conseruando species rerum per successiuam generationem. Hæc enim conseruatio significatur a metaphora sustentantis cadentes & erigentis deiectos: ad significandum duas actiones concurrentes ad conseruationem specierum. Quarum altera est conseruatio indiuiduorum pro tempore. Et hæc significatur per sustentationem cadentium. singularia. n. quia corruptibilia sunt, cadentibus assimilantur: & consequenter eorum conseruatio sustentationi cadentium assimilatur. Altera est surrogatio succedentium pro corruptis: hoc est filiorum pro patribus, & vniuersaliter succedentium loco corruptorum. Et hæc assimilatur erectioni deiectorum. est enim velut erectio collapsorum, surrogatio similium loco corruptorū: iuxta illud eccl̄i. 30. mortuus ē pater eius, & quasi nō est mortuus, reliquit. n. similē sibi post se. ¶ Tum quātum ad cibationem omnium quæ vegetantur. Hæc enim significatur dicendo. Oculi omnium ad te expectabunt. Ad similitudinem suspicientium seruorum in dominantes sibi expectando cibum, describitur naturale desiderium omnium vegetabilium expectantium a deo nutriri. ¶ Vnde & subditur. Et tu dans, eris, eis cibum suum, proportionatum illis: nec solum cuilibet cibum proportionatum, sed etiam in tempore suo, hoc est in tempore quo oportet eos ali. Hoc enim videmus impleri quotidie s̄m diuersas partes mundi.

Aperiens manus tuas. Modus quo deus pascit viuētia, describitur ad similitudinem aperientis manus ad largiendum. Et saturans omnē viuum complacentia: hoc est quodlibet re delectante ipsum. In quo significatur suauissima prouisio alimenti: dum prouidetur de cibo quo ad necessitatem, & delectabili quo ad appetitum, & tempore congruo.

Iustus dominus. Laudato rege bono omnibus, laudatur modo magnus gratiæ. Vbi aduerte ꝙ hactenus laudauit regnum dei s̄m id quod commune est rationabilibus & irrationabilibus: modo intēdit laudare regimen dei s̄m ꝙ prouidet rationalibus creaturis: respectu quarum posita sunt superius illa nomina, miserator, misericors, lentus irarum, & magnus gratię. Ita ꝙ hic tractatur regimen dei respectu iustorum & peccatorum. & inchoat a gratia. Verum quia humani principes ita se exhibent gratiosos multis vt tamen aliis se exhibeāt iniustos (vt patet in principibus quos videmus profuse prodigos circa quædam, & ex alia parte auaros, raptores, & sic de similibus) ad excludendū tale monstruosum regimen, iungit propheta simul in regimine diuino gratiam & iustitiam: asserendo ita deum esse gratiosum in omnibus operibus suis ꝙ tamen in omnibus etiam est iustus. quod est dictu, ꝙ sine cuiusq̄ iniuria est deus omnibus gratiosus. Et verificatur gratia dei in omnibus rationalibus creaturis, quæ solę sunt capaces gratię: quia & punit citra cōdignum, & remunerat supra condignum. Magna est siquidem dei gratia erga peccatores ꝙ non exterminat eos statim: cuum peccator indignus sit pane quo vescitur, vt inquit aug.

Propinquus dominus. Laudatur deus misericors, ex hoc ꝙ colentibus eum ad similitudinem propinqui se exhibet: quia est eis propinquus non loco sed voluntate beneuola ad salutem eorum in veritate. Hoc dicitur ad differentiam eorum de quibus scriptum est. populus hic labiis me honorat, cor au

tem eorum longe est a me. In veritate siquidem vocant deum, qui cultui diuino conformant vitam suam.

Voluntatem timentium se faciet. Laudatur deus miserator ab opere erga timentes eum triplici. Primum est. facict voluntatem timentium se. Non dicit faciet petitionem, sed voluntatem: quia bonus dominus qui negat quandoq; quod petimus, vt tribuat quod vellemus si cognosceremus magis vtilia. ¶ Secundum est. & clamorem eorum audiet, in tribulatiõe, in timore. ¶ Tertium. & saluabit eos. Hic effectus tertio descriptus, infallibilis est effectus duarum praecedentium actionũ. nam ita deus audit clamorem & facit voluntatem timentium se, vt tandem saluet eos.

Custodiens dominus omnes diligentes se. Hoc est supremũ miserationis opus in hac vita, q; deus curam vigilantem ad similitudinem custodis exercet respectu diligẽtium se. ¶ Aduerte hic tres gradus iustorum cõmemorari: scilicet colentium deum in veritate, timentium deum, & diligentium deũ. Et colentibus quidem describitur deus propinquus: pręstantibus autem multo timore dei, describitur audiens, faciens voluntatem eorum, & tandem saluans. diligentibus vero (hoc est amore ipsius ardentibus) custos describitur.

Et vniuersos impios destruet. Laudatur demum deus longus irarum: dicendo q; destruet, non statim sed in futurum protrahendo punitionem, vniuersos impios. vbi asseritur punitio, protrahenda tamen.

Laudem domini. Decursis specialibus rationibus laudandi deum ex diuersis nominibus, concludit propheta simpliciter & absolute laudandum deum a se, & benedicendum nomen sanctitatis eius ab omni carne. Siue per carnem intelligas omne animal, siue reliquum genus humanum, aut reliquum populum. Ita q; intendit dicere q; ego ore pprio laudabo deũ, & omnis caro, hoc est vtriusq; sexus mares & fœminę omnes benedicent nomen domini. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO. ¶ Halelu iah. CXLV.

LAuda anima mea dominum: laudabo dominum in uita mea, psallam deo meo quandiu fuero.
Nolite confidere in principibus: in filiis hominum in quibus non est salus.
Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius deus iacob adiutor eius: spes eius in domino deo ipsius qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quę in eis sunt.
Qui custodit ueritatem in seculum: facit iudicium iniuriam patientibus, dat escam esurientibus.
Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cęcos.
Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos.
Dominus custodit aduenas: pupillum & uiduam suscipiet, & uias peccatorum disperdet.
Regnabit dominus in secula: deuus tuus sion in generationem & generationem.

¶ IVXTA HEBRÆVM. CXLVI.

1 HAlelu iah: lauda anima mea dominum.
2 Propheta. Laudabo dominum in uitis meis: cantabo deo meo in opere meo.
3 Ne confidite in principibus: in filio adam [hois], q; non ei salus.
4 Egredietur spiritus eius, reuertetur [filius hois] ad terram suam† [terre sue]: in illa die peribunt cogitationes eius [hois].
5 Beatitudines [sunt filius] cuius deus iacob in adiutorio eius: expectatio eius super domino deo suo.

6 Faciente cœlos & terram, mare, & omne quod in eis: custodiente ueritatem seculo.
7 Faciente iudicium calũniam patientibus, dante panem esurientibus: dominus solueus
uinctos.
8 Dominus aperiens cęcis: dominus erigens deiectos, dominus diligens iustos.
9 Dominus custodiens peregrinos: pupillum & uiduam roborabit, & uiam impiorum
torquebit.
10 Regnabit dominus ęterno, deus tuus sion generationi & generationi: halelu iah.

Titulus aut nullus est aut halelu iah. Dico autem hoc: quia in quęstionem vertitur an halelu iah hic scriptum sit titulus an principium psalmi. Crediderim ego principium esse psalmi: eo ꝙ consonat contextui psalmi ꝙ pręinuitatus sit populus cui postea dicitur, ne confidite in principibus: & in calce psalmi, deus tuus sion &c̃. Incipiat itaq; psalmus iste ab halelu iah (hoc ẽ laudate deum) sicut & terminatur in halelu iah. quãuis ecclesiasticus vsus nec in pricipio nec ĩ fine psalmi cãtet halelu iah. Materia psalmi (vt clare psalmus ipse testatur) est exhortatio populi israel, per modum tamẽ laudis, ad confidendum in deo solo: eo ꝙ fœlicitas tam vitę q̃ operum nostrorum non ab homine sed a deo pendet et habetur.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta vbi populum animamq; propriam inuitauit ad diuinam laudem, & seipsum protulit laudaturum deum ratione tam vitę q̃ operis proprii, monet ne confidant in homine, asseritq; beatos confidentes in deo: astruens dicta ex conditionibus inde hominis hinc dei pteritis, p̃sentibus & futuris.

¶ Persona loquens propheta est.

Halelu iah. Diuiditur psalmus in partes duas: propositiuam materię, & executiuam, ibi ne confidite. ¶ Proponendo inuitat & explicat materiam, simul ab exemplo monens. Inuitat populum israel, dicẽdo laudate deum. inuitat & animam propriam, dicendo lauda anima mea dominum. Decernit materiam laudis simulq; monet populum ad laudandum deum ab exemplo suo, dicendo. Laudabo, ego, incipiam ego laudare, dominum in vitis meis, ratione vitę meę. Hæc est prima pars materię. Cantabo deo meo in opere meo, ratione operis mei. Et hæc est altera pars materiæ. Proponit enim laudandum esse deum ratione tam vitę q̃ operis. ¶ Vbi aduerte ꝙ ad literam intẽdit propheta instruere populum ꝙ omnia bona quæ habet populus israel (siue ad vitam siue ad opera eorum spectent) habet a deo, & non a principibus: puta moyse, iosue, samuele, saule, dauide &c̃. & propterea debet confidere in solo deo, & solum deum recognoscere autorem bonorum suorum.

¶ Ne confidite. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula, deum seu dñm, ab opposito. Secundo tractatur eadem a proposito, ibi beatitudines. Tertio illa, in vitis meis, ibi custodiente. Quarto illa, in opere meo, ibi dominus soluens. Quinto completur ratio vtrorūq;, ibi regnabit. ¶ Explicat itaq; quorsum & quo sensu inuitet ad laudandum deum: scilicet vt deus & homo opponũtur. Dupliciter siquidem potest homo considerari. Vno modo vt substat deo. & sic laudare hominem, confidere in homine, & attribuere homini quæ sunt hominis ministri dei, nõ vetatur sed laudabile est: immo ingrati animi esset non recognoscere hominum ministrorum dei beneficia. Et sic consideratus homo non opponitur deo: quoniam consideratur vt substat deo. ¶ Altero autem modo consideratur homo tanq̃ s̃m seipsum caput & principium, non habita relatione ad deum. Et sic homo opponitur deo: quia velut alterum caput distinctum e regione a deo, consideratur. Et sic scriptum est. maledictus homo qui confidit in homine hiere. 17. Et iuxta hunc sensum dicitur hic. ne confidite in principibus, tanq̃ capite vnde pendet salus: quia fiducia tanq̃ in capite reseruatur deo. Intendit enim per hoc declarare ꝙ ad hoc inuitat ad laudandum deum, vt recognoscatur deus caput & autor bonorum, & nõ priceps aut homo aliquis. Cum quo tamen stat ꝙ principes & homines possunt & debent recognosci vt ministri dei: & potest homo in eis confidere in gradu eorum. s. vt ministri sunt dei.

In filio adam. Vetatur confidentia in potentatu humano, dicendo in principibus: in viribus naturæ, dicendo in filio hominis. Et ratio subditur. ꝙ non ei salus: hoc est ꝙ non est in facultate eius donare salutem: quia non habet salutem pro se filius hominis. Quod statim probat ex hoc ꝙ est mortalis. ¶ Egredietur spiritus eius, filii hominis. Non dixit egredietur anima eius, sed spiritus eius: quia animæ officium est in solo corpore: nõ enim animat nisi existens in corpore. Egreditur autem spiritus: hoc est in statum & officium spiritus. anima enim egressa a corpore, existit illo modo quo existunt spirituales substantię, & officiis vacat spiritualis substantiæ. Et reuertetur, non spiritus sed filius hominis s̃m corpus, in terram suam: iuxta illud gene. 3. puluis es & in puluerẽ reuerteris. Et propterea dicta est terra materna ipsius. ¶ In illa die peribunt cogitationes eius. non solum peribit ipse homo in die mortis suę,

ſed etiam peribunt cogitationes eius hominis:hoc eſt diſpoſitiones de faciendo/de adiuuando/& ſimilibus.Et dixit hoc referendo ad id quod dixerat de principibus ꝙ non poſſunt ſaluare.quia pereunt nõ ſolum ipſi ſed diſpoſitiones eorum.

Beatitudines. Tractatur hic eadem particula a propoſito:manifeſtando in deo inueniri rationes cõfidendi in eo,non ad modicum aliquid vitandum aut conſequendum/ſed ad plenam fœlicitatem aſſequendam.¶ Et per oppoſitum ad tres conditiones humanorum principum/conditiones dei declarat ad beatitudinem populi. Beatitudines/fœlicitatẽ pręſentis vitæ ad literam & futurę in ſpe ſunt populi,cuius deus iacob/hoc eſt populi deſcendentis a iacob,in adiutorio eius/ſupple eſt:expectatio eius/ſcilicet populi,ſuper domino deo ſuo.Duę conditiones ad beatitudinem concurrere deſcribuntur.Altera ex parte dei:ſcilicet eſſe adiutorem. altera ex parte hominis:ſcilicet confidẽtia in deo. Quas ſic intellige ꝙ ſecunda eſt explicatio primæ.explicar enim populum cuius deus eſt adiutor/eſſe confidentem in deo.Ita ꝙ beatitudo populi in poteſtate ipſius deſcribitur:ꝙ ſcilicet confidat in deo:quia confidenti nõ deeſt adiutorium dei,qđ perficit beatitudinem.¶ Facientẽ cœlos & terram,mare & omne quod in eis.Dixerat de prĩcipibus hũanis ꝙ erãt filii hominũ,dicit ecõuerſo de deo iacob ꝙ eſt factor oĩum.¶ Cuſtodiẽte veritatẽ.Dixerat de principibus hũanis ꝙ nõ ei ſalus:dicit modo de deo ꝙ oẽm ſalutẽ facit.Et inchoat a prima radice: hoc eſt a promiſſione facta primis patriarchis,ꝙ ſeruauit & ſeruat eã ſeculo ꝓmiſſo.Promiſerat.n.deus tam abrahę gen.15.q̃ iacob gen.46.ꝙ reduceret populum de ęgypto,& daret promiſſionis terram.Hoc enim cõmunis ſalutis opus ſignificatur dicẽdo.cuſtodiente veritatem/curã habẽte adimplendi ꝓmiſſa ſeculo/quartę generatiõis.cura.n.veracitatis ẽ facere vt dixit.

Facientem iudicium. Ex fixa radice diuinę veracitatis ſeruatę deſcribit ramos inde ortos. Et primus ẽ iudiciũ quod exercuit deus cõtra ęgyptios.quo deſcribiť facere iudiciũ calũniã patiẽtibus iudęis ĩ ęgypto:iuxta illud eſa.52.in ęgyptũ deſcẽdit ppl's meus ĩ prĩcipio vt colonus eẽt ibi,& aſſur abſq; vlla cã calũniatus ẽ eũ.¶ Si latinitas ꝑmitteret,dictio interp̃tata calũniam patiẽtibus/interp̃tareť calũniatis.
Dante panem eſurientibus/tum manna in deſerto/tum panẽ hoc eſt victum neceſſarium in terra promiſſionis.Et hoc ad literam videtur intendere textus.

Dominus ſoluens vinctos. Ab hic quę ſequũtur beneficia,ſpectãt ad tẽpora qbus poſt ioſue opp̃ſſi ſunt hebræi a multis prĩcipibus/& a deo liberati diuerſimode.ita ꝙ tẽpore dauidis fuit plene liberatus ppl's.¶ Dñs ſoluẽs vinctos.Hæc oĩa quæ ſubſequũtur beneficia diuina/experiẽtia cõprobauit:deſalligati ſeruituti tyrãnoꝝ/ſoluti ſunt:deiecti a diuitiis & honoribus/erepti:iuſtis mõſtrata eſt diuina dilectio:cęcis/hoc eſt clauſis in carcere(q nõ poſſunt videre lumen)apertus eſt carcer: deductis in peregrinas terras/affuit deus cuſtos.Hæc.n.oĩa viderũt vſq; ad tẽpus dauidis adimpleta.¶ Quibus addũtur duo alia futura.ſ.pupillũ & viduã roborabit,& viam impioꝝ torquebit.Nec ideo futura deſcribuntur qa nõ ſint adimpleta ſicut & cætera narrata:ſed vt ex diuina in his duobus perſeuerantia ſignificata p verba futuri tp̃is/ĩtelligãtur futura ẽt reliq̃ opportuna bñficia.¶ Rõ aũt q̃re hæc ſola ſcripta ſint in futuro eſt: qa miſerię priores(.ſ.vinculorũ/carcerũ/deiectionũ ac peregrinationũ)& trãſitorię erant & deſierant in populo iam libero ſub regno dauidis.Hæc autem duo nunq̃ defectura erant.nam ſtatus pupillorum & viduarum ſemper in aliquibus ſaluatur:& ſimiliter via impiorum ſemper inuenitur in aliquibus.Daturus ergo opem pupillis & viduis(vtpote impotentibus ſe adiuuare)deſcribitur. & torturus viam impiorum:vt dum tendunt ad opprimendum alios/opprimantur ipſi.ſic enim torquetur eorum via.¶ Et hæc intellige iuxta promiſſiones veteris teſtamenti. Et commemorauit propheta tot ſalutifera beneficia exhibita populo,ad declarandum ꝙ omnis ſalus populi eſt in facultate dei:vt ex perceptis beneficiis confideret in deo.

Regnabit dominus. Dixerat de principibus humanis/ęgredietur ſpiritus eius reuertetur ad terram ſuam &c̃.dicit econuerſo de deo ꝙ regnabit dominus æterno.nõ ſolum ipſe eſt immortalis, ſed etiam regnum eius.Deus tuus ſion generationi & generationi.Hinc apparet ꝙ ad ſion locutus eſt:hoc eſt ad populum hebręum,ſignificatum a capite regni ſion.Hinc rurſus apparet ꝙ poſtq̃ dauid erexit ſion in ciuitatem ſuam/locauitq; ibi arcam domini,editus eſt pſalmus iſte. Et propterea quum dixiſſet ꝙ regnabit dominus ęterno,dicit ad ſion.deus tuus / hoc eſt qui in te colitur,generationi & generationi/ſupple aderit:hoc eſt ſuccedentibus ſibiinuicem generationibus non deficiet tibi . & propterea haleluiah/hoc eſt laudate deum.Amen.

¶ VVLGATA EDITIO.¶ Haleluiah. CXLVI.

Laudate dominum quoniam bonus eſt pſalmus : deo noſtro ſit iucunda decoraq; laudatio.
Edificans hieruſalem dominus:diſperſiones iſraelis congregabit.
Qui ſanat contritos corde:& alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem ſtellarum:& omnibus eis nomina uocat.
Magnus dominus noſter & magna uirtus eius:& ſapientię eius non eſt numerus.
Suſcipiens manſuetos dominus:humilians autem peccatores uſq; ad terram.
Pręcinite domino in confeſſione:pſallite deo noſtro in cithara.
Qui operit cœlum nubibus:& parat terræ pluuiam.
Qui producit in montibus fœnum:& herbam ſeruituti hominum.
Qui dat iumentis eſcam ipſorum:& pullis coruorum inuocantibus eum.
Nõ in fortitudine equi uoluntatem habebit:nec in tibiis uiri beneplacitum erit ei.
Beneplacitum eſt dñõ ſuper timentes eum:& in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

CXLVII.

LAuda hieruſalem dominum:lauda deum tuum ſion.
Quoniam cor.fortauit ſeras portarum tuarum:benedixit filiis tuis in te.
Qui poſuit fines tuos pacem:& adipe frumenti ſaciat te.
Qui emittit eloquium ſuum terrę:uelociter currit ſermo eius.
Qui dat niuem ſicut lanam:nebulam ſicut cinerem ſpargit.
Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas:ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?
Emittet uerbum ſuum & liquefaciet ea:flabit ſpiritus eius & fluent aquę.
Qui annunciat uerbum ſuum iacob:iuſtitias & iudicia ſua iſrael.
Non fecit taliter omni nationi:& iudicia ſua non manifeſtauit eis.

IVXTA HEBRÆVM. CXLVII.

1 Propheta. LAudate deum:quoniam bonum canere deum noſtrum, quoniã ſua-
uis pulchruit laus.
2 Ædificans hieruſalem dominus:impulſos iſrael congregabit. † doloribus
3 Medens confractis corde:& alligans dolores † eorum.
4 Supputans numerum ſtellis:oĩbus ipſis nomina uocabit.
5 Magnus dominus noſter & multę fortitudinis:intelligentię eius non eſt numerus.
6 Eleuans humiles dominus:humilians impios uſq; terram.
7 Canite domino in confeſſione:canite deo noſtro in cithara.
8 Operiens cœlos in nubibus,parans terrę pluuiã:germinare faciens montes herbam.
9 Dans beſtię cibum ſuum:filiis corui qui uocabunt.
10 Non in fortitudine equi uolet:non in cruribus uiri complacebit.
11 ſed Volens dominus timentes ſe:ſperantes in gratia eius †. † gratia ſua
12 Lauda hieruſalem dominum:lauda deum tuum ſion.
13 Quia corroborauit ſeras portarum tuarum:benedixit filios tuos in medio tui.
14 Qui ponens terminum tuum pacem:adipe frumenti ſaciabit te.
15 Mittens dictum ſuum terrę:uſq; uelociter curret uerbum eius.
16 Dans niuem quaſi lanam:pruinam quaſi cinerem ſparget. † faciebus
17 Iaciens glaciem ſuam quaſi buccellas:ad facies † frigoris eius quis ſtabit?
18 Mittet uerbum ſuum & liquefaciet illa:flabit ſpiritum ſuum,fluent aquę.
19 Annuncians uerbum ſuum iacob:ſtatuta ſua & iudicia ſua iſrael.
20 Non fecit ſic omni genti,& iudicia non cognouerunt ipſi:halelu iah.

TItulus nullus eſt. Materia pſalmi eſt laus dei uigens in hieruſalem,ob ſpecialia dona dei ibi-
dem. Apparet autem hæc materia tum quia hæc duo in principio pſalmi proponuntur. tum
quia in hoc pſalmo nihil agitur aliud niſi ꝙ laudatur deus magnus dominus &c.& ruſus laudatur.

Caiet.ſup pſal. H

deus in beneficiis tribus concernentibus hierusalem: vt clarius patebit in discursu. ¶ Et scito ꝙ hic psalmus comprehendit etiam lauda hierusalem dominum. non. n. in textu hebreo, lauda hierusalem est alius psalmus, sed pars est huius psalmi.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta inuitat ad laudandum deum. tum quia bonum est laudare deū ob magnitudinem intelligentię, potentię & dominii. tum quia laus diuina, iam pulchra & suauis est in hierusalem. tum ob diuinum beneficium ex ædificatione hierusalem proueniens singularibus personis israel: scilicet congregationē dispersorum. tum ob beneficia collata ciuitati hierosolymitane. tum ob singulare beneficium diuine legis collatum vniuerso populo: quę in hierusalem exercetur ac declaratur.

ℭ Persona loquens propheta est.

Laudate deum. Diuidit psalmus in ptes duas: propositiuam materiæ, & executiuā, ibi ædificans. ℭ Proponit laudandū deum duplici ratione. Altera est. Quoniā bonum est canere deum nostrū: hoc est quia secūdum se est opus bonum laudare cantando deum nostrum. transit. n. actus laudandi super materiam dignam omni laude & omni cantu. Altera est. quoniam suauis pulchruit laus. Hæc ratio plus significat ꝗ explicat. explicat. n. quia diuina laus reddita est simul pulchra & suauis seu iucunda, delectabilis. Significat autem locum sion seu hierusalem in quo reddita est pulchra, seu iucunda atq; delectabilis diuina laus. Intendit siquidem propheta inuitare ad laudādū deum tum quia ſm se bonum est laudare deum. tum quia hierusalem pulchrifecit suauem laudem dei. Quod constat esse verum: quia hierusalem fuit primus locus perpetuę firmitatis diuini cultus, & erat ciuitas regia. ex his. n. diuina laus poterat ordinari & pulchrior & iocundiorꝗ dum vagaretur & in locis vilioribus esset. ¶ Vbi etiam scito ꝙ psalmus iste incipit ab halelu iah, & terminatur in halelu iah. Quod ideo dixerim: vt facilius credas præcedentem psalmum terminatū in halelu iah, inchoare quoq; ab halelu iah.

ℭ Edificans hierusalem. Incipit hic ps executiua ordie nouo. est. n. in hoc psalmo singularis stilus. intercisis siquidem & non continuatis sententiis tractantur ambe particulę propositę. Et sunt sententię intercisę sic, ꝙ secant se inuicem sententię concernentes vnam particulam & sententię concernentes alteram. ℭ Verum vt ordo progressus percipiatur, notandum est ꝙ prima particula (scilicet quoniam bonum est canere deum nostrum) exercetur a triplici capite: scilicet sapientię, potentiæ & bonitatis diuinę. quę tria numerantur in versiculo quinto, sed tractantur in locis intercisis. Nam sapientia tractatur in. 4. versiculo: bonitas autem in octauo & nono: potentia vero in. 15. 16. 17. et. 18. Vbi videre potes intercisas sententias concernentes primam particulā. ¶ Secūda quoq; particula (scilicet quoniā suauis pulchruit laus) ex triplici capite tractatur. Primum ex vtilitate ædificii hierusalem ad cōgregandos dispersos. & hoc tractatur in versiculis. 2. 3. 6. 10. et. 11. Secundū est ex bonis propriis hierusalē. & hoc tractatur in versiculis. 12. 13. et. 14. Tertium est ex beneficio legis vigentis in hierusalem. & hoc tractatur in duobus vltimis versiculis psalmi. vbi etiam apparet tanta intercisio sententiarum concernentium secundam particulam. ¶ Vbi aduerte ꝙ ad primam particulam (quia bonū est canere deū) spectant laudes dei absolute: ad secūdam autem laudes dei vt benefactoris hierusalem. Ad hanc enim regulam aspiciens, facile discernes quid cui debetur.

ℭ Tractans itaq; primū caput quare laudandus est deus ex loco magnificante diuinā laudē, assumit ꝙ dominus ędificans hierusalem congregabit impulsos israelis: hoc est ꝙ ędificatio hierusalem est ad cōgregandum expulsos israelitas. Si textus diceret ad congregandum impulsos indę aut hierusalem aut sion, intelligerem proculdubio prophetiam hanc esse, vaticinantem reditum de captiuitate babylonica in ędificatione hierusalem sub cyro & dario persarum regibus: sed quia dicit impulsos israel, quod est nomen totius populi, quos constat non esse congregatos in illo reditu (immo pars illa quæ appellabatur israel, continens decem tribus, nunquā rediit) ideo verba ista historica, & res quę gerebātur tunc temporis describentia intelligo. Et est sensus. ꝙ deus ordinauit ędificari hierusalem ad firmamentum regni, ad dominandum finitimis qui oppresserant populum: ac per hoc ad congregandum multos homines israel qui fuerant abducti ex israel ab oppressoribus populi. Significanter autem non dicit ꝙ ędificium hierusalem habeat hanc vtilitatem, sed dicit ędificans dominus hierusalem: attribuens domino institutori vtrunq;, ędificium scilicet & congregationem. ¶ Impulsos. Significatur duplex malum: scilicet abductionis & modi, scilicet per modum impellendi. ad significandum magnitudinem violentię illatę israelitis quum dispergerentur. Vt. n. patet in li. iudi. ca. 2. iratus dominus contra israel, tradidit eos in manus diripientium, qui ceperūt eos & vendiderunt hostibus qui habitabāt per gyrū. Isti. n. sunt de quibus hic dicitur, impulsos israelis congregabit. tpe. n. dauidis qui primus cœpit ędificare hierusalem sub domino (prius. n. habitabat a iebuseis) congregati sunt isti dispersi redeūtes ad terram suam: qm̄ dauid subegit finitimos, & dominatus est vsq; ad euphraten.

Medens contritis corde. Prosequitur beneficium congregationis accumulando beneficia. ita ꝙ non solum congregat, sed etiam curam habet congregatorum ad similitudinem medici medentis vnguento & ligantis loca dolorum. Et intendit ad literam curam per consolationem afflictorum qui vo

cantur confracti corde.mestitia enim tot malorum perpessorum in dispersione;per confractionem cor/dis significatur:& varie indigentie eorundem per loca dolorum significantur. Que describuntur etsi non sanata;tamen medicata.Per quod intelligo ad literam ꝙ congregatorꝝ cura habita est;& illis sub/uentum est:quis non sint effecti ita locupletes sicut prius.

Supputans numerū stellis. Intercisio est.& incipit tractare primam particulam;quoniam bonum est canere deum nostrum:inchoando ab infinita dei sapientia seu intelligētia.laudando eam a duobus actibus:scilicet numeratione stellarum & nominatione singularum.¶ Nota prudens lector,nihil inter omnia corporalia admirabilius magisq̄ proprium diuinę notitię apparere q̄ numerū stellarum & pro/pria earum nomina;significantia scilicet earum naturas seu proprietates.& propterea propheta intelli gentiam dei laudat a numeratione & nominatione stellarum.

Magnus dominus noster. Tria capita fm que laudandus est deus absolute;hic adunantur. Primū est.magnus dominus noster.In quo magnitudo diuina non molis nec potentiæ sed bonitatis tangit. ¶ Et multę fortitudinis.secundum caput magnæ potentiæ diuinæ per hoc canitur.¶ Et intelligentiæ eius nō numerus.tertium caput infiniti intellectus seu infinitę sapientiæ.Et hoc caput tertium iam de/clarauit in pręcedenti versiculo a numeratione & nominatione stellarū;reliqua duo capita inferius tra/ctabit. Vnde apparet ꝙ fm ordinem sententiarū iste versiculus pręcedit pręcedentem.

Eleuans humiles dns. Redit ad prosequendū congregationē dispersorꝝ,describendo modum cōgre gandi.s.eleuando deiectos;& humiliando impios.Et vere sic fuit;q̄m eleuādo dauidem deiectum;& hu/miliando impios hostes iudæorꝝ,congregat dispersos & subuenit eis.

¶ Canite domino in confessione ; laudis vocalis : canite deo nostro in cithara; hoc est adhibitis musi/cis instrumentis. Quod potest intelligi dictum ratione totius materię;appositum autem post præce/dentem versiculum,quia in eo diuina eleuatio dauidis qui instaurauit & magnificauit diuinū cultum in hierusalem;cantata est.

Operiens celos. Intercisio est.redit.n.ad primā particulam;(scilicet quoniā bonum est canere deum nostrum)ex illo capite magnus dominus noster;magnitudinem non solum dominii sed bonitatis. Quā declarat ex cōmunibus beneficiis non solum hominibus bonis & malis:sed etiam inanimatis & bestiis & auibus;in filiis corui significatis.Qui vocabunt. Pulli animalium qui aluntur a parentibus;recurrūt pro alimento ad parentes:ad quorū differentiam pulli coruorū qui dicuntur non ali a parentibus,di/cuntur vocare (hoc est vocibus esurialibus clamare) & pasci rore.diuina prouidentia sic disponente, quę animalibus omnibus disposuit eorum alimentum.

Non in fortitudine equi. Prosequit congregationē dispersorꝝ:assignando rationem congregationis eorꝝ complacentiā dei,non in potentia equitū aut peditum regni israel;sed in timentibus ipsius & spe/rantibus in gratia eius. Vbi colligendo tria sparsim dicta circa congregationē dispersorū,apparet pri/mo descriptam rem gestam in cōgregatione & cura congregatorꝝ;cum mō rei gestæ.s.eleuando humi/les & humiliando impios.& demum rationē rei gestæ ex parte diuinę voluntatis,cōplacentiam non in fortitudine equitum aut peditum sed in timore & spe ipsius dei:hoc est in virtutibus animi quæ cōprę hendantur in his duobus:timore scilicet dei & spe gratię eius.

Lauda hierusalem. Tractat rursus secūdam particulam;(.s.q̄m suauis pulchraque laus)iuxta secūdū ca/put.s.beneficia ppria ciuitati hierosolymitanę.& ꝓpterea specialiter monet hierusalem ac sion.¶ Quia corroborauit seras. Quattuor cōmemorantur beneficia. Primū munitæ clausuræ;in corroboratis seris portarum.Secūdum multiplicationis ciuium;in benedictione filiorꝝ. Tertium pacis;in cōstitutione pa cis in confinibus.Quartum abundantię annonę;in sacietate ex frumento pingui.

Mittens dictum suum. Intercisio est.Redit.n.ad primā particulam;(.s.q̄m bonum est canere deū no/strum)ex tertio capite.s.quia est multę fortitudinis.declarando fortitudinē seu potentiā dei ex efficacia imperii diuini:ꝙ.s.celerrime adimplet quod ipse iubet fieri.Ita ꝙ velocissima efficacia in operibus naturę affertur declaratiua diuinę fortitudinis:sicut sępius inducta quoq̄ sunt sola naturalia opera.s.numerus stellarū ad testificandā sapientiam,& naturalis gubernatio inferiorꝝ ad testificandā bonitatē. Intēdit.n. propheta ex hmōi insertione naturaliū, efficere vt imbibant hoīes sibi hanc fidem ꝙ idē est deus actor & gubernator naturę qui est spālis gubernator populi israel:vt sciat mūdus ꝙ non finxerūt sibi deum, sed colunt & laudant deū qui est vere deus:vtpote actor omniū naturalium operū.¶ Mittens dictum suum terre;imperando quodcūq̄ dixerit,vsq̄ velociter curret verbū eius.Ecce effectus ꝙ verbū eius cur/ret non solū velociter sed vsq̄ velociter:hoc est attinget velocitatē quācunq̄.quod attestatur potentiæ imperantis.Et hoc declarat in duobus cōtrariis effectibus successiue. Primo in triplici genere niuis.s.in niue ad similitudinē lanę(quę est cōiter nota)dicendo,dans niuē quasi lanā.& in niue ad similitudinē cineris(quę apparet in montibus germanię)dicendo,pruinā quasi cinerē sparget.& demum in niue;si tamen nix dici pōt,ad similitudinē fragmentorꝝ(quę vbi videat nescio)dicendo,iaciens glaciem suam quasi buccellas.Exposuissem per glaciem grandinē,nisi contextus sequētium me ꝓhibuisset.sequitur.n. ad facies frigoris eius quis stabit. Grando siquidem cōiter fit tēporibus calidis;quum fiat per antiperi/

ſtaſim. hęc autem glacies quã de cœlo iacit deus ad ſimilitudinem buccellarum, intolerabile frigus in/
colis affert. & propterea dicitur, ad facies frigoris eius quis ſtabit? ⁋ Aduerte hæc omnia allata eſſe ad cõ
teſtandam celeritatem manifeſti operis dei in naturalibus. vnũquodq; enim horum celerrime fit: vtpo/
te quod non prius fit in aere, & poſtea cum tempore deſcendit ad nos, ſed generando deſcendit & deſcẽ/
dendo generatur: ſicut pluma.

Mittet verbum ſuum. Contrarius effectus etiam naturalis ad cõteſtandum diuinum imperiũ ſubin
fertur: quo mittit ventum auſtralem & liquefacit hęc, & fiunt fluentes aquę.

Annuncians verbum ſuum. Perficitur hic tractatus ſecundę particulę (ſcilicet quoniam ſuauis pul
chra erit laus) ex beneficio diuinę legis. ⁋ Vbi nota progreſſum quod primo laudauit beneficium diuinum re
ſpectu ſingulatium perſonarum ex toto populo diſperſarum. ſecũdo beneficium reſpectu vniuerſitatis
hieroſolymitanę: & nunc demum beneficium reſpectu vniuerſitatis populi. Quod ideo hic cõmemo/
ratur inter cauſas laudis in hieruſalem, quia lex dei præcipue in hieruſalem vigebat. nam præcępta cę/
rimonialia ibi erant ſeruanda ratione cultus diuini ibi firmati. Præcępta quoq; iudicialia ibidem præ/
cipue erant ſeruanda: vbi erat & iudicium ſummi ſacerdotis & regium. Moralia etiam præcępta pręci/
pue concernebant hieruſalem quo ad doctrinam & declarationem: quia ibi pręcipue erat locus docen
di legem & autoritas declarandi. ⁋ Laudatur itaq; beneficium legis diuinę. Annuncians verbũ ſuum
diuinorum & moralium, iacob populo deſcendenti a iacob: ſtatuta cęrimonialia, & iudicia præcępta
iudicialia. ⁋ Non fecit ſic omni genti. ſingularitas gratię laudatur. & iudicia non cognouerunt ipſi po
puli aliarum nationum quæ cognouimus nos. halelu iah laudate deum. Amen.

⁋ VVLGATA ÆDITIO. ⁋ Halelu iah halelu iah. CXLVIII.

LAudate dominum de cœlis: laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes uirtutes eius.
Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtellę & lumen.
Laudate eum cœli cœlorum: & aquę omnes quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen domini.
Quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt.
Statuit ea in ſęculum & in ſęculum ſęculi: pręceptum poſuit & non præteribit.
Laudate dominum de terra: dracones & omnes abyſſi.
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quæ faciunt uerbum eius.
Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cedri.
Beſtiæ & uniuerſa pecora: ſerpentes & uolucres pennatę.
Reges terræ & omnes populi: principes & omnes iudices terræ.
Iuuenes & uirgines, ſenes cum iunioribus laudent nomẽ domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper cœlum & terram: & exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus omnibus ſanctis eius: filiis iſrael populo appropinquanti ſibi.

⁋ IVXTA HEBRÆVM. ⁋ Halelu iah. CXLVIII.

1 Propheta. LAudate dominum * de cœlis: laudate eum in excelſis.
2 Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum oẽs exercitus eius.
3 Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtellæ lucis.
4 Laudate eum cœli cœlorum: & aquæ quæ deſuper cœlos.
5 Laudabunt nomen domini *: quoniam ipſe pręcępit, & creata ſunt.
6 Fecit ſtare ea ſemper æterno: pręceptum dedit & non præteribit.
7 Laudate dominum * de terra: dracones & omnes abyſſi.
8 Ignis & grando, nix & uapor, uentus turbinis: faciens uerbum eius.
9 Montes & omnes colles: lignum fructiferum & uniuerſæ cedri.
10 Fera & omnis beſtia: reptile & auis alata.
11 Reges terrę & omnes populi: principes & uniuerſi iudices terrę.

12 Iuuenes & etiam uirgines: senes cum pueris.

13 Laudabunt nomen domini: quoniam roboratum est nomen eius solius ipsius, laus eius super terram & coelos.

14 Et exaltauit cornu populo suo: ipse laus omnibus gratiosis suis, filiis israel, populo propin quo sibi: halelu iah.

TItulus est. Halelu iah: significās materiam psalmi esse inuitare ad laudem dei. Nihil enim aliud in hoc psalmo fit: vt clare patet.

¶ SVMMARIVM EST.

¶ Propheta inuitat prius coelestia ad laudandum deum ratione creationis, perpetuę naturę, & infallibilis operis. deinde terrestria (hoc est inferiora vniuersa, & specialiter vniuersas differentias humani generis) ratione singularissimę excellentię diuini nominis, & extēsę super omnia diuinę laudis, & exaltati cornu populo dei.

¶ Persona loquens propheta est.

LAudate dominum. Diuiditur psalmus in partes duas: inuitatiuam coelestium (hoc est superiorum. & inuitatiuam terrestrium (hoc est inferiorum) ibi laudate dominum de terra. ¶ Nec mireris si psalmus iste non diuiditur solito more in partem propositiuam & executiuam. est enim iste vnus exemptorum ab illo stylo: quia per modum diuisionis procedit, aggrediēdo membra distinctionis subintellectæ quę explicaret materiam psalmi. Subintelligitur siquidem distinctio scripta in principio genesis: scilicet inter coelum & terram, inter superiora & inferiora, quæ inuitāda sunt ad laudandum deum. Et hac subintellecta distinctione inchoat psalmum a primo membro, dicēdo laudate dominum de coelis. in quo implicite insinuat expectandum alterum membrum: scilicet laudate dominum de terra.

¶ De cęlis. hoc est vos quæ ex parte coelorum computamini. inuitantur enim hic omnes creaturę tam corporales q̄ spirituales, quæ diuiso vniuerso in coelum & terram, se tenent ex parte coeli. ¶ In excelsis. etsi non apud nos qui longe distamus a vobis, laudate tamen in excelsis in quibus estis vos.

Omnes angeli. Substantiæ spirituales quæ coelestes sunt, duplici officio nominant: scilicet nunciorum, dicendo angeli: & ordinatę militiæ maximę multitudinis, dicendo omnes exercitus. describuntur enim spirituales substantiæ deo seruientes ad similitudinem hominum seruientium principibus humanis. ¶ Coeli coelorum, vniuersa coelestia corpora infra primum mobile appellantur, aut quia continent inferiores coelos (hoc est sphęras ignis & aeris) aut quia sibiinuicem communicant subseruiendo & conferendo. sunt enim multi coeli mercurii, multi martis &c̄. ¶ Et aquæ quæ desuper coelos: hoc est primum mobile, quod coelum aqueum appellatur, nullam habēs stellam, nulli seruiens astro sed cōmune omnibus. hoc enim sepe in scriptura appellaẗ aquę super coelos: q̄a est naturæ mere diaphanę supra omnes orbes astratos. Laudabunt nomen domini. Ad duo laudanda inuitat propheta. s. deum & nomen dei: hoc est deum s̄m seipsum, & deū s̄m ꝙ est nominatus seu cognitus nobis.

Quoniam ipse pręcepit. Tripliciem laudandi causam spectantem ad deum nominatum & notum, nobis affert. Prima est ipsorum inuitatorum creatio. Vbi & inseritur modus creandi: scilicet solo imperio. Hic enim modus explicatur dicendo. quoniam ipse pręcępit, non laborauit, non mouit, nō se exercuit, sed pręcępit: & creata sunt, de nihilo facta sunt omnia supradicta. ¶ Fecit stare ea semper æterno. Secunda ratio laudandi est perpetuitas naturæ ipsorum. Ita ꝙ deus non solum creauit ea, sed dedit eis naturam permanentem non ad tempus sed semper in æternum. Quod additur ad explicādam veram sempiternitatē. sunt enim omnia supradicta suapte natura incorruptibilia, ac per hoc durantia in ęternum: sed quia hanc incorruptibilem naturam habent a deo, ideo dixit fecit stare ea. ¶ Pręcęptum dedit. Tertia ratio laudandi deum est ex inobliquabili operatione. In hoc enim differūt inferiora a superioribus ꝙ naturalia agentia & patientia deficiunt quandoq; agendo & patiendo: vt patet. coelestia autem neq; agendo neq; patiendo (eo modo quo ibi inuenitur pati) aliquando deficiunt. nunq̄ enim prætereitur quin motus coelestis suum peragat cursum, quin inferior sphęra sequatur vt debet superiorem, & superior inferiorem moueat &c̄. Huiusmodi enim infallibilitas operandi significatur dicendo. Pręcęptum dedit illis, quid, quomodo, quando operentur, & non pręteribit, quin ad vnguem fiat. Intellige per pręcęptum proportionaliter inclinationes coelestium corporum ad suos motus, tantam velocitatem &c̄. in angelis autem firmitatem voluntatis ad bonum: quam per diuinam gratiam assecutos supponimus, eo ipso ꝙ fuerunt beati.

Laudate dominum de terra. Expedita inuitatione coelestium, exequitur alterum membrum inuitando inferiora: hoc est quæcunq; infra orbem lunæ sunt. Quæ propheta nuncupat a terra tōne iam

dicta:ſcilicet quia diuiſo vniuerſo in coelum & terram in principio geneſis,omnia quæ ſunt infra orbem lunæ/ſe tenent ex parte terræ. Vnde ad hæc dicit. Laudate dominum o vos de terra: dracones/ hoc eſt ſerpentes illi qui vocantur dracones. Et eſt ſermo de draconibus aquaticis: & propterea iunxit eos cum abyſſis/ hoc eſt profunditatibus aquarum. ¶ Nec mireris ꝙ a draconibus incœpit: quoniam propheta ſicut ſecutus eſt moyſen in diuiſione vniuerſi in coelum & terram, ita ſecutus eſt moyſen in prima nominatione draconum. Moyſes enim gene.1.primam animalium ſpeciem creatam nominauit dracones in quinta die,dicens/creauitq; deus dracones magnos. q̄uis latinus interpres traduxerit cete grandia. ¶ At ſi rurſum quæris cur moyſes primo nominauit inter animalia creatos dracones,ratio eſt: ne huiuſmodi animalia nociua putaremus non ex propoſito diuinę intentionis creata,ſed ex neceſſitate materiæ producta. Si enim poſt alia dracones nominaſſet, putaremus ex neceſſitate materiæ dracones productos/tanq̄ neceſſario conſequentes productionem aliorum: vbi autem in principio nominati ſunt,manifeſtatur ꝙ ex intentione producti ſunt. Inducuntur itaq; in primis dracones ad laudandum deum/hoc eſt declaratur ꝙ ipſi ſunt materia diuinę laudis.& ſimiliter omnes abyſſi.

Ignis & vapor. Poſt aquas aſcēdit ad ſuperiorem ſphęram actiuorum & paſſiuorum: afferens mixta quę ibi generantur. Ignis q̄uis poſſit intelligi ſphęra ignis: cōtextus tn̄ magis ſonat ignem mixtum qui generatur in aere in fulguribus & tot igneis impreſſionibus. Faciēs verbum eius/refertur ad quodlibet prædictorum:ſignificans quodlibet horum exequi iuſſa dei. Quod verum eſſe conſtat apud ſcientes/prouidentia dei gubernari hæc omnia. Et per hæc quinq; ſeu ſex numerata/intellige omnes differētias eorum quæ generantur in aere.

¶ Deinde deſcendit ad terram clare. Reptile. Genera reptilium inueniuntur in terra & in aquis. Et propterea nominando reptile/vtrunq; genus videtur comprehendere: vt non ſoli dracones ex aquaticis ſint nominati,ſed etiam reptilia. ¶ Et auis alata. Vltimo nominatur auis/communis tribus elemētis. Aquę quidem: quia geñ.1.cum productis ex aqua computantur aues. Terræ vero,quia ſuper terrā degunt. Aeri autem,quia in aere volant.

Reges terrę. Diuerſi hominum ſtatus deſcribuntur: reges/populi/principes &c̄. Et ſimiliter diuerſitas ſexus.iuuenes & virgines. Diuerſitas ætatis.ſenes cum pueris. Vt nullus ſtatus/nullus ordo/nullus ſexus/nulla ætas eximatur. ¶ Laudabunt nomen domini. Deum & dei nomen laudaturi iſti ſunt, ſicut & creaturę coeleſtes.

Quoniam roboratum eſt. Triplex ratio redditur quare hæc inferiora laudare debēt deum. Prima eſt quia ſolius dei nomen roboratum eſt: hoc eſt quia deus eſt notus ac nominatus ſolus naturæ robuſtę: hoc eſt ex ſeipſo habens robur eſſendi. hoc enim ſoli deo conuenire notum eſt. Et propterea apponitur ſolius ipſius. Eſt enim ſenſus. quia ipſe ſolus vere nominatus eſt robuſtę ex ſe naturæ: dum ipſe ſolus increatus omnia creauit. ¶ Laus eius ſuper terram & coelos. Secūda ratio eſt quia laus dei ſuaui gubernatione expanſa eſt ſuper terram & ſuper coelos: hoc eſt quia materia laudandi deum ſuauiter omnia diſponentem,ſuper coelos & ſuper terram (hoc eſt in omnibus) inuenitur. Et propterea omnia tenentur ad laudem dei ratione laudabilis gubernationis.

Et exaltauit. Tertia ratio ſumitur a ſtatu & tempore iam publicę diuinę laudis a iuſtis: hoc eſt ex eo ꝙ deus iam publico cultu laudatur a iuſtis. iam enim populus iſrael publice colebat deum laudando eum. Vnde circa hoc primo deſcribitur modus quo peruentum eſt ad hoc,dicendo. Et exaltauit cornu populo ſuo. Depreſſus enim populus non publico officio colebat deum: quum autem exaltata eſt illius potentia,publice laudauit deum: vt pręcipue apparuit tempore dauidis. Ita ꝙ deus exaltando potentiam populi,factus eſt laus: hoc eſt laudatus eſt. ¶ Gratioſis. Deſcribuntur laudantes a quattuor: ſcilicet a gratia/a genere/a ſtatu/& a religione. A gratia quidem: hoc eſt beneficentia gratuita. in qua intellige omnes virtutes hominis reſpectu proximi. Suis/ad differentiam beneficorum non propter deum. qui inter laudantes deum non merentur computari,ſed ſoli gratioſi eius.i.propter deum. ¶ Filiis iſrael. A patriarcharum genere deſcribuntur tunc temporis laudantes deum, ad verificandas promiſſiones patribus factas. ¶ Populo: hoc eſt redactis iam in ſtatum liberi populi. ad ſignificandum ꝙ de publica laude loquitur. Laudabant ſiquidem prius filii iſrael deum,ſed non publico laudis officio: quum adhuc non conſtituerent liberum populum. ¶ Propinquo ſibi/deo. non filiis iſrael/ non populo,ſed quatenus propinquo ſibi/non locali coniunctione ſed cordis. Et in hac propinquitate intellige vniuerſas virtutes hominis reſpectu dei. ¶ Vbi aduerte ꝙ licet deum laudari publice a populo iuſto/ſit ſpeciale quid,connumeratur tamen a propheta inter rationes quare deus laudandus eſt ab omnibus inferioribus: quia laudari deum publice a iuſtis/eſt reduci in actum laudis omnem diuinę laudis materiam inuentam in rebus omnibus. Neq; enim peccatores (in quorum ore non eſt ſpecioſa laus) neq; bruta neq; inanimata cætera ad actum laudandi deum perducuntur niſi per hoc ꝙ iuſti laudāt deum & nomen eius ſuper vniuerſa opera eius. ¶ Haleluiah/laudate deum. Amen.

ℭ VVLGATA EDITIO. ℭ Halelu iah halelu iah.

Cantate domino canticum nouum:laus eius in ecclesia sanctorum.
Letetur israel in eo qui fecit eum:& filii sion exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro:in tympano & psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est domino in populo suo:& exaltabit mansuetos in salute.
Exultabunt sancti in gloria:letabuntur in cubilibus suis.
Exaltationes dei in gutture eorum:& gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam uindictam in nationibus:increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in cōpedibus:& nobiles eorum in manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudicium conscriptum:gloria hęc est omnibus sanctis eius.

ℭ IVXTA HEBRÆVM. ℭ Halelu iah. CXLIX.

1 Propheta. Cantate dño canticum nouum:laus eius in cōgregatione gratiosorū.
2 Letabitur israel in factore suo:filii sion exultabunt in rege suo.
3 Laudabunt nomen eius in choro:in tympano & cithara cantabunt ei.
4 Quia complacens dominus [ibi] in populo suo:glorificabit humiles in salute.
5 Exultabunt gratiosi in honore:laudabunt super cubilibus suis.
6 Exaltationes dei in gutture eorum:& gladius biceps in manu eorum.
7 Ad faciendam uindictam in gentibus:castigationes in populis.
8 Ad alligandum reges eorum in catenis:& inclytos eorum in uinculis ferri.
9 Ad faciendum in eis iudicium scriptum:decor hic [erit] omnibus gratiosis eius,halelu iah.

Titulus est. Halelu iah. Ex quo non habetur materia psalmi nisi in genere. In spē autem materia psalmi est aduentus christi ad iudicium. In psalmo nanq̧ hoc duo tractantur. Alterum est rex sion:vt patet in.2.versiculo. Per qđ excluduntur omnia tēpora ante tempus dauidis: quoniam cōstat dauidem fuisse primum regem sion. Alterum est decor omnium iustiorum:describuntur siquidem iusti in honore/quiete & potestate iudiciaria ad puniendum reges/proceres & populos,tanquā prolaturi sententiam scriptam:vt patet a quinto versiculo vsq̧ ad finem. Et per hoc excluduntur tēpora tam dauidis q̄ successorum eius vsq̧ ad mesiam:quoniam nec tēpore dauidis nec tēpore successorum eius legimus hāc gloriam iustiorum. non dico omnium,sed nec optimatum:vt intuenti sacras historias apparet. Quo fit vt de mesia rege(hoc est in statu regio/non in statu humilitatis)psalmus iste ad literam tractet:quo regnante iudicabunt gratiosi eius,vniuersos reges/proceres & populos punituri: iuxta p̄missionē christi. qū sederit filius hoīs in sede maiestatis suę,sedebitis & vos super sedes duodecim &c̄.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta inuitat ad canticum nouū propter gloriosum aduentum regis mesię, magnificantis populum suum vsq̧adeo q̧ gratiosi eius iudicabunt cum honore & potestate &c̄. non solum populos sed proceres & reges &c̄.

ℭ Persona loquens propheta est.

Cantate domino. Diuiditur psalmus in partes duas:propositiuam materię,& executiuam/ibi letabitur. ℭ Proponit duo. Alterum est cantandum canticum nouū/ propter nouitatem de qua scriptum est apoc.21.ecce noua facio omnia. Alterum est laudem dei futuram in congregatione gratiosorum. vere.n.tunc laudabitur deus,quum sancti eius congregabuntur tempore vniuersalis iudicii. Nuncupantur autem sancti a virtute gratię,qua gratuite aliis benefici sumus propter deum: eo q̧ in hoc homines plurimum deum imitantur.

ℭ Letabitur israel. Incipit hic pars executiua tali ordine. Primo tractatur illa particula/ cantate domino canticum nouum. scđo illa/laus eius in congregatione gratiosorum/ibi exultabunt.

ℭ Tractatur itaq̧ ratio noui cantici gloriosus aduentus mesię:quādo scilicet veniet vt rex qui in primo aduentu venit vt subditus. Tractatur autem vt saluator populi israel:quia ad literam qū intrauerit plenitudo gentium,tunc omnis israel saluus fiet:vt dicitur ad ro.xi.hac.n.ratione nō fit in hac particula mentio nisi de israelitis. Letabitur/tūc,israel/omnis,in factore suo:& filii sion/optimates iudeorū,

lętabuntur in rege suo, mesia. ¶ Vbi aduerte implicite insinuari deitatem mesię: dum eodem contextu ponitur exultatio in factore & rege, & subditur φ laudabunt nomen eius in choro. Hoc in loco chorus nomen est musici instrumenti. De quo hiero. ad dardanum scribit φ cōstat ex simplici pelle cum duabus cicutis ęreis: per quarum primam inspiratur, & per secundam vox emittitur. Dico autem hoc, qa reliqua, musica sunt instrumenta: scilicet tympanum & cithara. Et adiecit haec propheta, vt ex consuetis organis letitię ad laudes diuinas, describat magnitudinem gaudii tunc futuri in israelitis laudātibus nomen mesię. Potest tamen per chorum intelligi conuentus concinentium. & sic inuitantur ad laudandum tum conuentu concinentium, tum musicis instrumentis subiunctis.

Quia complacens. Ratio affertur tantę laudis, tum ex beneuolentia diuina erga israelitas. quia complacens, erit, dominus, supple sibiipsi, in populo suo, israel. Tum ex parte beneficentię. glorificabit humiles, tanto tempore abiectos, in salutę, ęterna.

Exultabunt. Tractatur hic illa particula, laus eius in congregatione gratiosorum i describendo senatum gratiosorum primo ab honore. scdo a quiete, laudabunt super cubilibus suis. tertio ab officio glorificandi deum, exaltationes dei in gutture eorum. quarto a potestate, & gladius biceps in manu eorū. Intellige describi non φ singuli teneant gladios in manibus: sed φ ensis coram eis sicut coram principibus iudicantibus gladius sistitur in signum potestatis. Vnde & in singulari numero describitur tam gladius q̄ manus: significans gladium in potestate eorum coram eis. ¶ Et vt clarius haec sententia percipiatur, conferantur prius & post scripta: pręse ferentia manifeste φ non agitur de gladio bellico aut vindicta bellica, sed de gladio iudiciali & vindicta iudiciali. Descripti siquidem sunt laudantes in cubilibus (quę sunt quietis loca) non in locis militaribus. subiungitur quoq, ad faciendum iudicium scriptum. Ex quibus manifeste apparet gladium iudicialem & vindictam iudicialem describi: ac per hoc gratiosos non milites, sed iudices ad vindicandum. punitio enim iudicialis, proprius actus est iustitię vindicatiuę.

In catenis. Describitur plenitudo potestatis sanctorum erga inimicos per catenas & vincula, cum plena inimicorum subiectione. tanquā reges & proceres sint alligati expectantes sententiam pronunciandam a sanctis.

Judicium scriptum. Actus proprius iudicum describitur iudicare non temere, non pręcipiti sententia, sed scripta, firmata meditatione, legibus & scriptione. Et intendit per hoc φ sancti facient iudicium prout scriptum (hoc est firmatum) in libro demeritorum eorum est.

¶ Decor hic qui descriptus est (scilicet φ in honore, quiete, potestate iudiciali exaltando deum iudicabunt populos & reges inimicos populi dei) cōmunis est omnibus gratiosis eius, non concessus alicui sic & alicui non. Et intellige per gratiosos eius, iustiores iis qui cōmuniter sunt iusti. propterea nanq describuntur non a iustitia, sed a gratia, quę supererogat. ¶ Halelu iah. laudate deum. Amen.

¶ VVLGATA EDITIO.

¶ Haleluiah haleluiah. CL.

LAudate dominū in sanctis eius: laudate eū in firmamento uirtutis eius.
Laudate eum in uirtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubę: laudate eum in psalterio & cithara.
Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in cordis & organo.
Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eū in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.

¶ IVXTA HEBRÆVM. ¶ Haleluiah. CL.

1 Propheta. LAudate deum in sanctitate eius: laudate eum in extensione fortitudinis eius.
2 Laudate eum in fortitudinibus eius: laudate eū iuxta multitudinē magnitudinis eius.
3 Laudate eum in sono cornu: laudate eum in uiola & cithara.
4 Laudate eū in tympano & choro: laudate eum in minim & organo.
5 Laudate eum in cymbalis auditus: laudate eum in cymbalis clangoris.
6 Omnis flatus laudabit deum: halelu iah.

TItulus est. Halelu iah. Ex quo habetur materia psalmi. nam totus psalmus est inuitatio ad diuinam laudem. sunt. n. sex versiculi, & duodecies repetitur laus dei.

ℭ SVMMARIVM EST.

ℭ Propheta inuitat ad laudandum deum voce & vniuersis instrumentis musicis. tū ratione ipsius dei. tum ratione creationis rerum. tum ratione operum eius & magnorum & multorum.

ℭ Persona loquens propheta est.

Laudate deum. Psalmus iste ab executione distinguendo inchoat, diuisus in duas partes. In prima explicantur laudanda. in secunda modus laudandi, ibi laudate eum iuxta. ℭ Tres rationes laudandi deum afferuntur. Prima est sanctitas dei, hoc est natura dei libera ab omni potentialitate. neq; n. philosophi neq; prophetae neq; angeli diuinam naturam melius vno nomine q̄ sanctitatis significāt. Vnde & apud esaiam seraphim cantant pro hymno diuino. sanctus, sanctus, sanctus. Vnde laudare deum in sanctitate eius, est laudare ipsum in natura sua actu puro. ¶ Secunda ratio est creatio conseruatioq; rerum, significata dicendo. in extensione fortitudinis eius. Extensio siquidem diuinę potentię est illam exire extra se, & quodāmodo extendi ad res omnes creando & conseruando illas. ¶ In fortitudinibus eius. Tertia ratio laudādi sunt fortitudines dei; hoc est opera dei fortia. siue quantū ad ipsum opus (vt sunt opera magnę potentię: puta coelestia, mutationes regnorum, & similia) siue quantum ad modum: vt sunt opera miraculosa, quę sunt supra facultatem agentium naturalium. Appellantur autem fortitudines ab effectu, quia plura sunt opera fortia. in deo enim vnica est fortitudo, sicut & vnica misericordia: quę pluraliter dicuntur fortitudines & misericordię ratione plurium effectuum.

Laudate eum iuxta multitudinem magnitudinis eius. Expeditis rationibus laudandi (comprehendentibus & dei naturam & totum vniuersum) proponit modum laudandi: vt scilicet multipliciter laudent deum sicut multiplex est magnitudo dei. ¶ Vbi duo dicuntur. Alterum est φ non vno tantum modo sed multis modis laudetur deus. Alterum est ratio ad hoc, iuxta multitudinē magnitudinis dei. In quo immiscetur quarta laudandi ratio: scilicet multitudo effectuum diuinę magnitudinis. nō enim aliter diuina magnitudo habet multitudinem q̄ s̄m effectum. Et intēdit hinc ad literam, reddere rationem subiungendorum: scilicet quare deus laudandus est cum tanta multitudine & varietate instrumētorum musicorum. modum enim quem hic dicit in genere, statim subiungit explicando in speciebus multis afferendo multa genera musicorum.

Et choro. distingue vt in precedenti psalmo.

In minim. Dictio hebraica est, significans aut multas species musicorum sonorum, aut (vt aliis placet) instrumentum musicum nobis ignotum.

In cymbalis auditus. Duo cymbalorum genera hic commemorantur: scilicet cymbala auditus & cymbala clangoris. quę an sint diuersa instrumenta, an distinguantur ex diuersis vnius instrumenti cōditionibus, certus non sum. ¶ Appellantur cymbala auditus ea quae a longe audiebantur. cymbala autem clangoris ab officio seu vsu in publica lętitia dicuntur: ex eo φ vsus eorum erat in publicis lętitiis. Et sunt illa quibus hodie vtuntur puellę in choreis: vna manu gestantes cymbalum, & altera percutiētes illud ad musicum tinnitum excitandum.

Omnis flatus laudabit deum. Ne per singula instrumenta musica singulasq; species musicę discurrendo, prolixior fieret sermo, enumeratis forte omnibus generibus instrumentorum musicorum quae tactu sonant, vnico verbo concludit omnia genera instrumentorum musicorum quę vitali flatu sonant. ad haec enim duo genera (scilicet vel flatu vel tactu) reducuntur omnia instrumenta musica. Et sub flatu intellige etiam naturale instrumentum cantandi: quoniam vitalis flatus plus seruit locutioni q̄ seruiat instrumentis musicis. Et sic sub omni flatu continetur tam cantus q̄ sonus qui fit humano flatu. ¶ Halelu iah, laudate deum. Et iterū laus deo: quia concessit ex sola sua gratia terminum commentariorum horū. Romę in solennitate paschali anni domini millesimi quingentesimi vigesimiseptimi: aetatis autem meę anno nono supra quinquagesimum. Amen.

ℭ Finit enarratio psalmorum thomę de uio caietani, cardinalis
sancti xisti: per ioannem danielis poenitentiarium, ac autoris
operis familiarem accuratissime recognita.

Laus uni & trino.

Fo. 171. fa. 2. linea. 5. ibi oi aere, lege in aere.

Fratris Ambrosij Aldegatj de Padua, ordinis praedicatorum

¶ Venetiis in ædibus Luceantonii Iuntæ Florentini, Anno Domini. M.D.XXX. mense Nouembri.

✠

REGISTRVM.

✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A B C D E F G H.

Omnes sunt quaterniones præter G H terniones.